+ V 58
V 1

THE GENERAL THEOLOGICAL
SEMINARY LIBRARY
CHELSEA SQUARE, NEW YORK II, N. Y.

D & T BDY. FEB. 0-69

VARIAE LECTIONES

VULGATAE LATINAE

BIBLIORUM

EDITIONIS

QUAS

CAROLUS VERCELLONE

SODALIS BARNABITES

DIGESSIT

TOM. I.

COMPLECTENS PENTATEUCHUM

ROMAE

APUD IOSEPHUM SPITHÖVER

ANNO MDCCCLX.

GEN. THEOL. SEM. LIBRARY PROT. EPISC. CH.

13202
220.47
+V58
v.1

EX OFFICINA LIBRARIA
S. CONSILII CHRISTIANO NOMINI PROPAGANDO

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

PIO IX.

PONTIFICI MAXIMO

CAROLUS VERCELLONE SODALIS BARNABITES

Catholici dogmatis divinaeque revelationis prima monumenta, quae sacris Bibliis continentur, Romanorum Pontificum sollicitudo sarta tectaque perpetuo servavit. Luce clariora sunt Hieronymi Doctoris Maximi auspicatissima studia, iussu Damasi Pontificis Maximi suscepta ad divinas Scripturas expoliendas exornandasque. Quis vero ignoret quanta diligentia post promulgatum hac de re tridentini concilii decretum Bibliis expurgandis invigilaverint s. Pius V., Sixtus V., Gregorius XIV. et Clemens VIII., quorum laudabili cura prodiit emendatissima illa Bibliorum editio, quam universa latina ecclesia publice legit atque interpretatur? Hanc ego Vul-

gatam editionem dum ab hominum heterodoxorum criminationibus vindicare, artisque criticae subsidiis excolere aggrediebar, Tu Beatissime Pater, pro summa ea indulgentia, qua optimas quasque disciplinas fovere pergis, meam tenuitatem humanissime erigere dignatus es, atque vaticanae bibliothecae thesauros mihi patere iussisti. In quo quidem quantum Tuae in me liberalitati debeam probe sentio. Tantam enim tamque luculentam documentorum copiam derivare inde potui ut iure confidam eruditis viris posthac exploratissimum fore, quidquid Summorum Pontificum auctoritate in Vulgatis Bibliis emendandis peractum fuit exquisitam sane pla-

neque admirabilem prodere sapientiam. Quamvis enim gravissimi theologi censeant Biblia nostra Vulgata (si quando id Sanctae Sedi e re fore videbitur), in praesens maiori adhuc cura expoliri posse; fatendum tamen erit Tuos Decessores ita fere omnia praeoccupasse, ut vix aliquid posteris in hac palaestra perficiendum reliquerint; vix aliquid, inquam, quod certe neque res fidei aut morum neque ipsam translationis integritatem puritatemque ullatenus attingit.

Enimvero laborum quos iam inde a pluribus annis, Te auspice, in Vulgatam latinam Bibliorum editionem impendo, fructum profecto amplissimum cepisse

mihi videor, ex quo certior factus sum opus hoc quantulumcumque augustissimo Tuo nomine honestare mihi datum esse. Quid enim optatius, quid honorificentius mihi accidere potuisset, quam ut meas lucubrationes in lucem adspectumque hominum Tibi inscriptas emitti benignissime patereris? Quapropter humillime deprecor ut easdem laeto etiam vultu aspicere, meque gratiis agendis, quas Tibi habeo maximas atque immortales, prorsus imparem, dum sanctissimos pedes Tuos, Beatissime Pater, in genua provolutus deosculor, apostolica benedictione prosequi velis.

FRANCISCUS M. CACCIA

CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM S. PAULLI

PRAEPOSITUS GENERALIS

Librum cui titulus *Variae Lectiones Vulgatae latinae Bibliorum Editionis, Tomus primus Pentateuchum complectens,* a R. P. D. Carolo Vercellone Proc. Gen. Congregationis nostrae conscriptum, et a duobus eruditis viris auctoritate nostra recognitum probatumque, typis mandari atque ad communem utilitatem edi posse, quantum in Nobis est, lubenter concedimus.

In quorum fidem has fieri sigilloque nostro muniri iussimus.

Datum Romae in Collegio nostro ad ss. Blasii et Caroli, Kalendis Septembris, anno MDCCCLVIIII.

L. ✠ S. FRANCISCUS M. CACCIA
Praepositus Generalis

ALOISUS M. CACCIARI
Cancellarius

PROLEGOMENA

Vulgati latini Bibliorum interpretis varias lectiones undique conquisitas edituri, quaenam huius operis occasio fuerit, quaeve sit instituti nostri ratio in primis brevi oratione declarandum ducimus; dein fontes quos adivimus, testes quos corrogavimus, ceteraque adminicula quibus usi sumus enumeranda sunt: ut vel ex ipso libri exordio quid nobis propositum fuerit, quibusque adiumentis suffulti novum hoc opus aggrediamur, eruditus lector compertum habeat. Hinc enim prudens quilibet aestimare poterit utrum laborum nostrorum laudabilem finem nobis constituerimus: an media ad illum adsequendum idonea delegerimus: ac tandem utrum illum re vera adtingere hoc volumine incipiamus. Vehementer autem interest ne quis a nobis aliud requirat praeter id quod nos intuemur. Neque enim ignoramus quam late pateat variarum lectionum delectus; neque admodum difficile esse putamus aliorum multorum codicum testimonia coacervare, aliaque plura critica documenta congerere. At nisi certos denique fines nobis praestituissemus, verendum fuisset ne prius vita nobis deficeret, quam opus quod moliebamur in vulgus prodiret. Praeterea quamquam opus nostrum perfectum esse numerisque omnibus absolutum minime asserimus, longissimeque distamus ab illis qui proprii instituti laudes in ipso orationis limine extollere solent, tamen sine arrogantia dicere posse arbitramur, nos aliis, qui in posterum latinos Bibliorum codices conferre studuerint, viam planiorem expeditioremque aperuisse, qua lectionum varietates deligere, expendere atque aestimare valeant. Sicut igitur hactenus ob defectum collationis praecipuorum fontium, quibus rei criticae pro vulgata Bibliorum editione fundamentum constare necesse est, arduum fuit singulorum testium vim et usum cognoscere; ita, collatione illa instituta, pronum erit cuilibet erudito priscos alios codices evolvere, nostrorum lectiones confirmare aut emendare, maioresque in dies bonorum studiorum ascensus promovere. Nam etsi receptum Vulgati textum, legitima atque suprema romani pontificis auctoritate recognitum, nullo pacto deserere aut repudiare liceat, tamen « sicut apostolica sedes industriam eorum non damnat, qui concordantias » locorum, varias lectiones . . . et alia id genus in aliis editionibus inseruerunt, » ita quoque non prohibet quin . . . eiusmodi adiumenta pro studiosorum commo- » ditate atque utilitate in posterum adiiciantur. » Haec verba, quae in praefatione clementinae editionis leguntur, satis aperte declarant, romanae sedis iudicio studiosis commodum atque utile fore si ex optimis testibus lectionum varietates proferantur. Et recte quidem: « Plurimum enim, ut docet Augustinus, iuvat in- » terpretum numerositas, collatis codicibus, inspecta atque discussa: tantum ab- » sit falsitas; nam codicibus emendandis primitus debet invigilare sollertia eorum

» qui Scripturas divinas nosse desiderant. » *(de doct. christ. lib. II. c. XIV.)* Et rursum: « Nonnullas obscuriores sententias plurium codicum saepe manife- » stavit inspectio. » *(ibid. c. XII.)* Sacrorum igitur Bibliorum puritati atque explanationi optime consulunt qui egregias lectiones persequuntur, librariorum vitia rimantur, eaque suis in commentariis modeste notant; dummodo ne quis privata auctoritate, quod sibi magis verisimile aut etiam certum videtur, temere in textum inferat, receptamque lectionem disiicere praesumat. Qua in re cautissime se gessit Ven. Beda, qui hanc sibi aliisque regulam conscripsit: « Quae- » dam quae in graeco *(in Act. apost.)* sive aliter, seu plus aut minus posita vi- » dimus, breviter commemorare curavimus. Quae utrum negligentia interpretis » omissa, vel aliter dicta, an incuria librariorum sint depravata, sive relicta, non- » dum scire potuimus. Namque graecum exemplar fuisse falsatum, suspicari non » audeo; unde lectorem admoneo, ut haec ubicumque fecerimus, gratia erudi- » tionis legat, non in suo tamen volumine velut emendaturus interserat, nisi » forte ea in latino codice suae editionis antiquitus sic interpretata repererit. » Nam et Hieronymus pleraque testimonia veteris Instrumenti, ut hebraica ve- » ritas habet, edocet; nec tamen haec ita in nostris codicibus aut ipse interpre- » tari, aut nos emendare voluit. » (*t. III, p.* 995. *t. V. p.* 694.) Sed haec obiter.

Itaque ab occasione scribendi quam nacti sumus incipimus. Aloisius M. Ungarellius sodalis barnabites, magister olim noster (1) quum biblicis studiis animum strenue applicuisset, circa annum MDCCCXXX. offendit in exemplar quod-

(1) Ut tanti viri aliquam notitiam subiiciamus, heic proferre placet epistolam quam in eiusdem obitu praepositus collegii ad reliquos sodales de more scripsit: « *Praepositus Collegii romani ss. Blasii et Caroli R. P. Praeposito Collegii N. N. S. P. D.* Domus » nostra hesterna die tristi luctu deflevit acerbum interitum sodalis amantissimi Aloisii M. Ungarellii viri » optimi, doctissimi. Hic Bononiae ortus XVI. Kalend. » Martii, anno MDCCLXXIX. a pueritia pietati ac litteris deditus, magnam sui spem fecit. Sacerdotio initiatus, nostrae Congregationi nomen dedit IV. Kal. » Novembr. anno MDCCCVI. Votis solemnibus Septempedae in Collegio s. Mariae luminum nuncupatis, » rhetoricam in Collegiis maceratensi, liburnensi ac » bononiensi publice docuit. Circa annum MDCCCX. » ingentem subiit moerorem ob dissolutam sodalitatem: verum propositi tenax, pristinam vitae rationem, » quoad licuit, secutus est. Interea anno MDCCCXIV. » expulsa tyrannide, Deo favente res in Europa componebantur. Tunc laetus Romam venit. Heic magister iuventutis primo electus; mox doctor theologus » alumnis nostris instituendis renuntiatus est. Graecas, copticas, arabicas et hebraicas litteras usque ad » extremum vitae suae diem ita tradidit, ut eum eruditi viri philologum sui temporis praestantissimum » habuerint. Orator disertus, nobis haud semel pietatis magister fuit, dum singulis annis religioni statis » diebus operam dedimus: sacras quoque expeditiones » una cum sodali nostro Antonio Cadolinio, nunc eminentissimo episcopo anconitano, obivit. Summo Congregationis Praeposito, primo ab actis, dein per XII. » annos a consiliis fuit. Bibliothecam Collegii instruxit, sumptus suppeditante viro eminentissimo Aloisio Lambruschinio Card. nostro, episc. sabin. Anno » MDCCCXXXIV. parmensis Collegii nostri conditor et » ornamentum exstitit. Aegyptiorum arcanam sapientiam, universa plaudente et mirante Europa, reseravit. Obeliscorum Urbis hieroglyphicas notas primus » interpretatus atque imitatus est. Iussu Gregorii XVI. » Pont. Max., cui carissimus erat, museum Vaticano- » Aegyptium apto ordine digessit; ex parte etiam inlustravit. Scriptis editis lucubratissimis per Europam » universam maximum nomen adeptus est. Bene de re » litteraria et de Ordine nostro meritus barnabiticam » bibliothecam seculi I. post curas Cardinalis nostri » Francisci Fontana confecit. Hinc Urbani Licei Sapientiae doctor collegiatus adlectus, plurimisque doctis sodalitatibus adscriptus. Ex Britannia, Gallia et » Germania plus semel doctissimi viri eius sententiam » de rebus difficillimis ad antiquitatem spectantibus » rogarunt. Ipse vero insigni ornatus modestia, integritate vitae et honorum contemptu, eruditionis laudem nobilitavit. Nam sapientis esse duxit res humanas despicere, aeternas intueri. Repentino morbo » correptus pie decessit XII. Kal. Sept. Ut pacem aeternam sodali optimo benemerenti, quem antiquae » virtutis et religionis exemplar suspeximus, adprecari » iubeas, enixe rogamus. »

» Datum Romae in Collegio ss. Blasii et Caroli. XI. Kal. Sept. anno MDCCCXXXXV. »

dam vulgatae Bibliorum editionis, quod in bibliotheca Collegii nostri adservatur, cuius margines conspersi sunt criticis correctionibus fere exeunte seculo XVI. manu exaratis. His vero sedulo perpensis, in suspicionem venit eas esse correctiones ab illis theologis digestas, quibus romani pontifices munus commiserant emendandae nostrae Bibliorum editionis (1). At vero ut de hac re certior fieret accuratissime investiganda erant illius temporis documenta, quae ad memoratam correctionem referebantur. Itaque in primis naviter congessit quidquid ex coaevis monumentis editis reperire potuit; dein se convertit ad manuscriptos codices, qui in romanis bibliothecis vaticana, angelica, vallicelliana et casanatensi servantur. Pro eo autem quo pollebat summo ingenii acumine, singulis documentis ad criticae trutinam diligentissime revocatis, rei veritatem adeptus est, tandemque compertum habuit codicem, de quo prius dicebamus, autographum esse correctorum, qui duce Cardinali Antonio Carafa, iussu Sixti V. Pont. Max. sacra Biblia emendaverant. Quo semel confecto, cogitare coepit de eodem codice evulgando; id enim optimis studiis valde profuturum existimabat. Interim vero conscripsit *prolegomena* (2), quae totius rei gestae in romana Bibliorum emendatione dilucidam enarrationem complecterentur. Praeterea notationes parare statuerat, quibus lectionum codicis carafiani rationem redderet, illarumque fontes aperiret: iamque has pro libro Genesis confecerat; quarum specimen nos suo loco (infra ad pag. LXXVII.) proferemus; neque enim ultra progressus est Ungarellius noster. Nam hisce studiis mox abruptis, ad alia animum convertit: cuius rei ea potissimum, ut videtur, fuit caussa, quod ob minus firmam valetudinem ei non liceret dissitos codices adire, quorum testimonio carere non poterat in tuendis lectionibus carafiani codicis, quemadmodum ex dicendis constabit. Interea anno MDCCCXXXVII. cl. vir Antoninus De Luca, nunc archiepiscopus tarsensis et apocrisiarius apud imperatorem Austriae, ab Ungarellio obtinuit ut praedicta prolegomena in romanis collectaneis, queis titulus *Annali delle scienze religiose*, typis mandari pateretur (3): eademque maximo theolo-

(1) Praedicti codicis, quem posthac cum Ungarellio, *carafianum* nuncupabimus, accuratam descriptionem habes infra ad pag. XXVII. et XXX.

(2) Haec necessario a nobis mox subiicientur; in iis enim totius operis cardo positus est.

(3) Laudatus De Luca opusculo ungarelliano hanc notationem praemisit: « Ne gode l'animo potendo » alla fine arricchire questi *Annali* di un operetta, che » sembrerà a tutti i cultori degli studi biblici supre- » mamente importante. Appena ci ha chi ignori quan- » te dispute siansi agitate intorno alle varie correzioni, » colle quali, mercè delle cure de' sommi Pontefici » Sisto V. e Clemente VIII. varii et illustri uomini fa- » ticarono per emendare la latina versione delle sante » Scritture. Ma sino a' giorni nostri niuno ci aveva » dato una sufficiente ed esatta contezza storica del » modo tenuto nel fare quelle emendazioni, de' motivi » che le suggerirono e di tutte le altre particolarità » di questo memorabile avvenimento nella storia della » critica scritturale. I maligni, e specialmente gli ete- » rodossi, ne trassero partito per ispacciare stranissime » e balorde calunnie, e testimonio ne sia quel Tomma- » so Iames, anglicano, ed autore del *Bellum papale,* » *sive concordia discors Sixti V. et Clementis VIII.* » *circa hieronymianam editionem.* Non mancarono, » egli è vero, valentissimi difensori, che si tolsero » l' onorevole incarico di smascherare la falsità di » quelle calunnie; e meritano una particolare men- » zione Arrigo de Bukentop (nella sua *Lux de luce*), » Bianchini (nelle sue *Vindiciae sacrorum Bibliorum* » *vulgatae editionis*) e fr. Bonaventura de Magdalono » (nella sua *Triplex biblico-critica demonstratio*). » Ma il non aver avuto que' valent' uomini l' opportu- » nità di leggere tutti gli originali documenti da' quali » si può trarre tutto il filo di questa storia, lasciava » negli eruditi il desiderio di un opera che distrigasse » compiutamente questo inviluppo. A una tal impresa » si accinse il ch. e revmo p. Ungarelli; e a quanto » felice termine siano riuscite le sue dotte fatiche, il » potranno i dotti argomentare da questi *prolegomeni*

gorum omnium plausu excepta, tum Ungarellio summam laudem pepererunt, tum reliqui operis desiderium excitarunt. At vero Ungarellius aegyptiacis antiquitatibus illustrandis, hieroglyphicaeque scripturae interpretandae ita se totum addixerat (1), ut carafiani codicis edendi curam aliis committendam animo reputaret. Hinc ineunte anno MDCCCXLV., paucis nempe mensibus antequam supremum diem obiret, quidquid olim de re biblica scriptis commiserat ultro nobis tradidit; nobisque currentibus stimulos adiecit ut eamdem spartam curare pergeremus. Itaque paullo post eius fata commentarium evulgavimus, quo desideratissimi praeceptoris nostri inedita quae supererant scripta ad rem biblicam pertinentia recensere studuimus (2): biennio autem transacto typis tradidimus *Praelectiones de Novo Testamento*, quas Ungarellius ineditas dimiserat; eisque laudata *prolegomena* paucis notulis aucta adiunximus (3). Exinde amicorum plurimi nos vehementer hortabantur ut praeceptoris nostri opus inchoatum perficeremus, codicique carafiano typographicam operam admoveremus. Quibus morem gerentes utilem rem facturos speravimus si in id animum intenderemus: ne tamen ea nobis obessent quae, uti diximus, Ungarellio impedimento fuerant, in primis sedulo investigandum duximus quosnam codices sixtini correctores prae manibus habuissent: illosque deprehensos continuo maiori qua potuimus diligentia contulimus. Nequicquam enim sixtinas correctiones expendere aut propugnare quis niteretur, nisi illos ipsos optimos codices, quos illi praetulerunt, inspiceret. Mox alia plura in rem nostram accivimus, de quibus suo loco verba faciemus. Haec itaque operis aggrediendi nobis occasio fuit.

Ex his quae hactenus declaravimus instituti nostri praecipua ratio iam patere videtur. Scilicet ex carafiano codice, sixtinorum autographo, quodcumque in vulgatis Bibliis emendandum censuerant doctissimi illi viri, quibus id muneris Sixtus V. Pont. Max. demandaverat, cum eruditis communicare intendimus; unaque documenta critica, quibus illorum correctiones nitebantur depromimus. Quae quidem ad rem criticam non parum utilitatis allatura quisque intelligit. Ad haec, de singulis lectionum varietatibus, quae a sixtinis propositae sunt, si quando eas a Sixto, vel a gregorianis, vel a clementinis aut probatas, aut reiectas videmus, singulorum sententias suis suffultas criticis rationibus proferemus. Nec enim sixtinorum tantum, sed et reliquorum censorum studia, hactenus inedita, assequi curavimus. Nam praeter fragmenta correctionum invectarum sub Pio V., quidquid Sixti V., Gregorii XIV. et Clementis VIII. auctoritate peractum est explorare planeque cognoscere licuit. Nostrum autem erit varias correctorum sententias opportunis rationibus (nisi, quod perraro accidisse gaudemus, nos effugerint) communire, ut illorum neminem quidquam suo arbitratu, absque ullo argumento emendare voluisse manifesto appareat.

» storici, che partiti in tre diversi articoli, saranno » senza interruzione inseriti in questo quaderno e ne» gli altri due che seguiranno. »

(1) Inter alia huius generis opera mira eruditione referta ab auctore nostro in lucem edita excellit *Interpretatio obeliscorum Urbis ad Gregorium XVI. Pontificem Maximum, Romae MDCCCXLII. ex typographia rev. camerae apostolicae, in fol.*

(2) Vide sis *Annali delle scienze religiose, Roma*, 1846. *vol.* 2. *pag.* 341-370.

(3) Romae apud Iosephum Spithöver, typis salviuccianis, MDCCCXLVII. in 8.

Verumtamen ut magis dilucide quod volumus explicemus, paullo altius res petenda nobis est. Collationis nostrae fundamentum ac veluti basis est vaticana editio Clementis VIII. auctoritate vulgata anno MDXCII. Huius autem editionis errores, quos vocant typographicos, vel certos, vel dubios, collatis aliis vaticanis editionibus, quae prodierunt anno MDXCIII. et MDXCVIII., earumque correctoriis vel editis, vel ineditis (de quibus suo loco), emendamus. Quoniam vero sixtini correctores, itemque Sixtus V., studiorum suorum basim constituerunt hentenianam editionem antuerpiensem an. MDLXXXIII. in fol., quidque discriminis hanc inter et clementinam intercedit adnotamus: harum autem varietatum auctores vel sixtinos, vel Sixtum, vel gregorianos, vel denique clementinos fuisse ostendimus. Praeterea, quum gregorianis et clementinis pro basi fuerit Sixti V. editio, quae typis vaticanis prodiit anno MDXC., quoties ab hac clementina editio dissentit, huius varietatis originem vel in gregorianis vel in clementinis correctoribus reperimus. Hoc pacto singulorum sententias expromimus, omnemque instituti rationem quod romani censores consectati sunt in medio ponimus. Quum vero critica multa illi documenta, eademque praeclarissima usurpaverint, nos eisdem, aliisque pluribus excussis (quorum elenchos in nostro *apparatu* proferetur), quo fundamento singulorum lectiones innitantur facile monstrabimus. At insuper ex laudatis documentis alia se se nobis obtulit varietatum series, earum nempe, quas romani censores neglexerunt. Harum autem delectum habuimus, atque e re nostra esse existimavimus easdem proferre, breviterque, sicubi operae pretium esset, expendere; ut si quae probabiles aut rectae videbuntur, studiosis utilia sint; sin minus reiiciantur. (1)

Bibliorum igitur vaticanae editiones omnes a principe henteniana edita Lo-

(1) Opportunissima hoc loco nobis succurrunt ea quae scripsit Lucas Brugensis in libello quo exhibuit *lectionum varietates in Bibliis latinis ex vetustis manuscriptis exemplaribus collectas, quibus possit perfectior reddi feliciter coepta correctio, si accedat summi Pontificis auctoritas;* nam inquit: « Sed accu- » sent me forte multi temeritatis et arrogantiae, quod » post praeclaros illos viros a Sede apostolica delega- » tos, ausim mutare aliquid in Bibliis, et iudicium » meum illorum iudicio praeferre. Respondeo, quod » mea mens non sit mutare aliquid, aut praeferre: » sed, quod eas varias lectiones, quas in latinis vul- » gatae editionis codicibus et tractatoribus inveni, et » verisimilitudinem habere videntur, in medium pro- » feram, iudicio Suae Sanctitatis iisque quos illa ite- » rum committere possit relicto, an sint praeferendae » aliisque surrogandae. Non facile quidem ineuntur, » et resumuntur huiusmodi examina, scio; sed si in- » stituantur aliquando, serviet libellus iste noster ad » sublevandos deputatorum labores; sin minus, ad lu- » cem multorum sacrae Scripturae locorum. In quam » sententiam respondit mihi Ill. Card. Bellarminus, » litteris datis Romae, die primo Novembris 1606. post- » quam acceperat libellum notarum ad varias lectiones » graecas et latinas in quatuor Evangeliis occurrentes, » quem ipsi dedicaram: *Si videro textum ipsum certo* » *in melius alicubi posse mutari, significabo id sum-* » *mo Pontifici et Cardinalibus deputatis. Sed tu ipse* » *plane vides non facile huiusmodi mutationes in sa-* » *cro textu esse faciendas; quamvis utilissimum sit* » *ut viri docti tum de variis lectionibus, tum de iu-* » *dicio peritorum hominum tui similium admoneantur.* Qui et aliis litteris Capuae datis die 6. Decembris 1603. postquam accepisset libellum illum *correctionum romanarum*, scripsit ad me quod huc apprime facit: *De libello ad me misso gratias ago:* » *sed scias velim Biblia vulgata non esse a nobis ac-* » *curatissime castigata; multa enim de industria iu-* » *stis de caussis pertransivimus, quae correctione in-* » *digere videbantur. Variae lectiones, quae in Bibliis* » *lovaniensibus habentur, et in quas tu librum uti-* » *lissimum scripsisti, mihi videbantur omnino ad-* » *dendae: quippe quae instar bibliothecae mihi esse* » *videntur. Sed non placuit aliis, ut in prima edi-* » *tione apponerentur.* Haec ille; quibus significat posse aliquando fieri, ut accuratior castigatio adhibeatur. Similia scripsit Ioh. Baptista Bandinus praefectus typographiae vaticanae litteris iussu Ill. Card. Baronii ad Moretum Romae datis pridie Kal. Aug. anno 1604. »

vanii anno MDXLVII. quodam modo pendent: haec vero ex stephanica anno MDXL. impressa, quae quidem non raro ab aliis eiusdem Roberti Stephani editionibus dissentit. Suas praeterea habent singulares lectiones Biblia quae Venetiis et Lugduni ineunte seculo XVI. prodierunt; itemque editiones quae seculo XV. ex manuscriptis codicibus haustae sunt. Quapropter ut liquido constaret quali statu haberentur Biblia vulgata latina ante Concilium tridentinum, inquirendum fuit quaenam veterum praeclarissimarum editionum esset correctio, relate ad clementinam. Illarum itaque varietates, saltem quoad licuit eas exploratas habere, adnotavimus; eisdemque adiunximus lectiones paucorum codicum seculi XIII. et XIV., ex quibus facile studiosus lector intelliget editiones Bibliorum, quae stephanicas antegressae sunt, vix a Bibliis manuscriptis, quae proxime superiori aetate usurpabantur differre: intelliget quoque quantum haec nostra studia ex antiquissimorum codicum, aliorumque priscorum testium collatione profecerint. Etsi enim hoc in labore non magna monumentorum copia adfuit, praeclarissimi tamen nobis fontes patuerunt; ex quibus ingens lectionum census exstitit, quas nemo contemnere iure possit; nec vero patrum qui singulis aetatibus a VI. ad XII. seculum flóruere impar fuit usus, neque minor inde manavit utilitas. Sed haec modo innuisse sufficiat, quae alio loco evolvenda reservamus. Itaque uno verbo, quidquid in hodierna Bibliorum clementina editione a romanis correctoribus ortum habuit, quidquid iidem correctores aliter olim emendandum censuerant, quidquid in priscis editionibus vel codicibus aliisve documentis ab eadem clementina editione dissentire deprehendimus, ad suos fontes revocamus, ad criticae normam expendimus; optimas quasque lectionum varietates a pontificiis censoribus invectas tuemur, librariorum errores reiicimus, in dubiis rationum momenta hinc inde proponimus, singula accurate pro viribus vestigamus et ordine proferimus. Saepius autem, prolatis testibus, a quolibet iudicio ferendo abstinemus, tum quia nisi certa adsint pro alterutra parte argumenta periculosum est aliquid definire; tum quia aliorum, qui doctrina et prudentia praestant iudicium praeoccupare non oportebat (1). Qua in re timidiores potius, aut scrupulosiores videri maluimus, quam arrogantes et temerarii: hoc enim vitium et turpius esse, et a veritate magis abducere existimavimus. Nam experientia nos edocuit saepius in re critica illos imprudentia lapsos fuisse qui fidentiores videbantur. Mente quoque reposita erat Hieronymi sententia, qui in correctorum licentiam invehitur dicens: *Dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos* (I, 437.); itemque magni Cassiodorii praecepta (LXX, 1126.), ubi tradit *quemadmodum in Scripturis divinis librariorum vitia corrigere debeamus;* nam scite ait: *Sic scriptorum delicta corrigite, ne iuste arguamini, si praecipitanter*

(1) Hanc cautionem a Luca Brugensi prudenter adhibitam, imitari curavimus; nam ille ad Card. Sirletum scribit: « Cum in dubium, de germana interpretis » scriptura quovis pacto veniremus, non ipsi sententiam » diximus, sed, iis quae pro singulis facerent partibus » in medium allatis, ferendam sententiam aliis reli- » quimus. Quin et alias, cum, re satis perspicua, no- » stram ausi sumus sententiam explicare, in omnes » aeque partes, ita ut ferebat unaquaeque, disserui- » mus, ut si quem plus forte alterius partis movere » possint rationes, eam prae nostra liber amplectatur » opinione. Cupimus enim melioribus subiecta senten- » tiis, quae a nobis iudicata sunt; nec tantum, verum » etiam quaecumque aut dicta aut scripta. »

alios emendare tentetis. Istud enim genus emendationis, ut arbitror, valde pulcherrimum est, et doctissimorum hominum negotium gloriosum. Verissime autem de hoc studiorum genere scribit Mariana *(Pro edit. Vulg. c. XXIV.)*: « Magna prudentia opus habet, gravi iudicio quicumque editionis Vulgatae codi» ces castigare aggredietur; cum multa in ea sint, quae a fontibus hebraicis grae» cisque codicibus discrepare videntur illorum potius vitio, quam interpretis; ... » aut quoniam interpreti fuit propositum sententiam exprimere, non numerare » verba; quae si immutare quis velit, rem is stultissimam faciat. ... Summe » magno iudicio opus est, magnaque prudentia ad castigandum divinae Scriptu» rae libros, ac praesertim praecipua animi pietas et modestia adhibeatur, pro» culque sit contradicendi libido, novaque atque inaudita inveniendi. Quod in » Bibliis Romae recens editis observatum certe credimus. »

Unum adhuc restat, quod praeoccupare debemus. Quum enim criticae quaestiones, quas hoc volumine ad inquirendum potius quam ad legendum proponimus, utilitatis plus eruditis, quam voluptatis allaturae sint; ab iis qui in hoc studiorum genere minus exercitati versatique sunt facile contemnentur ac despicientur. Cui bono, plures dicent, tam multas futiles ac frivolas ineptias obtrudis, quae nec sensum afficiunt, nec aliquem usum afferre posse videntur? Nonne satius fuisset his nugis carere? Quid enim iuvat ob unius aut alterius codicis tantillas varietates sacrum textum iamdiu receptum passim vexare? Haec aliaque multa non imperiti modo, quorum iudicium haud pertimescimus, sed et quidam docti, in hisce tamen studiis peregrini atque hospites, nobis recinent. Quibus satis nos facturi, missis Hieronymi, Augustini, Cassiodorii aliorumque veterum exemplis et testimoniis alibi memoratis, paucas excitamus sententias illorum, qui in hoc studiorum genere inter recentiores principes habentur. Franciscus Lucas Brugensis *in epist. ad Sirletum:* « Sed erunt qui haec nostra ridebunt, atque » ut frivola aspernabuntur, ... nec curae ipsis sunt quae occurrunt subinde co» dicum varietatulae. At eorum ego nihil movebor sententiis. ... Si qui laudi » sibi ducunt profanorum auctorum editiones a mendis vindicasse, longe ego » maiori dignum laude censeo qui hic id operae collocarit. » M. Antonius Muretus *Varr. lectt. VIII,* 4. « Quotidie magis intelligo verum esse id, quod semper exi» stimavi, nullam esse mendam ita pusillam, quam non permagni intersit e vete» rum monumentis tolli et corrigi. » Iohannes Albertus Bengel *in N. T.* « Neque » ulla varietas tam gravis est, ut inde religionis summa pendeat, neque tam levis » ulla, ut veritas apostolica non sit praeferenda vitiis librariorum. » Iablonskius in *edit. Bibl. anno* 1699. « Si correctiuncularum nostrarum pleraeque circa mi» nutias grammaticales versari cuiquam videbuntur, non equidem ibo inficias: » at neque poenitebit studium, quale profanis gentilium scriptoribus emendan» dis, eorumque genuinae lectioni restituendae multi cum laude impenderunt, » sacro impendisse codici. » Ioh. H. Michaëlis, *Diss. de codd. Erfurt.* « Si cui » vero multa in sequentibus dicta a nobis videantur leviora nec adeo digna quae » memorentur, eum suo abundare sensu facile feremus. Ita est in re critica, ut » vix possit fieri, quin multa proferantur, quae alii, occupati alia doctrinae parte

» . . . pro minutiis habeant. » Kennicottus in *Diss. gener.* §. 167. « Ernestus ait: » *In libris excutiendis nihil, quamvis tenue, quamvis vitiosum, negligendum* » *est.* Haud enim raro accidit, ut non servata voce tota, servetur verae vocis » fragmentum. » Christophorus Palomares in *Praefat. ad cod. goth. tolet.* « Plu- » rimas lectiones a barbaro scriptore et latinae linguae prorsus ignaro vitiatas, » quemadmodum scriptas reperi, exscripsi; quia saepius ex eis coniici facile » potest quae olim fuerit pura et germana lectio. » Iohannes Iahnius in *Praef. ad Bibl. hebr. Vien.* 1806. *pag. XXIII.* « Si lectores quipiam pluribus varieta- » tum minutiis offenduntur, cogitent, materiem exercitii artis criticae suppedi- » tandam, indolem codicum et versionum prodendam, et denique ostendendum » quoque fuisse plerasque varietates reapse non esse nisi minutias, quibus textus » minime redditur incertus aut suspectus, quod vereri quospiam tirones obser- » vavi. . . . Accedit demum, quod non raro illud, quod tibi leve, imo levissi- » mum videtur, alteri videatur esse gravissimum, ut in huiusmodi lectionum va- » riantium delectu vix, ac ne vix quidem omnibus satisfieri possit. » Quid multa? Nonne eamdem sententiam amplexati sunt quotquot e re critica sacros libros vel profanos excoluerunt? Et quidem, ut de Bibliis tantum loquamur, in promptu sunt lectiones hebraici textus quas post Beniaminum Kennicottum Iohannes Bernardus De-Rossi congessit; lectiones alexandrini interpretis quas coacervarunt Robertus Holmesius et Iacobus Parsonsius; lectiones Italae et Vulgati quas Petrus Sabatierius, Iosephus Blanchinius, Angelus Maius aliique ediderunt. Quid dicemus de Novi Testamenti textu, quem innumeri scriptores a Laurentio Valla et Iohanne Millio ad Constantinum Tischendorfium, Tregellium et Lachmannum variis lectionibus paene obruerunt? Nonne uberrimos inde fructus eruditi omnes fatentur exstitisse? At de his satis superque. Non enim aliorum suffragium extorquere, nec invitos ad legendum cogere volumus: quin immo nostrum librum ab horum manibus atque ab oculis remotum esse maxime optamus; idque non eo quod illorum doctrinam aspernemur (quod absit), sed quia veremur ne rei criticae imperiti variis lectionibus perperam utantur, quod quam sedulo cavendum sit prudenter docuit De-Rossi in suis *variis lectt. tom. IV. pag. XX.*

Antequam fontes, quibus usi sumus, aperiamus, quae postrema ex propositis partibus est, aequitatis ratio omnino postulat ut quae Ungarellius enarrator diligentissimus paraverat sui operis prolegomena, a nobis heic integra subiiciantur; idque eo libentius praestamus, quod eadem prorsus necessaria esse videntur ad percipiendam cognoscendamque universi nostri operis rationem. Quum tamen nonnulla occurrant quae addenda aut castiganda visa sunt, eadem nos pro re nata in subiectis notulis supplemus aut emendamus. Quo in negotio ita versari conabimur, ut neque debito obsequio erga praeceptorem (cuius memoriam grato animo prosequimur), neque veritatis adsequendae studio, quo unice ducimur, defecisse videamur. Immo de universo hoc nostro opere semel monuisse sufficiat: dum aliorum errores reprehendimus, nostros ab aliis castigari non modo aequo animo feremus, sed et percupimus: ita tamen ne quis pravis studiis moveri videatur, quibus nos vacuos fuisse speramus.

§. I.

Vulgata latina editio ante concilium Tridentinum celebratum quomodo se habuerit.

Quo statu fuerint Biblia latina vulgata in libris impressis circa medium saeculum XVI. demonstrare non attinet: praesto namque sunt editiones quamplurimae, quibus adornandis per annos amplius centum in Belgio, in Italia atque in Galliis primarii typographi incumbebant. Sed quoniam non absolute et in se eiusmodi editiones sunt considerandae dum agitur de earumdem integritate, seu mavis correctione, verum comparatione facta et cum Bibliis manu prioribus saeculis descriptis, et cum illis, quae post concilium Tridentinum in vulgus emissa fuerunt: nos omni confidentia asserimus, Biblia vulgata edita, prout circumferebantur paulo ante dictum concilium, plus quoad emendationem distasse ab hodiernis clementinis, minus autem a manuscriptis CCC. circiter annorum. Verumtamen diversimode loquendum, si ab anno XXXVI. circiter saeculi XIII. assurgimus ad XII. vel etiam XI. saeculum. Valde namque plures corruptiones inventae sunt in communibus manuscriptis Bibliis quam in aliis post medium saeculum XIII. ac deinceps conscriptis (1). Testimonium luculentissimum huic rei cura praebet Stephani II. Ab. Cistercii, a quo anno MCIX. Biblia latina collata cum fuerint, adhibitis in consultatione peritis ex iudaeis, codicem suum redundantem hac illac invenit (2) (Conf. Mabillon. edit. *Opp. s. Bernardi*). De singularibus et vetustioribus codicibus in monasteriis ac Principum aedibus asservatis non agimus. (Circa hos adesis Bianchinium, *Vindiciae canonicarum Scripturarum Vulgatae edit.*, qui de triplici eiusdem statu *puritatis* ante permixtionem cum Itala, *permixtionis* eiusdem, et *correctionis* a Carolo Magno per Alcuinum praestitae agit p. CCCXX. CCCXXVIII. CCCXL.)

Cuius quidem rei si ratio sit afferenda, haec erit profecto; quod sicuti praesentia vulgata a romanis correctionibus meliorem suam conditionem agnoscunt, ita quae a medio saeculo XIII. usque ad Robertum Stephanum, sive manuscripta, sive edita apparuerunt, ordini patrum praedicatorum suam qualemcumque bonitatem referunt acceptam. Huius namque religiosae familiae homines,

(1) Certissimum enim exploratissimumque est clementinas Vulgati editiones eo magis accedere ad vetustissimos Bibliorum codices in locis quibus recedunt ab editionibus seculi XV., quo minus istae a manuscriptis recentioribus distant. Ceterum quod hoc loco Ungarellius asserit de corruptionibus codicum seculo XI. et sequenti conscriptorum, confirmatur testimonio Hugonis a s. Victore (CLXXV, 18.), qui diserte scribit: « Hieronymi translatio quia hebraicae veritati con- » cordare magis probata est, idcirco Ecclesia Christi » per universam latinitatem prae caeteris omnibus » translationibus, quas vitiosa interpretatio, sive prima » de hebraeo in graecum, sive secunda de graeco in » latinum facta, corruperat, hanc solam legendam et » in auctoritate habendam constituit. Usu autem pravo » invalescente, qui nonnumquam solita magis quam » vera appetit, factum est, ut diversas diversis sequen- » tibus translationes, ita tandem omnia confusa sint, » ut paene nunc quid cui tribuendum sit ignoretur. » Denique, ut alios praetermittamus, Milo Crispinus (CL, 55.) per eamdem fere aetatem Bibliorum codices *scriptorum vitio nimium corruptos fuisse* asserit.

(2) Praeter Stephanum II. Ab. Cistercii (de quo cf. *Histoire litteraire de la France IX*, 123. et Patrol. lat. CLXVI, 1373.) Lanfrancus cantuar. CL, 55. 94., Petrus Dam. CXLV, 334., Francus scholast. CLX, 585., Olpertus CLX, 625., Gondolfus *Histoire litt. de la France* VII, 118. IX, 374. aliique plures extiterunt seculo XI. et sequenti qui sacrorum codicum correctionem pertentarunt: at illorum studia nec satis ad criticae artis canones exacta, nec omnibus probata fuerunt; adeoque haud inde magna utilitas derivata est.

ne quid deesset, in quo bene de catholica Ecclesia mereri possent, *Correctorium parisiense,* quod vocant, in conventu s. Iacobi incredibili solertia elucubrarunt, summa quoque pro ea aetate χρίσει instrumenta perfectae collationis, duce Hugone a s. Charo, adhibuerunt eo prospero successu, quem mox dicemus. Huiusce Correctorii descriptionem videre licet apud Richardum Simon (*Nouvelles observations sur le texte et les versions du N. T., par.* 2.). Conferantur quoque Quetif et Echard (*Scriptt. Ord. Praed.*), Fabricy (*Titres primitifs tom.* 2.), Natalis Alexander (*Dissert. de Vulg.*) et alii. Utilitatem igitur huiusce operis non tantum ordo ipse praedicatorum persensit, quemadmodum constat ex prudenti usu Correctorii facto ab angelico Doctore disputando adversus abbatem Ioachimum (opusc. 24.); verum etiam correctiones illae ad alias quoque scholas dimanarunt; ex his namque et doctores Sorbonici profecerunt, qui quidem nonnisi post illud dominicianorum, suum elaborarunt ἐπανορθωτὴν sorbonicum; neque admodum difficile esset illos revincere, qui contra scripserunt (*Ackermann Introd. in LL. SS.* p. 65.); sed non est nostri instituti (1). Illud porro apertissimum est, susceptas castigationes huiusmodi parisienses effecisse ne vulgata latina Biblia in peius ruerent, immo hoc consecutae sunt, ut plures sanae lectiones in dies revocarentur, exularent autem mendosae. Laudabile namque illorum patrum exemplum aliorum industriam excitavit ad aliquid simile audendum ex variis manuscriptis quae hac illac per Europam delitescebant. Hinc quartus vulgatae status initium sumit, qui, *impressionis* appellari poterit, utpote a typographica arte ortum ducens. Et licet nonnullorum hominum immoderata licentia iustos limites praeterierit, hanc tamen summorum Pontificum auctoritas e concilii generalis decreto cohibuit: unde nova, magisque accurata emendatio illa instituta est, quam et externa temporum conditio, et internus vulgatae editionis status postulare videbantur; ut ad postremum suum (qui *firmitatis* nobis dicitur) statum vulgata latina Biblia pervenirent.

§. II.

Quid Romae actum sit pro huiusmodi correctione a Pio IV. usque ad Sixtum V.

Anno MDXLVI. die 8. aprilis concilium generale Tridenti celebratum sessione IV. Paulo III. P. M. Praeside per Legatum suum Marcellum Cervinum Card., decreto suo caverat, ut in posterum haec vulgata editio (*authentica* prae omnibus aliis latinis editionibus declarata, et cuius libri singillatim in eodem decreto, eiusdem Marcelli Cervini suasu, recensiti sunt) *quam emendatissime imprimeretur.* Pius itaque IV. sub quo idem concilium, vergente ad finem anno MDLXIII. absolutum fuerat, sedulo cogitare coepit de hoc decreto exequendo. Ipse igitur primus congregationem instituit virorum doctorum, quorum etsi no-

(1) Quae Ungarellius noster hoc loco de correctoriis leviter tangit, plene a nobis enucleata fuerunt in Dissertatione quam edidimus (*Atti della Pontificia Accademia romana di archeologia, tom. XIV.*) de tribus vaticanis codicibus, quibus tria diversa correctoria continentur: horum autem testimonia nostro in opere perpetuo proferuntur atque designantur litteris M. N. O. Vide infra nostrorum codicum *apparatum.*

mina reticeantur (*Vide Praef. hodiernae Vulgatae edit.*), probabile tamen est eosdem illos, saltem ex parte, fuisse, qui postea sub pontifice Sixto V. idem opus impensius prosequuti sunt, uti videbimus. Ceterum quamnam rationem ad finem suum consequendum inierit congregatio a Pio IV. ordinata, nondum exploratum habemus. Verum quidem est ante ipsum Pium aliquid pro vulgatae emendatione tentatum fuisse Romae sub auspiciis praesertim laudati Marcelli nondum Pontificis Maximi, et hinc explicandum est quod affert Hod (*De biblior. text. originalibus pag.* 488.) voluisse nempe illum latina Biblia emendare. Equidem is, ut erat in primis eruditus, ope sua consilium fovit Nicolai Maiorani varias ss. Bibliorum lectiones colligendi pro textibus hebraeo et graeco, fortasse etiam latino, id quod ex epp. Latini Latinii constat agitasse intra ann. MDLIV-MDLVII; non tamen ex illius vitae scriptore (*Pollidori, vita Marcelli II. Romae* 1744.) eruitur ipsum per se huiusmodi rem praestitisse Marcellum, qui infra hoc tempus creatus summus Pontifex dies viginti duos romanam sedem tenuit (1). Quid igitur actum sit sub Pio IV. pro emendanda editione vulgata ignoramus (2); neque argumenta aliunde suppetunt ad asserendum alicui

(1) De Marcelli eruditione plura dabit Paullus Colomesius (*Ital. et hisp. orient., p.* 78.) et Petrus Pollidorius in *vita Marcelli II.*, qui (pag. 81.) asserit quidem hunc consilium fovisse Maiorani; at quum huius rei unicum testem proferat Latinum Latinium *tom. 2. epist. 3. ad Andream Masium*, quumque ex laudata ad Masium epistola nil aliud colligi posse videatur, nisi Maioranum sperasse se a Marcello adiutum iri; nos suspicamur Pollidorium, quem sequutus est Ungarellius noster, hoc loco nonnihil a veritate aberrasse. Conferantur notae Lagomarsinii ad epistolas Iulii Pogiani tom. 1. pag. 123.

Romae in bibliotheca casanatensi adservatur exemplum editionis Bibliorum cum notis Lirani, Basileae 1506-1508. fol. voll. 6., ad cuius marginem leguntur adnotationes scriptae manu ipsius Card. Marcelli Cervini; ex his patet illum Vulgatam editionem contulisse cum graeca et chaldaica interpretatione; nullum autem ibidem apparet vestigium ex quo colligere possimus Marcellum latinos quoque codices inspexisse; nec propterea id fecisse negamus. Nam Iohannes Cochlaeus, qui Cardinali Alexandro Farnesio, anno 1544. suam inscripsit disceptationem *de novis ex hebraeo translationibus sacrae Scripturae*, ait: « Marcellum ex antiquissimis et probatissimis undique collectis utriusque Testamenti exemplaribus latinis, ea » Scripturae loca, quae quolibet casu aut iniuria viderentur depravata restituisse. » At subdit: « Verum » nihil horum me hactenus videre contigit. »

(2) Certissima tamen exstant documenta, quae evincunt aliquid sub Pio IV. pro emendanda editione vulgata actum fuisse. Huc facit scheda codicis B in archivo bibliothecae vaticanae, fol. 19., ex qua edocemur quinam fuerint Cardinales a Pio IV. deputati; sic enim ibidem legimus: « 21. Ottobre 1562. Marsilio » Caphano depositario della R. C. Apost. sopra la stampa dei libri dichiara di aver ricevuto dal Card. Alessandrino per le mani del Sirleto una Bibbia antica » di carta membrana in foglio grande, qual si dice essere delli frati de Avellana ad effetto di consegnarla » a chi ne sarà commesso dai Card. Morone, Trani, » Amulio e Vitelli deputati sopra la stampa, la quale » dovea servire per riscontrare altri testi vecchi con » questa, e di tutte insieme fare una Bibbia emendatissima, da stamparsi a benefitio publico nella pre» dicta stampa di Roma. » Igitur a Pio IV. munus corrigendorum Bibliorum commissum fuerat Cardinalibus Iohanni Morone, Ioh. Bernardino Scotti tranensi, Antonio Amulio et Vitellio. Codex Bibliorum, de quo agitur in laudata scheda, est nunc inter vaticanos praenotatus num. 4216. cum epigraphe *Biblia monasterii s. Crucis Fontis Avellanae;* et fortasse est idem codex quem monasterio avellanensi adtribuerat s. Petrus Damianus. (*cf. Patrol. t. CXLV. p.* 334.) Praeterea Pius IV. Paullum Manutium Romam accivit ut Biblia ederet castigatissima; scribit enim Latinus Latinius ad Andream Masium anno 1561. (*tom. 2. p.* 87.) « Addo quod minime expectaras, conductum huc Paul» lum Manutium, ut sacros primum libros, deinde et» iam ad eos pertinentes, id est virorum sanctorum vo» lumina excudat. Prima autem erunt, ut audio, sacra » Biblia latina, deinde graeca, atque ad eam rem Faër» nus iam cum Sirleto bonam diei partem incumbit. » Re quidem vera Manutium eodem anno 1561. Pontifice Maximo suadente, Romam petiisse, ut novam Vulgati editionem imprimendam curaret, praeter Latinium (*l. c. p.* 100.), alii plures testes confirmant apud Lagomarsinium in notis ad Iulium Pogianum (*tom. 1. p.* 120. 328. *tom. 2. p.* 275.). At vero quum non satis expolitum perfectumque esse videretur opus emendationis Bibliorum, interim Manutius Romae in edendis patrum operibus insudavit. Faërnus autem eodem la-

*

usui fuisse studia, sive Cervini, sive Maiorani, pro hoc negotio facilius expediendo. Aliquid certius inquiramus in pontificatu s. Pii V. non a Gabutio quidem nostro, qui elegans descriptor extitit vitae s. Pontificis, cum de Congregatione ab hoc instituta omnino sileat, minus etiam a Paulo Alexandro Maffeio (1), verum a Ciacconio, ab Andrea Masio, a Latino Latinio, ab Antonio Agellio, denique a Casimiro Tempestio. Refert hic, eosdem illos Sixtum adhibuisse viros, qui iam a Pio IV. delecti fuerant (*Vita Sixti V. tom.* 2.); addit Ciacconius, praefecisse Congregationi sacrorum Bibliorum et eorumdem correctioni Antonium Carafam Card. Ex epistolis porro Latinii ad Masium, et huius ad illum docemur, quinto circiter anno pontificatus s. Pii V. sacris Bibliis restituendis diligentem operam fuisse Romae impensam, cui prae ceteris instabat Guilielmus Sirletus Cardinalis (2). Huius viri elogium licet a Gabutio nostro

bente anno vita functus est. Denique laudatus Lagomarsinius (*op. cit. I*, 332.) quamdam epistolam Cardinalis Hieronymi Seripandi protulit, scriptam die 6. Nov. 1561., ex qua constat Sirletum maximam partem habuisse in castigandis Bibliis, quae propediem edenda erant.

(1) De eadem congregatione silet Hieronymus Catena, qui eiusdem summi Pontificis *vitam* italico idiomate descriptam edidit Romae 1586.

(2) Iuvat hoc loco ipsius Latinii verba ex eiusdem epistolis ad Masium proferre. Igitur nonis Maii anno 1569. Romae scribit: « Hic summa cum diligen» tia et religione sacris Bibliis restituendis opera na» vatur. In ea re Sirletus Card. unus omnium paene » instar erit, ut ego sentio, qui viri excellentissimi » ingenium, eruditionem, memoriamque iam multos » annos plane perspectam laudare tibi audacter pos» sum. » Eodemque anno VI. idus octobris ad eumdem scribens ait: « Quod autem tibi persuasisti, mi Masi, » nostros hic in sacris latinis Bibliis restituendis, id » unum maxime conaturos, ut veteris interpretis er» rores et culpam defendant, in eo non minimam abs » te nobis iniuriam fieri (quod pace tua dictum volo) » tum demum intelliges, cum vere consideraveris non » modo adversus temporum iniuriam, librariorum ne» gligentiam et imperitiam, audacium quoque homi» num temeritatem, non superiores aut potiores prae» sidiorum et adiumentorum caussas hebraeos, quam » graecos aut latinos habuisse in libris suis incorru» ptis et integris conservandis; sed multo inferiores eo» rum tuendorum semper in eis fuisse cum rationes » tum facultates, propter frequentes gentis eius casus, » calamitates, ἀλώσεις, quibus attriti et eversi, tandem » exterminati sunt. Quare non video quo argumento » persuadere tibi possis incorruptiora integrioraque he» braeorum quam nostra scripta mansisse: illud certe » video, in minore rerum perturbatione et confusione » facilius integra omnia conservari, quod nos in dies » ipsa rerum omnium magistra experientia facile do» cet; ne interim illud addam latinis et graecis libris » ideo plus habendum esse fidei, quod a plurimis eius» dem religionis et sectae viris, cum eximia morum » sanctitate, tum summa etiam eruditione praeditis, » ita sunt tractati, explicati et illustrati, ut si qua in » re diversa lectio controversiam aliquando fecit, in » ea religiosissime semper versati sint, neque temere » umquam reiecerint quidquam, aut a Septuaginta in» terpretibus, aut ab ignoto latino vetereque inter» prete scriptum. Ergo, mi suavissime Masi, non recte » de nobis iudicas, si in eo nos humano, id est cor» rupto studio duci arbitraris, in quo religiosissime » studemus veteris interpretis non culpam sed fidem » et veritatem tueri. Cum itaque fieri, ut vides, non » possit, ut ad hebraeorum exemplarium fidem eam» que integram et incorruptam provocare, aut aequum » sit, aut tutum, necessario sequitur, ut eam nobis » viam ingrediendam proponamus, statuamusque per » quam ad certiora veritatis vestigia secure pervenire » tandem possimus. » Denique anno 1570. IV. nonas decembris scribit: « Verba tua haec sunt: *Quod istic* » *sacris Bibliis restituendis diligens opera navatur,* » *gaudeo: est mihi Sirleti eruditio insignis, et me*» *moria admirabilis probe cognita; sed erit profe*» *cto, mi Latini, non dico supra Sirleti, sed cuiusvis* » *vires latinum interpretem ubique a culpa defen*» *dere, quod unum vos istic esse conaturos mihi per*» *suadeo.* Quae postrema verba si nobis, quod aequum » est tantum probari putasses, numquam credo ad» scripsisses; multa sunt librariorum culpa commissa, » quorum nos ab interprete poenas exigendas inter» dum iudicamus, inique illud certe; et non satis ex » aequi bonique formulis, cum bene frequenter acci» dat, ut ex vetustis codicibus vera interpretis lectio » incorrupta inveniatur, quod argumento esse possit » in multis eiusmodi locis, ubi interpres aut inscitiae, » aut negligentiae nomine condemnatur, vitio libra» riorum commissum esse ut aut ab hebraicis fonti» bus, aut a graecis nostra editio dissentiat, et alicubi » manca et decurtata sit. » Verissime haec a Latinio prolata fuisse facile confitentur eruditi. Attamen de romana correctione agens loh. Mariana in *Tractatu de editione Vulgata* (ed. Colon. Agripp. an. 1609. c. XXI.) scribit: « Pio V. P. M. tentatum est editionem Vulga» tam sinceram exhibere, cessatum tamen, *deterritis*

audire: « Erat Sirletus non summo quidem loco natus, sed integerrima vita, » castissimis moribus, summa pietate, ac multiplici eruditione praeditus. Linguarum autem praesertim hebraicae, graecae et latinae cognitione omnium facile » princeps; in sacrarum literarum studio versatus, etc. » (1) Cuiusmodi porro fuerint studia eius circa vulgatam intelligere possumus ex illo specimine annotationum variarum lectionum in Psalmos, quae ab editoribus Bibliorum polyglottorum antuerpiensium in tomo octavo insertae fuerunt *ad sacri Bibliorum apparatus instructionem*, an. MDLXXI. Ceterum quamvis haec piana Congregatio in inspiciendis antiquissimis codicibus manuscriptis incumberet, collatis Bibliorum fontibus, nec non consultis veterum patrum allegationibus, nihil tamen, vivente s. Pio V. definitum est de vulgata, ita saltem, ut in lucem prodire posset. Cuius morae causa facile agnoscitur emendatio Missalis, Breviarii ac Martyrologii romani quae ceteris praeivit; deinde vero subsecuta est editio codicis vaticani LXX. interpretum; qua de inferius dicetur. Haec profecto negotia, quae nondum absoluta fuerant, quando Gregorius XIII. s. Pio in cathedra romana successit an. MDLXXII. quin magnus iste pontifex vulgatam latinam diligenter emendatam sua auctoritate firmaret, impedimento fuerunt. Quinimo et toto ipso haud brevi pontificatu Gregorii XIII. parum aut nihil res profecit quoad emendationem (2). Praestat audire Antonium Agellium cler. reg. teatinum consultorem dictae Congregationis (3), qui satis aperte tradit (apud Antonium Franciscum Vezzosum, *Scrittori de' chierici regolari detti Teatini*, t. 1, p. 10.) nonnisi, Sixto V. pontifice, huic operi romanos correctores extremam manum imposuisse: « Itaque iam inde (sic in quadam sua epistola Agellius) a Pii V. » pontificatu emendandorum Bibliorum munus est mihi creditum, ubi simul cum » Cardinali illo (Carafa) illustrissimo, atque optimo comites laboris habui Ma» rianum Victorium episc. reatinum, R. fratrem Paulinum dominicanum, R. pa» trem Emmanuelem iesuitam. . . . Gregorio XIII. (an. 1572.) extrusus sum ho» noris specie; tum exacto triennio muneris, et officii mei (*Praepositus fuerat » collegii genuensis*), Romam reversus, paucis mensibus interiectis, cum adhi» bitus essem ad emendanda Biblia graeca, rursus relegatus sum eadem honoris

» *rei difficultate* quibus ea cura est imposita viris » prudentibus atque eruditis. » Eiusdem Pii V. aetate, seu circa annum 1567, vix aliqua spe ductus videbatur Salmeron: « Utinam, inquit, labor in ea (Vulgata) ex» purganda et recognoscenda inchoatus per peculiarem » illustriss. Cardinalium atque doctissimorum virorum » deputationem a SS. D. N. Pio V. indictam, tandem » aliquando perficeretur. » *Proleg. Biblior.* N. 3.

(1) Ioh. Antonius Gabutius *De vita et rebus gestis s. Pii V. P. M.*, Romae 1605. pag. 24.

(2) Bibliorum emendationem parum aut nihil, vivente Gregorio XIII., profecisse iure scribit Ungarellius; attamen Genebrardus in *Chronographia*, lib. IV. (pag. 752. ed. Paris. 1585.) ad annum 1584. de eodem Gregorio XIII. agens scribit: « Sacra Biblia latina ad pri» stinam integritatem redegit. » Cuius sententiae ratio non facile perspicitur, nisi dicas Genebrardum pro completo opus incoeptum habuisse, aut de iis editionibus loquutum fuisse, quae aetate Gregorii XIII., prodierunt, de quibus loquitur Ungarellius infra ad §. XVII.

(3) De studiis a se impensis in corrigendis sacris codicibus graecis et latinis verba facit doctissimus Agellius tum in praefatione Comm. in Threnos Ieremiae (*ed. Rom.* 1589.), tum in epistola ad Paullum V. P. M., quam praefixit suis Comm. in Psalmos (*edit. Rom.* 1606.); priori loco sic scribit: « Commentario» lum hoc in Lamentationes Ieremiae non continuata » opera, sed saepius interrupta confeceram, cum in » corrigendis Vulgatae Latinae editionis Bibliis occu» patus essem, et subsecivas horas, quae raro breves» que supererant perire nollem. » Altero autem loco sic loquitur: « Aetatem omnem in sacris litteris emendan» dis, ut sanctissimorum Pontificum iussis obtempe» rarem exegi. »

» specie Cremonam (an. 1579.). Ibi duos annos exegi: tum reversus, et invi-
» diam romani incolatus fugiens, Neapolim me transtuli; inde literis illustrissimi
» Carafae, et Pontificis (Gregorii XIII.) iussu revocatus, ut coeptum emenda-
» tionis LXX. interpretum laborem repeterem. Tum rursus Neapolim inde re-
» versus, Sixti V. iussu revocatus ad emendanda latina Biblia (1). »

§. III.

Sixtina LXX. interpretum editione correctioni latinae vulgatae praeluditur.

Quamquam vero a Gregorio XIII. iam inde ab an. MDLXXII. romano pontifice munus emendandae latinae vulgatae, simul etiam edendae versionis LXX. iniunctum denuo fuerit Carafae, Congregationique, cui iste praeerat; nihil tamen ad finem, eodem Gregorio vivente, perductum est, ut antea vidimus. Etenim graeci textus *emendatio* (ita a scriptoribus eius aetatis vocari solet) seu *editio*, curas omnes exegerat per annos complures illorum, quibus haec Congregatio constabat: erant autem fere illi ipsi, quos Pius IV. adlegerat, et confirmaverat s. Pius V., surrogatis tantummodo per novum pontificem aliis, loco eorum, qui aut vita functi, aut Roma abierant. Recensentur illi nominatim a Michaële Ghislerio teatino in sua enarratione de vulg. corr. apud citatum Vezzosum, hoc ordine: *Antonius Carafa Cardinalis Praefectus; D. Laelius eiusdem Card. theologus postea episc. narniensis* (2); *D. Fulvius Ursinus canonicus ecclesiae lateranensis* (3); *Antonius Agellius episcopus deinde acernensis; p. Robertus*

(1) Ad ea quae Ungarellius hoc in paragrapho protulit adiicimus pretiosum documentum quod offendimus in codice M. 43. fol. 216. in archivo secreto vaticano, quodque nobis suppeditat elenchum Cardinalium et Consultorum quibus anno 1569. constabat sacra Congregatio pro emendatione Bibliorum; hoc igitur sic se habet: « Reverendissimi Domini Cardinales: Columna » *(Marcus Antonius)*, Sirlettus *(Guilelmus)*, Madru-» tius *(Ludovicus)*, Claravallensis *(Hieronymus Sou-» chier)*, Caraffa *(Antonius)*. Reverendi: Dominus » electus regiensis, procurator ordinis praedicatorum » *(Eustachius Locatellus)*, p. Magister s. palatii *(Tho-» mas Manriquez)*, D. Marianus Victorius *(dein episc. » reatinus)*, p. Magister Paulinus ordinis praedicato-» rum, D. Sacrista, p. procurator generalis carmelita-» rum *(Ioh. Baptista De-Rubeis)*, p. procurator or-» dinis cisterciensis, p. Natalis iesuita, seu alter eius » loco, p. Emmanuel iesuita *(Sà)*, Doctor Cornelius » portugalensis, p. D. Eutitius monachus ordinis s. Be-» nedicti *(Cordes)*, p. D. Antonius theatinus *(Agel-» lius, dein episcopus acernensis)*. » Ginanni, *Memorie storico-critiche degli scrittori ravennati* (tom. 2. pag. 303.) et Cosmas de Villiers, *Biblioth. carmel.* (tom. 1. p. 783.) testantur Iohannem Baptistam De-Rubeis iussu Summi Pontificis Pii V., anno 1568. Romam petiisse ut una cum tribus Eminentissimis viris Iohanne Morone, M. Antonio Amulio et Guilielmo Sirleto, Bibliorum castigationi vacaret. Sacchini in *Hist. societ. Iesu* (part. 3. lib. V. n. 41.) asserit Pium V. in Bibliis emendandis usum fuisse studio Emmanuelis Sa et Petri Parra eiusdem societatis. At praeterea, quod magis interest, in laudato archivo secreto vaticano (M. 43. 44.) et in bibliotheca vaticana (cod. 6786.) reperimus eiusdem Congregationis acta quae se porrigunt a die 28. aprilis ad 7. decembris anno 1569., quo temporis intervallo habitae sunt viginti sex sessiones, atque emendati fuere Genesis et Exodus. Sed de his sermo redibit in nostro *Apparatu*. Demum ad Pii V. aetatem spectat epistola Thomae Manriquez sacri palatii magistri data die 5. aprilis anno 1571. ad Lucam Antonium Iuntam typographum venetum, ex qua colligimus tunc temporis romanos censores ad Bibliorum correctionem animum applicuisse.

(2) Immo non *narniensis*, sed *neritonensis*; cf. Ughelli *Italia sacra* editio altera.

(3) In vaticano cod. reginae svecae 2023. fol. 393. extant litterae Fulvii Ursini ad Card. Sirletum datae, in quibus ait: « Rivedo le note mie e del p. D. Anto-» nio (Agellio) sopra Giosuè, i Giudici e Ruth, ac-» ciocchè si possano sopra questi tre libri trascrivere » le notationi del signor Pietro Morino, le quali do-» vranno venire in mano di V. S. Illma; ed oltre que-» sta, ancora mi è necessario dar di nuovo una revi-» sione al testo vaticano per molte cose tralasciate; e » questa revisione communicarla con la Congregazio-» ne, e poi mettere in netto il testo per il stampatore. »

Bellarminus; Petrus Morin; Doctor Valverde hispanus; D. Gulielmus Alanus anglus (1). Istos, quos se cognovisse affirmat, Ghislerius nominat: dubitat vero an iisdem accensendus fuerit etiam p. Franciscus Toletus, quem nos postea videbimus hoc tempore ad hanc Congregationem non pertinuisse. Addit praeterea cooptatum inter alios fuisse D. Antonium aquinatem postea episcopum sarnensem, et archiepiscopum deinde tarentinum. Omnes hi viri graece docti studia sua in recensendo emendandoque graeco textu insignis codicis vaticani conferebant, eorumque coetui, non secus ac illis, qui libris postea sub Sixto edendis praeerant, *scholasticorum* nomen inerat (*scholasticus* tunc *litteratum* sive *doctum* sonabat). Meminisse autem oportet, istam LXX. editionem latinae Vulgatae castigationi praeivisse tamquam instrumentum, quo uti possent correctores ipsi postea in dubiis Vulgatae locis discutiendis, quod et factum est, uti suo loco demonstrabimus (2). Nunc vero, attenta connexione alterius laboris cum altero, idest graeci codicis in lucem prolati cum latinis Bibliis restituendis, nonnulla lectorum oculis subiicienda sunt; et primo: consilium graecae huius editionis a Card. Peretto profectum esse. Testatur hoc Petrus Morin superius memoratus, in epistola sua ad Silvium Antonianum dicens: « Anno 1578. author » fuit Gregorio XIII. Cardinalis Montaltus, postea Sixtus V. b. m. (scribebat » Morin an. 1595.) ut Bibliis graecis scholam instituerent. . . . Statim Gregorius » dedit Cardinali Carafae negotium, ut scholasticos aliquot homines convocaret, » eorumque coetum haberet. » Si haec cum paulo superius allata narratione Agellii, conferas, mire deprehenderis convenire. Alterum est: in hoc textu edendo aliter se negotium habuisse quam communis fert opinio; scilicet non erat mens Gregorii, neque Sixti vaticanum codicem LXX. interpretum prout iacebat exhibere; verum antiquissimam hanc versionem in genere, quoad possent, ad pristinam veritatem revocare seu *recensionem* peragere. Quin igitur crederent, pu-

Etsi nullam prae se ferat anni notam, tamen haec epistola profecto scripta fuit anno MDLXXXVI.

(1) Nomina Consultorum, qui a Gregorio XIII. delecti fuerant ad correctionem Bibliorum ex Ghislerio descripsit Ungarellius. At vero quum Petrus Morinus in sua epistola ad Silvium Antonianum alios quosdam Consultores a Ghislerio omissos commemoret, quumque adiuncta nonnulla ab aliis scriptoribus silentio praetermissa narret, illius fragmentum hoc loco recitare placet. Scribit igitur Morinus: « Gregorius » (XIII. P. M.) dedit Cardinali Carafae negotium, ut » scholasticos aliquot homines convocaret, eorumque » coetum haberet. Accersit Cardinalis Franciscum Turrianum, Petrum Ciaconium, Antonium Agellium, et » me. Sed Turriano, quod propemodum auribus captus » esset, suffectus est Petrus Comitulus eiusdem RR. » iesuitarum sodalitatis; nobisque post aliquod tempus » aggregatus est Fulvius Ursinus. Cardinalis cum inter nos comparasset, libros Bibliorum veteres evolvendos distribuit. Multa eaque recondita in medium » attulit Ciaconius e Doctoribus latinis. Mihi vero uni » data est provincia Commentariorum in V. T. vaticanorum, quae *Catenae* dicuntur, evolvendorum ac perlegendorum, ut ex iis varias lectiones . . . exciperem, et in annotationes conferrem, quas itidem scribendas susceperam. Immensum id opus tam multa legendi, in quo vel totam hominis aetatem bene consumi quis putaret, aliquot annis exhausi. » Huc facit alterius quoque coaevi scriptoris testimonium, nempe Hieronymi Catena qui inter litteras quas ipse Romae edidit anno 1589. (pag. 332.) epistolam inseruit ad M. Antonium Ferretti ferme ante decennium conscriptam, ubi de quodam suo libro disserens ait: « Il libro è molto ricercato di quà, perchè hora si tratta » in Roma di questa materia per accommodare la traduttione della Bibbia et d'altri autori greci. Il Sileto più di tutti lo desidera etc. »

(2) Dolemus tamen Toletum in suis notationibus, neglecta praeclarissima Sixti editione graeca, complutensem editionem usurpare consuevisse; illum Angelus Rocca imitatus est; quod in nostris notationibus saepius apparet. Ceterum latinae Bibliorum editioni graecam praemittere voluisse Gregorium XIII. colligitur quoque ex epistolis Latinii, *tom.* 2. *pag.* 191.

ram eamdem contineri in illo codice, aliunde quaesierunt testimonia ad ipsius auctoritatem roborandam. Quare vaticanus textus adhibitus tantum fuit ut basis instituendae collationis, non autem ut iudex, quo lis omnis dirimeretur circa varias lectiones. Adstipulatur huic nostrae assertioni ipse Morin eadem in epistola ad Silvium Antonianum, aliosque plures consentientes habet, quos inter etiam Ghislerium, ut infra (1). Non erat igitur cur Alexander Geddes adeo miraretur (*Libell. de vulgarium sac. Script. versionum vitiis*) vaticani graeci codicis editores suum antigraphum identidem reliquisse; neque porro ii, qui in posterum collaturi sunt hunc codicem, suggillandi sixtinam editionem ab huiusmodi dissentionibus cum editis exemplaribus occasionem captabunt. Tertio demum loco: varias lectiones, quae in Sixtina graeca editione unicuique capiti subduntur, collectas fuisse atque perpensas a binis supra laudatis viris Petro Morin et Antonio Agellio. Sic namque ghisleriana narratio prosequitur: « Col» lectis itaque et codicibus, et pereximiis hisce viris, primo correctionem ag» gressi sunt graecae versionis Septuaginta. In qua quidem exploratissimum » mihi est, laboratum prae omnibus a patre nostro Agellio, qui variorum co» dicum graecorum contulit textus, habita ratione lectionis hebraicae, cetera» rumque vetustarum versionum, et iterum ipsorummet Septuaginta, prout di» versimode a veteribus referrentur Patribus: et singula postmodum in Congre» gationibus, quae coram praedicto Card. Carafa et magistro sacri palatii a » praenominatis fiebant, exactius proponebat examinanda: ac perpensis variis » lectionibus, adductisque hinc inde rationibus, ibidem definiebatur, quae » quoquo in loco ut melior ponenda esset et verior. . . . Quod si D. Petrus Mo» rinus in colligendis lectionibus iis, quae post singula capita positae reperiun» tur, in correctis codicibus desudavit, sciendum tamen et in illis quoque ma» ximas, et fortasse praecipuas extitisse Agellii partes. » (2) Paulo fusius haec de Septuaginta editione attulimus; verum non extra causam: namque cum istiusmodi opus Vulgatae correctionem anteverterit, atque talis momenti fuerit ut temporis multum, nec diligentiae minus requireret, nil mirum esse debet si non

(1) Praetermittenda non sunt verba quae occurrunt in Praefatione ad *Vetus Testamentum secundum LXX. latine redditum et ex auctoritate Sixti V. P. M. editum* Romae 1588. ibi enim legitur: « Sixtus Quin» tus ad optima et maxima quaeque a Deo factus, no» vem ab hinc annos, cum Cardinalatum gereret, pro » singulari sua sapientia atque assidua et accurata sa» crorum librorum tractatione, quanti haec res ponde» ris esset, probe intelligens, Gregorio XIII. Pontifici » religionis et publicae utilitatis studiosissimo auctor » fuit, ut hanc Pontifice dignissimam cogitationem su» sciperet, praeclarumque hoc Ecclesiae ornamentum » diutius desiderari ne pateretur. Quod ille libenter » annuit, eamque provinciam Antonio Card. Carafae, » cuius prudentiae, eruditioni, fidei nihil tanti pon» deris erat, quod non rectissime committeretur, de» mandavit. Sed Gregorio viam universae carnis in» gresso, Sixtus V. summo Ecclesiae bono Pontifex » factus, quod opus Cardinalis suaserat, Pontifex eius» dem Card. Carafae opera usus perfecit. » Sed de his cf. epistola quam praemisimus Bibliis graecis editis a Card. Maio *tom. 1. pag. VI. et seq.*

(2) Pergit Ghislerius memorans schedas ab Agellio scriptas pro graeca Bibliorum editione: hoc autem loco haud supervacaneum erit meminisse codices graecos in vaticana bibliotheca praenotatos num. 1239. 1240. exhibere typum correctionum a sixtinis pro eisdem Bibliis peractarum: ac praeterea in praedicta bibliotheca servari exemplar sixtinae editionis Veteris Testamenti graeci, cuius in fronte scriptum legimus: *Ab illustrissimo Card. Carafa donatus D. Antonio* (Agellio) *propter eius laborem et diligentiam sumptam in eo corrigendo;* quod apud Ghislerium minus accurate memoratur. Petri autem Morini adversaria pro eadem editione digesta exstant in bibliotheca vallicelliana R. V. 2. 3. 4.

ante annum MDLXXXVII. absolutum fuerit, biennio scilicet post obitum Gregorii XIII. Sicque factum, ut quod Cardinalis Peretti consilio susceptum primum fuerat, eiusdem iam Pontificis Maximi auctoritate publicaretur. Narrationis ordinem ex opere impenso directe circa Vulgatam latinam repetamus.

§. IV.

Initium Correctionis Sixtinae. Instrumenta ad hanc idonea adhibita.

Expeditis iam quae ad graecam illam editionem adornandam pertinuerant, anno secundo pontificatus Sixti V., qui proxime Gregorio XIII. successerat, negotium latinae Vulgatae resumptum fuit in aedibus Cardinalis Carafae, urgente in primis Sixto, cui valde cordi erat, ut quam citius ad finem adduceretur. Congregatio itaque circa initium anni MDLXXXVIII., certe non prius, ob superius adductam rationem, manus operi admovit; interest namque ut temporis ratio aliqua habeatur, quo rectius ea, quae dicturi sumus intelligantur. Iacobus quidem Le Long, ac Prosper Marchand, ille in *Bibliotheca sacra,* hic in *Amoenitatibus litterariis* autumant, hoc ipso anno latinam Vulgatam a Sixto correctam praelo subiectam atque editam fuisse, huiusmodi freti rationibus: constitutio a Sixto V. huic editioni praefixa data fuit anno MDLXXXIX., cum porro legerint apud Angelum Roccam, Pontificem universa illa Biblia per se ipsum ante impressionem examinasse, rursusque impressam de integro perlegisse, sumpserunt, unius anni spatium veluti necessarium ad haec omnia praestanda, et pro constitutione elucubranda et edenda. Speciatim vero Marchand a verbis eiusdem constitutionis ita argumentatur: queritur ibi Sixtus, a decreto concilii tridentini annos iam viginti duos interfluxisse, quin huius emendationis negotium ad exitum fuerit perductum; atqui anni viginti duo a publicatione decretorum concilii desinunt in annum MDLXXXV.; hoc igitur anno, tertio scilicet ante impressionem, concludit ipse, corrigi coepta est Vulgata. Dant itaque triennium et amplius correctioni atque impressioni, biennium vero circiter recensioni a Sixto factae una cum suae constitutionis evulgatione, ut ad annum deveniant MDXC., quo Biblia sixtina prodierunt. Sed falso iidem ratiocinantur. Enim vero Sixtus ex una parte voluit, ut supra vidimus, Congregationem a se constitutam duobus prioribus sui pontificatus annis Septuaginta interpretum editioni incumbere; ex alia ipse quo tempore latina Biblia erant sub praelo, simul constitutioni suae conscribendae operam dabat, quod fusius postea explicabitur, novis fideque dignis monumentis adductis. Corruit ergo prior adducta ratio. Circa alteram animadvertendum, annos viginti duos a Sixto supputari non usque ad coeptam correctionem, verum ad sui pontificatus exordium; ad quem ut primum pervenit, statim illum cogitasse de hoc onere adimplendo tam verum est, quam est falsum opus illico susceptum fuisse.

Praeceperat Sixtus V. ut congregationes haberentur apud Cardinalem Carafam (*Ang. Rocca, Opp. tom.* 2. *p.* 355.), qui instrumenta idonea ad criticam collationem paraverat. Erant praecipue manuscripti codices melioris notae; ex his specialem mentionem, praeter varios vaticanae bibliothecae, merentur:

I. Codex amiatinus a cl. Bandinio illustratus; qui nunc a monasterio Montis Amiati translatus, in bibliotheca laurentiana custoditur (1). II. Codex ecclesiae toletanae, gothicis litteris, repraesentatus in collatione facta Sixti V. iussu, a Christophoro Palomares, Romamque missa, quam postea edidit Ioseph Bianchinus (2). III. Codex monasterii s. Paulli extra muros Romae, in cuius laudes effusum videbis Angelum Roccam (*Opp. tom. 2. p.* 348.). Quamquam, ut fa-

(1) Codicem amiatinum inter omnes latinos Bibliorum codices antiquissimum esse fere omnes eruditi viri nostra aetate consentiunt. De eodem codice, itemque de reliquis, in *apparatu* nostro sermo redibit. Ad historiam quod spectat, heic proferre sufficiat inscriptionem, quae seculo XVI. exeunte, laudato codici adiecta fuit: « La presente Bibia a dì 12. di lu- » glio 1587. fu portata all' Illustrissimo Cardinale An- » tonio Carafa per l'opera dell' emendazione della Bibia » latina vulgata, per ordine di sua Santità Sixto V. » in Roma, e fu restituita alli 19. di gennaro 1590. » alli reverendi p. don Marcello Vanni et don Stefano » Pizzetti monaci del monastero di s. Salvatore in » Montamiata. Io Asturo de' Conti d' Elci. »

(2) Non modo ignoravit Ungarellius plurima critica documenta, quibus usi sunt sixtini correctores, quaeque alibi a nobis describentur, sed praeterea ex his unicum gothicum codicem toletanum, seu potius eius varias lectiones superiori seculo a Blanchinio editas prae manibus habuit: reliquos autem codices numquam contulit. Hinc vero quum magnam partem correctionum a sixtinis peractarum eidem codici toletano consentire animadverteret, pro certo habuit atque saepius in hisce prolegomenis (conf. praesertim §. V. VII. et XXII.) testatus est sixtinos fere hunc codicem secutos fuisse, eidemque primas semper dedisse. Hanc autem eius sententiam ipsimet sixtini confirmare videbantur dum, in locis mox proferendis, *codicis gothici* mentionem iniecerunt. Verum enimvero certissimis argumentis evincere possumus Ungarellium hac in re falsum fuisse. Primo enim quum ea sixtinarum correctionum praeclarissima laus sit, ut eo magis illae lectionibus, quae antiquissimis quibuscumque latinis codicibus communes sunt, accedant, quo minus vulgatis Bibliorum editionibus consentiunt, nos quoque simili errore decipiebamur dum codicem vallicellianum conferre aggrederemur (hic enim primus fuit inter codices a nobis collatos); nam fere omnes varietates, quae occurrebant clementinam inter editionem et codicem vallicellianum, a sixtinis admissas mirabamur; ita ut prope certum nobis esse videretur sixtinos vix alios codices praeter illum inspexisse. Verumtamen mox reliquis aliis priscis codicibus collatis, evidentissime nobis constabat apud sixtinos iure meritoque inter omnes plurimi valuisse amiatinum codicem: constabat quoque plerosque antiquiores codices cum sixtinis consentire iis in locis, in quibus isti a clementina editione recedunt. Sed de his alibi. Ad codicem gothicum toletanum quod spectat, quamquam non multum tribuamus Blanchinio de eo scribenti: « Lucem » iamdiu desiderabat, at sero nimis ad Cardinalis Antonii Caraphae manus pervenit: quod non auctoris » vitio, sed tarditate Card. Gaspari a Quiroga arbitror » contigisse: » *(Vindiciae, p. CCXV.)* tamen quum ex Christophori Palomares epistola eidem praemissa certum sit codicis toletani lectiones XV. Kal. novembris anno MDLXXXVIII. nondum traditas fuisse iis, qui easdem Toleto Romam deferre iussi fuerant; profecto sixtini censores eas habere non potuerunt nisi exeunte eodem anno MDLXXXVIII. (aut etiam probabilius anno sequenti), quo tempore, uti demonstrat Ungarellius, ipsi iam Bibliorum correctionem expleverant. Quum tamen sixtini quandoque ad *codicis gothici* testimonium provocaverint, nimirum in Act. et in epist. ad Rom., primo nobis probabile videbatur eos toletanum codicem usurpasse saltem in postremo Bibliorum parte emendanda. At, re maturius perpensa, compertum habuimus *codicem gothicum* ab ipsis laudatum, non esse *toletanum*. Siquidem alterius praeclari antiquiorisque codicis gothici variae lectiones, iussu Sixti V., ab episcopo *legionensi* Romam missae fuere V. idus septembris, anno MDLXXXVII.; has autem (quae in cod. vatic. 5859. servantur) prae oculis habuerunt sixtini correctores, easque laudarunt in suis notationibus. Nam quatuor sunt loca a sixtinis ex *codice gothico* excitata, nempe Act. IX, 5. X, 6. XXIV, 7. Rom. V, 16. Asserunt enim priori loco gothicum codicem praetermittere verba *durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum.* Haec autem reipsa in codice gothico legionensi desunt; toletanus vero praetermittit tantum posteriora verba; nam legit *durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Altero loco sixtini notant latinos codices, praeter gothicum, omittere verba *hic dicet tibi quid te oporteat facere;* quae verba desunt in toletano, non autem in legionensi codice. Quae tertio loco in codice gothico deesse monent sixtini, nempe *voluimus secundum legem nostram iudicare. Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te venire;* in utroque codice gothico, toletano scilicet et legionensi, desiderantur. Denique postremo loco sixtini animadvertunt codicem gothicum legere *peccantem;* prout revera habetur in codice legionensi; gothicus autem toletanus habet *peccatum.* Addere possumus Toletum in suis notis ad Rom. IV, 5. testatum fuisse codicem gothicum praetermittere verba *secundum propositum gratiae Dei,* quae in gothico legionensi, non vero in toletano deesse videmus. Nullum ergo superest dubium quin ea reiicienda sint quae in hisce prolegomenis Ungarellius de codice toletano adfirmavit.

teamur, minus aptus hic videri debuit, cum non ad tertium, sed ad secundum statum Vulgatae forsitan pertineat; idest ex Alcuini recensione non profluxerit (1); sicut ille alius vallicellianus, quem an consuluerit Carafa compertum non habemus (2). His ita comparatis, codicum collationem faciendam suscepit d. Laelius theologus Cardinalis Carafae. Conferebat porro loca dubia cum textibus hebraico et graeco Antonius Agellius, seorsim singuli: deinde vero coram Cardinali, praesentibus ceteris omnibus, qui in eam Congregationem cooptati fuerant, excepto p. Roberto Bellarmino honesta missione a Pontifice in Galliam misso. Quid isti toto fere biennio praestiterint, consiliis ac regimine eiusdem Carafae, testis est codex bibliothecae Collegii ss. Blasii et Caroli Romae, Clerr. Regg. s. Paulli barnabitarum, complectens correctiones aliasque id generis annotationes manuscriptas in margine *editionis praestantissimae* (Iacobus Le Long), a doctoribus lovaniensibus, atque praesertim a p. Iohanne Hentenio ordinis praedicatorum curatae in folio, ut aiunt, maiori, anno MDLXXXIII. Antuerpiae per Plantinum. Ex indole ac methodo harum annotationum, quae se per utrumque Testamentum porrigunt, intelligitur voluisse illos correctores ex mente summi Pontificis hieronymianam versionem, quoad eius fieri poterat, in pristinum revocare, ut talis esset, *qualis primum ab ipsius interpretis manu stiloque prodierat* (Constitut. Sixti V. *aeternus ille*, 1. Mart. 1589.).

§. V.

Sixtinorum correctorum canones. Ratio τοῦ ἐπανορθωτοῦ carafiani.

Quoniam vero sixtinorum correctorum praesens industria sequentium curarum fundamentum extitit, quae circa Vulgatam usque ad Clementem VIII. impensae fuerunt; operae pretium est distinctius illam pleniusque exhibere, canones quinque proferendo, quos illi sibi sequendos duxerunt. Primo itaque libros sacros, quos s. Hieronymus ex hebraeo fonte immediate verterat, cum eodem perpetuo contulerunt, atque ad eius normam locos singulos accuratissime emendarunt. Secundo, hac tamen adhibita cautione, ut nonnisi post inspectos codi-

(1) Immo uterque codex, paulinus nempe et vallicellianus, ad eumdem statum certissime pertinet; uterque enim procul dubio ex alcuiniana recensione profluxit. Idque adeo manifesto ex nostra collatione apparet, ut mirum videri possit Blanchinium (*Vindiciae, p. CCCXL.*), quem sequitur Ungarellius, id non pervidisse: at nimis confidenter atque ex inani coniectura Blanchinius illud negavit; codices enim ipsos conferre prius debuisset, quod numquam ipse praestitit, ut recte de hac quaestione iudicaret. Illorum autem codicum varias lectiones nos proferimus sub litteris C et D.

(2) Codices biblicos, quibus romani correctores usi sunt, enumeravimus in Dissertatione *Studi fatti in Roma e mezzi usati per correggere la Bibbia Volgata*, Roma 1858. (tom. VII. *nuova serie del Giornale arcadico*), ubi multa supplevimus ab Ungarellio omissa. Instrumenta critica quae sixtinis correctoribus ad manus fuerunt a nobis describentur infra in nostro *Apparatu*. Interim animadvertimus codicem vallicellianum certissime a sixtinis usurpatum fuisse; luculentum de hac re habemus Baronii testimonium in *Annal. eccles. ad annum Christi* 778. §. *XXIII.*, ubi, commemoratis Alcuini studiis in emendatione latini codicis Bibliorum iussu Caroli Magni praestita, subdit: « Ex» stat eiusmodi vetus Bibliorum codex, Alcuini labor, » in vallicelliana nostra bibliotheca, ubi velut ingens » thesaurus adservatur, utpote quod viri eruditi, qui » in emendatione Vulgatae iterum nostro tempore la» borarunt, eo ut antiquiori sunt usi, cui et plurimum » detulerunt. » Immo ipsemet Toletus in suis notationibus, suo loco proferendis, hunc sub nomine *codicis statiani* excitat; Achilles enim Statius bibliothecae vallicellianae hunc codicem testamento legavit (Blanchinii *Vindiciae, p. CCCXXII.*); quem propterea codicem *statianum* appellaverant.

*

ces Vulgati aliquid immutarent: quo in genere codici gothico primas semper dederunt (1), vel hebraico textu invito; induxerant siquidem in animum, prout nos iudicare posse videmur, nullum fide dignius testimonium adesse pro discernenda vera, dubii alicuius loci, hieronymiana lectione, quam hunc codicem, qui, eruditissimis viris adstipulantibus, ab ipsismet membranis profluit, quas Hieronymus ad Lucinium Baeticum (*dell' Andalusia*) miserat, suam translationem complectentibus. Vide sis epistolam ad Lucinium inter hieronymianas (2). Ita egerunt sixtini correctores in locis discrepantibus. Tertio, sicubi Vulgatae textus eo tempore receptus aut abundaret cum hebraico comparatus, aut ab eo deficeret, si nihil eo loci gothicus suffragabatur, tunc versionem LXX. consulebant, relinquebantque in Vulgata, quod aeque superabat in graeco; alioquin delebant, quemadmodum praestiterunt circa versus illos librorum Regum et libri Proverbiorum de quibus accurate loquitur p. Martianay (*tom. I. Opp. s. Hier. edit. Paris.*); neque deficientia supplebant, si graecus quoque ibi defecisset. Hinc illud consecuti sunt, ut recognoscerent versus nonnullos, qui aliunde ex sacris libris desumpti, loco non suo inserti erant; sed etiam ut veluti intrusas deprehenderent nonnullas sententias, *quae aliunde accersitae* (quemadmodum loquitur Sixtus V. in sua constitutione), *Vulgatae editioni interpositae erant, neque in antiquis exemplaribus, neque in ss. Patrum commentariis inveniebantur;* itaque et hae omnino expunctae fuerunt, et illi versus tamquam propriis locis restituendi notati sunt. Quarto, nominum hebraicorum interpretationes, claritatis ergo aut a s. Hieronymo, aut ab aliis post eum additas, quaeque de originali textu esse non possunt, penitus expunxerunt (3). Quinto demum, ut latinae locutioni puriori inservirent, verborum collocatio saepissime est ab eis aptior effecta: nonnulla vocabula cum suis synonymis permutata; tum nominum casus alios substituerunt, item verborum tempora modosque, quin sensum tamen varium inducerent (4); quod latinae elegantiae studium quum nimis exquisitum fuerit, merito Sixto V. non placuit. Perpetuo namque mente revolvendum dictum Arnobii (lib. 1. adv. gentes): *Numquam veritas sectata*

(1) Iam praemonuimus non gothicum, sed amiatinum codicem sixtinos perpetuo praehabuisse. Ceterum ea quae de sixtinorum sententia circa usum gothici codicis subdit Ungarellius, ita accipienda sunt ut demonstrent cur illi legionensis et toletani codicis collationem sibi comparare sedulo studuerint.

(2) Vallars. edit. I, 432. « Canonem hebraicae veritatis, excepto Octateucho, quem nunc in manibus habeo, pueris tuis et notariis dedi describendum. »

(3) Vere id quidem ab Ungarellio dicitur, si de prima manu accipiatur; nam altera manus paene perpetuo has nominum interpretationes restituit.

(4) Immo vero in universo Pentateucho (item dicendum putamus de reliquis Bibliorum partibus) ne unum quidem certum est exemplum in quo sixtini ut latinae locutioni puriori inservirent, deficiente veterum codicum testimonio, aliquid immutandum duxerint; nullibi verborum collocatio aptior ab eis effecta, aut nominum casus, aut verborum tempora modique, aut vocabula cum suis synonymis permutata, nisi ex optimorum testium auctoritate. Perperam igitur Ungarellius hoc loco sixtinis latinae elegantiae studium nimis exquisitum tribuit: nec certe ob hanc caussam illorum opus Sixto V. displicuisse asserere possumus. Quisque per se in nostris evolvendis adnotationibus agnoscere poterit correctiones omnes, quas Ungarellius sixtinorum ingenio adscribit, praesidium in codicibus, plerumque vero in amiatino omnium antiquissimo, firmissimum habere. Quapropter iure asserimus hanc alteram fuisse hieronymianae interpretationis laudem, ut ea puriorem quam vulgo censetur latinam elegantiam exsequeretur. Rectissime enim ad optimorum codicum fidem adnotaverant sixtini multa minus latine dicta in vulgatis Bibliis adesse, quae nonnisi librariorum vitio irrepserunt, quaeque proinde ad hieronymiani stili puritatem revocari merentur. Qua de re alio loco fusius agemus; ex quo etiam patebit non paucas Vulgati dictiones immerito a lexicis classicae latinitatis exulare.

est fucum. Barbarismis, soloecismis obsitae sunt res nostrae, et vitiorum deformitate pollutae: puerilis sane atque angusti pectoris reprehensio. An minus id quod dicitur verum est, si in numero peccetur aut casu, praepositione, participio, coniunctione? Haec ille: quae verba num ad graecum, an ad latinum referenda sint sacrae Scripturae textum italae versionis abstinemus investigare, ne ab instituto nostro videamur longius abire (1). Ratio huius emendationis hucusque descriptae exemplis, quae subnectimus lectori facile patebit. Deut. XXIX, 23. nomen *salis* pro *solis*, reponendum esse nonnisi ab hebraico fonte edocti sunt (2); ut recte animadvertit Hod (*de Text. orig. pag.* 507.), qui id Sixto V. tribuebat. Exod. XV, 14. *audierunt* ex eodem fonte שמעו, pro *ascenderunt*. Gen. VI, 6. *Poenituit eum, quod hominem fecisset in terra. Et praecavens in futurum, et tactus dolore cordis intrinsecus*, sic legebant et manuscripti aliquot et editiones universae (3) cum additamento *et praecavens in futurum*, quod sublatum fuit. Matth. XXIII, 14. versum notarunt tamquam a cap. XX. Ev. Lucae desumptum. Eccli. XXIX, 16. 17. binos versus ad cap. XVII. transferendos censuerunt. Gen. XXXI, 47. expungenda antea iudicarunt verba *uterque iuxta proprietatem linguae suae* tamquam adiectitia (declarationis causa); Exod. XV, 23. *idest amaritudinem*. Ruth I, 20. *amaritudine valde replevit me*, haec transposuerunt: *valde me amaritudine replevit* (4). Num. VIII, 8. *tollent bovem de armentis*, immutarunt *tollant* etc. Ibidem VIII, 15. *Et postea ingrediantur;* ut hodie legitur fuit restitutum: *Et postea ingredientur*. Ibid. VIII, 22. pro: *Sicut praeceperat Dominus;* praeteritum definitum posuerunt: *Sicut praecepit Dominus* (5). Casus pro casu habetur I Reg. I, 11. *Dabo eum Domino omnibus diebus vitae eius*, namque emendarunt *omnes dies vitae eius*. Gen. XXIV, 17. concinnius efferendam iudicarunt hanc sententiam, nonnihil ab Ordinariis Bibliis adiuti: *Pauxillum aquae mihi ad bibendum praebe de hydria tua* in *Pauxillum mihi ad sorbendum praebe aquae de hydria tua*. Ex. XV, 20. *Prophetis* pro *Prophetissa*. Cetera in hac nostra collatione videre licebit, et in subiectis notis; ex quibus illud praesertim innotescet cum *Bibliis Ordinariis* illos potius stetisse in verborum collocatione, quam cum lovaniensibus, etsi horum exemplari emendationes suas attexuerint (6).

(1) At certe de latino interprete agunt Gregorius M. I, 6. Cassiodorius LXX, 1127. et Agobardus CIV, 163. qui similia proferunt.

(2) Rursum fallitur Ungarellius dum aliorum scriptorum testimonium sequutus pro certo ponit sixtinos nonnisi ab hebraico fonte edoctos scripsisse *salis*, pro *solis*. Ad hunc enim locum diserte probavimus latinorum codicum auctoritatem haud eis defuisse.

(3) Istud additamentum non ante seculum IX. latinis codicibus ingestum putamus; at minus recte Ungarellius illud *universas editiones* prae se ferre dicit; nam Biblia complutensia, regia aliaque nonnulla illud non admittunt.

(4) Quod Ungarellius sixtinos adnotasse dicit ad Matth. XXIII, 14. Eccli. XXIX, 16. 17. Ruth I, 20. codicis amiatini auctoritate comprobatur. Item quod mox subdit de I. Reg. I, 11. Gen. XXIV, 17. Exod. XV, 20.

(5) Sixtinorum correctiones ad Num. VIII, 8. 15. 22. quas laudat Ungarellius codicum testimonio fulciuntur, prout videre est in nostris adnotationibus.

(6) Recte animadvertit Ungarellius sixtinos potius stetisse cum *Bibliis Ordinariis* quam cum lovaniensibus in verborum collocatione; immo id ipsum de reliquis illorum correctionibus adserere potuisset. Nobis enim compertissimum est eam editionem, quam nuncupare solemus *Bibliorum Ordinariorum*, ad antiquissimos codices magis accedere, quam reliquae omnes veteres editiones. Hinc sixtini, qui optimae notae codices sequebantur, necessario cum *Bibliis Ordinariis* saepius consentire videntur.

§. VI.

Codex carafianus verus sixtinarum correctionum typus.

Idea codicis carafiani *sixtinas correctiones* exhibentis hucusque tradita non ea est, fatemur, quae omnem dubitationem animo eximat circa ipsius identitatem cum illo codice quem prae manibus habemus sistimusque in hac nostra collatione. Cum enim careat titulo (1) et subscriptione, aliunde comprobandum est quod volumus asserere, continere videlicet hunc veras et originarias correctiones a Sixto V. imperatas. Nostrae igitur assertionis momenta praecipua haec sunt: natura castigationum in primis est huiusmodi, ut summam illius Congregationis prioris, quae Carafae consiliis regebatur, sollicitam diligentiam prodant, prout a scriptoribus coaevis describitur. Simul etiam Pontificis ingenium redolent iubentis, ut paulo ante vidimus, procul esse a Vulgata quae ad ipsius textum non pertinerent. Neque obstare debet, sixtinam editionem cum hisce emendationibus non conspirasse; nam cum universe hoc verum non est, tum dissensionum ratio tradi potest; prout nos loco suo praestituri sumus, cum de illa editione disseremus. Praeterea si temporis adiuncta considerentur, facile potest intelligi, id opus ad Sixti V. pontificatum referendum esse, et neque antea, neque post. Exemplar siquidem, cuius paginae huiusmodi correctionibus ditatae fuerunt, anno MDLXXXIII. Antuerpiae impressum fuit, biennio scilicet ante Sixti in pontificem electionem. Quare si spatium illud detrahas necessario computandum pro illius advectione in Italiam, tum etiam tempus quo ipsa studia intermitti debuerunt ob mortem Gregorii XIII., iusta funebria celebrata, atque electionem novi summi Pontificis, profecto non antea codex hic scribi potuit quam Sixtus V. in sede honoris sui constitutus fuerit. At neque post; cum nullibi inter eius annotationes mentio habeatur sixtinae editionis, praecedentis correctionis nullum vestigium, quemadmodum contra passim haberi contingit in aliis huiusce generis manuscriptis et vaticano et angelico post obitum Sixti elaboratis, de quibus alibi sermo recurret.

§. VII.

Multiplici argumento idem confirmatur.

Aliae insuper in promptu sunt rationes, cur hic noster codex originarius sixtinae Congregationis foetus iudicetur. Et I. superius iam innuimus, sixtinos correctores perpetuo contulisse codicem gothicum, ita ut semper eiusdem lectiones, ceteris paribus, amplexati sint, (2) id quod e nostra collatione conspicuum

(1) Auctoris nostri sententia de codice carafiano nunc ex lacero veteri titulo eiusdem codicis, quem Ungarellii diligentiam effugisse miramur, luculentissimo argumento confirmatur. Nam antiqua manus in ipso prisco libri tegumento perspicue scripserat: *Hic codex exaratus est manu Laelii theol., dein Antonii Agellii episcopi acernens. dum Em. Carafa cum viris doctissimis a Sixto V. Pont. Max. electis, praesset emendationi sacrornm Bibliorum Vulgatae editionis.* (Conf. *Analecta iuris Pontificii*, Romae, 1855. p. 1327.) Quae sane inscriptio omnem ambigendi facultatem adimit.

(2) Abiicienda ea esse, quae de codice gothico auctor noster profert ut illum sixtinis usui fuisse demonstret, satis patet ex iis quae supra praenotavimus pag. XXVI.

esse potest. Atqui Christophorus Palomares testatur in sua praefatione ad excerptas lectiones (apud Iosephum Bianchinum, *Vindic. tom. I, pag. L.*), se id pro Congregatione emendandae Vulgatae editioni a Sixto V. constituta praestitisse; non igitur aliorum esse potest labor huiusmodi, quam Cardinalis Carafae, aut virorum, qui, eo duce, operam in hoc suam navarunt. II. P. Franciscus Toletus in suis annotationibus manuscriptis sixtinae editioni adnexis in bibliotheca vaticana frequens est in citanda priore Congregatione sixtina, cuius quidem correctiones adducit verbo tenus, laudans, aut reprobans: hae vero mirifice semper codici nostro consentiunt. III. Cum ex dicendis, absoluto iam harum correctionum apparatu, codex ipse ad pontificem delatus fuisset, qui illarum castigationum delectu habito suam instruxit editionem, idem p. Toletus concionator sacri palatii apostolici suam in id operam impendit Sixto V., testante Rocca (*tom. 2. p.* 355.) qui eodem tempore vaticanae typographiae praefectus erat: quod vero ad rem nostram facit in hac eius notitia est, *praevia illius codicis utilitate in aedibus Antonii Card. Carafae adornati* laborasse Toletum ea in occasione circa Vulgatam; et nostrum hunc designari manifestius est quam quod demonstrari oporteat. IV. Omnem porro dubitationem auferre debet testimonium cuiusdam fragmenti actuum sacrae Congregationis constitutae a Gregorio XIV. manu eiusdem Secretarii, ut videtur, conscripti, de quo alibi erit agendum; est autem huiusmodi: « In varietate lectionum consuluntur Biblia elaborata, et impressa ab Universitate lovaniensi, nec non hebraea et graeca, » et manuscripta, quae in volumen unum collecta sunt in aedibus illustrissimi » Card. Carafae b. m. » Intellige emendationes ex hebraeo et graeco fontibus desumptas, nec non annotationes ex manuscriptis quibus refertus est codex noster carafianus: alioquin integri textus hebraei et graeci una cum manuscriptis quî possunt in unum volumen coalescere? V. Accedit auctoritas codicis bibliothecae angelicae, qui typus est posterioris Congregationis, gregorianae scilicet (1). Ibi Gen. VI, 6. in margine notatum legitur: « *Praecavens in futurum* » *haec verba deleta sunt a Sixto V. et a Congregationibus.* (Cf. dicta superius §. V.) VI. Argumentum suppeditat Franciscus Lucas, *Brugensis* dictus, in suo *Delectu Romanarum correct. ad Vulgatam* qui ubicumque lectionem affert, cum addita clausula ex *correctione sixtina,* non Sixti editioni, verum codici carafiano concinit. Et quamvis sincere fateamur infirmari ex eo posse istud argumentum, quod theologus hic lovaniensis sixtinae editionis nomine videatur innuisse clementinam et praecipue alteram anno MDXCIII. unicum Sixti V. nomen in fronte gerentem; enimvero testantur Bukentopius (in *Lux de luce p.* 127.) et anonymus auctor epistolae apologeticae (*Lovanii editae* 1754.) non vidisse Lucam nisi editionem alteram clementinam, planeque ignorasse postremam correctionem gregoriano-clementinam diversam a Sixti V. editione fuisse; dato hoc etiam, in-

(1) Codex bibliothecae angelicae, quod suo loco demonstrabimus, exhibet correctiones a gregorianis et a clementinis probatas, quas Angelus Rocca adnotavit. Typum autem gregorianae Congregationis Ungarellio ignotum, in vaticana adservari deprehendimus, eumque in *apparatu* describemus. Nihilominus suam retinet vim argumentum quod auctor noster ex posteriori Congregatione depromit.

quam, tamen haud repugnat, Bellarminum, cui intercessit cum Luca epistolarum commercium circa Vulgatae editionem, praebuisse huic notitiam de natura et conditione sixtinae correctionis iuxta codicem carafianum, ex qua postea notitia *Delectum romanarum Correctionum* ille concinnaverit. Conferte speciminis causa Brugensis notas cum locis nostri codicis, et praesertim Ios. IV, 14. Levit. VI, 16. Marc. V, 35. (1) VII. Postremo loco argumentum extundere possemus e characteris forma, si quemadmodum luculenter apparet illi saeculo hanc omnino convenire, ita etiam scriptoris vel scriptorum manus in specie recognoscere liceret. Verum singulare in hoc est illorum temporum fatum ut vix aut ne vix quidem inter characteres manu exaratos distinguere valeas. Tam est exigua in hoc genere unius manus prae alia differentia, tantaque in literarum ductibus scribendique compendiis similitudo, ut post varias tentatas a nobis vias adhuc incerti haereamus an haec manus sit d. Laelii, Cardinalis Carafae theologi, an p. Agellii, an ipsius Cardinalis, an cuiusdam alii. Certe illud apparet manifestissime, quod prima manus emendaverat, a secunda manu alicubi retractatum fuisse; neque prorsus diffitemur istud praestare in palatio vaticano potuisse aut Roccam, aut Toletum, cum utriusque viri manuscripta indubia diligenter contulerimus, nostro prorsus non dissimilia. Quid? quod ipsius Sixti V. manum paucis in locis huius codicis videre credebamus; contigit namque ex alio ipsius in bibliotheca angelica scripto peculiarem ei characterum speciem animadvertere, ut probabili saltem argumento manus identitatem colligeremus (2).

§. VIII.

Codex carafianus traditur Sixto V. Ab eodem examinatur. Quo anno praelo commissae fuerint correctiones inde excerptae.

Circa exitum anni MDLXXXVIII, aut subsequentis initium absolutas hasce castigationes si admittimus; tunc solum, neque prius codex noster ad Sixtum summum pontificem delatus est. Cum enim incertus sit annus, nos coniecturis id quod veritati magis accedit cogimur investigare. Michaël Ghislerius in saepius laudata narratione meminit huius circumstantiae: « Post exactissimam » (ait) singulorum locorum discussionem, in qua facienda maximas partes ha» bebat, suggerebatque p. Agellius (coram illustrissimo Antonio Card. Carafa);

(1) Nec aliunde quam ex epistolis Bellarmini aut Praefecti vaticanae typographiae Lucas Brugensis agnovisse videtur errata editionis clementinae an. MDXCIII. quae ipse in plantinianis editionibus emendavit Exod. VIII, 26. XII, 42. Levit. XIX, 9. Num. II, 9. Ruth III, 7. Sap. XVII, 12. Eccli. VIII, 19. I Mach. XIII, 15. II Mach. XI, 18.

(2) Quanam ratione in potestatem nostram cesserit codex carafianus vix coniecturis divinare possumus; eius enim certam historiam nequicquam investigare conati sumus. Certum tamen videtur Cardinalem Marcum Antonium Columnam, qui post Sixti V. Pont. Max. obitum praefuit Congregationi a Gregorio XIV. P. M. instauratae pro emendatione Bibliorum, prae manibus inter cetera instrumenta et hunc codicem carafianum habuisse, dum in oppido Zagaroli cum suis consultoribus opus ad incudem revocabat. Porro circa idem tempus laudatus Card. Columna pro sua munificentia e fundamentis excitare coepit Collegium barnabitarum Zagaroli, quod dein eius heredes perfecerunt (Gabutius, *Histor. Congr. clerr. regg. s. Paulli, l. III, c.* 8.), eidemque magnam partem domesticae bibliothecae perliberaliter adtribuerunt (Leonardo Ceccoui *Istoria di Palestrina, p.* 348.). Huius autem bibliothecae reliquias superiori aetate Zagarolo Romam ad Collegium nostrum delatas fuisse ex domesticis documentis asserimus; inter has vero codicem carafianum fuisse coniectamus.

» ad finem tandem ipsa totius Veteris Novique Testamenti producta est emen-
» datio, quam summo Pontifici Sixto V. obtulit idemmet Card. Carafa. » (1) Pontifex igitur, accepto codice, sedulo illum examinare aggressus est, vel, ut ait Rocca (t. 2. p. 273.), *paginam perlegit universam et emendavit;* scilicet ea mens erat summi pontificis aliorum esse debere varias lectiones ad opportunas castigationes faciendas colligere, sui vero muneris delectum ex iis habere (prout in ipsius constitutione, pag. 3.); itaque orsus est, adiuvantibus Francisco Toleto et Angelo Rocca, editionem suam adornare. Versabantur tunc temporis hi duo viri in palatio vaticano, ille ut concionator apostolicus, hic tamquam librorum corrector; neuter vero, uti supra (§. III.) innuimus, inter consultores sixtinae Congregationis adnumeratus erat. His igitur usus est Pontifex sive ad varias lectiones denuo excutiendas, sive ad impressorum sphalmata emendanda, quo citius illa Biblia in lucem ederentur. Testatum facit hoc ipse Rocca, ubi *se* dicit *destinatum a Sixto V., Francisco etiam Toleto e soc. Iesu adlaborante et consulente, ipsumque Pontificem adiuvante* (tom. 2. p. 355.); et alibi: *Bibliaque tandem aliquando emendata, typis mandanda non semel curavit;* ita de se in tertia persona loquitur, ubi adverte illud *non semel* ad binas editiones sixtinam et clementinam referri, sicut etiam idem respiciunt verba quae sequuntur; *typographicae correctioni ex romanorum pontificum mandato operam navavit* (tom. 1. pag. 351.). Porro ex hoc postremo loco adducto de scriptis operibus Angeli Roccae lucis aliquid affulget pro definiendo anno, quo Sixtus Biblia imprimenda primum dederit. Cum enim proxime ante citata verba dixisset Rocca, se a summo Pontifice accitum, ut praeesset typographiae apostolicae anno MDLXXXV. institutae, et operam suam innumeris fere laboribus refertam, inibi decem fere annorum spatio navasse; si haec conferantur cum alio loco (tom. 2. p. 355.) quo nos docet, inter alia, descriptionem accuratissimam a se susceptam fuisse vaticanae bibliothecae per Sixtum amplificatae, ornataeque: iamque biennium in hoc genere laborasse cum Pontifex *e medio cursu illum revocavit,* ut Bibliorum nempe editionem curaret, patet hoc supra a nobis proposito tempori convenire; si enim unum ad minus et alterum annum bibliothecae instruendae ornandaeque demus Pontifici Sixto, post ipsius electionem, superaddito biennio scriptionis assumptae a Rocca, iam hic annus quingentesimus octuagesimus nonus supra millesimum praesens adest quem dicebamus. Diximus biennium saltem dandum operibus ornandae bibliothecae; constat enim ex *ephemerid.* manuscriptis Gualterii (*in bibliotheca vallicelliana cod. I,* 60.) mense Febr. anno MDLXXXVIII. nondum absolutas fuisse picturas illius. Ut omnia igitur congrue aptentur, asserimus, adversus Prosperum Marchand et Iacobum Le Long, eo ipso anno Biblia Vulgata praelo subiecta fuisse, quo ipsius constitutio *Aeternus ille* data fuit. Animadvertendum siquidem est, Sixtum V. maturius de constitutione illa paranda, quae suis Bibliis praeponeretur, cogitasse

(1) Huc faciunt verba Petri Morini in epistola ad Silvium Antonianum quam saepius laudavit Ungarellius « Cum Cardinalis Carafa Biblia latina, adhibitis » Flaminio Nobilio, Antonio Agellio, Laelio, Valver- » dio ac me, detulisset emendata ad Sixtum V., ecce » pontificatu Gregorii XIV. etc. »

quam quod ab istis auctoribus creditur. Supersunt hac de re monumenta in bibliotheca angelica a nullo, quod sciamus, antea observata, certe numquam in vulgus edita; constat ex his; I. Angelum Roccam suggessisse per epistolam (1) Pontifici exhibitam, quaedam decernenda in ea constitutione pro Bibliis in posterum evulgandis. II. Correctiones adhibitas fuisse non parvas ab eodem Sixto V. constitutioni iam exaratae. III. Praelo vice prima subiectam fuisse cum adhuc Pontifex in vaticano palatio degeret, hiberno scilicet tempore, ideoque aut sub finem anni quingentesimi octuagesimi octavi, aut initio quingentesimi octuagesimi noni supra millesimum: huic constitutioni iam impressae plurimas in margine adiecisse Sixtum sua manu emendationes, alicubi sensus quoque immutasse. (2) IV. Demum, ex hisce repetitis castigationibus vice altera impressam et datam Kal. martii in palatio quirinali. Ceterum, si cui mirum videbitur potuisse unius anni spatio Sixtum bis et Biblia illa perlegere, et constitutionem emendare (quae ratio praecipue movit supradictos Marchand atque Le Long), memoria repetendum est, quod locuples testis tradit idem Rocca, Sixtum V. in hoc potissimum correctionis Vulgatae opere incredibiles labores diu noctuque tolerasse. Ante impressionem namque *paginam perlegit universam, et emendavit. . . . Nec eo contentus, universa item Biblia sic emendata, et recenter impressa de integro perlegit, ut omnia fideliter recognita in lucem prodirent.* Ang. Rocca (opp. t. 2. p. 273.). Atque idem ipse Pontifex fatetur, se *in hoc laboriosissimae emendationis curriculo operam quotidianam, eamque pluribus horis collocasse.* (Constit. *Aeternus ille.*) (3)

§. IX.

Successus huius impressionis. Expenduntur testimonia Wadingi et Tempestii.

Rebus sic stantibus, ut hucusque disseruimus, fortasse non deerunt qui a nobis quaerant, eccur tam dissimilis ab isto carafiani codicis *correctorio* sixtina editio evaserit? quî passi sint viri illi gravissimi, et Carafa in primis, ut non tantum pleraeque illorum emendationes negligerentur, verum etiam diversas, interdum quoque contrarias lectiones sequuta sit editio vaticana? Tum erunt qui plures admissos typographicos errores mirabuntur, quam a praestante typographo Aldo iuniore, et a correctoribus non infimae notae hominibus expectari debuisset. Quod si cui huius editionis minus nota sit conditio, certe illud incredibile paene ipsi videbitur, vix e praelis emissam statim fuisse profligatam.

(1) Hanc Angeli Roccae epistolam deinceps proferemus in notis ad §. XIII.

(2) De hac Sixti V. constitutione fusius agit Ungarellius infra ad §. XIII.

(3) Per idem fere tempus Baronius in suis annalibus ecclesiasticis ad annum CCXXXI. num. 62. praeclare scribebat: « Consulto factum est, ut in Vulgata, qua Ecclesia utitur, ex decreto sacrosancti Tridentini concilii, emendanda, qui operi praefuit, ob eximiam doctrinam electus a SSmo D. N. Sixto V. catholicae Ecclesiae antistite, Illmus ac Revmus Antonius Carafa Card. bibliothecarius, una cum selectissimis viris eamdem inierit rationem, ut explorata veteri lectione ex acceptis toto christiano orbe vetustissimis exemplaribus, in omnibus esset ecclesiasticae antiquitati consultum; omnia cognoscente, deligente, atque summa industria disquirente, ac denique potiora probante eodem ipso summo Pontifice, cuius ingens studium atque solertia in eodem opere diutissime et accuratissime vigilavit. »

Sequitur igitur, ut nos hic obscuram profecto quaestionem tractemus, proferamusque id saltem, quod probabilius videtur, posteaquam varias, et nonnumquam sibimet adversas scriptorum sententias attulerimus. Lubet in primis vitae ipsius Sixti V. descriptores consulere. Lucas Wadingus (*Scriptores ord. min. p.* 319.) ita scribit, ut credidisse videatur praesentem Vulgatae clementinae editionem ipsissimam esse, quam Sixtus secundis curis adornari iussit, et tantum ab eo in lucem, superveniente eiusdem obitu, non emissam; ait namque: « In hoc opus » Sixtus ipse ardentissimo studio totus incubuit, ita ut cum iam esset comple- » tum et excusum, Princeps oculatissimus maiori adhuc usus diligentia, (quae » in tanta re numquam poterit esse nimia) cum aliqua deesse, et alia incurio- » sius praeli vitio irrepsisse deprehendisset, opus ad incudem revocari praece- » pit, quod demum undique perfectum, illo decedente, et brevi intercedente » curriculo trium Pontificum Urbani VII. Gregorii XIV. et Innocentii IX. paulo » post Clementis VIII. inaugurationem, sub Sixti nomine felicissime prodiit. » Palam est duplicem sixtinam editionem admittere Wadingum, et primam quidem, iuxta illum, imperfectam evasisse quoad emendationes, et quoad typos depravatam (1). Casimirus Tempestius in vita ipsius Pont. Sixti V. tria peculiariter docet circa hanc rem, et pari cum Wadingo confidentia: primum, laboris sui nihil fere contulisse Sixtum huic emendationi; alterum, valde reprobasse primam editionem, novamque iussisse perficiendam eamdem illam, quae anno MDXC. perfecta est; tertium denique, hanc ipsam secundis curis adornatam illum per se emendasse circa typographica menda. Sed verba ipsius hic referre operae pretium erit: « Non è vero nè verosimile che la correzione della Bibbia Volgata sia » stata del tutto lavoro di Sisto. . . . Il Cardinale di s. Severina racconta, che » Sisto andasse altamente in collera col Cardinale Caraffa per la mala soddisfa- » zione avuta nella Bibbia, allorchè essendone stampate da circa cinquanta co- » pie, ed avendole trovate mendose, convennegli proibire il proseguimento dei » torchi, e proibire le dette copie, benchè alcune fossero trafugate, ed andas- » sero disperse pel mondo, avendone noi veduta una nella celebre libreria bar- » berina. E quantunque data questa dipoi alla stampa nel 1590., e ritrovatala

(1) Nullam haberemus hoc loco mentionem Stanislai Melchiorri de Cerreto, qui nuper edidit *Annales minorum continuatos* (*tom. XXII. Neap.* 1847.), nisi aliunde certo sciremus auctorem legisse ungarelliana prolegomena, adeoque inexcusabilem esse dum Wadingum fere ad litteram describit. Nam ibidem pag. 274. legimus: « Hoc anno *(MDXC.)* lucem aspexit *(sic)* » vaticanis typis Biblia sacra latina vulgatae editionis » Novi et Veteris Testamenti. Initio enim pontificatus » sui *(Sixtus V.)* emulator eximius Pii IV. et V. decessorum suorum, ut ea emendatissima vulgaretur, selectis aliquot iisque *(sic; quae sequuntur sunt verba Wadingi)* tum sacrarum litterarum, tum variarum linguarum peritissimis viris demandavit, qui adhibitis veteribus mss. codicibus, inspectisque hebraicis graecisque Bibliorum fontibus, ac consultis veterum patrum commentariis, illam pristino nitori restituerunt. In hoc opus ipse Sixtus ardenti studio totus incubuit, ita ut cum iam esset plene completum, praemissa constitutione quam subiicimus, vulgari mandavit *(sic)*. » Et interiecta sixtina constitutione, quam mendose, ut alia multa, ponit datam Romae anno *MDLXXXVIII.*, pergit: « Excuso hoc sacrorum » Bibliorum codice, cum Pontifex aliqua in eo deesse, » et alia incuriosius praeli vitio irrepsisse deprehendisset, plura sua manu emendavit, ac opus ad incudem revocari praecepit. At morte praeventus, Clementis VIII. solicitudine, sub Sixti V. nomine anno MDXCII. prodivit. Mentitur igitur Launoius dum scribit editam Romae a Sixto Pontifice Bibliam *(sic)*, simulque constitutionem eidem praefixam, a romanis pontificibus Sixti successoribus vetitam fuisse, quia mendae et errores reperti fuerunt. » At Launoius *t.* 3. *par.* 1. *p.* 272. non dicit quod ei tribuitur.

*

» ancora scorretta, tentasse Sisto da sè medesimo di correggerla, appena però » fatte poche correzioni, venne egli dalla morte oppresso, onde il successore » di lui Gregorio XIV. diede nuovamente l'incumbenza ad alcuni Cardinali, e » ad altri uomini dottissimi per la totale giusta correzione, la quale compiuta, » fu poscia data alla stampa sul principio del pontificato di Clemente VIII. » l'anno 1592. » (Casim. Tempesti, *Storia della vita di Sisto V.* tom. 2. lib. IV. num. 18. et seq.) Animadvertat interim lector quomodo sibimet hi duo historici repugnent; singula eorum asserta porro, quantum veritati cohaereant inferius videbimus; nunc ad alia testimonia proferenda, et quidem scriptorum eiusdem temporis, quo haec fiebant, procedamus.

§. X.

Ghislerii et Bellarmini de hac re assertiones.

Quamvis prima fronte Angelus Rocca videatur is, a quo pleniorem istius eventus notitiam sperare debeamus; ipsi enim, si cui maxime res perfecte innotuit, cum in eiusdem oculis e codice carafiano deprompta sit editio sixtina, cui impressioni idem interfuit; attamen de ortu ipsius editionis, deque interitu altum ubique silentium tum in suis manuscriptis, quae saltem videre facultas fuit, tum in editis operibus deprehenditur. Immo, paucis admodum exceptis locis, ubi Sixtum nominat damnantem verba in Vulgata adscititia, quandocumque sacram Bibliorum Congregationem nominat, posteriorem gregorianam, cuius idem fuerat et consultor et secretarius, fere semper intelligit: et ubi emendationem aliquam *Congregationibus* pluraliter tribuit, inter utramque nihil distinguit, secus ac Toletus perpetuo fecerit. (Conferantur notae Collationi nostrae suppositae.) Nihil igitur circa fatum sixtinae editionis a Rocca discimus. (1) Ghisleriana potius consulenda est narratio: « Ad finem tandem (scribit hic auctor coaevus) » ipsa totius Veteris Novique Testamenti producta est emendatio, quam summo » Pontifici Sixto V. obtulit idemmet Cardinalis Carafa. Ceterum ipse Sixtus P. M. » cum per eam emendationem sibi, ut homini in scholastica theologia, magisque » in linguarum peritia versato, haud satisfactum plerisque in Bibliorum locis » censuisset, ex proprio marte, humiliter illi refragante Cardinali Carafa, correx ctam Vulgatam in lucem vaticana emisit impressione. Tametsi et in hoc divina » providentia mirum in modum eluxit, cum ob repentinum dicti summi Ponti- » ficis obitum impedita fuerit eorum promulgatio Bibliorum. » Bellarminus tan-

(1) Attamen Angelus Rocca in *Indice theologico et scripturali* (Opp. tom. 2. p. 10.), sic scribit: « Ex sacrosancti concilii tridentini decreto Pius IV. » P. M. pro sua in omnes ecclesiae partes incredibili » vigilantia, lectissimis aliquot S. R. E. Cardinalibus, » aliisque tum sacrarum litterarum, tum variarum lin- » guarum peritissimis viris hanc emendandi provin- » ciam demandavit. Huius generis institutum Pius V. » prosecutus est: quod deinde ob varias gravissimas- » que Sedis apostolicae occupationes iamdudum inter- » missum, Sixtus V. revocavit: et opus iam confectum » typis mandari iussit; sed praeli vitio illud ipsum ite- » rata diligentia dignum censuit et sub incudem re- » vocandum decrevit. Id quod Gregorii XIV. iussu ad » mentem Sixti V. recognitum, sub initium pontifica- » tus Clementis VIII. Deo bene iuvante, eiusdem Sixti » inscriptione in lucem prodiit. Quid autem in hac » Vulgata Bibliorum editione praestitum sit, in prae- » fatione, quae ad frontem eorumdem Bibliorum ex- » stat, videre est. » Verum quae hoc loco ab Angelo Rocca traduntur aperte derivata fuisse ex Bellarmini praefatione nemo negabit.

» dem in historia vitae suae, a se, ut morem gereret Praeposito generali socie-
» tatis Iesu, descripta, hoc tantum dicit, *multa in illis Bibliis* (sixtinis) *fuisse perperam mutata, quare de illis prohibendis Gregorius XIV. cogitaverit.* (1) Verum a p. Fuligatto, qui anno MDCXXIV. fusius eiusdem Bellarmini vitam italice exaravit, memoriae proditum est, Biblia illa a Sixto utpote morte intercepto, nondum a typographicis mendis repurgata fuisse; id quod tamen facturus erat, ac praelis denuo commissurus, si diutius vixisset. Et haec cum superioribus pugnant.

§. XI.

Variae scriptorum opiniones ad examen revocantur; quo cum hodierna Vulgatae praefatione conciliari queant.

Etsi proxime superius adducta testimonia in aliquibus nimis inter se disparata esse nemo non videat; tamen ut facilius iudicari possit in quo conveniant, et in quo discrepent, rursus una simul comparando, lectoris obtutui subiicienda arbitramur. Enimvero editionem alteram perfecte emendatam paratamque typis a Sixto relictam, quae clementina nunc vocetur, nobis obtrudit Wadingus. Vix coeptam hanc alteram correctionem tum fuisse cum Sixtus obierit, vult Casimirus Tempestius. Nondum coeptam eamdem credit Ghislerius. Ad haec: correctorum, typographorumque vitio res male successit, si fides duobus prioribus: temere ab ipso Sixto corrupta fuit dum factas emendationes aggressus est corrigere, si vera tertius narraret. Ex modo loquendi Wadingi et Ghislerii coniicitur semel tantum praelo subiecta fuisse Biblia a Sixto, iuxta Tempestium vero bis. Ceterum in hoc conveniunt omnes, primo: correctionum apparatum Carafae, Congregationique, cui idem praeerat deberi; secundo: non adamussim ex τῷ ἐπανορθωτῇ fuisse expressam illam editionem, longeque plures ex oblatis emendationibus praeteriisse Sixtum; tertio demum: non mediocriter a typographis erroribus infectam. Quod si ab huiusmodi testimoniis veritatem perfecte assequi non possumus, minus etiam erit expectandum ab aliis, qui licet itali et coaevis proximi, quae tamen afferunt videntur ab iisdem fontibus derivasse., quos supra enumeravimus; quare nonnisi incerta atque contradictoria ex eorum scriptis eruuntur. Ad exteros quod spectat, hi facti historiam quamvis in universum cognoverint, plura tamen adiuncta ignorarunt, eaque praecipue, unde rectum de sixtina editione iudicium efformari unice possit. Quomodo in Galliis Prosper Marchand super hac re scripserit, iam supra tetigimus. Bukentop in Belgio rem hanc diligentissime, si quis alius, tractavit; verum in pluribus, ut erat notitiis destitutus, defecit, quod aeque Francisco Lucae contigit. At in Anglia vir emunctae naris Alexander Geddes (qui utinam quoad alia graviora

(1) Circumfertur et quaedam Card. Bellarmini epistola ad Clementem VIII. P. M. data, quam manu exaratam in casanatensi bibliotheca legimus (*X. VI.* 34. *p.* 204.) quamque ediderunt Serry *De Auxiliis*, lib. 2. cap. 27. et alii; in hac Bellarminus ut Pontificem a ferenda sententia circa quaestiones *de praedestinatione*, quae tunc vigebant, deterreret, inter alia sic scribit: « La Santità Vostra sa ancora il pericolo, nel quale » mise se stesso, e tutta la Chiesa la sa. me. di Sisto V. » in voler correggere la Bibbia secondo il suo proprio » parere. Ed io certo non so se sia mai corso pericolo » maggiore. » Haec, ni fallimur, Bellarmini mentem satis aperiunt, confirmantque ea quae ab Ungarellio in seqq. paragraphis comprobantur.

minus in proprio sensu abundasset!) dum aliorum profert hac in re sententias, prudenter etiam quod ipsi probabile est, admittit, quod contra, excludit; hic inter fabulas amandat, Sixtum ante obitum exemplaria suorum Bibliorum, flammis damnasse (*De vulgarium sacrae Scripturae versionum vitiis, eorumque remediis, Bambergae,* 1787. *p.* 64.). At enim, dices profecto, quinam ex adductis scriptoribus stent pro veritate non tanti est negotii invenire, si conferatur praefatio hodiernae Bibliorum editionis a Bellarmino, ut vulgo fertur, exarata; haec docet apertissime: « Cum iam esset excusum (Bibliorum opus) et ut in » lucem emitteretur, idem Pontifex (Sixtus V.) operam daret, animadvertens » non pauca in sacra Biblia praeli vitio irrepsisse, quae iterata diligentia indi- » gere viderentur, totum opus sub incudem revocandum censuit atque decrevit. » Id vero cum morte praeventus praestare non potuisset, Gregorius XIV. etc.... » Tandem sub initium pontificatus Clementis VIII. opus in quod Sixtus V. in- » tenderat, Deo bene iuvante perfectum est. » Quae, saltem quoad substantiam, concinunt narratis a Wadingo et Tempestio. Recte quidem, si omnibus persuasum esset sincere haec in praefatione verba fuisse prolata; verum cum nonnullis suspecta sint, iis praesertim, qui Bellarminum (in historia vitae suae superius citata) dicentem audierunt, se Gregorio XIV. consilium dedisse de corrigendis Bibliis sixtinis, atque in publicum emittendis *sub nomine eiusdem Sixti, et addita praefatione, qua significaretur, in prima editione Sixti prae festinatione irrepsisse aliqua errata vel typographorum, vel aliorum... quam* (praefationem) *idem N.* (Bellarminus) *composuit;* isti, inquam, sibi sumunt, eximium hunc virum primum de Sixti voluntate commentum invexisse, quasi poenituerit pontificem Biblia illa edidisse, et hinc ad incudem opus revocari praeceperit, quae omnia ipsi ut gratis asserta respuunt. Consequenter volunt ceteros in errorem tractos fuisse a Bellarmino, eadem repetendo, sive etiam quasdam addendo circumstantias ad rem probabilius explicandam, uti supra vidimus in Wadingo et Tempestio. Verumtamen cum non constet apertissime de huiusmodi simulatione, absolvendus est Bellarminus tantae integritatis vir, saltem non antea damnandus quam demonstretur, non potuisse revera Sixtum paulo ante obitum mutatae sententiae circa suam editionem signum aliquod praebere, significando ad minus maioris illam perfectionis correctionisque quoad typos indigere. Equidem aliud testimonium in promptu esset mentis Pontificis Maximi, si auctorem liceret agnoscere particulae praefationi Bibliorum editionis clementinae inserendae, quae et ipsa in bibliotheca angelica manuscripta asservatur. In ea et quod Bellarminus asseruit continetur, et aliquid amplius, Sixtum videlicet quasi privatim sacra Biblia edidisse, ut quid doctiores de iisdem sentirent periculum faceret (1). Hoc

(1) En documentum ab Ungarellio memoratum. « Particula praefationi sacrorum Bibliorum inserenda » pro dignitate Sedis apostolicae servanda. Sixtus V. » fel. rec. sacri oecumenici Concilii tridentini decre- » tum de Bibliis quam emendatissime edendis execu- » tioni mandare volens, Congregationem ad id a Pio IV. » et V. Pontt. Maxx. ex Concilii praescripto coeptam, » variisque casibus intermissam renovavit: cumque Con- » gregatio opus exegisset, biblicos ipse libros quasi » privatim excudendos curavit, ut ex universo orbe » christiano, quid docti homines hac de re sentirent, » scrutari posset. Interim dum errores ex typographia » ortos, et mutationes omnes, atque varias hominum » opiniones recognoscere coepit, ut postea maturius de

inquam testimonium omittimus non magni ponderis apud adversarios futurum, utpote anonymi, sed certe unius ex membris Congregationis si non Bellarmini saltem Toleti; a postremo esse prolatum coniiciet fortasse qui legerit citatum Ghislerium praesentem Bibliorum praefationem Toleto non Bellarmino tribuentem (1). Quidquid sit, licet nullum suppetat argumentum directum, quod huius rei veritatem evincat praeter Bellarmini et aliorum qui illum secuti sunt assertiones, aequioris iudicii ordo postulare videtur, ut nullo ex supra memoratis auctoribus de gradu suae existimationis deturbato, aliunde id investigetur, quod veritati proximius accedat (2): quod nos faciendum aggredimur in sequenti

§. XII.

Ratio diversa correctionis a Carafa, ac a Sixto V. in edendis Bibliis inita. Huius canones referuntur.

Illud in primis examinare hic loci refert; an, posito quod non e sententia summi Pontificis negotium successerit illius editionis, imputandum sit correctoribus, Cardinali Carafae praecipue; sive potius typographi incuriae. Aliis verbis:

» toto negotio deliberare, atque Vulgatam editionem, » prout debebat, publicare posset, morte praeventus, » quod coeperat, perficere non potuit. Id autem post » eius obitum ab eadem Congregatione denuo absolu- » tum sanctissimi D. N. Clementis VIII. P. M. aucto- » ritate munitum ad publicum commodum exit etc. » Deinde schedula huiusmodi folio imposita fuit: « *Aspi- » cite in gentibus et videte, et admiramini, et ob- » stupescite: quia opus factum est in diebus vestris, » quod nemo credet cum narrabitur.* Habacuc cap. 1. »

Praedicti anonymi commentum perlepidum quidem videtur, nec refutationem requirit. Unum est quod circa fatum sixtinae editionis animadversione dignum censemus. *Historia castigationis Vulgatae* ab Ungarellio conscripta, quanti facienda sit perspexerunt theologicarum rerum cultores, qui proxime superioribus annis ex eadem facti veritatem lubentissime ac tuto hauserunt. At clarissimus quidam aevi nostri theologus, perlecto hoc opere, eoque maximis laudibus elato, non satis rei veritatem assecutus videtur dum eiusdem synopsim describere intendit. Fatetur enim, quod evidenter probat Ungarellius, Sixtum numquam suam Bibliorum editionem *repudiasse:* animadvertit etiam Bellarminum in praefatione ad Vulgatam scripsisse Sixtum P. M. iterum praelo subiicere voluisse suam editionem ob menda quae in eam irrepserant. Si vere haec prolata sunt, non videmus qua ratione dici possit Gregorium XIV. *eius* (Sixti V.) *animi intentionem exœcutum fuisse;* atque Clementem VIII. perfecisse *opus in quod Sixtus intenderat,* quemadmodum scribit Bellarminus. Quid enim? Sixtus V. non novam vult Bibliorum recensionem; sed ad summum, puriorem typographicam emendationem exoptat: Gregorius vero et Clemens reiectis criticae canonibus quos Sixtus in sua recensione secutus fuerat, aliisque suffectis (quod pariter luculentissime ab Ungarellio demonstratur), novam recensionem aggrediuntur. Ergone Sixti intentionem isti prosequuti sunt? Ergone fecerunt quod Sixtus, nisi morte praeventus fuisset, facturus erat? Ergone Sixtus *(quem numquam poenituit correctionis a se praestitae)* decreverat mutare basim suae recensionis, novos assumere canones, atque ultra bismille locos immutare, quod clementini correctores fecerunt? At, inquit, Bellarminus in eadem praefatione docet non tantum praeli vitia, sed et alia nonnulla ad instrumentorum fidem a postremis correctoribus emendata fuisse. Verum, imprimis non satis constare videtur an verba, quae in laudata praefatione *de studio non mediocri adhibito in recognitione Bibliorum,* leguntur, ad labores clementinos potius quam ad sixtinos pertinere dicenda sint; ad istos enim a plerisque referuntur, non ad illos: concedamus tamen ibi de clementinis sermonem esse, vel de gregorianis. Num propterea recte asseri potest Clementem id perfecisse quod Sixtus, ni morte praeventus fuisset, praestiturus erat? Iudicent eruditi.

(1) Ungarellius asserit Ghislerium Toleto non Bellarmino praesentem Bibliorum praefationem tribuisse: id vero ex ipsius Ghislerii verbis emolliendum putamus; nam sic loquitur auctor (p. 17.): « Huius correctae Vul- » gatae praefationem exarasse certum est p. Robertum » Bellarminum una tamen cum eodem Card. Toleto. »

(2) In difficillima atque spinarum plena quaestione nemo non mirabitur candorem prudentiamque Ungarellii, cuius modestissimum ingenium hoc loco maxime elucet; in quo neque ingenuum quemque laedit, neque historiae veritatem prodit. Quin etiam quantum fieri potest, salva gestorum veritate, aliorum sententias vel benigne interpretari, aut emolliré studet, vel se eas non satis assequi humanissime fatetur. Quod ideo adnotamus, ut eruditus lector animadvertat doctissimorum virorum sapientiam perpetuo ab arrogantia, quae indoctorum est, differre.

Sixtus reprobavitne oblatam emendationem a Carafa antequam praelis traderetur, ut innuere videtur Ghislerius, an vero fuit eiusdem impressio, quae, iuxta Tempestium, stomachum movit Pontifici? Si de postremo agendum est, typographica opera huiusmodi fuere, qualia nunc etiam deprehenduntur in Bibliis sixtinis quae supersunt; non infrequentia videlicet sunt menda, verum minimi plerumque momenti. Quae graviora erant, et periculum intelligentiae contextui creare poterant, Sixtus ipse castigavit, et chartulis glutine superimpositis, admonuit quomodo se recta lectio haberet; sunt vero loca huiusmodi ita correcta non ultra triginta; ut pronum sit intelligere, non ita male Aldum iuniorem de hac impressione meruisse, ut graviter Sixtum V. offenderit, qui profecto Pontifex non equidem emendare sategisset illis chartulis mendosissimam editionem, si talis extitisset; verum indignabundus illam a se penitus abiecisset; quid namque intererat tam insanabili morbo tam exiguam afferre medelam? An aliunde erratorum numero Biblia sixtina superant clementinam editionem? Alibi videbimus. Nunc ad illud respondendum est, quod priori loco propositum fuit: recole canones, quibus sixtini correctores inhaeserunt (supra ad paragr. V.), eosque cum aliis a Pontificis constitutione *Aeternus ille* per nos excerptis compara; licebit inde colligere, diversa via utrosque institisse; proindeque necessariam discrepantiam *Correctorium* carafianum inter et sixtinam editionem non miraberis. Canones porro istiusmodi, ad quorum normam suam expressit editionem Sixtus, octo numerantur: I. « Ut Vulgata vetus, ex Tridentinae synodi prae» scripto, emendatissima, pristinaeque suae puritati, qualis primum ab ipsius » interpretis manu stiloque prodierat, *quoad eius fieri potest*, restituta impri» matur, non ut nova editio in lucem exeat. » Hunc instar fundamenti totius emendationis voluit esse; signate vero dixit *quoad eius fieri potest*, quo dicto suo ad necessarias cautelas a criticae legibus imperatas respexit; unde sequitur canon II. « Quemadmodum laudabile est, ubicumque nostri codices ipsi per se » aut conciliari, aut intelligi non possunt, linguarum externarum praesidia » quaerere, ita, cum id necessarium non est, levissimis de causis ecclesiae con» suetudo non est abiicienda. Unde veteres, et ab ecclesia recepti loquendi » modi conserventur, retineanturque omnino lectiones multis in ecclesia ab hinc » saeculis usitatae. » Recte hinc animadvertit Bukentop (*praef. ad lib.* 3. *p.* 316.) ita peractam fuisse sixtinam editionem, ut quamplurima relinquerentur intacta iuxta lectionem tunc temporis magis communem. Certe itaque quam praescripserat sibi legem sequutus est Pontifex. III. canon est: « In hac germani textus » pervestigatione nullum argumentum est certius ac firmius quam antiquorum » probatorumque codicum latinorum tam impressorum quam manuscriptorum » fides. In quacumque igitur lectione plures vetustiores atque emendatiores libri » consentire reperiuntur, ea iure optimo tamquam primigenii textus verba aut » his maxime finitima retinenda sunt. » Equidem non potest non deprehendi in sixtina editione cura sollicita retinendi lectiones illas, quae horum instrumentorum auctoritate fulciebantur, etsi codicem gothicum (1) non tanti fecerit Ponti-

(1) Intellige amiatinum; prout probavimus in not. 2. ad pag. XXVI.

fex, quanti manuscripta a lovaniensibus citata, contra ac instituta ab eo Congregatio praestiterat. Persensit hoc auctor in hisce rebus versatissimus Alexander Geddes, alibi a nobis laudatus, qui breviter suam sic aperuit sententiam: *Prior* (editio nempe Sixti V.) *plus antiquae Vulgatae retinere videtur: melius illa manuscriptorum auctoritate suffulta* (p. 64.) (1). Cf. Ioh. Bernardi De-Rossi *Disquisitionem elenchticam, cap.* 4. Sequuntur alii duo canones critica et ipsi instrumenta respicientes: IV. « Ad germanam editionem constabiliendam, prae» sidium sicubi desideratur, tum sanctorum patrum veterumque expositorum » enarrationes, quibus diversa Scripturarum loca et libros illustrarunt, subsi» dio sunto. » V. « In iis, quae neque codicum, neque doctorum magna con» sensione satis munita videntur, ad hebraeorum graecorumque exemplaria con» fugiendum est, non eo tamen, ut inde latini interpretis errata corrigantur, » sed ut in eorum verborum locum, quae cum apud latinos ambigua sint, fa» cile possent quo non oporteat inflecti, certum aliquid, atque indubitatum suf» ficiatur, sive ut, quod apud nos, variantibus codicibus, inconstans, diversum » ac multiplex est, id uniforme, consonum, uniusque modi, ipsorum fontium » veritate perspecta, sanciatur. » Haec fontis adeundi ratio post alia instrumenta, adeo primo canoni cohaeret, ut prudens nemo Pontificis sapientiam non admirari queat. Non satis hinc sixtinorum labor acceptus eidem esse debuit, quorum prima lex fuit, hebraicum textum sequi, praeterquam in casibus superius descriptis: vicissim porro illi viri graviter, credo, tulerunt proprios labores tam parvi factos. At de hoc alterius loci erit inquirere. Quod nunc attinet, Sixtus reprehendendus non fuit, si, ut ait Bukentop (op. cit. p. 316.) *absque notabili recursu ad textus originales* suam adornavit emendationem. Neque omnino expetendum erat ut ad hebraicum, sive ad graecum fontem respective singulae exigerentur lectiones adamussim; namque ex convenientia, vel discrepantia singularum Vulgatae lectionum cum hodiernis textibus earumdem integritatem, antiquitatemque arguere praeposterum absurdumque foret. VI. « San» ctorum patrum consuetudo religiose sequenda est, ut in iis quae apud lati» nos nimis ambigue dicta, seu variata habentur, hebraicae, graecaeque linguae » fides et codices inspiciantur, sed ne id licentius fiat, quam aequum est, so» lers cautio adhibeatur; licet enim multis videatur latinus interpres plerasque » huius editionis voces ac locutiones proprie, aut eleganter, aut perspicue, aut » breviter, aut copiose magis, aut tamquam verbis ad verba demensis vertere » potuisse; attamen de his minuta nimium et angusta concertatio videtur; om» ninoque antiquioris ecclesiae religio sanctorumque patrum auctoritas est ante» ferenda. » VII. « Nonnullae sententiae, quae aliunde accersitae, Vulgatae edi» tioni interpositae sunt, neque in antiquis exemplaribus, neque in sanctorum » patrum commentariis inveniuntur, sunt delendae. » VIII. « Quoniam ex va» riis, quae hactenus ad marginem adscribi consueverant lectionibus nonnulla

(1) Laudatis ab Ungarellio verbis idem Geddes praemiserat: « Quod si duarum harum editionum (*nem*» *pe sixtinae et clementinae*) definiendum pretium » sit, ultima certe correctior, et hodierno hebraico » textui magis respondens. » Immo saepius eidem favent quoque antiquiores latini codd.

» sequuntur incommoda, Vulgatae editionis Biblia posthac nonnisi uniformia » imprimantur, nec aliquid a textu diversum in margine scribatur. » Postremi hi duo canones religiose prae aliis observati fuerunt a gregoriana Congregatione, atque ab editoribus clementinis, uti suo loco videbimus (1).

§. XIII.

Argumentis demonstratur, Sixtum V. correxisse quidem suam editionem, non vero damnasse. Descriptio Correctorii bibliothecae angelicae.

Quoniam quidem ex praehabita comparatione canonum carafianae emendationis cum aliis ad quorum normam Sixti V. editio fuit adornata, consequitur, non illam *sixtinam emendationem* stricto iure appellandam, quippe quae a Sixto ipso magnam partem fuerit reprobata; videndum nunc utrum hypothesis initio proximi superioris paragraphi a nobis proposita ad facti veritatem, nec ne, reduci possit; an scilicet ita plene arriserit Pontifici editio a se facta, ut eam ex animi sui fide tamquam numeris omnibus perfectam in lucem emiserit, ea nimirum perfectione, quae et in hoc genere, et iis in circumstantiis haberi poterat. Plura sunt, quae rem ita se habuisse omnino suadeant. Angelus Rocca (*Opp. tom. 2. p.* 273.) postquam narraverat, Sixtum Biblia universa imprimenda perlegisse, subiicit: *Nec eo contentus, universa item Biblia sic emendata, et recenter impressa de integro perlegit, ut omnia fideliter recognita in lucem prodirent.* Alibi de concilii tridentini decreto loquens, concludit: *Biblia sic emendata in lucem prodierunt sub Sixto V.* (2) Prosper Marchand ex indicio aliquot exemplarium sixtinae editionis per Europam divulgatorum non male arguit, vivente Sixto, eamdem Roma hac illac fuisse transmissam; cum eleganter compacta non modo sint, ea ratione, qua Romae compingi solent libri, quos summi Pontifices principibus viris dono mittunt, verum etiam ornata videantur exemplaria ipsius Sixti V. stemmate. (*Amoenitates liter. p.* 438.) Male igitur, re sic stante, pro certo nobis obtrudunt Tempestius et Vezzosus, paucissima exemplaria huius editionis prodiisse ex typis vaticanis, et aliquot ex iisdem furtim surrepta, atque

(1) Postremum Sixti canonem a gregoriana et clementina Congregatione religiose observatum fuisse verissime adnotat Ungarellius; idque ex postremis verbis praefationis editionis clementinae confirmatur: *Lectiones variae ad marginem ipsius textus minime annotentur.* At vero in epistola ad Franciscum Lucam Brugensem, quam supra memoravimus, Bellarminus scribit id ex aliorum consultorum sententia, ipso nequicquam obnitente, statutum fuisse. Ait enim: « Variae lectiones, quae in Bibliis lovaniensibus ha- » bentur, et in quas tu librum utilissimum scripsisti, » mihi videbantur omnino addendae, quippequae in- » star bibliothecae mihi esse videntur; sed non pla- » cuit aliis, ut in prima editione apponerentur. » Cf. Geddes l. c.

(2) Rocca (*Opp. t. 2. p.* 269.) anno 1591. scribebat: « Biblia sacra vulgatae editionis ad concilii tri- » dentini praescriptum emendata, et a Sixto V. Pont. » Max. recognita et approbata anno 1590. in lucem » prodierunt. » Alium accipe coaevum testem: Mutius Pansa in *Ragionamenti della Libraria vaticana, parte IV., discorso* 27. (seu potius 28.) *pag.* 322., edit. Romae 1590. loquens de vaticana typographia a Sixto V. Pont. Max. constituta, ait: « E perchè nel sacro con- » cilio di Trento fu ordinato, che si facesse ogni stu- » dio et usasse ogni diligenza acciò che il sacro testo » della Bibbia fosse con ogni correttione ristampato, » ordinate sopra ciò da Sisto varie Congregationi de » Cardinali e di huomini dotti e litterati, fu final- » mente da lui mandato il tutto ad esequutione et in » amplissima forma cacciata in luce la sacra Biblia; » del che ne fu anco fatta spetial mentione nella li- » braria del tenor che segue: *Sacram . Paginam* » *Ex . Concilii . Tridentini . Praescripto . Quam* » *Emendatissimam . Divulgari . Curavit.* » Cf. Rocca, Opp. tom. 2. p. 273.

distracta; sed de hoc alibi. Plenius etiam quod asserimus evincit Pontificis cura maioris momenti errata typographorum corrigendi ea ratione quam supra tetigimus, per chartulas nempe correctiones continentes, atque glutine superpositas verbis mendosis; et hoc a principio ad calcem usque Bibliorum, ut nunc videre licet in superstitibus exemplaribus illis: et miramur profecto Casimirum Tempestium non animadvertisse hanc rem, dum testatur, se vidisse unum ex his in bibliotheca Barberina, quod cum alia sua assertione pugnare videtur, nempe vix coeptas huiusmodi correctiones a Sixto, quando vita functus est. Hoc itaque pacto si extremam imponere voluit manum Pontifex suae editioni, non stat profecto, hanc ab illo ita reprobatam ut typographica opera intermittenda iusserit exemplariaque suppresserit. Quod ita dicimus, ut intactam tamen relinquamus aliam hypothesim, potuisse illum nempe paulo ante obitum in aliam abire sententiam; quam opinionem si quis amplecti velit, per nos licet, qui hoc unum contendimus, Sixtum non potuisse reprobare illam editionem, quae demonstrari potest adamussim exacta ad canones quos ipsemmet sanciverat; nisi pro causa typographica menda assignentur. Quod postremum non verificari et probatum est et adhuc confirmatur. Est huius itaque loci nonnulla alia subiungere ad pleniorem sixtinorum exemplarium notitiam, quae sic breviter complectimur. Unum est ex his notatu dignissimum in bibliotheca angelica, quod praesto fuit Congregationi gregorianae, quippe in ipso emendationes pro clementina editione manuscriptae leguntur (1): de eodem porro frequens mentio nobis facienda est in notis ad hanc nostram collationem. Continet hoc Biblia Vulgata edita per Sixtum V.; verum quae praecedunt folia, scilicet constitutio *Aeternus ille*, alterius sunt impressionis, quod supra paragrapho VIII. docebamus; neque solum diversa est paginarum series, sed variae oppido in ea lectiones. Cum vero huic, qua de loquimur, constitutionis impressioni nullum adscribatur tempus, in hunc enim modum concluditur: *Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae etc.*, secus ac in communibus editionibus, in quibus legitur: *Dat. Romae apud sanctam Mariam Maiorem, anno incarnationis Dominicae MDLXXXVIIII. Kalendis martii, pontificatus nostri anno quinto;* coniicere datur experimenti causa tantum subiecta fuisse praelo huiusmodi folia. Ne cui porro suspicio hinc suboriatur, bis impressa fuisse sixtina Biblia, uti Casimiro Tempestio visum est, sciendum profecto et Bibliorum exemplar cui haec folia adnexa sunt, idem esse eiusdemque impressionis cum ceteris exemplaribus, quae alicubi custodiuntur; et easdem correctiones habere per schedulas glutine affixas iisdem omnino locis, ac alia solent habere: quibus tamen caret peculiaris haec constitutionis editio. Cum e contrario in omnibus aliis editionibus bis fuerit eadem sic emendata, nempe pag. 9. lin. 22. et pag. 10. lin. 6. Ex qua utriusque editionis harum literarum apostolicarum comparatione illud, nostra quidem sententia, consequitur, Biblia sixtina sic prodiisse, nihil ut in iisdem necessarium ad perfectionem, prout ipse mente conceperat, desideraverit Sixtus V. Ne autem haec temere videamur proferre, alia quaedam huic exemplari peculiaria

(1) De hoc exemplari cf. infra ad §. XXIII., et quae superius ad pag. XXXI. adnotavimus.

in communem notitiam deducere operae pretium est. In ipso libri vestibulo scheda attexta est manu Angeli Roccae scripta cum hoc titulo: *Ricordi per la epistola proemiale della Bibbia o per il moto proprio di essa:* suggerit namque in ea Pontifici Maximo cautiones aliquot praescribendas ad peractam Bibliorum emendationem diutius integreque servandam (1). Praeterea a tergo frontis primae (*oculum* vocant typographi) aliud manuscriptum folium apparet affixum hoc pacto inscriptum: *Correttioni di Sisto V. nel dare alla stampa il Breve per la Bibbia:* et hae ipsae correctiones denuo correctae fuerunt ab eodem, ut videtur, Angelo Rocca. Tandem ipsa edita constitutio emendationes frequentes gerit in margine, locosque non paucos immutatos manu eiusdem Pontificis, prout in margine ipsius superiori monuit aut Rocca, aut quilibet alius augustinianorum, hisce verbis: *Bolla di Sisto V. corretta di sua mano.* Nunc sic ratiocinari liceat: si non obstantibus castigationibus non semel et iterum in constitutione factis; post iteratam eiusdem excussionem, adhuc menda superfuerunt typographica, quibus Sixtus in postrema impressione binis illis schedulis occurreret, mirum profecto non erit quod toti Bibliorum corpori evenit. Aliunde patet, fere eodem tempore, eodemque studio et constitutioni et Bibliis editis eamdem illum medelam attulisse. Sed constitutio ita fuit a Sixto correcta ut nulla alia postea manu indigeret; idem igitur dicendum de Bibliorum textu, quem a se tamquam sufficienter correctum dimiserit. Quo posito, quomodo verum sit, quod afferunt scriptores illi, de quibus iam supra dicebamus, voluisse Pontificem opus ad incudem revocare, viderint alii (2).

(1) Angeli Roccae scheda, quam heic memorat Ungarellius, sic se habet: « Ricordi per la epistola » proemiale della Bibia o per il moto proprio di essa. » Per maggior sicurezza et stabilimento della Bibia » riformata, si potrebbe comandare, che non fosse le- » cito ad alcuno di stamparla per qualche anno fin » tanto che sia stampata in tutte le forme nella stam- » paria vaticana: perchè in questo modo più facilmen- » te e con più riputatione si potrà conservare nella » correttione et purità ricevuta al presente. Per mag- » gior sicurezza ancora, che la Bibia riformata ristam- » pandosi poi alla giornata in qualsivoglia tempo et » luogo, sia conservata nella correttione et purità ri- » cevuta nella stamparia vaticana, si potrebbe coman- » dare, che nessuno stampatore la potesse dar fuori » prima che fosse collationata con la copia o dall' In- » quisitore o vero Ordinario del luogo, dove sarà stam- » pata, o vero per maggior sicurezza et riputatione » del negotio tanto importante, dal maestro del sacro » palazzo, o da chi altro si sia, deputato però dalla » Santità Vostra in Roma. Et in questo modo la Bibia » si assicurarebbe dagli errori della stampa madre di » essi, ed anco dalle falsità di coloro che desiderass- » sero di corromperla di nuovo: perchè senza questa » diligenza facil cosa è d' incorrere in questo, o vero » negli errori, i quali si vanno poi moltiplicando di » stampa in stampa, come chiaramente ci mostra la » esperienza. Finalmente per maggior riputatione et » sicurezza del tutto, si potrebbe comandare, che non » si potesse stampare se non la copia data dal mae- » stro del sacro palazzo, o da chi altro sia, deputato » però a questo offitio dalla Santità Vostra, et da que- » sto istesso poi fosse collationata con la impressione » fatta di nuovo, come si è detto di sopra. »

(2) Ut aliquod specimen exhibeamus opinionum, quae superiori aetate apud multos invaluerant, utque luculentius appareat quantum a veritate aberraverint scriptores qui ante Ungarellium de Bibliis sixtinis sermonem habuerunt, iuvat pauca describere ex *Scrutinio doctrinarum* Ioh. Antonii De Panormo (*cap. III. art.* 3. *pag.* 122., *Romae* 1709.): « Bullam » sane Sixtus pararat, sed Deo inspirante, non pro- » mulgavit, ob librariorum errores, quibus adhuc sca- » tere perspexit; ... idcirco non Sixto contrarius Cle- » mens, sed sixtinae extitit mentis executor, hacve » ratione *Vulgatam* a praedictis expurgatam erroribus » imprimi voluit et mandavit sub Sixti nomine, ap- » posito in eiusdem fronte titulo: *Biblia sacra Vul- » gatae editionis Sixti V. Pont. Max. iussu recogni- » ta, et Clementis VIII. authoritate edita.* » (Conf. Ungarellius infra ad §. XXIV.) Vix autem ferenda videntur quae idem De Panormo subdit: « An autem » quod fecit Clemens, denuo facere valeat alter Ro- » manus Pont., errores alios librariorum, qui reman- » serunt, corrigendo, *Vulgatamque* adhuc reddendo » emendatiorem, lis est sub iudice; non quod in quo-

§. XIV.

Quid, Sixto V. defuncto, de eiusdem Bibliis acciderit usque ad Gregorium XIV.

Tali loco Vulgatae negotium erat, cum Sixtus V. e vivis sublatus est, anno MDXC. VI. Kal. septembris, Biblia nempe, in publicum utique emissa, a pluribus requirebantur; verum adversus multorum cupiditatem illa inspiciendi, ardens aliorum studium eadem occultandi faciebat. Inter hos postremos pronum est coniicere illos qui ad Congregationem sixtinam pertinuerant non ultimos fuisse, qui Bibliis illis non faverent. Isti namque e Cardinalis Carafae partibus, qui, ut alibi vidimus, Pontifici ipsi humiliter refragatus erat, non poterant quin starent. Hac fortasse ratione mala sixtinae editionis fama percrebuerat, ut multi de ea varios pro varia sententia rumores in urbe spargerent, aliis praeproperam defuncti Pontificis correctionem accusantibus, aliis plus aequo sixtinorum labores exaltantibus, nonnullis Aldo typographo, quasi indiligenter operatus esset, succensentibus, aliis e contrario, uti fit, excusantibus editorem atque typographum. Afferebant fortasse hi postremi in medium, non fuisse Congregationis a Sixto constitutae Vulgatam corrigere, sed unice *colligere, consulere,* et *Pontifici adiumento esse;* at ad ipsum Pontificem pertinuisse *quod ex pluribus esset optimum deligere:* talem eiusdem fuisse mentem, prout in constitutione sua perspicue demonstraverat. Quae quidem, ut ut optima excusandi ratio, parum proficere debuit, si non constiterat, Sixtum iam inde ab initio definitam animi sui sententiam Cardinali Carafae aperuisse aliisque eiusdem Congregationis in ea persuasione forte operam suam exhibentibus, quod illa Biblia in aedibus Carafae emendata impressioni darentur parum aut nihil immutata. Si tali pacto res contigerit nec ne, notitiis destituti affirmare non audemus. Ceterum, hoc exploratum, dum haec editio a paucis visa, a multis reprehensa in vulgus prodire vix audebat, ecce novus Pontifex eligebatur Urbanus VII. eodem anno MDXC.; sed vix tredecim diebus interiectis, hic obiit; atque Gregorius XIV. illi suffectus est, ipso eodem anno exeunte. In subsequenti igitur anno, defuncto iam Antonio Carafa Cardinali postridie idus ianuarii (1), ceteri consultores, et in iis

» libet Romano Pont. non sit aequalis quae fuit in » Clemente authoritas et potestas, sed quod probabi- » lius plerique doctores censeant, ne minimum locum » in *Vulgata* relictum, qui librariorum vitio corruptus » censoria virgula adhuc sit dignus: cum enim censo- » res deputati omnia Patrum monumenta, et codices » universos summa perlustrarint diligentia, non est » verisimile, ut defectus aliquos reliquerint, ubi de- » prehenderunt correctiora exemplaria, et patrum scri- » pta veram lectionem continere; et eatenus censorum » deputatorum humilitati adscribendum ducunt quod » in *praef. Vulgatae* enunciarunt: *Vulgatam* nempe » *sacrae Scripturae editionem quanta fieri potuit di- » ligentia castigatam .... omnibus numeris absolu- » tam, pro humana imbecillitate affirmare difficile* » *est.* » Praeclare et apposite de hac quaestione scribit Bonfrerius (*Praeloq. c. XV. sect.* 3.): « Quamvis iam » pontificum auctoritate Bibliorum nostrae vulgatae » editionis emendatio sit facta, fatentur tamen et ipsi » emendatores, praefatione ad lectorem Bibliis prae- » fixa, se menda quaedam et errata reliquisse, quae » alioqui videbantur immutanda, ad offensionem po- » pulorum vitandam: et sunt forte nonnulla, quae et- » iam hos tam oculatos correctores fugere potuerint; » quae bonum est ab interpretibus annotari, ut si- » quando aliam contingat fieri Bibliorum correctio- » nem, loca haec a correctoribus attentius inspician- » tur. »

(1) Ex narratione Ghislerii (apud Vezzosum, Op. cit. tom. 1. pag. 12.) ellogium Carafae subiicimus:

Bellarminus, qui redux e Galliis fuerat ante aliquot menses, Pontificem Maximum convenerunt pro illorum Bibliorum negotio aliquando finiendo, rumoribusque sedandis. Gregorius animum statim applicuit ad rem componendam, simulque illorum virorum sententiam rogavit, quid consilii capiendum, an libere evulganda nova Sixti V. emendatae Vulgatae editio prout iam prodire coeperat, an, et quomodo in melius restituenda? Quasnam tulerint alii consultores ea de re sententias, ex mox dicendis eruetur; sed p. Roberti Bellarmini sententia huiusmodi fuit, qualis ab eo in historia vitae suae superius citata habetur. Et ne facti historiam omnino praetereamus, eiusdem verba afferenda ducimus: « Anno 1591. » *(scribit)* cum Gregorius XIV. cogitaret quid agendum esset de Bibliis a Sixto V. » editis, in quibus erant permulta perperam mutata, non deerant viri graves » qui censerent ea Biblia esse publice prohibenda; sed N. *(Bellarminus)* co- » ram Pontifice demonstravit, Biblia illa non esse prohibenda, sed esse ita cor- » rigenda, ut salvo honore Sixti V. Pontificis, Biblia illa emendata prodirent; » quod fieret, si quam celerrime tollerentur quae male mutata erant, et Biblia » recuderentur sub nomine eiusdem Sixti, et addita praefatione, qua significare- » tur, in prima editione Sixti prae festinatione irrepsisse aliqua errata vel typo- » graphorum, vel aliorum. » (1) Quinam fuerint huiusmodi viri graves sixtinae editioni animo adeo infensi, ut eiusdem proscriptionem consulerent, divinatione forsitan opus non est; nam ex dictis fuisse videntur illi sixtini correctores, quorum scilicet opere codex carafianus Vulgatam latinam integre correctam repraesentabat; at nomina prudenter reticuit. Sequitur Bellarmini narratio: « Et sic N. » *(Bellarminus)* reddidit Sixto Pontifici bona pro malis. Sixtus enim propter » illam propositionem de dominio Papae directo in totum orbem posuit *contro-* » *versias* eius in indice librorum prohibitorum, donec corrigerentur, sed ipso » mortuo, sacra Rituum Congregatio iussit deleri ex libro indicis nomen illius. » Placuit consilium N. Gregorio Pontifici, et iussit ut Congregatio fieret ad re- » cognoscendam celeriter Bibliam sixtinam *(sic)*, et revocandam ad Ordinariam » Bibliam, praesertim lovaniensem. Id factum est Zagarolae, in domo Marci An- » tonii Columnae, praesentibus Cardinali ipso Columnensi, et Alano Cardinali » Anglo, nec non Magistro sacri palatii apostolici, ipso N., et aliis tribus vel

« Antonius Carafa Bibliothecarius apostolicus, vitae in- » nocentia, variarum disciplinarum eruditione et grae- » cae linguae sacrarumque rerum peritia maxime in- » signis, atque in ecclesiasticis negotiis indefessus, a » quo omnis adhibita est diligentia ut undequaque Ro- » mam ex universo christiano orbe, quoad fieri potuit, » correctiores et antiquiores adveherentur codices et » graecae versionis Septuaginta, et latinae versionis » Vulgatae, etc. »

(1) De hac Bellarmini sententia Cardinalis Dominicus Passionei acerbe scribit: « Mi si permetta qui » di fare una semplicissima riflessione, ma molto op- » portuna. E per qual ragione mai pensare ad un ri- » piego falso ed insussistente per difendere l'edizione » della Bibbia di Sisto V? Se si fosse questa esaminata » con tutto il rigore della critica, come dovea farsi, » non si sarebbe certamente trovato nella medesima, » come infatti non vi è, errore alcuno contro la fede » cattolica. Non è cosa nuova, che per l'immensa quan- » tità degli esemplari manoscritti e per le innumera- » bili edizioni di questo divin libro, e per l'inavver- » tenza dei copisti e degli impressori, vi sieno discre- » panze di varie lezioni. Ora perchè non appigliarsi a » questa sincera ed altrettanto vera risposta, e a molte » altre ancora, che possono farsi evidentemente e sen- » za replica contro i nostri nemici, come felicemente, » e dopo un secolo e mezzo ha fatto il p. Enrico Bu- » kentop?... Tanto è vero, che fabbricandosi sul fon- » damento della verità, l'edifizio non crolla. » (*Voto del Card. Domenico Passionei nella causa della beatificazione del Ven. Card. Roberto Bellarmino, Ferrara* 1762. *p.* 69.)

» quatuor: et post obitum Gregorii et Innocentii, Clemens VIII. edidit Bibliam » recognitam sub nomine Sixti, cum praefatione, quam idem N. composuit. »

§. XV.

Expenditur quid, iuxta Bellarminum, fuerit in Bibliis sixtinis perperam et male mutatum.

Sunt quaedam in allata Bellarmini notitia, quae, quin in iis paulisper moremur, praeteriri nequeant. Enimvero dicit ille, fuisse in huiusmodi Bibliis *permulta perperam mutata;* deinde honori Sixti V. consultum iri, *si tollerentur quae male mutata erant.* Verendum est in primis ne Sixti fama in ea re opinione aliquot virorum tantum, non secundum veritatem labefactata fuerit; deinde vero, quoniam per iteratam emendationem a gregoriana Congregatione faciendam abolenda erat sixtina prior editio alicubi iam nota, hoc etiam pacto haec proscribebatur et certe honor Sixti V. non per hoc in tuto positus fuisse videtur, licet nova emendatio, in plerisque alia a sua editione, ipsius nomen in fronte gereret. Sed haec obiter dicta. Illud quaerimus, an per illam propositionem *quae male, quae perperam mutata erant* typographus notetur, an idem Pontifex (1). Verum quidem est expresse tum in suprallegatis Bellarmini verbis, tum in hodierna Vulgatae praefatione contineri, *non pauca praeli vitio irrepsisse* in sixtina editione, *quae iterata diligentia indigere viderentur;* at ex una parte quod hic unice typographis imputatur, illic et typographorum et *aliorum erroribus* tribuitur; ex alia vero numquam melius hac in re veritatem assequemur, quam si a facto ipso res iudicetur: si nempe sixtina editione diligenter inspecta primum in se, deinde vero cum sequenti clementina comparata, rationes subducantur et quoad typographica menda, et quoad lectiones a Sixto vel receptas vel proscriptas. Et quoniam nostrae huiusce collationis caput est atque summa, lectorum oculis exhibere quid sixtini correctores paraverint pro recta Vulgatae corrigendae, iuxta mentem ipsorum, ratione; quid elegerit Sixtus, quid respuerit; quid denique ex utrorumque labore profecerit clementina editio, quidque utilitatis praeterea eidem accedere potuisset; ex qua quidem comparatione sixtinae editionis natura, magnam partem, innotescat oportet, nonnulla tantum huc afferre contenti erimus ad sensum illorum verborum eruendum *perperam mutata, male mutata.* Si quaestio sit de mendis impressionis, haec non sunt ultra num. XL. inter bis mille, triginta quatuor super centum loca quae immutata fuerunt in editione clementina. Porro triginta circiter ex his mendis iam Sixtus abstulerat modo supra explicato; unde remanent solum X. circiter, nec omnia prorsus certa; cum e contrario in Bibliis clementinis iuxta

(1) Nec enim eorum probabilis videtur sententia, qui *vitium praeli*, de quo loquitur Bellarminus, duplex fuisse contendunt: « Alterum nempe *mechani-* » *cum*, quod spectabat ad typographos typos litterarum pervertentes et commutantes; alterum *doctri-* » *nale*, quod spectabat ad illos, qui praelo vaticano et » eius editionibus praesidebant. » Licet enim Sixtus V. typographiae vaticanae proprios correctores adscripserit, tamen quum suam Bibliorum editionem *propria manu*, ut ipsemet Sixtus testatur, castigaverit, recte Ungarellius asserit verba Bellarmini vel typographum vel Pontificem notare. Quoad ceteros qui existimant vel Sixtum suam editionem non publicasse, vel eamdem proscripsisse, nil est cur plura lector a nobis requirat.

principem editionem in fol., numerum octogenarium excedant loca a typographis errata, quemadmodum ea recensita fuere Romae in editione Bibliorum *in quarto min.* anno MDXCVIII. (1), ultra mendum illud solemne Gen. XXXV. 8., ubi Debora Rebeccae nutrix sepulta dicitur *super quercum* contra fidem non solum fontium et versionum, sed et manuscriptorum editorumque codicum recte *subter* habentium, quo certe mendo carebat sixtina editio. Et miramur profecto in omnibus romanis editionibus usque ad annum MDCCLXVIII. (2) illud repetitum fuisse; neque usquedum aut deprehensum aut emendatum in *triplici correctorio Bibliorum in quarto min.* de quibus supra. Quod si editiones aliae, quae passim circumferuntur *subter* non *super* legunt, id a plantinianis editoribus repetendum est, qui sibi sumpserunt aliquid a romano exemplari diversum in suis Bibliis aliquando sequi. Sed ut illuc redeat sermo unde profectus est, non videtur typographi incuria tanta, quantum ii causantur, qui sixtina Biblia non tractarunt. Videamus igitur an mutationes per Sixtum factae sint huiusmodi ut tamquam *perperam*, ac *male* factae iuste traducantur. In quo quidem sicut ablata quoque veniunt sub nomine locorum immutatorum; ut de illis prius dicamus; nonnulla profecto redundabant tum in Bibliis Ordinariis, tum in editionibus parisiensibus tum in antuerpiensibus, quod adeo verum est, ut neque postea a correctoribus gregorianis ea sint amplius recepta. Quaedam alia certe omisit Sixtus, quae nunc in hodiernis Bibliis leguntur, prout sunt monita illa, quae in libro Esther, atque in alio Danielis interserta fuerunt a s. Hieronymo: sed haec in Bibliis lovaniensibus, quibus ut plurimum adhaesit Sixtus, desiderabantur (3). Si quid porro mutavit, id ex fide manuscriptorum praestitit, aut editorum codicum, quorum lectiones ad magis communes proximius accedere

(1) In quaestione de locorum numero in quibus ab editione sixtina recedunt Biblia Clementis VIII., et de utriusque editionis mendis, nonnulla ab Ungarellio parum accurate proferuntur, quae, etsi minoris momenti videantur, tamen a nobis hoc loco emendanda sunt. I. Dicit editionem clementinam a sixtina discedere in locis MMCXXXIV. Totidem enim loca immutata apud Bukentopium recensentur. At praeter ea, non pauca alia mutata sunt, quae Bukentopius praetermisit; ex his in solo Pentateucho saltem quinquaginta a nobis adnotantur. Ex quo coniicimus illa loca prope ter mille numerari posse. II. Dicit menda editionis sixtinae XL. fuisse; ex his vero XXX. circiter ab ipso Sixto ablata; unde remanerent tantum X. nec omnia prorsus certa. At vero Bukentopius (pag. 467.) praeter menda a Sixto ablata (ubi addes Exod. IV, 3. Isa. III, 26. all.), enumerat ultra XL. alia *manifesta* (ut ipse ait) *menda typographica huius singularis praeli:* ex his tamen plura vel perperam mendis accensentur (cf. ad Gen. XVII, 22. XVIII, 28. Num. VIII, 2. Deut. XXXII, 49.), aut dubia (cf. ad Gen. XXIX, 24.), aut nullius momenti sunt (ut Deut. XXVIII, 1. *costodias*, pro *custodias;* Iob. XXIX, 14. *diedemate*, pro *diademate;* aliaque huius generis). Denique III. Ungarellius dicit in clementinis Bibliis iuxta principem ed. in fol., numerum octogenarium excedere loca a typographis errata, quemadmodum ea recensita fuere in editione vaticana anni MDXCVIII. At vero in laudato correctorio menda principis editionis clementinae in fol. recensentur tantum LXI. (pro altera autem editione clementina anni MDXCIII. *in quarto*, numerantur LXXX.) Alibi elenchum dabimus mendorum eiusdem principis editionis, ex quo patebit errata typographi plusquam ducenta esse. Ex his manifeste colligitur id quod Ungarellius vult, nempe sixtinam editionem, quoad emendationem typographicam longe praestare.

(2) Dicere debuisset *usque ad an. MDCCLXV.;* cf. quae adnotavimus ad h. l. et infra ad §. XXIV.

(3) Monita illa quae in hodiernis Bibliis leguntur (Esth. X, 3. XI, 1. XII, 6. XIII, 7. XV, 1. 3. XVI, 1. Dan. III, 23. 90. XII, 13.), quaeque ab ipso Hieronymo interserta videntur, neque in principe editione lovaniensi MDXLVII., neque in reliquis hentenianis desiderantur, exceptis paucis illis edd., quae post annum MDLXXI. titulum in fronte gerunt cum hoc additamento *ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata, Romaeque revisa*, de quibus agit Ungarellius ad §. XVII. illa igitur monita in Bibliis lovaniensibus deesse perperam affirmatur.

iudicavit, et in hoc canonis sui II. tenax esse voluit. Singularis forte nonnullis videri potuit orthographiae ratio quam sequuntur sixtina Biblia; neque tamen prorsus insolens est illa collatis praesertim Bibliis Ordinariis. Quare nullum esse locum a Sixto correctum, qui omni destituatur fundamento critico, ausim dicere (1), quamvis nimium forte quam par erat eo confisus fuerit. Quid? haec postrema emendatio a Gregorio XIV. iuxta Bellarmini consilia peracta, laudabiliter quidem atque sapienter, nonne Sixti curis id debet quod exulare iussae sunt omnes illae lectiones, quas supra dicebamus, librariorum temeritate, seu etiam ignorantia in locos non suos irrepsisse? Neque, si Sixtus correctionum apparatum codicis carafiani sus deque fecit, arbitrandum est, illum lectiones singulas reprobasse: sunt pleraque ab illa Congregatione recte diligenterque notata, quae et ipse Pontifex probavit et amplexus est. Licet autem hoc minus ad propositum nostrum pertineat, qui de editione sixtina in praesens loquimur, non tamen est praetereundum, Carafam eiusque collegas nomine et auspiciis egisse Sixti V. in illis emendationibus parandis; ex quo fit ut in illius gloriae partem, quam gregoriana correctio est adepta, Sixtus ipse veniat. Etenim utilitatem non mediocrem ex prioribus illis emendationibus cepisse et praesentem clementinam editionem, haec nostra collatio evincet. Quae vero inde consecutiones fluant, sive pro Bellarmini consilio de evulgandis sub nomine Sixti V. Bibliis clementinis; sive adversus illorum audaciam, de quibus vere scribebat in Anglia saepe citatus Geddes: *Minus tutam et invidiosam sixtinae et clementinae editionis collationem illos fecisse, unde male contra sedem romanam inferendum putabant* (pag. 65.), prudens ipse lector advertat.

§. XVI.

Notitia congregationis gregorianae. Canones pro recta emendatione in ea conditi.

Consilium quod ceperat Gregorius XIV. *celeriter* Sixti Biblia *recognoscendi* anno MDXCI. executioni mandabatur, septem ad id patribus sacri Senatus, et undecim consultoribus delegatis, quorum inferius nomina recitabuntur. Sed monendum in primis, huiusce posterioris Congregationis historiam non in tanta perinde ac prioris iacere obscuritate, cum adhuc fragmenta supersint istius actuum, ex quibus, non minus ac e superius allata Bellarmini notitia lucis aliquid affulget iis, quae dicturi sumus. Huiusmodi fragmenta namque edita fuerunt *a Ioh. Bernardino Tafuri di Nardò* in tomo trigesimo primo calogerianae collectionis. Verum nos eorumdem manuscriptum autographum in angelica bibliotheca asservatum libentius sequimur, quod quidem, ut videtur, manu exaratum est Angeli Roccae ipsius Congregationis secretarii. Fragmentorum initium ita se habet. « Die VII. februarii MDXCI. Gregorii XIIII. iussu Biblia sacra Vul-

(1) Adeo certum est Sixtum communiores lectiones generatim sequutum fuisse, nullamque fere lectionem omni fundamento critico destitutam praehabere consuevisse, ut paucae illae, quae in eius editione occurrunt lectiones singulares ad menda typographica referendae potius videantur. Huiusmodi exempla habes Gen. VII, 21. XXIV, 41. Lev. VII, 10. 19. XX, 9. Num. XXII, 18. XXX, 11. XXXV, 19. Deut. VIII, 1. XVI, 22. XXII, 8. XXXI, 6. XXXII, 39. de quibus criticas nostras adnotationes conferre poteris.

» gatae editionis a Sixto V. nuper emendata, iterum recognoscuntur, ut po-
» strema manus huic emendationi, iuxta sacrosanctum concilium tridentinum,
» tandem aliquando imponatur. Pro hac re praestanda idem Gregorius sanctis-
» simus D. N. Congregationem Illustriss. Cardinalium instituit in aedibus Illustr.
» D. Cardinalis Columnae senioris. Cardinales huius Congregationis sunt hi, qui
» infra leguntur: Card. Marcus Antonius Columna senior, Card. de Verona (Au-
» gustinus Valiero), Card. de Ruvere, Card. de Sarnano, Card. Alanus, Card.
» Columna iunior, Card. Borromaeus (Federicus): consultores autem sunt hi,
» videlicet episcopus senogalliensis olim episc. venusinus (Petrus Ridolfi e Tos-
» signano), p. magister sacri palatii apostolici Bartholomaeus Miranda, p. An-
» dreas Salvener Abbas sanctae Praxedis, p. Franciscus Toletus soc. Iesu, p. Bel-
» larminus soc. Iesu, p. Antonius de sancto Silvestro (Agellius teatinus),
» d. Henricus Gravius lovaniensis, d. Laelius Landus suessanus, doctor Valver-
» dius hispanus, d. Petrus Morinus gallus, frater Angelus Rocca augustinianus
» consultor et secretarius congregationis. » Aliud sequitur fragmentum rationem continens, qua supra memorati viri una simul convenire debeant, quove ordine res tractandae sint, et haec fuerunt constituta post diem septimam februarii eiusdem anni; nam ipsam septimae diei Congregationem, quae prima fuit habita, nihil deliberasse *ob varias opiniones* ibidem notatum invenitur (1). Sequitur

(1) Inter schedas Cardinalis Federici Borromei quae adservantur in mediolanensi bibliotheca ambrosiana *(H. 73. parte infer.)* documentum reperimus quod ab aliquo ex gregorianae Congregationis consultoribus exaratum est. Quum autem non modicam huic historiae lucem afferat, operae pretium ducimus illud integrum subnectere. « *De ratione ineunda in Bibliis corrigendis.* Quia periculum est ne sine ullo fructu diu multumque laboremus in emendatione vulgatae editionis sacrorum Bibliorum, nisi prius in certis principiis hoc est in certa aliqua ratione procedendi conveniamus, operae precium me facturum existimavi, si primum proponerem quaestiones quae inter nos versantur, et ex quarum determinatione regulae formandae essent; deinde paucis exponerem incommoda quae sequentur, nisi quaestiones illae prius absolvantur quam emendationis negotium longius procedat. Sunt igitur de ratione emendandae vulgatae editionis quaestiones sex. 1. Quaestio, cum nulla est in codicibus latinis vulgatis lectionum varietas, utrum corrigendus sit latinus codex, si dissentiat a codicibus hebraico, graeco et chaldaeo. 2. Cum nulla est lectionis varietas in textibus vulgatis, utrum corrigendus sit latinus codex si dissentiat a solo hebraico et chaldaeo, et conveniat cum graeco. Neque addenda est quaestio an corrigendus sit latinus codex, si dissentiat a solo graeco vel chaldaeo, et conveniat cum hebraico; nam id non esse faciendum extra controversiam est. 3. Cum est varia lectio in latinis codicibus vulgatis, utrum corrigendus sit codex impressus ad manuscripta, si dissentiat ab hebraico, chaldaeo et graeco. 4. Cum est varietas lectionis, utrum sit corrigendus impressus codex ad manuscripta si dissentiat ab hebraico et chaldaico, et conveniat cum graeco. Neque addenda est quaestio, an corrigendus sit latinus codex ad manuscripta si dissentiat a solo graeco; id enim non esse faciendum inter omnes convenit, cum vulgata latina editio ex hebraico fonte, non ex graeco profluxerit. 5. Quaestio utrum in tertia et quarta quaestione sit habenda ratio manuscripti codicis, quando unus tantum est, licet antiquissimus. 6. Quaestio utrum in emendatione vulgatae editionis ad manuscripta vel ad fontes praetermittendae sint minutae varietates, quae sensum scriptoris sacri neque mutant, neque obscuriorem aut duriorem faciunt. Istae sunt igitur quaestiones de quarum explicatione non convenit inter nos, quaeque discutiendae, et determinandae essent. Et nisi id fiat haec sequentur incommoda. 1. Non poterit reddi ratio cur hoc modo potius quam alio sacrum textum ediderimus, nisi quia nobis ita placuit. Est autem ratio valde infirma, iudicium paucorum hominum in re tanti momenti, nisi legem a superiori praescriptam habeant. 2. Nos, quorum iudicio res tota commissa videtur, non solum pauci sumus, sed etiam inter nos minime consentimus, et saepe mutationes in Bibliis vel fiunt vel omittuntur aliquibus repugnantibus. Itaque hoc iudicium non modo paucorum hominum erit, verum etiam paucorum inter se dissidentium, et quorum nullus dicere poterit emendationem a nobis factam a se in omnibus probari. 3. Emendatio non erit constans et uniformis, sed quod uno in loco mutabitur, id ipsum in alio non mutabitur, ut iam experiri coepimus. 4. Res, quae brevi tempore expediri potuisset, in longum protrahetur non sine scandalo et periculo. Ratio autem tarditatis

igitur: « Decretum praeterea fuit, ut singula quaque hebdomada tres haberen- » tur Congregationes, in die scilicet lunae ac veneris, quibus intersunt Illustr. » Cardinales Columna senior, et Alanus et consultores; et in die iovis, cui in- » tersunt septem Cardinales supra nominati, nec non consultores. Hisce in Con- » gregationibus legitur textus de verbo ad verbum, Illustr. Cardinalibus et con- » sultoribus audientibus. In varietate lectionum consuluntur Biblia elaborata, et » impressa ab Universitate lovaniensi, nec non hebraica et graeca et manuscri- » pta quae in volumen unum collecta sunt in aedibus Ill. Card. Carafae b. m. » Si qua sese offerunt dubia in congregationibus privatis aut minoribus, ad » Congregationem generalem deferantur. De iis autem quae deliberari nec item » possunt in Congregatione generali, fit verbum cum sanctissimo domino, cuius » est deliberare, ac statuere quidnam agendum sit. » Hactenus de agendi methodo, deque forma consultationum. Sequuntur deinde canones quinque ibidem sanciti *in sequentibus* nimirum *congregationibus, pro huiusmodi recognitione praestanda,* ut iisdem in fragmentis exprimitur; quorum canonum quidem solus postremus e generalibus criticae regulis profluit; prioribus quatuor unam sixtinam editionem attingentibus. Prior itaque canon praecipit: *ut ablata restituantur.* Alter; *ut adiecta removeantur.* Tertius; *ut immutata considerentur,* vel *corrigantur.* Quartus; *ut punctationes perpendantur.* Quintus ita concipitur:

erit, quia in singulis fere mutationibus inter nos contendimus, cum unusquisque suum iudicium tueri velit. Sunt enim qui nihil fere mutari vellent ex Bibliis latinis impressis; sunt alii qui mutari vellent omnia, quae non consentiunt cum antiquis manuscriptis; nec desunt qui media via incedant. 5. Iam nunc divinare possumus, fore ut hic noster labor a plurimis improbetur, cum multa relinquantur a nobis in Bibliis, quae plurimi viri docti sublata esse vellent; quaedam etiam tollantur, quae nonnullis relinquenda viderentur; nec ullam certam rationem nostri consilii reddere valeamus. Neque satisfiet viris doctis, praesertim iis, qui longe absunt ab Urbe, si dicamus, hanc emendationem prodire ab apostolica Sede, cuius est infallibile iudicium. Nam non ignorabunt, summum Pontificem non praefuisse Congregationi eorum qui Biblia correxerunt, neque eorum sententias audivisse, sed negocium totum aliis demandasse, quibus assistentiam Spiritus sancti delegari non potuit. 6. Cum opus a nobis magno labore post unum vel alterum annum perfectum erit, non facile edetur in lucem. Non enim summus Pontifex cuius nomine emitti debet, certior reddi poterit recte ne an secus in emendatione Bibliorum processerimus, cum ignoret quid sequuti simus, neque nos ei significare possimus quam rationem in Bibliis corrigendis tenuerimus; quippe qui nihil certi habuimus. Itaque oportebit ut noster labor aliis recognoscendus demandetur, qui a nobis dissentient in multis, ut nos in multis dissentimus ab iis qui sub Illmo Card. Caraffa primum, deinde sub sanctissimo Pontifice Sixto V. idem opus peregerunt. Quod si etiam ad iudicium Universitatum nostra emendatio referenda erit, quod nonnulli faciendum esse censent, res erit infinita. Oportebit enim ab Universitatibus de integro tota Biblia conferri cum fontibus et manuscriptis, cum non possimus ad eos mittere regulas quas in emendandis Bibliis sequuti sumus, ut illis solis inspectis de tota emendatione simul iudicium ferant. Quae cum ita sint, ut emendatio Bibliorum talis sit, quae et a summo Pontifice tuto probari et ab universa Ecclesia laudari possit, quaestiones a nobis propositae discutiendae et ex eis regulae formandae essent iudicio multorum hominum doctissimorum ex variis Universitatibus, qui Romae non desunt. Est enim hoc tempore in Urbe syndicus facultatis theologicae parisiensis, vir prudens et doctus; est alius doctor theol. lovaniensis, adsunt doctores hispani ex universitatibus salmaticensi, et complutensi, tum in coenobio praedicatorum, tum in collegio iesuitarum, tum etiam extra religiones; nec desunt doctores itali permulti; consulendi etiam essent Illmi Cardinales et caeteri Praelati, qui de hac re bene iudicare possunt, hoc est qui scientia Scripturarum et prudentia valent; et tandem regulae conscriptae ex consensu maioris partis horum doctorum tuto a summo Pontifice approbari possent; neque esset indignum maiestate eius, si ipso praesente et praesidente, Congregatio generalis semel celebraretur. Regulis autem ita praescriptis labor castigandae Vulgatae editionis paucis hominibus trium linguarum cognitione praestantibus committendus esset, qui brevi, tuto, et magno cum fructu opus peragerent. Neque esset necessarium ad iudicium Universitatum emendationem Bibliorum referre; et si forte in posterum aliquid corrigendum in Bibliis irreperet, in promptu esset ex praescriptis regulis castigatio. »

*

« Postremo denique deliberatum fuit, ut haec regula in emendandis Bibliis ob-
» servaretur; hoc est ne fieret mutatio, nisi cogeret necessitas, et praesertim
» cum variae voces idem significant, ut v. g. *ergo* pro *igitur*, et id genus alia.
» Cum vero variant sensum, ut *fortem* pro *fontem*, et e converso, et alia id ge-
» nus permulta, tunc ad manuscripta antiquiora, ad codices scilicet latinos et
» graecos atque hebraicos iuxta regulas ab Augustino et ab aliis traditas, nec
» non ad sacros doctores ac patres confugiendum est. » Haec via et ratio gregorianae recensionis prout fuit praescripta. Superest nunc ut videamus, quid causae fuerit ut hi potissimum canones conderentur, et an constanter in praxi iidem servati videantur.

§. XVII.

Variae Bibliorum editiones antiquiores, earumque κρίσις. De Ordinariis et lovaniensibus in specie; quid Gregorius XIV. circa haec iusserit.

Quoniam vero Gregorii studium in hac parte fuerat revocare sixtina Biblia ad Ordinaria et praesertim lovaniensia, ita ut tali innixi ipsius correctores fundamento a novis emendationibus lectionibusque ex ingenio cudendis prohiberentur; quae sub Ordinariorum generali vocabulo edita Biblia subsint, et an vel in quo lovaniensium editiones ab illis discrepent abs re non erit explicare. Textus, seu editiones Vulgatae latinae tunc temporis magis receptae plurimae quidem extiterant. Antiquior inter has illa censenda est, quae cum Glossa ordinaria Strabonis Fuldensis circumferebatur, et ex qua nomen *Ordinariorum* illis Bibliis fuit inditum: huius porro accuratior editio est illa Parisiis elaborata studio *Francisci Feu-Ardentii* MDXC. Discrimen quod inter hanc et lovaniensem editionem intercedit non potest non esse conspicuum, quum, generatim loquendo, saepius accidat, textualem illius lectionem cum marginali istius lectione convenire, et vicissim. Alias itidem peculiares lectiones habent Ordinaria, quae neque Regiae et Complutensi editioni, neque Bibliis Roberti Stephani congruunt prout ex. gr. Gen. XXVI, 14. *habuit quoque*, et XXIX, 13. *cucurrit obviam ei*, pro *habuitque*, et *occurrit obviam ei*. Hinc in manuscriptis annotationibus vaticani codicis a Francisco Toleto exaratis lovaniensium editioni Ordinaria Biblia perpetuo opponuntur. Verum cum ab initio, ante et post typorum inventionem ubique Ordinaria obtinuerint, et apud omnes, recte dici poterant ceterarum editionum fundamentum (1). In Galliis namque Robertus Stephanus e primis fuerat qui arte sua typographica, e re literaria, utens, manuscripta consuluerit, multaque inde ad librorum, quos edebat, perfectionem emendationemque corrogarit: id quoque praestitit ad Bibliorum *ordinarium textum* correctiorem exhibendum. Illius studium diligentiamque imitatus antuerpiensis editor Plantinus, cum alia quoque contulisset latina manuscripta, Vulgatae editionem adornavit

(1) Praeter ea quae de *Bibliis Ordinariis* breviter praemonuimus pag. XXIX. nota 6., alibi nobis fusiori sermone de iis agendum erit; nam ad criticam historiam Vulgatae editionis maximi momenti est perspectam habere *Ordinariorum Bibliorum* indolem, quam neque Ungarellius, neque alii, quod sciamus, hactenus satis declararunt. Interim adnotamus illa minus accurate dici ceterarum editionum fundamentum.

anno MDXLVII. (1) ab illa Roberto-stephaniana anni MDXL. dimanatam; deinde vero sexcenties fere recusam et Antuerpiae et alibi locorum. Huius porro auctoritas magna fuit, ita ut et romana ecclesia illa passim usa sit sub nomine lovaniensis editionis hentenianae *(vide supra paragr. IV.)*; nam a Lovanii theologis novis in margine variantibusque lectionibus subinde ditata prodibat. Hinc in Italia repetita saepe tum Romae (2), anno praesertim MDLXXII. *in fol.*, tum Venetiis per Iuntas MDLXXIX. *octav.* et utrobique in fronte titulum gerit sic expressum: *ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata, Romaeque revisa.* Immo vero Christophorus Palomares cum hac editione Hentenii scilicet Lugduni MDLXIX. per Gulielmum Rovillium excusa, iussu Sixti V. contulit in Hispania codicem gothicum toletanae ecclesiae, ut varias eiusdem lectiones Romam pro sixtina correctione mitteret. Ex dictis itaque colligitur dissidere Ordinaria Biblia a lovaniensibus, ita tamen ut istis prae illis, paucis exceptis locis, maior fides habenda sit: diximus paucis exceptis locis, sunt namque aliquae Ordinariorum Bibliorum lectiones, quibus gothicus codex concinat, earumque proinde vetustatis auctoritatisque satis probabile argumentum praebeat. Nihilominus, Bellarmino teste, Gregorius mandavit lovaniensibus praesertim Bibliis standum in illa emendatione, quod quidem licet in se prudenter fuerit constitutum, agendo tamen de Bibliis sixtinis admirationis nonnihil ingerit, quare non adverterit Pontifex praecipuam discrepantiam codicis carafiani, sixtinaeque editionis ad invicem comparatorum in eo consistere, quod partem maximam, lovaniensium theologorum lectiones ab illo derelictas resumpserit Sixtus. Quod adeo verum est ut Angelus Rocca non semel in suis annotationibus editis (*Opp. tom.* 2.) admonens quare gregoriani correctores sixtinam lectionem mutaverint, dicere soleat: *Quamquam schola lovaniensis ita legat* (scilicet ut Sixtus V. ediderat); *tamen melius etc.* Exemplum unum afferamus: Iosue I, 6. lovanienses legunt: *iuravi patribus tuis.* Codex carafianus, hac lectione abiecta, marginalem elegit, hebraico fonti respondentem *patribus suis* לאבותם quamque sequuntur Complutensia quoque ac Regia Biblia. At sixtina editio priorem lovaniensem reposuit; et contrariam denique gregoriani firmarunt, ut videre est in Bibliis clementinis. Nihil porro illustrius potest afferri ad comprobandum, praescriptam ut dicitur gregorianis regulam raro fuisse observatam (sive quod iudicarint eximii viri illi non satis innotuisse Gregorio cuiusnam indolis essent mutationes a Sixto factae; sive quod in ipso emendationis actu sententiam ille mutaverit, ut in aliquibus postea vere mutasse constabit), quam id quod, teste laudato supra fragmento,

(1) Editio Bibliorum, quae anno MDXLVII. ex stephanica dimanavit, non pertinet ad Plantinum, sed prodiit *Lovanii ex officina Bartholomaei Gravii.*

(2) Romae excusam fuisse hentenianam editionem anno MDLXXII. nos plane ignoramus; immo nullam Bibliorum Vulgatae editionis impressionem ante sixtinam Romae seculo XVI. factam fuisse novimus. Ceterum quum Thomas Manriquez sacri palatii magister Romae, die 5. Aprilis anno MDLXXI. tradidisset Lucae Antonio Iuntae typographo veneto hentenianum exemplar Bibliorum impressum Antuerpiae per Christophorum Plantinum anno MDLXIX. in quo nonnulla expungenda adnotaverat, illumque hortatus esset ut ad illius exemplaris fidem Biblia ederet *(quousque*, ait, *ea quae* Romae *corriguntur in lucem exeant)*; laudatus Lucas Antonius Iunta eodem anno et sequenti, itemque mox alii typographi lugdunenses, ediderunt Biblia, quae in fronte dicuntur *Romae revisa*; hinc, ut videtur, Ungarellius romanam editionem supposuit.

in generali congregatione habita die decima sexta martii accidit. Namque cum variae in ea quaestiones fuissent propositae, et unanimi voto resolutae; de duabus decretum fuit, eas ad summum Pontificem referendas. Prior haec fuerat an Gen. VIII, 21. cum exemplari lovaniensi quod legebat: *odoratusque est Dominus odorem suavitatis, et ait ad eum: Nequaquam* etc. reponendum esset istud *ad eum,* quo carebat editio sixtina iuxta fidem hebraici fontis? (1) Negative responsum fuisse a Gregorio XIV. hodiernae Vulgatae lectio evincit. Altera haec erat quaestio: num relinquenda Gen. XLVIII, 15. vox *filiis* in hac sententia: *Benedixitque Iacob filiis Ioseph?* (aliter namque et hebraicus textus, et editiones nonnullae contra lovaniensem ferebant) Affirmativam sententiam tulisse Gregorium monent hodierna Biblia. Utrobique autem et alibi quoque intactam voluisse Pontificem lectionem a Sixto V. probatam, illius animum a partium studio immunem valde commendat; simulque observamus, iniquiora fuisse privatorum complurium iudicia, et adhuc esse, apud quos male in universum sixtina editio audiit, quasi proprio, ut aiunt, marte, nulloque adhibito iudicio Sixtus emendasset Vulgatam. Qui tamen si aequiori animo rem perpendissent, volvissentque in mente, circa negotia huiusmodi quae et in se difficilia sunt, et a critica pendent, fieri non posse, ut una sit omnium sententia, utique iudicia cohibuissent, nec ante damnassent tanti Pontificis opus quam eiusdem causa discuteretur attente (2). Profecto nos neque sixtinam omni ex parte absolutam definimus, neque cum hac editionem clementinam committimus. Etenim quamquam nulli dubium esse debeat, diversa methodo elaboratas ipsas editiones, utraque tamen methodus suo non caret omnino fundamento; utrique proinde sua laus est, praesertim cum nullibi aut fides aut mores in discrimen vocentur. Libenti igitur animo nostram hanc collationem in lucem emittimus, per quam utriusque editionis Auctorum famae consulitur; simul et heterodoxorum ineptiae arguuntur, licet a nostratibus iamdudum, ab Henrico Bukentop praesertim in suo אור מאור illorum audacia retusa fuerit. Postquam vidimus in quo Ordinaria a lovaniensium Bibliis discrepent, et quo sensu intelligi debeat praescripta regula fundamentalis, latiori scilicet, de revocandis Bibliis sixtinis ad *Ordinaria et praesertim lovaniensia,* ad illud nunc accedimus propius examinandum, quod relatis supra quinque canonibus continetur.

§. XVIII.

Canonum gregorianae congregationis usus et oeconomia in Bibliis clementinis.

Primum, *ablata restituenda esse* hic praecipitur. Verum quid Sixtus abstulerit, quod quidem in lovaniensi fuerit editione, iam supra tetigimus agendo de ipsius canone septimo. Advertendum porro hieronymiana monita, quae in

(1) Hebraicus textus non habet *ad eum,* sed aliquid amplius quam Vulgatus interpres habet, de quo, praeter ea quae ad hunc locum adnotavimus, conferri possunt *Analecta iuris pontificii, Romae* 1855. *p.* 1334., ubi de hac quaestione verba fecimus.

(2) Conferri quoque potest circa hanc quaestionem libellus inscriptus *Lettera apologetica intorno alla edizione fatta in Roma per comando di Sisto V. della Vulgata latina l' anno* 1590., editus Lovanii, anno 1754.

Esther, atque Daniel occurrunt, non Sixtum ipsum primo omnium praeteriisse; etenim iisdem sunt destitutae editiones hentenianae, quae unum idemque sunt cum lovaniensi textu, Romaeque recognitae (1). Idem fere dicendum de titulis librorum hebraicis a Sixto praetermissis, circa hos vero constans mos non fuerat, ut ex Complutensi et Regia apparet, eodem modo describendi. Atque gregoriana congregatio propterea, dum censuit reponendos esse titulos hebraicos, eorumdem tamen latinam interpretationem improbavit, licet haec in lovaniensibus atque Ordinariis Bibliis haberetur (2). Sequitur: *ut adiecta removeantur.* Certe Sixtus nonnumquam religiose nimis canoni suo secundo adhaesit in quibusdam pericopis retinendis, quas recte sixtini correctores obelo confixerant. Brevitatis studio unum et alterum exemplum adducemus ex libro primo Regum (3). Ibi namque XXIV, 7. leguntur haec verba: *Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum...* et alia usque ad *in Christum Domini;* quae quidem XXVI, 10. 11. repetuntur, et ex isto loco in cap. XXIV. vitiose irrepserunt. Pariter XXVIII, 3. *et interfecit eos, qui Pythones habebant in ventre,* et haec spuria omnino sunt. Atqui non a Sixto primum adscita fuisse testantur editiones nonnullae, (praeter lovaniensem) quae omnes taliter legebant. Immo vero bina manuscripta germanense videlicet num. 7. et corbeiense num. 1. haec posteriora verba adscripta ferunt ad marginem glossematis instar. Aliud quidpiam fuisse a Sixto V. suae editioni adiectum contra auctoritatem librorum impressorum nobis non constat. Quocirca in eam ducimur opinionem duas priores regulas huiusmodi esse veluti restrictivas illius principii, quod pro fundamento fuerat propositum: *revocanda esse Biblia sixtina ad Ordinariae textum et lovaniensem praecipue;* subintelligendo namque *dummodo quae in istis deficiunt suppleantur iuxta normam a sixtinis in codice carafiano exhibitam, et abscindantur quae redundant,* sicuti revera expuncta ab istis nonnulla fuerunt, quae olim et in Ordinariis et in lovaniensibus Bibliis obtinuerant; neque propterea a gregorianis correctoribus in partem fuerunt adscita novae editionis. Posset fortasse quis etiam credere illud *ablata restituantur* laborem sixtinorum carpere, qui sententias nonnullas ab interprete latino declarationis gratia insertas deleverant, uti ex. gr. Gen. XXXI, 47. *uterque iuxta proprietatem linguae suae,* et XXXI, 48. *id est Tumulus testis,* quae absunt ab hebraeo, quaeque nihilominus Sixtus V. suae editioni recte inseruit, atque de ipsis in notis dicemus; sed cum nullum suppetat firmum argumentum, hanc hypothesim intactam relinquimus. Illud extra dubii aleam positum esse debet, restituendos fuisse, prout Sixtus V. ipse restituerat, versus nonnullos librorum Regg. et libri Prov. qui a pluribus saeculis e versione LXX. in latinam Vulgatam irrepserant. (Conf. Sabatier, *Admonitio praevia* lib. Prov. et supra ad §. V.) Quod spectat ad tertium canonem, *immutata* nempe *considerari debere, vel si opus fuisset corrigi,* ad novam a correctoribus grego-

(1) Vide quae de hac re adnotavimus supra ad pag. XLVIII. nota 3.

(2) Insigniora loca a gregorianis restituta haec fere sunt Num. XXX, 11. 12. 13. Iudic. XVII, 3. Prov. XXV, 24. Matth. XXVII, 35. de quibus suo loco agemus.

(3) Alia exempla habes in secundo Regum VI, 12. VIII, 8. XIX, 10. Sap. VII, 18. XVII, 9. Ezech. XXXII, 10. Habac. I, 3. Act. XIV, 6. XXIV, 18.

rianis electam viam utique pertinebat; quippe iudicare poterant hisce magis quam illis ex manuscriptis adhaerendum esse; atque aliis criticae adminiculis, allegationibus videlicet patrum, editionibus, textuque originario in subsidium vocatis unam prae alia lectionem probare. Et licet difficile admodum fuerit ex tot virorum opinionibus, (quum eaedem criticae leges non eamdem semper vim pro singulis casibus hominibusque habeant) unanimem conflare sententiam; haec tamen difficultas hic et nunc magna ex parte depellebatur ob praehabitas codicis carafiani, sixtinaeque editionis emendationes: felicius namque in hoc genere posterior industriam suam collocat quam prior, quando iam alterius examen praecessit; quod nemo prudens inficias iverit. Canon quartus nunc expendendus est, quo praecipiebatur *ut punctationes perpenderentur.* Equidem negari non potest insolitum aliquid circa interpunctiones in suam editionem intulisse Sixtum V. Sed de eo rationem aliquam reddidit in sua constitutione *Aeternus ille* quando dixit: *Quae confusa, aut facile confundi posse videbantur, ea intervallo scripturae, ac maioribus notis, et interpunctione distinximus.* Per intervallum scripturae, versuum divisionem hic denotari, dabunt, credo, etiam illi, quibus sixtinam editionem videre non contigit. Verum immediata libri cognitio aperte nos docet, duo praestitisse illum in hac parte: primo ut continuam versiculi alicuius seriem prout erat in lovaniensium editione, in medio abrumperet, quominus binae sententiae uno versiculo clauderentur (1). Contrario sensu alterum effecit, scilicet, ut ex duobus, vel tribus quandoque unum constitueret versum. Atque ex postrema hac ratione illud consecutus est, ut magis distingueretur sensus advenientis sententiae, pausaque maior esset, quo prolixior fuerat versiculus, qui praecesserat. Iam vero cum experimentum cuiuscumque rationis vim superet, nonnulla exempla hic afferre oportet. In hodierna clementina editione integer vers. 15. cap. IV. Gen. verbis huiusmodi comprehenditur: *Dixitque ei Dominus: Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum.* At in sixtina editione eadem verba duos constituebant versiculos; nempe in *septuplum punietur* 14. desinebat; cetera porro, quae aliam revera sententiam continent, ad 15. pertinebant. Verum iamdiu recepta cum fuerit divisio illa versiculorum, qua Biblia lovaniensium utuntur, quamque correctores sixtini servaverant, non male ad illam normam revocata sunt Biblia Sixti V. a gregorianis correctoribus. Hinc factum, ut editione utraque simul comparata, capitum subinde mensura excrescere videatur, aliquando vero deficere, quod tamen maiori, vel minori versiculorum numero pro varia divisione tribuendum est. In Psalmis praecipue ea mutatio accidit per Sixtum, quae nullibi in editis Bibliis antea observaretur. Non latet eruditos ma-

(1) Quod hoc loco et in sequentibus auctor dicit de Bibliis lovaniensibus, non est profecto referendum ad principem editionem lovaniensem, de qua in superiori paragrapho verba facta sunt; neque ad alias quae illam proxime sequutae sunt; sed ad reliquas editiones hentenianas, quae post annum MDLX. prodierunt. Nam priores illae nullam prae se ferunt versiculorum distinctionem, quam in nostris Bibliis primus adnotavit Robertus Stephanus anno MDLV.; huius autem exemplum mox ceteri editores peropportune imitati sunt. Conferantur quae adnotavimus ad Exodi VI, 27. et Lev. VI, 4.

sorethicam divisionem versuum in Psalmis eamdem esse ac illa, quam sequuntur Vulgatae editiones Veteris et Novi Testamenti, numeris nempe adnotatis iuxta methodum Roberti Stephani; et tantum, spatio interiecto, innui passim illam aliam divisionem, quae psalmodiae convenit ad romani seu gallicani, quod vocant, Psalterii rationem. Hanc igitur elegit Sixtus distinctionem, versiculisque sacrae psalmodiae numeros apponendos contra stephanianam rationem curavit. Ex. gr. sit psalmi XXXVII. (nobis XXXVI.) versus 6. qui in omnibus fere editionibus incipit ab *Et educet quasi lumen*, desinit in *et ora eum*, sicut in textu hebraico. Porro bini versus 14. 15. psalmi eiusdem ex unico numero 14. lovaniensis aliarumque antiquarum editionum Sixto resultaverunt. Et pariter 20. et 21. sixtinae editionis, sunt 19. et 20. antiquarum editt., hoc uno tamen discrimine quod olim a verbo *saturabuntur* absolvebatur 19., verum in sixtina editione a verbo *peribunt* clauditur v. 20. Tandem 28. in antiquis, binos 29. nempe et 30. sixtinae editionis comprehendit. Quocirca versiculorum numerus huiusce psalmi duobus excrescit; habentur scilicet apud Sixtum 42. quum alibi 40. tantum supputentur. Contraria ratione, in eisdem sixtinis Bibliis coniunguntur interdum versiculi, qui olim disiungebantur. Exemplo sit cap. XXII. Proverb.; ibi namque vers. 20. sixtinae editionis coaluit ex 20. et 21. lovaniensis editionis, sicque 21. ex 22. et 23; atque 22. ex 24. et 25; nec non 23. ex 26. et 27; quo fit ut in sixtina editione hocce caput versibus tantum constet 25; 29. vero in aliis editionibus. Sed iam a gregorianis correctoribus omnia in pristinum statum, uti supra tetigimus restituta fuere; iuxtaque hanc normam clementina perfecta est editio (1). Quam quidem editionem si cum illa Sixti V. comparare institueris, et contingat saepius numerum versuum unius, numero alterius non respondere, cave ne iudices unam abundare, alteram deficere in verbis editionem; totum enim ab ista ratione aut separandi, aut coniungendi versus discrimen pendet. Idcirco, quo manifestius etiam gregorianorum industria circa quartum illius decreti caput innotescat loca nonnulla indicare in animo est, quae sub diversa notatione pro singula editione sunt quaerenda. Ex. gr. nunc Gen. II, 14. *Nomen vero fluminis tertii*. Si haec verba in editione sixtina consulere quis vult, quaerenda ei sunt II, 11.; Exod. nunc I, 18. *Quibus ad se accersitis, rex ait*, apud Sixti editionem est I, 10. ubi est *Quibus accersitis ad se rex ait;* Ps. XXXIV, 25. *Non dicant in cordibus suis*, in sixtina editione inveniuntur XXXIV, 28.; Proverb. VI, 30. iuxta clementinam *Non grandis est culpa*, iuxta sixtinam sunt VI, 13.; Matth. I, 24. *Exurgens autem Ioseph a somno*, quaere apud Sixtum I, 45.; tandem Apoc. nunc III, 18. *Suadeo tibi emere* etc., invenienda sunt in sixtina editione III, 14.

(1) Ex quo patet versiculorum distinctionem, universamque interpungendi rationem in hodiernis Bibliis receptam, ita legitime recognitam sancitamque dici posse, ut privatis illam innovare aut reiicere nefas sit. Quapropter in nostris notationibus quoties se se nobis obtulit occasio castigare haud praetermisimus illorum temeritatem qui proprio marte aliquid novi in hoc genere Vulgatis Bibliis inferre ausi sunt. Praeter loca in superiori nota excitata, vide sis ea quae ad Gen. XV, 13. XVIII, 12. 25. Lev. XXIV, 16. et alibi perscripsimus. Sunt autem et alia multa ad interpunctionem vel ad orthographiam pertinentia, quae si quando nullius momenti visa sunt neglexiimus; attamen nec in minimis hisce rebus editorum arbitrium probare possumus.

§. XIX.

Opere in longum a gregorianis correctoribus protracto, novum capitur a Pontifice consilium.

Urgebat quidem pro viribus opus incoeptum haec Congregatio; neque tamen multum proficiebatur, tum ob sententiarum varietatem; tum etiam potissimum ex eo quod ratio ipsa examinis coram universis faciendi rem in longum nimis protrahebat. Accedebat sententiam iudicum a summo Pontifice designatorum rogandi necessitas: Congregationes namque privatae, quas appellabant, dubia ad Congregationem, cui septem intererant patres Cardinales, referebant. Hique vicissim Pontificem consulebant, si quid saltem maioris momenti ambiguum se offerebat, quod auctoritate eiusdem Christi Vicarii indigeret, ut definitum firmumque inter varias et aeque probabiles lectiones maneret. Religioni porro, et iure quidem, habebant illi viri lectiones a Sixto V. receptas mutare, quae licet a manuscriptis non satis munitae viderentur, editionibus tamen pluribus consentiebant: haec itaque erant, de quibus cum saepius ambigeretur, tum Pontifici ultimo definienda relinquebantur. Hic autem dum pro sua sapientia consultorum vota hinc et inde exquireret, res magis ac magis in dies extendebatur. Monumentum istius Congregationis superius citatum nostram assertionem corroborat; ex eo namque eruitur, non ante medium mensis martii Genesis librum examinatum fuisse, ita ut integros quadraginta dies in eiusdem emendationem illi insumpserint. Quod si, ut ibi dicitur, die XVIII. martii librum Exodi legere coeperunt, vix sufficere poterat integer ille annus, ut solius V. T. examen absolveretur. Quare M. Antonius Columna ceterique Cardinales, quibus ea cura demandata erat, una secum reputantes *non tantum ipsum in primis difficile negotium esse, sed eam in expediendo celeritatem requirere,* ut idem loquitur monumentum; *ut non tam multorum linguas ac voces, quam paucorum prudens doctumque iudicium postulare videretur; communi consilio statuerunt, ut ad paucos et maxime idoneos deferretur.* (1) Tali ratione et Gregorii XIV.

(1) Iuvat actorum illius Congregationis universum fragmentum, de quo loquitur Ungarellius, hoc loco subiicere. « *De sacra Bibliorum Congregatione.* Praecepit sacrosanctum concilium tridentinum ut in edendis imprimendisque sacris Bibliis, praecipuis christianae fidei fundamentis, diligentia quanta quanta adhiberi possit, adhibeatur, videlicet ut non tantummodo a mendis erroribusque, qui aut inscitia et incuria librariorum, aut fraude ac malitia haereticorum irrepserint, perpurgentur; sed etiam ut eorum antiquissima latina versio, tam multorum annorum curriculis et doctorum approbatione recepta ac confirmata, ubique in ecclesiis divinisque officiis adservetur. Huius provinciae adimplendae primam mox curam Pius Quintus suscepit: sed eo brevi, deinde Gregorio XIII. morte sublatis, Sixtus Quintus illam iterum, et post eum Gregorius XIV., Clemensque octavus resumpserunt, resumptamque absolverunt: usi ipsi in gravissimo hoc negotio examinando perficiendoque Congregatione Indicis. Constabat haec quidem id temporis Congregatio ex duodecim plus minus gravissimis Cardinalibus, nonnullis etiam viris eruditissimis, quorum omnium studia in hoc opere peragendo recte et utiliter poni poterant. Verumtamen cum non tantum ipsum difficile imprimis negotium esset; sed eam in expediendo celeritatem requireret, ut non tam multorum linguas ac voces, quam paucorum prudens doctumque iudicium postulare videretur; communi consilio statutum est, ut ad paucos, et maxime idoneos deferretur. Electi sunt igitur Cardinales duo, Marcus Antonius Columna Congregationis Praefectus, vir longo rerum usu, ipsaque auctoritate et vita gravis: et Gulielmus Alanus, quo vix quisquam exercitatior in sacris litteris esse poterat; quippe qui et diu docuerat, et plurima scripserat, et singularem quamdam perpetuamque operam in codicibus sacris volvendis, vertendis, notandis navaverat.

voluntati satis per illos fiebat, qui iam pridem, teste Bellarmino, praeceperat, ut quam citius emendata Biblia sixtina in vulgus ederentur; et multiplici opinionum varietati, sententiarumque inter consultores dissidiis modus aliquis imponebatur: quodque omnium caput erat, communis Europae expectatio diutius non erat differenda; omnes enim hanc a romanis typis editionem s. sedis auctoritate emendatam dudum praestolabantur per quam avidissime. Simul etiam cum circumlatio per Italiam et extra ipsam editionis superioris anni, cuius quidem exemplaria nonnulla, praeter illa a Sixto ipso dono principibus missa, quotidie fere distracta erant, molesta esset Pontifici patribusque Cardinalibus (non enim e re ecclesiasticae disciplinae iudicabatur factam a Sixto V. editionem praesto esse illis in circumstantiis, in quibus comparatio cum altera, quae proditura erat, fuisset invidiosa); sperabatur nova editione per Gregorium studiose adornata publicataque, distractio illa cohiberi, immo exemplaria ipsa destrui facile posse; quod an, qualiterque factum sit postea videbitur. Optimum igitur consilium pro editione acceleranda quali pacto executioni mandatum narrare pergimus. Posteaquam nomina exhibuerimus virorum, qui prae aliis delecti sunt, illud nostra intererit scire, quo mense opus huiusmodi aggressi illi sint, et quot iam Bibliorum sacrorum libri antea purgati fuerint. Qua in re citato monumento fides magis adhibenda est quam ceteris; tum quia istiusmodi fragmentum Angelum Roccam vel auctorem habet, vel saltem adstipulatorem, inter eiusdem namque schedas inventum manuscriptum esse constat; tum quia concors est plurium aliorum monumentorum auctoritas. Certe editam *enarrationem* (Vezzosi Scritt. teat. tom. 1.) in hoc non sequimur, sive enim lapsui memoriae Ghislerii tribuendum sit, sive non satis accurate loquendi rationi, peccat haec, ut modo demonstramus, contra historiae veritatem. A laudato in primis fragmento docemur delectos fuisse inter Cardinales, Columnam seniorem, idest Marcum Antonium, atque Guilielmum Alanum: ab his autem laborum socii designati sunt alii ex iam instituta Congregatione gregoriana, qui fere doctiores peritioresque in sacra philologia haberentur. Hi fuerunt Bartholomaeus Miranda magister sacri palatii; Andreas Salvener; Antonius Agellius; Robertus Bellarminus; doct. Valverde; Laelius Landus; Petrus Morinus et Angelus Rocca. Horum itaque decem virorum una congregandorum munus fuit non equidem intermissum emendatio-

Hi assumptis secum, quibuscum deliberarent, viris illius Congregationis doctissimis, linguarumque peritis Zagarolum Marci Antonii castrum, quo ab urbanis molestiis liberiores forent (abest enim ab urbe miliaribus octodecim) secesserunt. Qui profecti cum eis sunt hi fuere: 1. Bartholomaeus Miranda ex s. Dominici familia hispanus, sacri palatii magister, concionator insignis atque in theologia perfecte planeque eruditus. 2. Andreas Salvener Abbas, Praepositus s. Praxedis, literatus, hebraicaeque linguae peritus ac sciens. 3. Antonius Agellius theatinus, post Acernae episcopus, homo abundanti doctrina, iudicio subtili ac sincero. 4. Robertus Bellarminus nunc Cardinalis, multiplici eruditione, scriptisque et nomine ubique terrarum notus et nobilis. 5. Doctor Valverdes hispanus, hebraicae linguae peritissimus, sed ita verborum illius proprietati addictus, ut in ea tuenda pugnatior iusto aliquando videretur. 6. Laelius Landus suessanus, deinde episcopus neritonensis, vir in divina humanaque philosophia versatissimus. 7. Petrus Morinus gallus, in quo litteratura, memoria, cognitio linguarum, sed graecae ita, ut pene graecus. 8. Denique ex s. Augustini sodalitio fr. Angelus Rocca biblicae Congregationis secretarius, consiliariusque, nunc Pontificis sacrorum praefectus doctrina atque industria multa, lingua adeo celeri et exercitata, ut perpetuum legendi officium nec impediverit lassitudo, nec haesitantia ulla interruperit.» Reliqua huius fragmenti verba ab Ungarellio mox recitantur.

*

nis opus prosequi (probabile videtur nondum Pentateuchum absolutum fuisse, quod ex supra enunciata supputatione temporis in emendando Genesis libro impensi consequitur); verum cum neque suscepta methodus universis hactenus satisfecerit, integram castigationem ab initio resumere. Sed iam de mense deque loco, quo operi perficiundo congregati sunt, pauca addamus. Quemadmodum et Bellarminus et Ghislerius sibi consentiunt in nominibus correctorum proferendis, saltem quoad praecipuos illorum, ita etiam in designando loco. Oppidum siquidem *Zagarolum* electum fuit a Cardinali M. Antonio Columna, quo pergere cum universis istis decrevit, ut ibi in aedibus suis studia haec sine aliorum negotiorum impedimento, immo absque interpellatoribus tractari possent. Quem in finem propriis ipse sumptibus Cardinalis eo deducendos, et apud se domi hospitio, mensa, quotidianaque consuetudine excipiendos curavit. Profectionis mensis qualis fuerit non ita facile ex historicis monumentis, uti supra innuebamus, innotescit. Iuxta Ghislerium verno id tempore accidit: verum cum nonnisi octobris mense Romam repetierint, testantibus omnibus; falsum erit in illa hypothesi undeviginti dies universo huic operi exantlando suffecisse. Et tamen diserte postremum hoc traditur in saepius laudato actorum illius Congregationis fragmento, cuius hic verba exhibenda sunt: « Isti illo in loco tanta sedulitate, » tamque indefesso obstinatoque labore toti, totos dies in id simul opus incu» buere, ut quod vix credibile videbatur, undeviginti diebus utrumque Testa» mentum non leviter percursum, sed perdiligenter examinatum, quale iam cer» nitur typis excusum, et Sixti V. nomine (secunda manus adiecit *Clementis VIII.* » *auctoritate*) divulgatum, tale Gregorio XIV. exhibuerunt. » Cum narratio Ghisleriana diversimode dicat, *verno* scilicet *tempore* illuc secessisse correctores, ibique *aestivos menses* commoratos, repugnantia non videri nequit. Quae res quidem non levioris est momenti dum animo quis reputat, alterius pretii aestimari debere sex mensium opus, prae alio dierum novendecim tantum. Falsam esse in hoc memoratam narrationem inde suspicari quoque possumus, quod fama de undeviginti diebus ad manum veluti tradita nostra etiam tempora occupavit. Extat in eo siquidem *Zagaroli* oppido historica inscriptio marmori insculpta hoc idem referens: et licet veri dissimile non sit e nostro fragmento hanc esse depromptam circumstantiam; tamen non satis accuratum se praebuit Vezzosus qui dum ghislerianae narrationi inscriptionem illam, tamquam veritatis testem adnexuit, dissonantiam historicam inde exsurgentem non animadvertit. (1)

(1) Non inutile erit lectoribus heic exhibere laudatae inscriptionis exemplum, quod ex ipso Zagarolensi monumento accurate descripsimus; nam editiones Vezzosi (*l. c.*), Leonardi Cecconi (*Istoria di Palestrina, IV.* 7.), Coppi (*Memorie colonnesi p.* 337.) aliorumque haud levibus mendis scatent:

Gregorius . XIV. P. M. — De . Incorrupta Sacrorum . Bibliorum . Puritate . Sollicitus — Textum Vulgatae . Editionis — Sedente . Praedecessore . Suo Sixto . V. — Typis . Vaticanis . Indiligenter . Excusum — A . Pluribus . Quae . Irrepserant . Mendis Expurgari — Pristinoque . Nitori . Restitui . Curavit — Delectis . In . Hunc . Scopum — Atque . Zagarolum Missis . Clarissimis . Viris — Bartholomaeo . Miranda Andrea . Salvener — Antonio . Agellio . Roberto . Bellarmino . Ioanne (immo non *Ioanne*, sed *Bartholomaeo*) *De-Valverde — Lelio . Laudo . Petro . Morino Et . Angelo . Rocca — Additis . Etiam . Doctrina Non . Minus . Quam . Dignitate — Eminentissimis Cardinalibus — Marco . Antonio . Columna . Et . Guilelmo . Alano — Qui . Pontificiae . Obsequentes . Voluntati — Anno . MDLXXXXI. — Communibus . Collatis . Animadversionibus . Et . Notis — Opus . Insigne — Et . Catholicae . Religioni . Maxime . Salutare*

§. XX.

Editio propediem in lucem profectura obitu summi Pontificis retardatur. Clementis VIII. decreto ecclesiae utilitati consultum.

Viri illi praestantissimi opere suo functi Romam repetierunt mense octobri. Quo statim ac pervenerunt festini eorum laboris tantum eos non poenituit. Etenim Gregorius XIV. gravissima detinebatur infirmitate, mortique proximus erat, quam die quintadecima eiusdem mensis oppetiit anno ipso MDXCI. Expectandum erat igitur ut novus Pontifex eligeretur. Opportune quidem quatuordecim interiectis diebus ab obitu Gregorii electus fuit Innocentius IX., verum superstes fuit tantum ad finem decembris eiusdem anni: quare aut nihil peractum est circa hoc negotium, aut tam parum ut memoriae proditum non fuerit. Prospere tandem evenit, vix post mensem, ut ad summi Pontificatus honorem Clemens VIII. eveheretur. Huic porro datum fuerat rem penitus circa Vulgatae latinae editionem conficere: atque post decessorum eius tot consilia, post multorum labores, post iteratas virorum doctorum emendationes, post longa examina, dubitationes, ambages, disceptationesque, statum latinae translationis, qua universa uteretur occidentalis ecclesia firmare, qui si non undequaque perfectus censeri possit, cuilibet rei difficultatem aequo animo perpendenti, ad perfectionem accedere persuasum utique erit; quod quidem sufficere debet; optimum namque attingere ultra hominum vires esse nemo prudens ignorat. Recte aliquando de sacris Bibliis, quoad criticam eorumdem textus conservationem plus vel minus accuratam Geddes scribebat: « Sume recentissimum et inter omnia maxime imperfectum » exemplar *(textus hebraici)* vel maxime erroneam, versionis maxime etiam er- » roneae, apographiam, et omnia invenies ad constituendum authenticum docu- » mentum necessaria, et ad implenda illa consilia, quorum causa datum fuit. » (*pag.* 17.) Consilium itaque sanctae synodi impletum fuit, quae catholicorum controversias circa varias Vulgatae lectiones finire voluit; tum haereticorum obtrectationibus occurrere: utrique rei per hanc editionem provisum; priori quidem et statim et plene; posteriori nonnisi postquam vetus ille novatorum aestus deferbuit, qui nunc quidem aequiori animo de clementina editione iudicant; nec desunt inter eos qui prudens iustumque vocant tridentini concilii decretum quod et ex omnibus latinis editionibus, quae circumferebantur, hanc ipsam veterem et vulgatam editionem *pro authentica haberi* praeceperit, et *quam emendatissime* eiusdem exemplaria *imprimi* mandaverit. Nos vero catholicae ecclesiae merito gratulari decet, quae plurium latinarum versionum impedimento e medio sublato,

— *Assiduo . Seduloque . XIX. Dierum . Labore — His . Ipsis . In . Aedibus . Perfecerunt — Ne . Tantae Rei . Notitia . Aliquando . Periret — Clemens . Dominicus . Rospigliosus — Clementis . IX. P. O. M. — Ex . Fratre . Pronepos . Zagarolensium . Dux — Monumentum . Posuit — Anno . Salutis . MDCCXXIII.*

Quae in praedicta epigraphe narrantur, testimonio nituntur etiam Petri Morini, qui unus fuerat e consultoribus. Nam in epistola ad Silvium Antonianum aperte scribit: « Cum res traheretur, ab eo *(Card.* » *Ant. Columna)* ducti Zagarolum . . . ac ibi noven- » decim totos dies commentati una sumus. » At, ni fallimur, ex eadem Morini epistola eruitur negotium istud correctionis Bibliorum non fuisse confectum Zagaroli; subdit enim: « Romam reversis, quae ipse quo- » que attulerim, quae disputarim sciunt amplissimi » Patres, quibus me satisfecisse, officiumque meum » probavisse arbitror. »

ex quo non illi dumtaxat aetati sed sequentibus quoque periculum imminere poterat, contra ac falso in nuperrime damnatis libris Georgii Hermes traditur (*Introductio in Theologiam Christiano-catholicam* germanice edita, pars altera, p. 437. V. damnationis decretum die XXVI. septembr. an. MDCCCXXXV.) *perpetuo* suo *valituro decreto* et nutantes firmavit circa Vulgatae authenticitatem, et licentiam circa variantes lectiones sanctissime coercuit. Sed iam qua se gesserit ratione Pontifex pro emittenda in vulgus parata iam correctione videamus.

§. XXI.

Quibus a Clemente VIII. res ultimo perficienda commissa.

Ghislerii ob oculos praehabenda est relatio huiusmodi: « Evecto demum in » Petri sedem Clemente VIII. . . . pastorale suum expleturus munus, aggredien- » dam statim curavit ipsam emendatae Vulgatae promulgationem. Porro quo ea » prodiret tutior, tribus id operis demandavit Cardinalibus, Veronensi (Augu- » stino Valerio, sive Valiero), Borromeo (Federico) atque Toleto (Francisco » e soc. Iesu). » Atqui eo tempore Toletus nondum auctus fuerat illa dignitate, hoc enim, triennio post accidit; dicendum igitur erat binis Cardinalibus eam curam demandatam, coadiutorem autem fuisse adiunctum p. Toletum; nam certe maximae fuerunt sub Clemente doctissimi istius viri partes in Bibliorum editione, ut infra latius explicabitur. Sequitur deinde Ghislerius: « Et quidem in » hac extrema, ad praeexpositam emendationem, manu, labor fere totus fuit » Cardinalis Toleti, cuius Biblia ex iis, quae a Sixto V. fuerant impressa, eius » propria manu correcta, et cum rationibus singularum correctionum positarum- » que lectionum ad marginem adhibitis, in vaticana servantur bibliotheca, et » ex ipsis, praelis ibidem vaticanis, auctoritatis et confirmationis decreto san- » ctissimi Papae Clementis VIII. edita sunt. » Quod hic generatim tantummodo, et minus distincte profert auctor, latiori enarratione dignum esse videtur: cum aliud profecto sit priorum emendationum rationes afferre; aliud vero latinum textum iam antea quomodocumque emendatum rursus emendare, tum aliquid proprium ad accuratiorem castigationem addere. Cum itaque Franciscus Toletus in codice vaticano utrumque praestiterit, ghislerianae narrationis sensus est, Toletum munere a Pontifice imposito functum textum percurrendo, omissa supplendo, quaeque dubia remanserant, alterutra lectione selecta, firmando; prout in loco Gen. XLVIII, 15. factum videmus, editam scilicet fuisse Sixti V. lectionem propriam lovaniensium quidem, sed de qua tamen neutra in congregatione aliquid esset definitum (1). Praestat nunc illius codicis conditionem lectoribus exhibere; huiusmodi enim est ut accurate illum pervolvendo, quod nos maiori qua potuimus diligentia praestitimus, postremae huiusce correctionis plenior no-

(1) Quamvis Ungarellius dicat *neutra in congregatione* definitum circa lectionem Gen. XLVIII, 15., constat tamen sixtinos optimam delegisse lectionem, de qua plura habes in nostris ad hunc locum notationibus. Ceterum verissima sunt quae Ungarellius heic declarat de Toleti opere, in quo tum rationes peractarum correctionum afferuntur, tum nonnulla, quae aliis censoribus exciderant, supplentur; idque ex nostris notationibus abunde constabit. Immo quandoque Toletus aliorum sententiam castigavit refixitque, uti ex. gr. Rom. II, 15. II Cor. VI, 16. I Tim. VI, 8. Apoc. IX, 5. de quibus suo loco agemus.

titia hauriri possit. Ut igitur facilior nobis via de *clementinis Bibliis* speciatim agendi paretur, ab eiusmodi ἐπανορθωτοῦ descriptione ordiemur.

§. XXII.

Correctorii vaticani a Francisco Toleto elaborati descriptio.

Unum est sixtinae editionis istud exemplar vaticanum; verum prae omnibus, quae quidem viderim, spatiosis foliis impressum (ea de re agit Ant. Aug. Renouard: « Il a été tiré, en grand papier, quelques exemplaires de l'une (1590.) » et de l'autre edition (1592.). » *Annales de l'Imprimerie des Aldes. Paris*, 1803. tom. I, pagg. 423. et 430.): optime compactum est, rubro corio atque ornamentis, nec non aurato ipsius Sixti V. stemmate insigne. Annotationes frequentes in eo occurrunt amplo in margine calamo ipsius patris Toleti exaratae in utroque Testamento, ita ut ad calcem usque Apocalypsis pertingant. Atque extrema pagina legitur: « 28. augusti an. 1592. die sancti Augustini, Clem. VII. » (sic) an. 1. perfeci annotationes has omnes (1). » Porro talem sibi ordinem proposuerat: correctiones gregorianas, quales in codice angelico supra descripto (2) continentur non omnes, verum partem magnam persequitur, de quibus tam distincte, perspicue districteque iudicat, ut omnes aliorum hucusque commemoratas annotationes, hae longe superent. Singulis porro notis respondent in textu impresso obeli, quibus moneatur lector cui loco earum unaquaeque pertineat. Iam instrumenta ipsius collationis et examinis ita distinguit: textum hebraicum et graecum LXX. interpretum (3): deinde Vulgatae editiones complutensem et regiam; lovaniensem; atque Biblia Ordinaria, quo nomine illa presse designat, quae cum Glossa ordinaria circumferuntur: secus ac fecerit Angelus Rocca, apud quem veniunt hoc nomine Biblia lovaniensia (4). Inter manuscriptos specialem mentionem facit codicis monasterii s. Paulli et alterius Montis Amiati, qui quidem duo, post codicem toletanum gothicum (5), congregationi sixtinae magno usui fuerant, uti suo loco explicatum est. Superiores recensiones peractas quotiescumque memorat, sixtinam Congregationem a gregoriana fere semper distinguit; sollemne siquidem illi est singulas lectiones notando, animadversiones suas huiusmodi clausula absolvere: *Congregatio sic legendum censuit*, et tunc grego-

(1) Minus recte Ungarellius legebat *Clem. VII.* in subscriptione Toleti; nam Toletus habet *Clem.* Ƶ, haec autem numeralis nota denotat *VIII.* non vero *VII.*

(2) Vide supra ad §. XIII. et infra ad §. XXIII. ubi de hoc codice angelico pauca adnotavimus.

(3) Non modo hebraicum textum, sed et graecam versionem Toletus excitat ex editione complutensi aut regia, prout monuimus pag. XXIII. nota 2.; rarissime graecorum codicum lectiones profert.

(4) Nostra quidem sententia errat Ungarellius dum dicit Angelum Rocca sub nomine *Ordinariorum* designasse *Biblia lovaniensia*. Nam saepissime Rocca distingult Ordinaria a Bibliis lovaniensibus. At probe animadvertendum est illum prae manibus habuisse Bibliorum Ordinariorum editionem, quae prodiit Venetiis anno 1588., quae editio longe recedit ab aliis germanis Ordinariorum editionibus; nam Vulgati textus ibidem saepius ad hentenianas editiones reformatus fuit. Hinc factum est ut Rocca Bibliis Ordinariis quamplures lectiones mendose adscripserit, quae re vera non pertinent ad genuinam editionem Ordinariorum (de qua supra dictum est ad §. XVII.), sed potius ad lovaniensem. Haec si Ungarellio innotuissent aliter profecto de Rocca scripsisset. Ad Toletum vero quod spectat, praeter laudatas, alias quoque veteres Vulgati editiones profert; ac praeterea veterum patrum auctoritatem usurpat, illorum praesertim qui biblicos commentarios ediderunt.

(5) De codice gothico satis diximus pag. XXVI. nota 2. Praeter memoratos codices aliosque paucos quos raro compellat, saepe Toletus codices a lovaniensibus usurpatos laudat.

rianam intelligit: alioquin *prior Congregatio* scribens, sixtinam vult indicare; communius vero primam et alteram simul commemorat his verbis: *Sic utraque Congregatio censuit* (1). Neque omissiones aliquas dissimulat posterioris Congregationis circa sixtinae editionis correctionem occurrentes; ex. gr. Ex. XXXIX, 28. *distinctum* pro *bis tincto* in illa editione inobservatum gregoriani reliquerant, contra ac fecerint sixtini qui illud *distinctum* in *bis tinctum* initio mutarunt. Tum impressorum sphalmata in sixtina editione notat, ut a Sixto ipso, et a Congregationibus admissi errati criminationem depellat. Uno tamen in loco a leviter carpendo Sixtum non abstinuit nempe Exod. XXXVII, 11. 12. Cum enim lovaniensia exemplaria *labium* et *labio* pro *labrum* et *labro* prae se ferrent, istud sixtini correctores prout decebat reposuerunt (2). Verum Sixtus V. illo fretus principio nihil de recepta lectione, absque necessitate fuisse mutandum, carafiani codicis posthabita emendatione, lovaniensem licet mendosam elegit, quod ad marginem notat Toletus sic: *Prior lectio est mendosa, et Sixtus posuit* (3). Denique nonnulla, quae ante a nemine aut observata aut mutata fuerant, ex suo sensu aliter legenda proponit, verum non absque rationabili causa; atque huiusmodi sunt illae emendationes, quae vere clementinae appellandae sunt. De his profecto intelligendum quod scripsit Ghislerius citato loco: « Sed et id » quoque est exploratissimum, Cardinalem ipsum Toletum ex laboribus praeex- » positis patris Agellii, ceterorumque virorum doctorum, quorum supra memini, » suas concinnasse correctiones. Tametsi, cum collegarum Cardinalium consilio, » iis haud penitus in omnibus fuerit addictus. » Cetera porro, quae a Toleto in suis correctionibus, atque annotationibus praestita sunt, quamquam lectorum cognitione digna, enarrare supersedemus, quia in hac ipsa nostra collatione, cum se se occasio dabit, ea ad imam paginam notata invenientur.

§. XXIII.

Codicis vaticani ac angelici discrimen, nova editionis impedimenta per Clementem VIII. sapienter abrupta.

Celeriter se, quantum res patiebatur, praestantissimus p. Toletus in hoc opere expedivit; septimo namque ab electione Clementis VIII. mense nondum

(1) Dubitare non possumus nomine *prioris* et *posterioris* apud Toletum venire *sixtinam* et *gregorianam* congregationem; at quaedam sunt loca in quibus *posterioris* nomine ipsam *clementinam* congregationem denotare videtur. Notatu quoque dignum est ipsum quandoque varias consultorum sententias innuere his verbis: *Congregatio posterior ex parte censuit.* Ubi autem congregationum et Sixti plenum consensum reperit, ait: *Utraque congregatio et Sixtus.* Cf. Eccli. X, 4. XI, 8. XVIII, 33. XXIX, 16.

(2) In hac periodo aliquid humani passus est auctor noster, nam sixtini correctores reposuerunt quidem *labrum* ad Exod. XXX, 18. (vide nostras notas ad h. l.), at vero Exod. XXXVII, 11. 12. omnino silet codex carafianus; sicuti etiam XXV, 24. 25. et XXXI, 9. etsi lovaniensis editio in singulis laudatis locis prae se ferat *labium*. Sixtus autem posuit quidem in sua editione *labium* ad Exod. XXXI, 9., sed alias perpetuo, etiam silente codice carafiano, scripsit *labrum*, quod, ut ait Toletus, *est vas, seu concha, quae non dicitur* labium, *sed* labrum. Ceterum editio clementina praeferre videtur *labrum* quoties de vase sermo est; scribit vero *labium* ubi hoc nomen extrema ora cuiusque rei denotat.

(3) Alia sunt loca in quibus Sixtum Toletus leviter carpere videtur, uti Eccli. XL, 14. « *pius laeta-* » *bitur*, est nova lectio Sixti. » Isa. XXXIV, 11. « Lege » *ibis*, non vero *ibix* sicut Sixtus manu propria muta- » verat. » I Mach. VI, 41. « Sixtus mutavit ad libitum. » Ex nostris autem notationibus compertum erit lectiones a Sixto probatas quandoque perperam reiectas aut saltem temere contemptas fuisse.

expleto rem ad umbilicum adduxerat. Constat id evidenter ex ipsa sua ὑπογραφῇ de qua proxime superius. Credidisse videtur citatus Ghislerius ab exemplari hucusque descripto clementinam editionem principem immediate expressam: verum nihil minus. Plura namque sunt in eo codice annotationibus Toleti locupletato, quae typis edenda non erant: tum etiam multo plura ex emendationibus gregorianis desunt: in his librorum sacrorum tituli restauratio, recensque versiculorum divisio atque numeri. Facilius in animum inducerem typothetas illo usos fuisse codice qui in angelica bibliotheca asservatur, et a nobis paragrapho XIII. descriptus fuit (1). Etenim in eo, praeter correctiones universas a gregoriana Congregatione decretas, deprehenduntur novi librorum tituli, novaque inducta versiculorum partitio, prout in clementina ipsa editione. Manu quidem Angeli Roccae, sed partim ex laboribus Toleti hae annotationes corrogatae sunt marginibusque affixae; et vero distinctionis gratia nonnullis ex his siglae P. T. praefiguntur. Quae quidem res obscuritate quadam antea cum laboraret, nos, veluti divinando, *Pater Toletus,* significare posse arbitrati sumus: neque frustra. Cum enim Toleti codicem in vaticana inspexissemus, post institutum singularum correctionum examen, deprehendimus, Roccam peculiares a Toleto lectiones inductas (quas clementinas vocamus) ab illo exemplari excerpsisse, indidisseque suo sub huiusmodi duarum literarum nota. Veri hinc simillimum ducimus, istud angelicae bibliothecae exemplar typographicae compositioni, prae illo, deputatum fuisse. Quodcumque demum fuerit authographi imprimendi exemplar, hoc ante omnia per duos Cardinales Augustinum Valerium et Federicum Borromeum summo Pontifici, cuius erat auctoritate edendum, oblatum fuit. Verum ne opus optatum finem videret novae morae se se obtulerat occasio, nisi Clementis ipsius prudentia de medio sublata fuisset. Doctor siquidem Valverde hispanus, qui inde iam a Sixto V. consultor fuerat sacrorum Bibliorum Congregationis; et de

(1) Officinatores librarios, qui clementinam principem editionem curarunt, pro archetypo habuisse sixtinum Bibliorum exemplar, quod in bibliotheca angelica adservatur, exploratissimum nobis est. Nam, praeter ea quae ab Ungarellio proferuntur, singularia huius codicis adiuncta id omnino suadent. Primo enim innumera exstant vestigia quae demonstrant illius folia in usum fuisse hominum qui typos componebant, quique clementinam editionem parabant. Siquidem typographi, ut solent, folia dispartiti sunt eaque haud raro commacularunt; locos in quos cuiuslibet folii novae editionis initium aut finis incidebat, calamo designarunt. Quid plura? quum typographus ad Eccli. VII, 6. pervenisset, atque de emendatione a censoribus facta dubitaret, intermissis operibus, folium ad Angelum Rocca remisit; adiecta ibidem hac nota: *Vedasi se si deve fare* agilitate, *ovvero* aequitate. *Hoggi non si è potuto stampare.* Dubitandi ratio inde oborta erat, quod quum Sixtus edidisset *agilitate,* in hoc exemplari Angelus Rocca primo emendaverat scribens *aequitate;* mox ibidem secunda manus restituerat *agilitate;* demum tertia manus rescripserat *aequitate,* ita tamen ut non satis appareret quaenam lectio retinenda esset. Aliud simile dubium ad Eccli. LI, 19. typographo moram attulit. Alia huius generis plura omittimus, quae suis locis proferenda erunt. Recte igitur hunc codicem typographicae compositioni deputatum fuisse Ungarellius autumavit. At minus vere censuit eumdem gregorianae congregationis typum esse. Quemadmodum enim, ipso monente Ungarellio, ex notis Toleti in hoc suo codice Rocca clementinas correctiones descripsit, ita ex codice columnensi (quem alibi demonstrabimus verum esse gregorianae congregationis autographum) emendationes gregorianas excerpsit. Denique animadvertimus hunc codicem non universas omnino correctiones clementinas et gregorianas exhibere. Nam nonnullae sunt emendationes a Toleto in clementinam editionem illatae ipso tempore quo eadem praelo subiiciebatur, quae proinde apud Roccam desiderantur. Aliae vero paucae ex gregorianis correctionibus quum ab ipso Rocca, dum codicem columnensem describeret, incaute imprudenterque praetermissae fuissent (quod in nostris notationibus opportune demonstrabimus), hactenus lucem nondum adspexerunt.

quo memoriae proditum, « fuisse hebraicae linguae peritissimum; sed ita verbo-» rum illius proprietati addictum, ut in ea tuenda pugnatior iusto aliquando vi-» deretur » *(Ms. fragm. Congr. Bibl.)*, plures alias damnabat lectiones calculo iam firmatas, quas aut immutatas, aut rursus ad examen revocari voluisset. Nec a reprehensionibus destitit, quousque loca errata, iuxta proprium suum ingenium, amplius CC. collegerit, eaque supplici, ut aiunt, libello, summo Pontifici per Card. Valerium praesentaverit, querens male sive a duabus Congregationibus, sive a postremo correctore Toleto latinorum Bibliorum editioni, quam emendatissimam expectarent homines, provisum iri (1). Benigne Clemens VIII. preces

(1) Haud supervacaneum erit proferre ipsius doctoris Valverde supplicem libellum Clementi VIII. oblatum, quem ineditum reperimus in bibliotheca barberina (*XV.* 26.). Ex hoc autem patet illum non enumerasse singula loca quae adhuc emendanda existimabat, sed eadem latiori tantum ratione innuisse. « Beatissime Pater. Illius praesidio, qui os mutorum aperire, et ex ore infantium laudem perficere consuevit, et Sanctitatis Vestrae benignitate freti, gloriosissime Pater, in ea statione, quam scio mihi divinitus tributam, id est vinea Domini, aut fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique numquam cessabimus. Neque enim ullum esse vere christianum existimo, qui non maxime in votis habeat, ut quod ad Christi gloriam et totius populi salutem et tranquillitatem conferat, in hac emendatione Bibliorum decernatur. Quamobrem etiam atque etiam considerandum puto quidnam ab hac aeterna sede Dei viventis et castissimae religionis nido et umbilico propediem in vulgus prodituram sit. Audiat Beatitudo Vestra praecessorem suum Gregorium illum magnum (2. *part. reg.*): Apostolicae sedis sententia tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta patientia et maturitate decoquitur, ut numquam immutari necessarium ducat, nisi forte sic prolata sit, ut retractari possit, si non secundum tenorem praemissae conditionis existat. Item Gelasius Papa *(de vinculo anath.)*: Si assensus pontificum interfuit, doceatur a quibus, et ubi sit gestus; si secundum ecclesiae regulam celebratus; si paterna traditione profectus; si maiorum more prolatus; si competenti examinatione depromptus. Item Zacharias Pontifex *(de dispens. quae a b. Gregorio facta fingebatur)*: Ab apostolica sede illa non diriguntur, quae contraria esse patrum sive canonum institutis perhibentur. Rursus Symmachus Pont. *(Synod. VII. dist.* 10. *c. Non licet)*: Nulli licet Imperatori vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra divina mandata praesumere, nec quicquam quod evangelicis, propheticis, aut apostolicis regulis obviet, agere. Item Papa Urbanus (*parte* 2. *decr. causa* 25. *q.* 1.): Sunt quidam dicentes romano pontifici semper licuisse novas condere leges, quod et nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quod inde novas leges potest condere, unde evangelistae nequaquam dixerunt. Ubi vero aperte Dominus, eius apostoli, et eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid definiverunt, ibi non novam legem romanus pontifex dare, sed potius quod praedicatum est usque ad animam et sanguinem confirmare debet. Contra has summorum pontificum sententias, canonum et conciliorum statuta, verendum est, ne quis vel errorem ullum tueri, vel pertinaciter opponere se audeat. Errores autem qui omni studio cavendi, sunt, gloriosissime Pater, I. Quidam propter auctoritatem et praerogativam inter latinas Bibliorum versiones, veteri nostrae Vulgatae a tridentina synodo tributam, aliquid pristinae dignitati vel auctoritati originalis textus hebraei, graeci aut syri derogatum putant, maioremque fidem mss. codicibus antiquis *(latinis)*, quam ipsis fontibus tribuendum esse volunt. II. Ubi constat errorem esse in codicibus latinis, vel negligentia, vel audacia, vel oscitantia, aut temeritate scriptorum aut impressorum, retinendum esse errorem, quoniam consentiunt latina exemplaria. Itaque auctoritatem scribae cuiuscumque, id est auctoritatem eorum exemplarium, quae saepe ex uno depravato omnia profluxerunt, praeponi volunt auctoritati fontium hebraeorum, qui incorrupti sunt *(distin.* 9. *decr. can.* 5., *Aug. de doctr. christ. II,* 15., *Euseb. hist. eccl. VIII,* 2., *Origen. l.* 5. *comm. in Is. c.* 6. *apud Hier.)*: quibus Christus auctoritatem dedit, quos ab apostolis accepit ecclesia, quos nullus patrum orthodoxorum hactenus reiecit, quorum fidem summi pontifices et orthodoxi patres superiorem esse voluerunt, ecclesia romana intactos conservavit et ipsius Spiritus sancti providentia conservabit ad finem usque seculi. Itaque ubi quacumque ex illis causis, quas dixi, constat error manifestus, sine adminiculo exemplarium esset corrigendus; pro quo saepe pugnavi et pugnabo semper. III. Deinde in lectionum discrepantia, quaenam sit Vulgatae versionis vera lectio, investigari non debet, neque vero potest, nisi ex ipsis fontibus, alioqui enim, si e solis mss. (latinis) quis velit, iam originalia exemplaria graeca, hebraea, syra ex ipsa Vulgata viderentur corrigenda: cum contra potius faciendum, et ratio et necessitas cogat. Nam qui alias adhibent versiones ad explicationem veteris Vulgatae, minime adversantur decreto concilii tridentini. Sunt enim in Vulgata nostra obscura loca, ambigua verba, phrasium idiomata, quae ex aliarum versionum collatione lucem et claritatem accipere possunt. Ubi autem veteris latinae editionis certus et indubitatus textus a suo originali discrepare videtur, in his locis apparens illa contradictio quae in solis verbis existit, non in

excepit: sed viris gravibus in consultatione adhibitis, atque per se quoque negotio bene perpenso, intellexit profecto ad infinitum rem fore deducturam, si cuilibet insimulanti erroris aliquam lectionem, ex iis praesertim, quae tam accurato studio et in longum discussae fuerant, aures praeberentur. Quare Doctori Valverde *perpetuum imponi curavit silentium*, ait Ghislerius (*l. c. p.* 16.).

sententiis, vel certe vocabuli ambiguitate, aut lectione varia, ut plurimum tolli potest. IV. Est et error intollerandus eorum, qui cum inter se dissident latina exemplaria, eam lectionem anteponunt, quae exstat in pluribus latinis, non autem quae cum originali consentit, cum contrarium potius faciendum sit, et ea lectio anteponenda, et veteris interpretis putanda sit, quae in uno tantum exstat exemplari, si consentit tamen cum archetypo, seu originali textu. V. Error alius perniciosus est, et qui sanam et integram emendationem impedit, et quem mirari satis non possum cur tueri velint. Nam cum constet litteram saepe fuisse corruptam vitio scriptorum, seu impressorum (quod genus hoc hominum ignorantissimum est), et saepe interlineares et marginales glossas et explicationes ipsi textui admiscuerint, et quae putabant deesse, cum non desint, ex aliis graecis translationibus adiecerint, quasi sermonem ipsum Spiritus sancti mancum et imperfectum supplere et emendare voluerint, et quae ex hebraeis fontibus hausta est, ex graecis emendare: hanc magnam confusionem et miscellam videmus adhuc in nostra translatione, quam, Pater sancte, vereor ne tueri ac defendere pergant hi quos Sanctitas Vestra censores et iudices constituit. VI. Est et alius error, beatissime Pater, in quo plerosque haerere video. Constat Irenaeum, qui ipsos fere apostolos audivit, timentem ne scripta sua ab amanuensibus corrumperentur, hanc praeposuisse operi suo adiurationem (*initio libr. adv. haeres.*). Adiuro te, qui transcribis librum istum per D. N. Iesum Christum, et gloriosum eius adventum, ut conferas, postquam transcripseris et emendes illud ad exemplar unde descripsisti diligentissime: hanc quoque contestationem quam facio, facias et transferas ut invenisti in exemplari. Et cum scriptores, ut dixi, saepe socordia, negligentia, imperitia, audacia et temeritate quaedam depravarint, et veram genuinamque lectionem, quod eam non intelligerent, saepe in adulterinam et falsam commutarint; multis argumentis probare possum veteres patres lectionem Vulgatae integram et puram non habuisse, neque codices satis emendatos nactos fuisse cum interpretarentur. Exemplo esse potest divus Gregorius Iob XXXVI, 26. 30.; item XXVI, 7.; item XXXI, 33.; rursum XXXIII, 23. et V, 2. et XVI, 17.; item etiam XXXV, 5. XXXVI, 9. in quibus locis Gregorius, et qui eum postea secuti sunt, cum hebraea non haberent, aut non consulerent, vel consulta fortasse sequi noluerint, constat vitium scriptorum exemplaris fidem minuisse; itaque mirandum non est ab antiquis patribus genuinam nostrae translationis scripturam lectam non fuisse. Quae cum ita sint, errant qui pro germana lectione invenienda, non fontes ipsos (quod iubent sacri canones), sed patres ipsos sequendos potius esse dicunt. Tum enim ad veterum patrum lectionem pro genuina lectione invenienda recurrendum est, cum neque ex originali hebraeo aut graeco, neque ex sententiae ductu et loci circumstantiis, neque ex plurium fide dignorum codicum consensione, quaenam inter variantia exemplaria, germana sit lectio deprehendi potest. VII. Est et alius error, qui multorum animos occupavit (et quidem saepe pugnavi contra illum); putant enim Bibliorum lectionem ex Missalibus et Breviariis emendandam, et quoniam ita unus locus et alter legatur in ecclesia, eam lectionem anteponendam originali graeco et hebraeo, quasi sacrae Scripturae lectio mutanda sit ob Missalis aut Breviarii lectiones; ac non potius Missalium et Breviariorum omnium ex fontibus Scripturae emendandae sint. Multa enim, Pater sancte, permisit ecclesia legi publice, non quod omnino probaret, aut rectius legi non posse statuerit, sed quod reservarit suo tempore diiudicanda, corrigenda, in melius commutanda. Neque ideo dicenda est errores tolerasse in Bibliis, cum haec neque sanam fidem, neque mores corrumpant. Plura quidem et maiora multa toleravit ecclesia antequam Hieronymus Biblia emendaret; et nemo ecclesiae hoc exprobravit: Suscipite, inquit Hieronymus (*praef. in Iob.*), Iob, et qui apud latinos adhuc iacebat in stercore, et vermibus scatebat errorum, integrum immaculatumque gaudete. VIII. Rursum cum mala distinctio et falsa interpunctio sensum corrumpat, et haeresim aliquando suam impii ex mala distinctione confirmare conati sint (*Irenaeus lib.* 3. *adv. haeres. c.* 1.), infiniti loci sunt, in quibus germana et propria interpunctio neque servatur, neque nobis restituta est, et versus confusi, ut alienus propterea sacrae Scripturae sensus excogitandus sit; quasi illud Hieronymus non inculcaret saepius: Monemus (*lib.* 12. *Comm. in Ezech. c.* 40.) lectorem, ut silvam hebraeorum nominum et distinctiones per membra divisas, diligens scriptor conservet, ne et noster labor et illius studium pereat. IX. Item, cum in iis Scripturae sacrae libris, qui hebraice non exstant, omnia pene nomina latina et graeca, ut in Tobia, Iudith, Machabaeis, depravata sint; et suadeat Augustinus (*lib.* 3. *de doctr. christ.*) petendos esse cosmographos, ad intelligendas sacras litteras, ob urbium, montium, silvarum, etc. nomina, quae integriora saepe in Strabone, Plinio, Ptolomaeo reperiantur, quod maior profanorum saepe quam sacrorum scriptorum (*hac in parte*) cura et diligentia habita sit (quotus enim quisque, Pater sancte, sacras litteras eo studio et diligentia legit, qua ipsae se legi requirunt?), et a me multa hoc in genere notata sint, quae ex Iosue, et cosmographis ac Iosepho, velint nolint, sint restituenda; vereor, Pater sancte, quoniam numero et

§. XXIV.

Ratio huius clementinae editionis. Quomodo repetita. Correctorium romanum. Clementinae cum sixtina editione comparatio.

Tali pacto difficultatibus quae rationabiles essent superatis, ceteris vero abruptis, impressori Aldo Manutio Aldi abnepoti, cuius officina libris edendis in vaticana ipsa bibliotheca Sixti V. iussu ante annos quinque constituta fuerat, Biblia edenda traduntur. Iste folio maximo atque iisdem characteribus usus, quibus sixtina Biblia iam impresserat, ante exitum illius anni MDXCII. opus ad finem perducit. (« Les exemplaires de 1592. sont, fort rares, mais ceux de 1590. sont au rang des livres le plus précieux. » *Renouard, l. s. c.*) De cuius perfectione et in se considerati et comparate ad praecedens opus locus est disserendi. Cum ea sit humanae conditionis imbecillitas, ut ne in diligentioribus quidem immunitas ab erroribus detur, Aldus hic noster id expertus est; licet enim operibus suis omni sedulitate invigilaverit, atque eximios haberet typographicos correctores, in nonnullis tamen parum cautus peccavit. Inveniuntur profecto in hac editione quaedam aliena ab emendatione quam diligentissimus Toletus paraverat; et quamvis errori deputanda non sint, minus tamen sunt accuratissimae editioni congruentia, et, si dicere fas est, indigna fidi typographi officio. Cuiusmodi sunt verborum transpositiones: ex. gr. Levit. XXVII, 27. Toletus scriptum reliquerat *a te aestimatum fuerit*, sed impessum est *a te fuerit aestimatum*, aliaque huius generis leviora quidem in se, at quae ἀκριβείᾳ attenta (1) fugienda erant; nisi forte eidem ipsi Toleto aut cuilibet alii typographica opera corrigenti, de quo certi nihil affirmamus, ita scribendum esse placuerit. Verum maioris momenti sunt quae sequuntur *hostium*, pro *ostium* Gen. XIX, 6.; *testa est*, pro *texta est* Lev. XIX, 19.; *filiis Israel*, pro *filii Israel* Ios. XII, 1.; *ab humero et rursum*, pro *ab humero et sursum* I Reg. X, 23.; *hostia cubiculi*, pro *ostia cubiculi* Iudith XIII, 1., *per centum annorum*, pro *puer centum annorum* Isa. LXV, 20. Casuum permutationes, atque personarum in verbis omittimus, sicuti et repetitiones quasdam, incongruamque rationem punctandi alicubi deprehensam, quum haec quae attulimus speciminis causa suf-

auctoritate vincimur eorum, qui in eiusmodi rebus examinandis, retractandis, ruminandis non exactum adeo studium posuerunt; vereor, inquam, si haec vitia et menda non restituantur (exacte, dico, et incorrupte, uti postulat tantarum rerum severissima tractatio; maledictus enim homo, qui opus Dei negligenter facit), vereor, inquam, ne plus nobis odium excitemus apud impios, reprehensionis vero apud nostros, quam populo christiano salutem, concordiam et tranquillitatem pariamus. Tuum autem est, Pater sancte, maturo consilio et deliberatione ante novam impressionem, pro Deo, pro veritate, pro iustitia, pro salute denique Sanctitatis Vestraeet vita animae suae, pro cuncto denique populo christiano, eam ferre sententiam, quae neque retractari neque aliquando immutari possit. *(subscriptus)* Sanctitatis Vestrae humillimus servus d. Bartholomaeus Valverde. » Ex pretioso hoc documento intelligimus quaenam inter correctores fuerint sententiarum divortia; alii enim hebraico textui aut graeco, alii latinis testibus nimis tribuebant. Ab utriusque autem partis mutua temperatione ita absolutum perfectumque correctorum opus prodiit, ut vel a sapientissimo quolibet viro nil magis expolitum habere potuissemus.

(1) Ex laudato Levitici capite, itemque ex aliis non paucis exemplis, confirmare quidem possumus id quod hoc loco Ungarellius animadvertit; attamen ne attentam deseramus ἀκρίβειαν, quae in hisce rebus requiritur, emendare cogimur quod Ungarellius ex Toleto protulit. Nam is certissime sixtinos sequutus scriptum reliquerat *fuerit a te aestimatum*, de qua lectione notationes nostras conferre poteris.

ficere possint (1). Unum silentio praetereundum, licet alibi notatum, non videtur, quod tamen utrum errori typographico accensendum sit, ex iis rationibus quae in notis ad librum Genesis exhibebimus quisque pro se iudicabit. Ibi namque XXXV, 8. legitur tum in hac editione, tum in sequentibus, videlicet MDXCIII. MDXCVIII. et MDCXXIV. Rebeccae nutricem sepultam esse *super* quercum; et solum primo mutatum in *subter* deprehenditur sequentibus annis extra Italiam a plantinianis typographis, suadente Francisco Luca. Qui quidem typographi ut *mere fortuito* hoc emendarunt; sic postea romanus editor Bibliorum, typis de propaganda fide, praestitit anno MDCCLXVIII., de quibus infra. Ceteris mendis medelam attulit editio mox dicta anno MDXCIII. in quarto, ut vocant (2); suis tamen et haec defectibus vel etiam pluribus maculatur, ut Le-Long testimonio, emendatior fuerit prae ista, illa superioris anni (3) (*De hac altera clementina editione ita laudatus Ant. Aug. Renouard:* « Cette édition peut servir à défaut de la précèdente de 1592. in-fol. dont elle est la reimpression. Elle est rare. »). Praecipue vero et accuratius castigata fuit in editione anni MDXCVIII. Haec *(typis vaticanis quidem, sed Aldo superiore anno iam vita functo)* prodiit in quarto minori cum adnexo triplici indice lectionum erratarum; uno scilicet pro editione principe, altero pro editione MDXCIII., tertio tandem pro illa ipsa editione, cui affixus est. De huiusmodi editionibus ac indicibus agentes comperies Henricum Bukentop in suo אור מאור p. 487-500. et Bonaventuram a Magdalono, *triplex biblico-critica demonstratio* in tom. primo (Venet. 1760., p. 45. seq.). Ille cum haereat anceps circa horum indicum authenticitatem, num scilicet a privata typographi industria proficiscantur, an vero romanorum correctorum sanctae Sedis auctoritate deputatorum opus sit; doleatque sibi (*op. cit. p.* 489.), quum Romam hac de re epistolam miserit, minime satisfactum; nos omnem adimimus dubitationem cuicumque in posterum de huiusce correctorii auctoritate ambigat. Inveniuntur siquidem I. correctiones manuscriptae ab Angelo Rocca pro priori editione in calce eius exemplaris quod est in bibliotheca angelica (4). II. Neque ab alio quam a p. Francisco Toleto exaratum

(1) Iam praescripsimus supra ad pag. XLVIII. sub fine notae 1. in hac editione errata typographi, alibi a nobis enumeranda, ultra ducenta esse, praeter alia complura quae dubia esse videntur.

(2) Minus recte Ungarellius affirmat hanc alteram editionem medelam attulisse ceteris mendis superioris editionis; nam vel ex triplici correctorio de quo mox sermo erit manifeste patet multa esse vitia quae in utraque editione reperiuntur. Vide ex. gr. Ex. VIII, 26. XII, 42. Lev. XIX, 9. Num. II, 9. Ruth III, 7.

(3) Profecto plura sunt huius generis menda, eademque graviora in hac altera editione clementina. Unum proferre sufficiat omissionis exemplum; Ezech. XXIV, 19. omnino desiderantur verba *ad me populus: Quare non indicas nobis, quid ista significent, quae tu facis? Et dixi.* Miramur autem istud mendum, aliaque plura manifesta typographi vitia repetita fuisse in Bibliorum editione quae prodiit Francofurti anno MDCCCXXVI. Haec enim ceteroquin tanta diligentia impressa est, ut singulari ellogio a Leone XII. P. M. exornari meruerit.

(4) Correctorium principis editionis clementinae quod est in calce exemplaris adservati in bibliotheca angelica constat ex singulari folio typis vaticanis edito (quod tamen in aliis exemplaribus horum Bibliorum non reperimus); in eius superiori parte exstat *series chartarum* huius editionis, seu, ut aiunt, *registrum:* in parte autem inferiori legitur: « Exemplaria quae» dam sunt, sed perpauca *(nostra quidem omnia)*, » in quibus nonnulla, operarum negligentia, irrepse» runt, quae nos, dum adhuc sub praelo essent, cor» reximus, et nunc ad calcem Bibliorum affiximus, ne » studiosum lectorem remorentur, si cui forte ex pau» cissimis illis emendandis exemplar obtingeret. » Mox recensentur duo et quadraginta errores; hisce autem alii decem ipsius Roccae manu adduntur. Reliqui fere omnes eiusdem editionis errores in huius exemplaris textu suis locis corriguntur, etsi in praedicto folio ad

fuit correctorium alterius editionis, id quod probamus ex sequenti certissimo monumento. Inter editos libros bibliothecae vaticanae exemplar extat sacrorum Bibliorum an. 1593. (olim in bibliotheca PP. minimorum conventus SS. Trinitatis in monte Pincio) cuius initio scheda manuscripta affixa est huiusmodi: « Cum » in hanc Bibliorum editionem errores irrepsissent, pater Franciscus Toletus » iussu Clementis VIII. in hoc exemplari correxit, ex eoque postea typographi» cam emendationem curante Angelo Roccha prodiit editio anni 1598. in-8. quae » omnium adcuratior. Constant haec ex autographo Papae mandato, quod vi» dere est extrema pagina. Et sane hoc exemplar ad rocchensem bibliothecam » pertinuit » (intellige privatam eiusdem doctrina praestantis viri librorum supellectilem, non bibliothecam angelicam in publicum studiosorum commodum postea destinatam. Quomodo porro illinc ad montem Pincium, exinde vero ad vaticanum transmigrarit exemplar de quo agimus, non liquet). Literae Apostolicae sunt huiusmodi, in quibus dolendum est desiderari notationem diei et anni. Eiusdem porro schedae inspiciendae et describendae potestatem fecit vir cl. Angelus Mai Custos bibliothecae vaticanae, cui, vel ex hoc nomine, plurimum debeo.

CLEMENS PAPA VIII.

Hanc Bibliorum editionem iuxta correctionem a Congregatione (1) *praestitam, imprimendam mandamus: et iudicio p. Francisci Toleti e societate Iesu committimus, eique nostram hac in re auctoritatem impertimur: emendationem vero typographicam fratris Angeli Rocchensis augustiniani a Camerino fidelitati et industriae demandamus.*

CLEMENS PAPA VIII.

Apographum huius, manu, ut videtur, Angeli Roccae, legitur initio exemplaris Bibliorum in fol. anni 1592. in bibliotheca angelica, ubi nota diei et anni pariter deest. III. Hinc probabilius Roccae debetur tertium correctorium, quippe nonnisi anno MDCV. episcopus tagastensis inauguratus est (2); totoque illo decennio in apostolico palatio est versatus. Ceterum hae correctiones partim sunt vere typographicae, id est lectionum veterum in sixtina editione iam a gregorianis damnatarum; partim etiam recentes, a codice scilicet carafiano desumptae, quas neque gregoriani neque clementinae prioris editores curaverant. In quo tamen minus caute se gessit Bukentop, qui cum in superius citato libro discrepantes lectiones universas sixtinae editionis cum clementina comparatae congessisset, correctorium non consuluit duarum saltem priorum editionum, quod penes eum erat, quemadmodum ex dictis patet; quare factum est, ut aliquoties discrimen sit mendum tantummodo typographicum clementinae, quum alioquin

calcem posito reticeantur. Nonnulla tamen sunt in quibus vaticanum correctorium editum anno MDXCVIII., de quo loquitur Ungarellius, ab emendationibus Angeli Roccae recedit; quemadmodum demonstravimus ad Gen. XXI, 7., quo loco mendosam esse clementinam lectionem Rocca perperam contendebat.

(1) Pro *a Congregatione*, altera manus superscripserat *a Concilio tridentino*, quod prudenter mox deletum fuit. Correctionem enim praestiterat Congregatio ab ipso pontifice destinata, non vero Concilium.

(2) Cf. Niceron, *Memoires pour servir a l'histoire des hommes illustres*, tom. XXI, p. 93.

sixtina lectio correctorio consentiat (1). Reliquum est ut de postrema romana (2) editione anni MDCCLXVIII. qua de supra dicebamus, pauca addantur. Quoniam quidem exemplar vaticanum se editores sequutos esse fatentur; quinimmo, ut typographicis erroribus, quantum fieri poterat, ipsorum editio liberaretur, dicunt duas alias editiones item vaticanas sub Clemente VIII. impressas, contulisse (3); certe accuratior prae omnibus haec editio expectanda erat (4). Verum, etsi typographica opera recte se gesserunt, qui tamen illam curavit non uno in loco hallucinatus est: dum enim principem clementinam cum secunda contulit editione, et istam cum tertia, non animadvertit, veram esse illius prioris lectionem, falsam vero duarum sequentium; ex. gr. II Reg. VI, 22. *et ludam* recte est in priori, mendose vero *et Iudam* in secunda, quam lectionem, illa relicta, amplexus est. Ex. VIII, 26. *Deo nostro?* cum nota interrogationis error est trium illarum editionum, qui tamen in triplici correctorio ad calcem tertiae corrigitur. Ezech. XXI, 28. *evagina te . . . lima te*, pro *evaginate . . . limate* facile evitari poterat uno inspecto prioris editionis correctorio (5). Idem dic de falsa inter-

(1) Non universas lectiones discrepantes a Bukentopio congestas fuisse, sed multas praetermissas, iam animadvertimus p. XLVIII. nota 1. At dici nequit ipsum non consuluisse laudatum correctorium; suis enim in locis perpetuo notat lectiones sixtinae editionis, quae cum eodem correctorio consentiunt. Quod si in ipso schemate variarum lectionum nullam habuit mentionem correctorii, id consentaneum fuit eius instituto, nec quidquam rerum perspicuitati obesse poterat; immo necessario hanc viam tenere oportebat donec constaret utrum illud correctorium a legitima auctoritate propositum fuisset.

(2) Post editionem de qua loquitur Ungarellius, alia prodiit Romae anno MDCCLXXXIV., quam postremam esse putamus.

(3) Id eruitur ex notula quae legitur in tomo 1. laudatae editionis p. XI. Etsi porro editores minime declaraverint quodnam exemplar vaticanum sequuti sint, tamen certissimum nobis est eos prae manibus habuisse alteram editionem, quae prodiit anno MDXCIII.; nam huius errores typographicos plerosque renovarunt: ex quo etiam intelligimus illos admodum raro duas alias vaticanas editiones contulisse, ex quibus multa menda facile castigare potuissent.

(4) Immo profecto numeris omnibus absoluta prodiisset, si editores novam hanc editionem ad fidem illarum re vera exegissent. Nam novas Bibliorum correctiones post Clementem VIII. P. M. consulto a romanis Pontificibus inductas fuisse in editionibus, quae Romae prodierunt anno 1624. et 1697. censuit quidem et tradidit p. Gabriel Fabricy (*Titres Primit.* tom. 2. pag. 186.); hisce vero editionibus alteram adnectit Du-Contant (*Essai sur l'Ecriture sainte* p. 136.) anni 1671.; additque romanos Pontifices in praedictis, aliisque recentioribus editionibus apposite novas invexisse emendationes, ut absque vulgi scandalo Vulgatam emendatissimam Bibliorum editionem sensim haberemus. At haec temere et falso prolata videntur. Nam Vulgatorum Bibliorum editiones omnes ad hanc usque diem cusae omnino revocandae sunt ad tres clementinas annorum 1592. 1593. et 1598. atque ex his reliquae omnes castigandae et corrigendae sunt; neque alium hactenus Bibliorum latinorum typum catholicis editoribus sequendum romani Pontifices indixerunt; etsi id vehementer exoptaverit eruditissimus vir Iohannes Bernardus De-Rossi (*Introduz. alla S. Scrittura*, §. 78.), cuius haec sunt verba: « È da desiderarsi, e vivamente desideriamo » per decoro e splendore della religione e della volgata » medesima, che sorga un nuovo pontefice, il quale » ce ne dia una nuova più corretta e più accurata edi- » zione, e renda più compito e più perfetto il benefi- » zio di que' due suoi predecessori. Qual nuovo titolo » di gloria non sarebbe questo per lui! » Cf. Perrone *de locis theolog. parte 2. cap. IV.* §. 263. Dolendum tamen est, quod *nulla adhuc a typographis produci potuit editio, quae non suis naevis typographicis laboret;* ut verissime scribit Le Bret (*De usu vers. lat. vet.*, pag. 58.); cui adstipulatur Bonaventura a Magdalono (*op. cit. t. 1. p. 31. et 44.*). Maximum vero theologis commodum praestaret, summamque sibi compararet gloriam atque decus typographus aut editor, qui collatis tribus clementinis editionibus, consultoque triplici adnexo correctorio, Biblia latina Vulgata tanto studio imprimi curaret, ut nobis demum facile liceret tuto adire et proferre lectionem a romanis Pontificibus sancitam; ne diutius in evolvendis innumeris quae circumferuntur mendosis editionibus haereamus vel decipiamur. Interim vero Hyacintho Marietti typographo taurinensi gratulamur, cuius editio a sacra indicis Congregatione die 26. iunii anno 1856. ceteris post vaticanas evulgatis praestare merito declarata est.

(5) De hac lectione vide, si lubet, quae adnotavimus in opusculo Romae edito anno 1851. et alibi saepius recuso sub hoc titulo *Avvertenze sulla genuina edizione della Bibbia Volgata;* ubi de vulgatis erroribus disputavimus.

pungendi ratione, qua sensus ipse afficitur tum Ruth III, 7. comma namque post *a pedibus eius*, non vero post verbum *pallio* affigendum est; tum Marc. VI, 26. ubi sententiae membra ita praecipiuntur distingui: *contristatus est rex: propter iusiurandum, etc.* aliter ac fecerint editores horum Bibliorum de propaganda fide: quae porro falsae lectiones, ad singulas prope, repetitae deprehenduntur in edit. an. MDCCCXVI. Viennae in Austria, sed falso *Romanis typis academicis* adscripta. Cetera consulto omittimus. Quod si cum praecedenti sixtina editione comparatio fiat, et in hoc respectu de clementina sit sermo, illud in primis animadvertendum, quo de mox dicebamus, sublata fuisse quidem in universum menda typographi, nova tamen errata admissa. Deinde frons eadem est cum illa Sixti V. nempe: *Biblia sacra Vulgatae editionis Sixti V. Pont. Max. iussu recognita atque edita. Romae ex typographia apostolica vaticana MDXCII.* Minutiora alia circa titulum videsis apud Prosperum Marchand in *Amoenitatibus literariis*. Notandum porro tum in hac, tum in sequentibus editionibus Romae adornatis, includendo etiam illas supra memoratas, unam videlicet Bartholomaei Zannetti sumptibus, alteram typis Congreg. de propaganda fide elaboratas, quaeque postremae extiterunt ex romanis editionibus, Clementis VIII. nomen desiderari; cuius quidem post nomen Sixti V. hodie mentionem faciunt editiones quotquot prodeunt; primus namque, quod sciam, in fronte Bibliorum Clementis nomen apposuit *Antonius Laurens* cuius sumptibus Lugduni prodiere Biblia Vulgata latina in-fol. anno MDCLXXV. (1) Tum negligendum non est, loco prolixioris Constitutionis sixtinae *Aeternus ille*, praemissas fuisse breves literas apostolicas eiusdem Clementis VIII. incipientes: *Cum sacrorum Bibliorum*, datas die nona novembris MDXCII. Antea vero affixa est praefatio Bellarmini in qua satis apposite ratio exhibiti in id negotium laboris exponitur; simul status conditioque praesentis editionis clare ob oculos sistitur. Sequitur nunc ut alias differentias, quibus haec ab editione sixtina distat, ea ratione indicemus, qua quisque inter utramque discernere valeat; facile namque a minus exercitatis in huiusmodi genere confundi solent. Paginarum numeri sibi respondent utrobique ad 449. exclusive. Namque, ut suo loco dictum fuit, verba s. Hieronymi, quae inter vv. 3. et 4. cap. X. Estheris interseruntur, in sixtina editione desiderantur. Cetera ut in sequenti schemate procedunt.

(1) In definienda aetate qua primo editores in fronte Bibliorum nomen Clementis apposuerunt longe ab Ungarellii sententia recedit Bonaventura a Magdalono (*op. cit. tom. 3. p. 394.*), qui scribit: « Vix circa » annum 1640., septem nimirum lustris ab ipsius » (Clementis VIII.) obitu, nescio cuius auctoritate fue» rit haec alia inscriptio suffecta, quaeque perseverat » adusque praesentem diem: *Biblia sacra Vulgatae* » *editionis Sixti V. P. M. iussu recognita et Clemen*» *tis VIII. auctoritate edita.* » Nos hoc unum testamur, Biblia Vulgata edita Coloniae Agrippinae anno 1647. aliaque paucis post annis evulgata Lugduni in fronte prae se ferre Clementis nomen; immo Novum Testamentum vidimus editum Parisiis anno 1641. in cuius fronte legitur *auctoritate Sixti V. et Clementis VIII.* Ex his vero concludimus multo ante annum 1675. editores Vulgatae editionis nomen Clementis VIII. in titulo adiecisse. Quis autem illud primo apposuerit incompertum nobis est.

Quoniam non semel tum Ungarellius, tum nos ipsi in hisce *Prolegomenis* excitavimus opus Bonaventurae a Magdalono, non abs re videtur heic declarare quoad criticas quaestiones alienissimos nos esse ab eiusdem conclusionibus; quas tamen contemnendas potius quam refutandas censuimus. Omnes enim eruditi hac praesertim aetate illas deseruerunt, ultroque confitentur summam Vulgatae editionis dignitatem aequioribus argumentis propugnari posse.

Editio sixtina.	*Editio clementina.*
Liber Iob desinit p. 479. in cuius fine legitur: *finis primi tomi;* deinde sequitur frons tomi secundi cum indice librorum a Psalmis usque ad Machabaeos.	Liber Iob desinit p. 480.; et liber Psalmorum sequitur immediate. (1)
Pag. 636. *Liber Isaiae prophetae.*	Pag 636. *Prophetia Isaiae.*
Pag. 807. inter cap. 12. et 13. Danielis nihil notatur.	Pag. 807. post cap. 12. legitur nota s. Hieronymi.
Pag. 899. *Finis secundi tomi et Veteris Testamenti.* (2)	Pag. 899. *Finis.*
Pag. 901. frons Novi Testamenti cum huius librorum indice. (3)	
Pag. 1113. pro 1103. qui error prosequitur ad pag. usque 1141. pro 1131. *Finis tertii tomi, ac Novi Testamenti.* Cetera omissa fuerunt. (4)	Pag. 1103. . . . Deinde alio charactere, idest minusculo, cum nova paginarum serie habentur: *Oratio Manassae regis Iuda, et liber Esdrae III. et IV.*

Advertendum tandem, notam illam, quae hodie legitur in Bibliis latinis ante orationem Manassae, exaratam fuisse a Rocca; adest namque in eadem bibliotheca angelica ipsius autographum, hoc addito in fine: *Sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. probavit* (5).

§. XXV.

Postremum sixtinae editionis fatum.

Ad huiusce brevis historiae latinorum Bibliorum emendationis complementum aliquid iniiciendum est circa fatum sixtinae editionis ab evulgatione alterius Clementis VIII. Recolendum est quod proxime superius explicavimus de utriusque similitudine quoad externam formam, ob quam exemplaria sibi invicem accedunt specie tenus foliorum modulo pene eodem, frontisque inscriptione, ut difficile non sit unam prae alia editione non valde peritis obtrudi. In vulgus itaque clementinis Bibliis emissis, intellexerunt statim viri prudentes, qui huic negotio praefecti fuerant, Constitutionem Sixti V. iam in secunda editione suppressam nihil in posterum obtinere posse auctoritatis: et ea de causa

(1) Plura vidimus exemplaria editionis clementinae, quae in fine Iob adscriptum habent *finis primi tomi;* quod haud dubie ex editione sixtina incaute derivatum est; Sixtus enim Biblia tribus tomis distinxerat.

(2) Editionis sixtinae nonnulla exemplaria vidimus, quae pag. 899. habent tantum *finis,* perinde ac editio clementina.

(3) Pro eo quod Ungarellius notat *pag.* 901., magis accurate dicendum est *post pag.* 900. Nam folium, quod exhibet titulum Novi Testamenti cum indice librorum interiectum est inter pag. 900. et 901., nullamque praefert notam numeralem. Item dicendum de titulo secundi tomi interposito post pag. 479.

(4) Heic quoque adnotamus verba illa *finis tertii tomi, ac Novi Testamenti* in quibusdam sixtinae editionis exemplaribus desiderari.

(5) Autographum Roccae in bibliotheca angelica, de quo Ungarellius, subscriptionem praefert hisce tantum verbis conceptam: *Vidit Sñus et probat* (fortasse legendum *probavit*).

in *Magno Bullario* desideratur. Non minus tamen sixtina exemplaria distrahebantur non solum intra, sed vel extra Italiam: tantum in sui existimationem Congregatio a Sixto V. instituta omnes pertraxerat. Non enim Casimirus Tempestius in hoc fidem meretur affirmans quinquaginta solum exemplaria e praelis vaticanis prodiisse; nosque et superius hunc errorem refutavimus, et aliquid amplius mox addere locus erit. Hisce et aliis rationibus motus Clemens VIII. omni studio incubuit, ut suppressa illa editio ab aliorum conspectu, quoad eius fieri posset amoveretur. Prudentis huiusmodi consilii effectus describitur in libello, qui non admodum obvius est, sub titulo *lettera apologetica intorno all' edizione fatta in Roma per comando di Sisto V. della Volgata latina, l' anno* 1590. *in Lovanio,* 1754. Ibi pag. 18. et 19. habetur: « A istanza del Bellarmino prin» cipalmente, e per mezzo dei gesuiti ne furono soppressi per ogni dove tutti » gli esemplari. » Hoc verum esse potest, si de iis intelligatur exemplaribus, quae apud privatos inventa sunt; non item si de iis, quae in bibliothecis praecipue insignioribus, asservabantur, quum hodie dum plura hac illac inveniantur; nobisque quatuor in Urbe videre contigit (1). « Il Bellarmino scrisse sopra di ciò » una lettera apposta a Clemente VIII. il quale in sequela di essa a' 13. di feb» braio del 1592. fece scrivere al Nunzio e all' Inquisitore di Venezia, e ordinò » al Generale dei gesuiti, che scrivesse in Germania, e per tutto, acciocchè se » ne ricuperasse a spese della Camera Apostolica qualunque esemplare vi fosse » capitato; e ai 14. di maggio dello stesso anno, avendo i gesuiti dato a sua San» tità una nuova scrittura sul modo da tenersi per riavere tutti gli esemplari di » detta Bibbia, fu dato ordine, che vi si usasse pure ogni diligenza, ricuperando » ancora quegli esemplari, che fossero in potere di persone private. Trovo poi » memoria di un memoriale degli stessi PP. gesuiti, dato al Papa gli undici di » febbraio nel 1592. (1593?) per dargli conto delle Bibbie ricuperate, e delle » spese occorse, a cui sua Santità riferisce che le Bibbie si consegnassero ai » Nunzi, e che il Tesoriere generale rimborsasse i gesuiti; i quali ebbero pure » l' incombenza ai 6. di gennaro del 1594. di ricuperarne un esemplare, che da » un indice di libri si era scoperto trovarsi venale nella fiera di Francfort. » Non igitur tam modicus fuit numerus exemplarium, quae a vaticana typographia prodierant, cum non apud privatos homines tantum et in publicis bibliothecis per Europam asservarentur, verum et apud bibliopolas prostiterint. Et hoc satis probare videtur, sixtinam editionem, utpote, opinione saltem eiusdem Sixti, omnibus suis partibus absolutam, atque in ratione emendationis perfectam, fuisse in publicam lucem primitus emissam, quicquid in contrarium a nonnullis scriptoribus afferatur, qui rem hanc minus perspectam habuerunt. (2)

(1) Nos vero decem exemplaria in Urbe vidimus, nec dubitamus alia insuper esse; nec enim omnes bibliothecas perlustravimus. Ceterum de huius editionis raritate conf. Niceron, *Memoires*, tom. XXV. p. 17.

(2) Praeter alia multa, quae superius, praesertim §. XIII., protulit auctor ad hanc sententiam confirmandam, aliud argumentum ex saepius laudata epistola Petri Morini ad Silvium Antonianum extundere possumus. Nam brevi usus oratione Silvium sic alloquitur Morinus: « Cum Cardinalis Carafa Biblia latina, » adhibitis Flaminio Nobilio, Antonio Agellio, Laelio, » Valverdio ac me, detulisset emendata ad Sixtum V., » ecce pontificatu Gregorii XIV., tu ipse: Morine, di» xisti, ad biblicos labores. Et miratus sum. Sed ta-

§. XXVI.

Conclusionis loco sobrietas in iudicando de Congregationum laboribus suadetur. Ordo sequentis nostrae collationis.

Omnium hucusque dictorum postrema conclusio sit; nemini licere iudicare de industria laboribusque utriusque Congregationis, deque ratione iisdem vel a Sixto V. sive a Gregorio XIV. sive tandem a Clemente VIII. praescripta, qui prout decet non meminerit illud, quod criticae leges in huiusmodi negotiis iure sibi poscant. Etenim quaestionem instituere quomodo se ad originarium textum hebraicum habeat latina Vulgata translatio emendata in iis libris qui ab illo textu immediate profluunt, inexcusabilis est ignaviae; cum potius quaerendum esset quomodo ex hebraico de facto verterit s. Hieronymus. Hoc vero, quoniam nonnisi ex ipsius versionis superstitibus monumentis erui potest, quaestio illa secundum rectum ordinem procedet, examen instituendo, ecquibus prae ceteris monumentis fides adhibenda sit, minime aliis adminiculis neglectis, quorum subsidio de vero hieronymiano textu, eiusque genuinis lectionibus iudicium saltem probabile feratur. Si itaque partium studio amoto Vulgatae emendationis examen instituatur, omnino patebit Congregationes illas, pro se quaeque, partes suas in universum explevisse. Esse quidem quod notetur in actibus prioris Congregationis, neque vitio aliquo carere acta posterioris fatentur doctiores; sed cuinam perfectionis apicem attingere inter homines licuit, aut licebit? Verumtamen hoc manifestum est unam Congregationem viam stravisse alteri, et hanc se vicissim prioris laborum ἐπανορθωτὴν praebuisse; ita ut quod praestari semel tantummodo aut difficulter, aut non omnino poterat, repetitis studiis facilius efficeretur. Nisi correctores sixtini opus coepissent, edidissetque Sixtus emendationem suam, multo fortasse imperfectius opus gregorianum extitisset; et hoc ipsum inferius adhuc esset, si a Clemente VIII. per iteratas observationes non fuisset expolitum ulterius. Sit igitur sapientis animi quod rectum est existimare; neque ob defectus aliquos innocuos praesertim fidei morumque caussae, quales fuerunt aut illi quos passus est Sixtus, aut illi qui adhucdum in Vulgata deprehenduntur, integrum opus intemperanter excutere et carpere severe nimis. Quo itaque temperantiae huiusmodi imposterum assuescant, qui de Vulgata editione disceptare sive scribere aggredientur, hanc nostram collationem exhibemus quatuor columnis comprehensam. Quarum prima lovaniensis textus lectiones sistet iuxta editionem plantinianam an. MDLXXXIII. *praestantissimam* a bibliographis dictam. In altera columna manuscriptum correctorium integrum exhibetur prioris Congregationis, quam sixtinam appellavimus; hoc autem nunc primum e codice a Clerr. Regg. s. Paulli Romae custodito lucem aspicit. Tertia varias lectiones ob oculos ponit sixtinae editionis cum nostra clementina colla-

» men ab Illustr. Card. M. Antonio Columna accersiti » sumus Bellarminus, Agellius, Laelius et ego. » Nempe, ut nos quidem sentimus, *miratus est* vir doctus, se rursus post tot exantlatos labores, post edita Biblia sixtina, ad novam Bibliorum correctionem accersiri: in animum enim profecto ipse induxerat acquiescendum vulgatae sixtinae editioni, nihilque praeterea moliri oportere.

*

tae, non omnes quidem sed tantummodo eas, quae locis examinandis respondent. Postremum tandem locum clementina editio anni MDXCII. obtinebit tamquam praestitarum emendationum testis fidelissimus, et a cuius auctoritate non amplius liceat vel latum unguem deflectere. In ima denique pagina cuique fere ex allatis lectionibus breves attexentur notationes, quarum haec in universum ratio erit: Primo ut uno oculorum obtutu monumenta conspiciantur, quae usui fuerunt utrique Congregationi. Secundo lectores, cum id opus esse iudicabitur, de convenientia, aut discrepantia emendatarum lectionum cum fontibus monebuntur, quo facilius iudicium circa easdem exerceatur, atque intelligatur utrum necessitas sit ab illis discedendi. Tertio denique ineditae adhuc annotationes exhibebuntur, vel earumdem consecutiones saltem, tum a sixtinis correctoribus sub oculis Card. Carafae exaratae, prout in saepius memorato codice carafiano habentur; tum illorum virorum, qui suam sequentibus correctionibus navarunt operam, praecipue vero patris Francisci Toleti consultoris gregorianae Congregationis antea, et correctoris deinde clementini, excerptae ab eiusdem autographo in bibliotheca vaticana asservato.

Hactenus Prolegomena ab Ungarellio exarata ad Vulgatae editionis Bibliorum collationem, quam ipse instituerat, qui praeterea vix notulas in Genesim expleverat, quando, ut diximus *(pag. XI. et XII.)*, hisce studiis abruptis, ad alia se contulit. Hoc autem loco operae pretium nos facturos putamus, si speciminis gratia duo priora Genesis capitula prout in eiusdem manuscripto exstant subnectamus (1); ita enim quisque intelliget quantum ab incepto Ungarellii opere instituti nostri ratio discriminetur, quantumque eximii praeceptoris nostri studiis referre debeamus. Interim palam publiceque profitemur numquam istud vere laboriosum arduumque opus nos aggressuros fuisse, nisi eiusdem fundamenta ille sapienter posuisset, atque viam nobis quodammodo explanasset. Quod si operis edendi oeconomiam ab illo institutam deseruimus, non sine rationabili caussa id nos fecisse, quilibet, ut speramus, sibi facile suadebit. In immensum enim operis moles excrevisset si quatuor columnarum distinctionem servare voluissemus; neque praeterea innumerae accessiones, quibus collationis fines dilatavimus id patiebantur. Quamobrem aliam rationem aliamque viam, eamque commodiorem expeditioremque ineuntes, eam methodum, quam in hebraici textus variis lectionibus digerendis sequutus est cl. De-Rossi, imitati sumus; quod quidem lectoribus probatum iri non dubitamus. Si tamen aliquid circa huius operis oeconomiam in melius immutari adhuc posse eruditis viris videbitur, idque nobis suggerere volent, in sequentibus voluminibus illorum consilia grato lubentique animo exsequemur.

(1) Hoc ipsum ungarelliani operis specimen ediderамus anno 1846. in collectaneis *Annali delle scienze religiose*, *vol.* 2. *serie* 2. *pag.* 355.; ubi insuper alia pauca ex eodem protulimus.

EDITIO LOVANIENSIS 1583.	CORRECTIONES SIXTINAE CONGREG.	EDITIO SIXTINA AN. 1590.	EDITIO CLEMENTINA AN. 1592.
Liber Genesis Hebraice Beresith		Liber Genesis	Liber Genesis Hebraice Beresith
		CAP. I.	
2. spiritus Domini	Spiritus Dei	Spiritus Domini	Spiritus Dei
4. divisit lucem a tenebris	divisit lucem et tenebras		divisit lucem a tenebris
7. Et factum est ita	Factumque est ita		Et factum est ita
11. et facientem semen	et afferentem semen		et facientem semen
12. habens unumquodque sementem	habens unumquodque semen		habens unumquódque sementem
13. Et factum est	Factumque est		Et factum est
14. et dividant	ut dividant		et dividant
15. Ut luceant	et luceant		ut luceant
16. luminaria magna	magna luminaria		luminaria magna
26. Faciamus hominem			Faciamus hominem
27. ad imaginem et similitudinem suam, ad imaginem	ad imaginem suam, ad imaginem	ad imaginem, et similitudinem suam: ad imaginem	ad imaginem suam: ad imaginem
31. cuncta quae fecerat	cuncta quae fecit		cuncta quae fecerat

De titulis librorum ita legitur a Gregorio XIV. praescriptum in ms. codice angelico, qui typus est Correctionum gregorianae Congregationis: « Apponantur tituli hebraici sine interpretatione in omnibus libris. »

2. In ms. angelico verbis *Spiritus Dei* binae litterae huiusmodi P. T. suprascriptae conspiciuntur, idest *Pater Toletus;* ipse namque, Clementis VIII. auctoritate, quae dubia in postrema Congregatione remanserant, suo iudicio firmavit. Biblia Ordinaria quoque *Domini*, non *Dei* legebant contra fidem veteris Italae ex LXX. expressae, immo et originarii textus אלהים.

4. Non placuit Sixto V. coniunctio *et*, illamque propterea delevit, *a tenebris* in sua editione resumens. Hodie dum in ms. carafiano litura conspicua est.

7. Euphonice, ut videtur, hoc immutarunt sixtini correctores; verum secunda manus priorem lectionem reposuit, quae et Bibl. Ordin. est.

11. Lectio a seq. versu 29. mutuata; sed a secunda manu reficta ut proxime superior.

12. Latine magis sixtini correctores; verum praescripti canones obstiterunt. Videantur prolegomena.

13. Secunda, hic quoque, manus antiquam lectionem reposuit in codice carafiano.

14. להבדיל.

15. והיו למאורת.

16. Cum Bibliis Ordinariis transposuerunt sixtini correctores; quamvis a secunda manu reficta lectio fuerit.

26. Oborta fortasse in Congregatione sixtina circa plur. numerum quaestione grammatica, verba haec non immutata, verum substrata linea tantum notata fuere, cum remissione ad fontem hebraicum, prout in margine adscriptum legitur: pluralem videlicet flexionem huius verbi נעשה, dogmaticamne, an vero tantum ad hebraicae dialecti indolem pertinentem definire noluerunt; id quod et a sequentibus Congregationibus observatum est. Profecto a s. Hieronymo pluraliter versum vix negari potest.

27. Praeclarum testimonium de Sixti V. adhaesione lectionibus magis receptis, ut erat huiusmodi cum additamento *et similitudinem suam* ex v. 3. cap. 5. huc fortasse ab imperitis exscriptoribus invecta iampridem. Ceterum et Bibl. Ordin. et codd. antiqq. vigintiduo scholae lovaniensi noti, ait doctissimus p. Angelus Rocca augustinianus, ut nunc emendatum est legebant.

31. Codex gothicus ecclesiae toletanae; LXX. ἐποίησε, unde Itala: *omnia quae fecit.* Sed illum prae ceteris correctores videntur sequuti.

EDITIO LOVANIENSIS 1583.	CORRECTIONES SIXTINAE CONGREG.	EDITIO SIXTINA AN. 1590.	EDITIO CLEMENTINA AN. 1592.
CAP. II.			
4. Istae sunt generationes . . . quando creatae sunt	Istae generationes . . . quando creata sunt		Istae sunt generationes . . . . quando creata sunt
5. Et omne virgultum			Et omne virgultum
6. Sed fons			Sed fons
12. ibique invenitur	ibi invenitur	ibique invenitur	ibi invenitur
13. Et nomen fluvii secundi Gehon	Et nomen fluvio secundo Geon		Et nomen fluvii secundi Gehon
15. in paradisum	in paradiso	in paradisum	in paradiso
18. Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi	Non est bonum esse hominem solum: faciamus illi adiutorium simile (cod. caraf. *sui*).		Non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.
20. Adae vero	Adam vero		Adae vero

4. Lectionem lovaniensium, quae et Bibl. Reg. et Compl. propria est, a sixtinis correctam, ut vides, atque ab ipso Sixto V. in suam editionem receptam, restituere cogitabant gregoriani, uno expuncto verbo *sunt*, quod deest etiam in codice gothico. Verum ut in eadem editione sixtina erat, scriptum reliquerunt, quia, (recte Angelus Rocca animadvertit in suis editis annotationibus) congruentius videtur ut in neutro etiam fem. genus comprehendatur; sicque habet etiam cod. gothic. Non abs re tandem erit hoc notare, quoties-cumque a Rocca *Translatio b. Hieronymi* usurpatur, intelligendum esse loqui illum de editione Complutensi et Regia.

5. 6. Circa coniunctionem *et*, atque particulam *sed* nihil immutatum quidem a sixtinis, tantum lineis suppositis utraque distincta fuit: ratio non innotescit.

12. שׁם; Congregatio gregoriana rursus encliticam abegit iam a sixtinis confossam; *legebatur* ibique *sine ulla necessitate*, Ang. Rocca sapienter monuit. Temere Scheidius legebat ושׁם.

13. Minutiora huiusmodi ad proprietatem latini sermonis nominumque propriorum orthographiam unice spectantia, iure neglexerunt tum Sixtus Pont. in sua edit., tum gregoriani correctores.

15. Cum sixtinis cod. gothic. et Bibl. Ordinaria stant; ac insuper LXX., unde et vetus Itala in sexto casu effert hoc nomen. Quamquam videri possit, non omnino certum fuisse sixtinis quo casu desinere debuisset; quippe sic *in paradis* scripserunt.

18. Bibl. Ordin. *esse hominem solum*, et *simile sibi*, cod. vero goth. *adiutorem similem sui*. Quid suppletum fuit in cod. carafiano pro *sibi* non satis apparet. Angelus Rocca, et Franciscus Toletus iudicarunt, prout in suis annotationibus legitur, sixtinos correctores ad ambiguitatem fugiendam inter duo verba *bonum hominem* posuisse illud *esse*, ne *bonum* videlicet adiective sumeretur: nobis probabilius est euphoniae potius consuluisse eos; sicuti et in proxime sequentibus verbis, ubi *ei* cum *illi* commutarunt.

20. Studium hebraica nomina ad proprietatem eius linguae exigendi inutile visum est Sixto V. Nos quoque talia deinceps notare saepe negligemus.

Has Ungarellii notationes si quis cum nostris conferre voluerit nullo negotio deprehendet eiusdem inceptum innumeris documentis a nobis locupletatum fuisse. Nec tamen inficiamur adhuc nostra facile augeri atque cumulari posse. Sed de his satis. Iam enim exponendus est, uti diximus, *apparatus* biblicus quo utimur, seu index librorum quos usurpamus: hunc vero necessario inspicient qui nostri voluminis usum cognoscere, totiusque operis oeconomiam compertam habere volent.

APPARATUS BIBLICUS

Hunc nostrum apparatum sex capitibus distinximus, ut critica instrumenta eo fere ordine, quo ad singulas lectionum varietates in opere nostro proferuntur, describeremus.

> Hos ego cunctos codices auctoritatis divinae sub collatione priscorum codicum, amicis ante me legentibus, sedula lectione transivi. Ubi me multum laborasse, Domino adiuvante, profiteor; quatenus nec eloquentiae modificatae deessem, nec libros sacros temeraria praesumptione lacerarem. Cassiodorius *de Instit. div. litt. praef.*

CAPUT I.

Romanae correctiones.

Quae a censoribus, iussu romanorum pontificum, post concilium tridentinum Romae impensa fuere studia in expolienda vulgata Bibliorum editione, sub *romanarum correctionum* titulo collocamus. Illorum autem studiorum documenta, quibus passim utimur, ordine promenda sunt.

1. Variae lectiones a *Congregatione piana* expensae, anno MDLXIX.; quas ex codicibus archivi secreti vaticani (M. 43. et 44.) et bibliothecae vaticanae (cod. 6786.) proferimus in libro Genesis et Exodi; non enim longius progrediuntur schedae, quas videre licuit; immo utrum haec Congregatio ad sequentes libros processerit ignoramus. Ex laudatis autem schedis colligimus prius *in privata Congregatione collecta fuisse ea quae in generali discutienda erant;* seu, uti aliud loquitur fragmentum, *quae in conventu sex amplissimorum Cardinalium, nonnullorumque doctissimorum virorum* diiudicanda proponebantur. Plura tamen Pii V. iussu congesta fuerant ex romanis, cassinensibus et florentinis codicibus, quae huic Congregationi subiicienda erant. Huc faciunt quoque scripta Guilelmi Sirleti, quae in vaticana bibliotheca adservantur; hac enim aetate Sirletus complures libros contulit, variasque lectiones excerpsit. De his autem aliisque codicibus, quos romani censores adhibuerunt, in capitulo sequenti sermo erit.

2. *Sixtinae Congregationis correctiones;* seu emendatio proposita a sixtinis consultoribus, qui anno MDLXXXVIII. et sequenti, iussu Sixti V., praeside Card. Antonio Carafa, multis antiquissimisque collatis codicibus, sacra Biblia magno studio, laudabilique diligentia castigaverant. Universas autem sixtinas correctiones, hactenus ineditas, evulgamus ex codice carafiano superius descripto (p. XXVII. et XXX.), atque in bibliotheca Collegii nostri adservato; qui tamen duplicem habet lacunam; deficiunt enim folia quae complectuntur Gen. XXVI, 9. ad finem cap. XXIX, et II Mach. X, 36. ad XIII, 25.

3. *Sixti V. editio* vaticana, quae prodiit anno MDXC.; de hac sat multa in prolegomenis ungarellianis disputata sunt. Singulas eius varietates exhibemus; multas enim praetermiserant illi qui hactenus id pensi susceperant.

4. *Congregationis gregorianae correctiones.* Ungarellius dilucide quidem historiam exponit huius Congregationis, cui Gregorius XIV. commiserat ut editionem Sixti V. celeriter recognosceret; at eiusdem autographum esse censuit sixtinum Bibliorum exemplar quod in bibliotheca angelica adservatur: nos vero istud putamus apographum esse (vide supra, pag. LXV.). Exstat enim in vaticana bibliotheca repositum alterum exemplar Bibliorum editionis sixtinae, spatiosis foliis impressum, simile illi quod sistit Ungarellius §. XXII., at tribus distinctis voluminibus, viridi membrana contectis, compactum. Ex adiecta autem epigraphe edocemur ad Card. Columna, qui gregorianae Congregationis praefectus fuit, pertinuisse: ex quo hunc nos codicem *columnensem* vocamus, eumdemque autographum esse gregorianae Congregationis autumamus. Nam in amplis marginibus manu descriptae conspiciuntur correctiones quas Toletus et Rocca adscribunt *Congregationi posteriori,* nempe gregorianae. Ad hunc vero codicem profecto respexit ipsemet Angelus Rocca dum in suo apographo ad calcem libri secundi Paralip. adnotavit: « De oratione Manassae regis Iuda, vide » volumen Illmi Card. Columnae, quia reponenda est in fine Bibliorum. » Re quidem vera in nostro codice columnensi sub fine Paralip. adnotatum legimus: « Hic sequitur oratio Manassae regis Iuda cum captus teneretur in Babylone; » et reponendam censuit Congregatio in finem totius operis. » Igitur apographum, in usum typographorum pro clementina editione paranda ab Angelo Rocca descriptum, ex columnensi codice manavit. Huius autem facti notitia haud minimi momenti esse videtur. Nam quaedam sunt praeclarae emendationes a gregorianis, teste codice columnensi, invectae, quae in clementina editione desiderantur eo quod Angelus Rocca easdem incaute adnotare in suo apographo praetermiserit. Praeterea ex columnensi codice, ni fallimur, apparet ratio, qua gregoriani tanta celeritate suam emendationem absolvere potuerint, uti Ungarellius §. XIX. asseruit. Patet enim vel ab ipso Praefecto, vel ab altero ex consultoribus in hoc codice, antequam Congregationi subiiceretur, partim correctiones magis obvias paratas, partim dubia quae occurrebant adnotata fuisse; ita ut ipsa Congregatio paucis diebus omnem codicem facile recognoscere atque probare potuerit. Hinc nonnullae correctiones quae primo adscriptae fuerant, dein ex Congregationis sententia reiectae videntur; aliae vero quae uti dubiae prius proponebantur, mox definitae conspiciuntur. Paucis exemplis rem illustrare praestat: I Reg. V, 6. verba *Et ebullierunt villae et agri* etc. prima manu expuncta fuerant, atque in margine adscriptum: « Reddatur ratio istius mutationis universis patribus. » Altera manus ibidem adnotavit: « Restituantur verba deleta. » I Paral. I, 32. ad verba *Filii autem Dadan: Assurim,* etc. prima manus scripsit: « Videatur an » sint tollenda. » Altera manus hanc notam delevit, quia Congregatio censuit illa non esse tollenda. Ad Dan. XIII, 65. primo scriptum legitur: « Referatur Con- » gregationi quod sequens caput incipit ab illis verbis, ut graeci habent, *Et rex*

» *Astyages.* » At Congregatio nil immutandum existimavit. Act. XXIII, 25. ad ea verba *Timuit enim ne forte* etc. prima manus adscripserat: « Verba haec non » sunt in graeco, nec in syro, nec in aliquo mss., quare videntur tollenda. » At secunda manus adiecit: « Fuit in Congregatione resolutum quod remanerent. » Aliae huius generis notationes quae demonstrant hunc codicem prae manibus gregorianorum censorum fuisse, suis locis proferentur. Codex deficit in libro Iob a XXVII, 10. ad finem. Pauca haec sufficiant ad notitiam codicis columnensis, ex quo gregorianas correctiones dare aggredimur.

5. *Angeli Roccae lectiones et notae.* In angelica bibliotheca servatur sixtinae editionis exemplar ab Ungarellio illustratum (§. XIII. et XXIII.), ad cuius margines Rocca gregorianas correctiones ex supra memorato codice columnensi descripsit; eisque adiecit novas emendationes a clementinis invectas (quod Ungarellius quoque animadvertit), aliasque paucas e suo penu, ut videtur, prolatas. Insuper in eadem bibliotheca servatum vidimus exemplar principis clementinae editionis; ad huius autem margines idem Rocca ex Toleti autographo, de quo mox dicemus, notationes omnes adscripsit; quibus paucas notulas addidit, quae ad Toletum non pertinent. Ad haec prope accedunt scholia critica in Genesim, Exodum et Leviticum, edita in tomo I. operum Angeli Roccae a p. 276. ad 317., Romae anno 1719., quae saepius nobis castiganda fuerunt; magnam enim vel auctoris, vel editorum negligentiam produnt.

6. *Notationes Francisci Toleti.* Has merito laudavit Ungarellius, easdemque memorata hactenus studia longe superare iudicavit; adeoque illas evulgare proposuerat (cf. §. XXII. et XXVI.). Nos quoque nil praetermittendum ex his notationibus duximus, etsi nonnumquam minus ad rem nostram viderentur pertinere; quippequae haud raro ad exegesim potius quam ad criticam referantur. Quapropter integras descripsimus ex codice vaticano 6879., atque contulimus cum ipsius autographo, itemque cum apographo Roccae de quo supra, omniaque fideli calamo nostris annotationibus intersevimus. Ex hoc autem praeclaro Toleti labore non modicum pretium operi nostro accessurum confidimus.

7. *Clementis VIII. editio* vaticana quae prodiit anno MDXCII. Hanc editionem pro basi atque fundamento universae nostrae collationis statuimus, eiusque lectionem veluti communem receptamque praemittimus quoties ex reliquis documentis varietas proferenda est. Omnium enim romanarum correctionum, quae superioribus annis elaboratae fuerunt, absolutum exitum, faustumque complementum illa denique nobis attulit. Quae si quando a reliquis omnibus aut a plerisque codicibus recedere deprehendetur, nostri muneris erit vel criticas rationes, quae pro illa facere videbuntur, undique investigare atque proferre, vel mendosam esse non modo fateri, sed demonstrare. Haec autem duo probe declaranda sunt ne quis censeat nos aut plus aequo vulgatam editionem propugnare, aut temere illam erroris arguere. Ab utroque enim vitio nos immunes expertesque omni cura servare studuimus. Igitur primum illud ita exsequi conamur, ut neque argumenta, quae clementinae editioni adversantur, umquam de industria praetermittamus, neque illorum vim, quae quandoque maxima esse vi-

detur, contemnamus aut dissimulemus: immo pari studio testes pro utraque parte excitamus. Quamvis enim clementinas lectiones numquam absque idonea caussa inductas fuisse tueamur (unde illorum calumniam retundimus, qui romanos censores criminantur), non tamen easdem in se optimas semper esse existimamus. Vide quae adnotavimus ad Gen. III, 15. VIII, 7. XXI, 9. XXX, 40. Ex. XXXII, 28. Alterum vero quod proposuimus de mendis clementinae editionis, iam explicandum est. In primis meminisse oportet nostri instituti esse librariorum, non autem interpretis, si qui sunt, errores emendare (1). Equidem saepius pro re nata ipsum interpretem ultro vindicamus dum aut ex aliqua mendosa lectione a librariis ingesta falso insimulandi Hieronymi ansam nonnullos captasse videmus (conferantur notae ad Num. VIII, 2. et XX, 6.); aut librariorum vitio perperam adscripsisse quod ab ipso Doctore Maximo rectissime positum fuit (conf. ad Num. XXIV, 3. Deut. XI, 30.). Verum istud quasi oblique aggressi sumus; nam maxime contendimus germanam ipsam interpretis lectionem, quaecumque ea demum sit, sicubi corrupta fuit instaurare atque restituere. Quapropter non alias huius clementinae editionis mendas corrigere studemus praeter eas, quas librariorum aut veterum correctorum socordia, vel inscitia, vel insolentia peperit. Has vero mendas bifariam dispartimur; aliae namque ab ipsis romanis correctoribus vel consulto prudenterque (conf. ad Gen. XI, 13. et Exod. XXXVIII, 29.), vel aliquo casu neglectae sunt (cf. ad Gen. XIV, 14. XIX, 1. XLVI, 28. Exod. X, 18. 29. Levit. XXV, 2. XXVI, 21. Num. VII, 62.): quae quidem licet pro re critica alicuius momenti habeantur, tamen quoad dogmatum doctrinam plane nullum adferunt incommodum. Huius autem generis vitia caute notare expedit, quin tamen fas umquam sit receptum textum privata auctoritate reformare. Vallarsio enim lubentissime subscribimus, qui in *praefatione* ad tomum IX. operum s. Hieronymi haec habet: « Summam vulgatae editionis » laudem, dum spiritus hos reget artus, tuebimur, ut ad fidei ac morum doctri- » nam imbuendam tradendamque, nihil non grave et praestantissimum in ea esse » profiteamur, et quam adeo in hisce rebus auctoritatem obtinuit, sartam te- » ctamque praestemus. Nihilosecius si quae veterum librariorum aut incuria aut » perversa cura irrepserunt in eam menda, et partibus insident minime neces- » sariis ad fidei morumque leges componendas, homo cui cordi est rerum sa- » crarum dignitas, ea qua par est probabilitate ac religione usus castiget; mi- » nime omnium ei arbitror succensendum, immo vero bene illum ingenio suo ac » diligentia de sacris literis meruisse. Id olim viri praestiterunt summe catholici, » summique itidem Vulgatae patroni, e quibus, ut interim Henricum Bukento- » pium praeteream, numquam non laudem promeruit doctissimus Franciscus

(1) Nos quoque cum Luca Brugensi (in epistola ad Iacobum Blasaeum, quam praemisit *libello alteri variarum lectt.*) declaramus: « Hic laboratur non in » corrigendo interprete, sed in versione interpretis » emendanda ex eiusdem versionis exemplaribus, hoc » est in notariorum erratis auferendis. Qua re minus » facile quis potest offendi. Sive autem consulto, sive » fortuito sint omissa *(a romanis censoribus)* huiusce- » modi loca, quae in melius forte mutari potuerant, » utile tamen est, quod dicebam, ea annotasse, et scri- » pto tradidisse, ne memoria notitiaque doctorum ho- » minum, qui sacrae Scripturae evolvendae diligentius » incumbunt, elabantur. » Conferatur *praefatio ad lectorem* in clementina editione.

» Luca Brugensis, qui amplius quater mille loca (1), quae post Clementis VIII. » recognitionem, emendatione indigerent, aut correxit, aut bonis argumentis » corrigenda indicavit: et Card. Bellarminus, qui datis ad eum literis, plura iis » adhuc superesse in melius mutanda, si is esset animus, ingenue professus est. » Tu nostros conatus eiusdem aestimato esse animi ac voluntatis: ac si demum » tanti sunt, quae proponimus emendanda, his adcense, quae tantam a te ex » aliorum accepta studio gratiam inierunt. » Hactenus ille. Aliae mendae in laudata clementina editione vel ab iis admissae fuerunt, qui typographicam operam curabant; vel a romanis ipsis censoribus nonnisi post evulgatam principem illam editionem emendatae sunt. Alterius autem huius generis vitia quae certa sunt ex authenticis documentis perpetuo castigamus. Nam duas alias vaticanas editiones, quae sequutae sunt, anno 1593. et 1598., cum priori illa contulimus; correctorium quoque pro tribus praedictis editionibus adornatum, de quo Ungarellius §. XXIV., consuluimus; itemque aliud correctorium ab Angelo Rocca conscriptum, de quo supra pag. LXIX. nota 4. His adiungimus alia quaedam aperta typographi vitia, vel a Bukentopio, vel a nemine, quod sciamus, adhuc adnotata: ubi enim *aliquod occurrat,* ait Clemens in litteris quas suae editioni praemisit, *quod typographicae incuriae manifeste adscribendum sit,* emendari debet. Praeter haec, quae certa illius editionis vitia diximus, alia sunt, quae dubia videntur, quaeque vel ab aliis olim, vel a nobis primum observata fuere. Dubitandi rationes suis locis proponentur; ut quisque id sequatur, quod magis verisimile iudicaverit, donec aliter a legitima auctoritate definitum fuerit.

CAPUT II.

Bibliorum codices manuscripti.

Codices biblicos (quo nomine correctoria quoque biblica mss. veniunt) ex quibus lectionum varietates hausimus, compendiariis notis ac singularibus litteris fere designavimus. Harum itaque vim hoc capite explicare, ipsosque codices describere oportet. Pauci quidem hi sunt, nec omnes inediti. At profecto haud in his desunt qui antiquitatis laude praestant, vel qui inter accuratissimos celebrantur. Nobis vero magis cordi fuit paucos deligere codices, qui ad dispariles variasque aetates et provincias pertinerent, diversasque Vulgati periodos atque familias repraesentarent, quam codicum numerum amplificare. Maxime vero investigare studuimus quosnam codices romani censores consuluissent, ut peractarum emendationum quos haberent adstipulatores demonstrare possemus. Qua in re pervestigationum nostrarum fructus omnem spem vicit; nam, si non omnes, certe plerosque aut fere omnes quos illi adhibuerunt testes deprehendimus, oculisque nostris vestigavimus, uti ex subiiciendo elencho constabit.

1. Cod. A. Hac littera designamus Biblia Amiatina, seu celeberrimum codicem olim monasterii montis Amiatae in Etruria, nunc bibliothecae laurentianae

(1) Brugensem amplius quatuor mille loca adhuc emendanda proposuisse tradunt quoque alii plures, inter quos Calmetus in *dissert. de Vulgata* et Glaire in *Introduction à l'Écrit. s. tom.* 1. *p.* 263., sed mendose; nam correctiones a Brugensi propositae vix quingentae numerantur.

Florentiae, omnium latinorum codicum antiquissimum ac praestantissimum, quem in primis illustravit cl. Bandinius in *novellis litterariis florentinis* anno 1786. et in singulari *dissertatione* edita Venetiis, et in *catalogo manuscriptorum bibliothecae laurentianae tom.* 1. *pag.* 701. *seqq.;* dein Ferdinandus Florentius Fleck, qui eius varias lectiones in N. T. edidit (quamquam minus accurate) Lipsiae anno 1840.; tandem Constantinus Tischendorfius, qui Novum T. ex hoc codice primum edidit Lipsiae anno 1850. cum tabula lapidi incisa, qua scripturae uncialis genus ex eodem imitatur; et rursum anno 1854. cum paucis correctionibus. Vetus autem Testamentum est ineditum. Universa complectitur Biblia Vulgata, excepto libro Baruch; at psalterium habet hieronymianae ex hebraeo interpretationis. « Hieronymi enim ille interpretationem biblicam non plus cen- » tum et viginti annos post ipsius Hieronymi mortem scriptam continet. Qua re » ut omnes codices eiusdem interpretationis testes antiquitatis laude superat, ita » tanta conspicuus est scripturae sinceritate ut prae ceteris omnibus hierony- » mianae veritatis vindex sit habendus. » Ita laudatus Tischendorfius *(Proleg. pag. VII.)*. Re quidem vera nullum habet vestigium earum lectionum quae pendent a recensionibus post septimum seculum editis. In calce Exodi (1) nomen scriptoris prodit hoc pacto O KYPIC CEPBANΔOC AIIIOIHCEN. Notatu dignum est codicem quoque toletanum, de quo mox dicemus, *Servandi* nomen praeferre; de quo praeter *Annal. Benedict. I,* 94., cf. *Acta ss. Ord. s. Bened. I,* 29. 659. et Card. Lorenzana in *Praef. ad Brev. Goth. ed. Matriti* 1775. *p. IX.* Dudum praemonuimus ad pag. XXVI. nota 2. sixtinos correctores hunc potissimum codicem sequutos fuisse; eius enim suffragio fere universae lectiones ab illis probatae innituntur; immo sixtinae quaedam emendationes hoc uno codice comprobantur: eumdemque haud raro laudant Rocca et Toletus. Nobilissimi huius codicis varietates omnes dare contendimus atque pro viribus nitimur. Illum namque integre contulimus, opem humanissime nobis ferente p. Gregorio Palmieri monacho cassinensi, viro erudito nobisque benevolo atque amicissimo, qui anno MDCCCLV. hanc ob caussam Roma nobiscum Florentiam petiit; cuius opera utilissima quoque nobis fuit in collatione trium codicum qui mox describentur. Quapropter tum nos illi vel ex hoc nomine plurimum debemus, tum eidem sua laus erit apud eos omnes quibus haec studia probantur.

2. Cod. B. Hac littera denotamus Biblia gothica toletanae ecclesiae, de quibus multa scripsit Iohannes Mariana tum in dissertatione *pro editione Vulgata,* tum in suis biblicis *commentariis,* ubi singulares eiusdem lectiones quandoque laudat. Huius codicis varietates diligentissime descriptas ad margines Bibliorum (edit. Lugd. in fol. anno 1569.), iussu Sixti V. Romam misit Christophorus Palomares, uti innuimus supra ad pag. XXVI. nota 2. Varias has lectiones edidit Blanchinius in suis *Vindiciis p. LV-CCVII.;* ex Blanchinio autem rursum easdem evulgavit nuperus editor *patrologiae latinae* (tom. XXIX.) inter opera s. Hieronymi. Quoad huius codicis aetatem non una fuit doctorum sententia. Ex eius

(1) Non *Levitici,* ut falso scribit Tischendorfius in Proleg. p. X.; ubi autem carmen dedicatorium recitat ex nostro codice idem Tischendorfius, legendum est *Langobardorum,* non vero *Longobardorum.*

epigraphe discimus Iohannem episcopum cordubensem anno MXXVI. aerae hispanicae (qui nobis est annus DCCCCLXXXVIII.; cf. Iulianus toletanus, *Patrol. tom. XCVI,* 584.) praeclarissimum hunc codicem, acceptum a *Servando divae memoriae,* qui eiusdem *auctor possessorque* fuisse dicitur, ecclesiae hispalensi attribuisse. Hinc Faustinus Arevalus *(Opp. s. Isidori tom. II, p.* 85. *et seqq.)* censuit illum non ante X. seculum fuisse conscriptum; eamdemque sententiam confirmavit testimonio Marianae *(dissert. pro Vulg. edit. c. XVIII.);* at iste in epistola dedicatoria praefixa *Comm. ad V. et N. T.,* codicem toletanum ad VIII. seculum pertinere aperte tradidit (*cf. Arevalus tom. I, p.* 307.), eique concinunt Palomares et Blanchinius. Neque obstat memorata epigraphe; *auctoris* enim nomine illa aetate appellabatur *dominus rei,* vel *qui rem alicui alienabat,* uti docet Cangius in glossario. Sed alia, eademque optima, nobis in promptu est ratio pro huius codicis antiquitate. Nam eius textus fere ad amiatinum accedit, atque ab alcuiniana, quam dicunt, recensione, quae post VIII. seculum paene universos codices occupavit, immunis est. Quamquam fatemur hispanos codices ad alcuinianas lectiones vix serius accessisse. Singulares quoque habet lectiones et nonnulla additamenta, quae a graecis Bibliis derivata videntur. Conf. Exod. XXI, 29. XXIII, 22. Num. XIV, 23. Deut. VI, 3. XV, 15. Librum Baruch ignorat; psalmos ex hieronymiana interpretatione ad hebraicam veritatem adornata prae se fert, quos propterea Palomares conferre praetermisit. Omnes huius codicis lectionum varietates ex ipso Palomaresii autographo in vaticana bibliotheca observato proferimus; nam blanchinianam editionem plus semel mendosam esse cognovimus. Praeterea, quod probe animadvertendum est, Blanchinius protulit tantum varias lectiones quas habet toletanus codex comparatus cum lugdunensi editione, de qua supra dictum est; adeoque quoties codex ab hac editione recedit, etsi cum clementina legat, ille varietatem lectionis notat: et contra quoties codex cum lugdunensi eadem editione consentit, etsi non aeque cum clementina faciat, Blanchinius tacet. Quapropter lugdunensem ipsam editionem, cui, licet henteniana sit, singulares lectiones haud desunt, cum clementina necessario contulimus ut toletani codicis integras lectiones haberemus.

3. Cod. C. Hic est splendidissimus Bibliorum codex membranaceus in folio, picturis aureisque ornamentis insignis, quem saltem a seculo XV. religiose servant monachi s. Benedicti ordinis cassinensis apud Basilicam s. Paulli extra moenia Urbis. De illo mentionem habent Marianus Victorius, Richardus Cenomanus, Basilius Zanchius, beatus Thomasius, Vallarsius, aliique; sed plura dabunt Blanchinius *(Vindiciae p. CCCXXIX. et seqq., Evangeliar. quadr. parte* 2. *p. DLXXVII.* et *DXCIII.),* Mabillonius *(iter italic. p.* 68. *seq.)* et Vezzosius *(in ed. operum b. Thomasii),* quorum prior amplissimum habet specimen characterum eiusdem codicis aere incisum. Alii *paullinum,* alii *carolinum* illum appellant: prius nomen ex loco in quo custoditur petitum est; alterum ex veteri fabula, ut videtur, de Carolo Imperatore, cui oblatum hunc codicem fuisse nonnulli dicebant. Ex elencho chartarum, quae in archivo praedicti monasterii servabantur, constat haec Biblia iussu Card. Iohannis Morone (de quo cf. supra

ad p. XIX. nota 2.), die 12. maii anno MDLXIV., tradita fuisse Cardinali Marco Antonio de Amulio in usum censorum, quos Pius IV. Pont. Max. ad emendandam Vulgati editionem destinaverat. Hinc eiusdem lectiones identidem memorantur in notis Sirleti, Toleti et Roccae, quas nos suis locis excitabimus. Vezzosius huius codicis lectiones non paucas, praesertim in psalterio et Cant., protulit. Universas nos, favente eximia praedictorum monachorum liberalitate, dabimus. Codicis aetas non ita facile definiri potest: haud tamen illum seculo IX. antiquiorem existimamus. Alcuinianam, quam vocant, recensionem certissime sequitur, quemadmodum monuimus ad pag. XXVII. nota 1.; proindeque eius lectiones vix recedunt a codice vallicelliano mox describendo (1). Vulgatae editionis libros omnes, unico excepto Baruch, complectitur.

4. Cod. D. Celeberrimus hic est Bibliorum codex membranaceus in fol., cuius quaelibet pagina tribus laterculis distincta, exiguis minutisque litteris conscripta est. Deficit a Psal. II, 10. ad XI, 8. Hunc supra ad pag. XXVII. nota 2. *statianum* dictum fuisse adnotavimus, nunc *vallicellianum* nuncupare possumus; nam est in bibliotheca vallicelliana oratorii s. Philippi Urbis, ubi praenotatur siglis *B. VI.* Iam praescripsimus romanos censores hunc codicem prae manibus habuisse, quod et Baronius et Toletus testantur. Blanchinius in *Vindiciis, p. CCCXXII. et seqq.* illum illustravit, et in *Evangel. quadruplici parte 2., pag. DC.* characterum specimen aere insculptum edidit. Vetus codicis epigraphe demonstrat illum veluti parentem alcuinianae codicum familiae habitum fuisse (2). Sunt tamen alii quoque codices, qui eiusdem generis inscriptiones produnt. Cf. Patrol. lat. t. CI, col. 727. seqq. et 1165. t. CV, col. 299. t. CXXX, col. 1197. Eadem aetate, aut fortasse etiam paullo vetustiori, exaratus videtur qua codex C supra descriptus; a quo in hoc maxime differt, quod nullo ornamento decoratur, sed potius magna simplicitate atque diligentia descriptus apparet. Patribus Oratorii, qui singulari urbanitate illum conferendi potestatem nobis fecerunt, meritas grates persolvimus.

5. Cod. E. Hac littera designamus codicem ottobonianum in vaticana distinctum numero 66., membr. in fol. forma quadrata, seculo VIII. scriptum, qui Octateuchum complectitur: at priores paginae fere oblitteratae sunt: deficit a Gen. VI, 10. ad VII, 11.; explicit ad Iudic. XIII, 20., nam postrema folia exciderunt. De eodem paucis agit Blanchinius in *Vindiciis, p. XXXVI.* Non paucas lectionum varietates inde excerpserat Sirletus, qui hunc codicem in suis adversariis laudavit sub nomine codicis *cerviniani,* eo quod ad Card. Marcellum Cervinum pertinuerat. At neque Sirletus, neque Blanchinius odorati sunt vete-

(1) Hoc loco paucas supplemus huius codicis varietates quae nobis exciderunt in prioribus Genesis capitibus; unde id quod asserimus de eius affinitate cum codice D, maxime confirmatur. Ubi enim hunc postremum codicem laudavimus ad Gen. II, 2. VI, 8. VII, 24. VIII, 4. 5. IX, 18. addes quoque codicem C, qui cum illo consentit.

(2) Laudata epigraphe inter cetera habet:

Codicis istius quot sunt in corpore sancto
Depictae formis litterulae variis,
Mercedes habeat, Christo donante, per aevum
Tot Carolus Rex, qui scribere iussit eum.
Pro me, quisque legas versus, orare memento:
Alchuine dicor ego. Tu sine fine vale.

Cf. Vallarsius in *praef. ad t. IX. opp. s. Hier.*, Le Long *biblioth. sacra I,* 235., Mabillonius *iter italic. p.* 66.

ris Italae fragmenta, quae in hoc praeclarissimo codice abdite latent, quaeque ad calcem Genesis et Exodi a nobis proferuntur. Plura de eisdem disputavimus tum ibidem, tum in dissertatione quam nuper evulgavimus inter *Analecta iuris pontificii* pag. 1695. et seqq. Ad Exodi calcem prodit nomen *Dominici presbyteri scriptoris*. Textus est antiquior alcuiniana recensione, et quamvis mendose scriptus, optimas tamen lectiones praefert; cf. ad Deut. XXIX, 23. Scripturae specimen in adiecta tabula aere incisa exhibemus.

6. Cod. F. Biblia universa complectitur in fol. max. membr., pertinet ad seculum X., multisque picturis pro illa aetate sat bonis decoratur. Characteris specimen in tabula aere incisa oculis lectorum subiicimus. Olim duobus voluminibus constabat, quorum singula habebant folia 188.; at nunc in unum volumen maximi moduli compactus est codex, atque sex folia desiderantur; unde deficit Gen. XXVI, 13—XXXI, 34. Isa. I, 1—II, 12. LXVI, 5.—Ier. II, 19. Zach. IV, 9—XIV, 21. Hic codex saltem ab ineunte seculo XVI. servabatur in sacrario romanae Basilicae s. Mariae ad martyres, ubi illum contulit Sirletus. Paullo antiquior videtur inscriptio, quae ad libri calcem legitur *Haec est Biblia ecclesie beate Marie rotunde de Urbe*. B. Thomasius (latitans sub nomine *Iosephi Cari*) in praefat. ad *psalterium iuxta duplicem editionem* (Romae 1683.) testatur se ex hoc codice eruisse Eusebii Pamphyli *hypotheses in psalterio*, quas ibidem edidit. Card. Aloisius Lambruschinius hunc codicem pretio comparatum in nostri Collegii bibliothecam inferri testamento iussit; ibique custoditur. Eius textus, cuius omnes varietates damus, prope accedit ad alcuinianam recensionem, quam tamen haud raro deserit, optimaeque notae lectiones exhibet; quarum nonnullae ex alexandrino interprete fluxisse videntur. Animadvertendum quoque est non paucas in hoc codice singulares lectiones occurrere, quae praesidium habent fere unicum in s. Petri Damiani operibus (cf. Exod. XXXIV, 28. Levit. IV, 2. XVIII, 17. Num. III, 45. XXXI, 17. XXXIII, 12.); ex quo recte coniici posse existimamus nostrum codicem ad eam codicum familiam pertinere, quam Damianus usurpabat, quamque *romanam* non incongrue appellare possumus. Psalterium in nostro codice habetur iuxta recensionem qua vaticana Basilica utitur, quamque b. Thomasius edidit atque illustravit.

7. Cod. G. Bibliorum codex membran. in 4. seculi XIII. aut sequentis; ex Collegii nostri bibliotheca. Accuratus et bonae notae est textus, qui etsi fere communem sequatur recensionem, parumque ab editionibus seculi XV. recedat, tamen haud poenitendas lectiones nobis suppeditavit.

8. Cod. H. est Bibliorum hieronymiana interpretatio ex variis codicibus excerpta editaque a Martianaeo et Pougetio, in tomo primo operum s. Hieronymi, Parisiis anno 1693., rursumque a Vallarsio in tomo nono editionis veronensis. De utraque editione pauca praemonenda sunt. Maurini editores, ex bibliothecis praesertim s. Germani a pratis et regia parisiensi, optimae notae codices habuerunt (ex eisdem autem codicibus nonnullas lectiones iampridem protulerat Robertus Stephanus), quibus demum accessit insignis codex memmianus. Hos aliosque paucos ipsi editores in sui voluminis exordio descripserunt; unde colligimus

eos nullum habuisse codicem seculo IX. antiquiorem: at laudati editores non satis aperte docent quem potissimum ex illis sequuti sint; immo quandoque nullum codicem, sed vulgatam potius clementinam editionem ipsos sectatos fuisse, tum ex eorum notis, tum, vel ipsis tacentibus, aliunde nos deprehendimus atque demonstramus. Nihilominus hanc editionem magni facimus, eiusque varias lectiones universas excitamus; compertum enim habemus egregias omnino lectionum varietates ex optimis codicibus excerptas ibidem repositas esse; atque in universum laudatam editionem immunem esse a corruptionibus quas librarii post decimum seculum invexerunt. Neque negligimus notas marginales veteris scholiastae ex antiquis codicibus a maurinis derivatas; neque praetermittimus aliorum codicum lectiones a Martianaeo in suis notationibus excitatas. Quoad veronensis editionis textum, si plures mendas a typographis additas excipias, unum idemque esse cum parisiensi, saltem quoad Pentateuchum, fidenter asserimus. Paucas tantum notas adiecit Vallarsius, quibus tum lectiones memorat selectis in locis excerptas ex duobus praesertim vaticanis codicibus (nempe ex Palatino num. 3. et Urbinate num. 1., qui seculo X. antiquiores non sunt); tum lectorem monet de varietatibus, quae clementinam inter et maurinam Bibliorum editionem occurrunt. Qua in re quanta fuerit Vallarsii negligentia ex nostris animadversionibus constabit. Conf. ad Gen. XXVIII, 13. 25. Deut. X, 9. et alibi saepissime. Ceterum per litteram H lectionem a maurinis editam innuimus; reliquos autem codices a Martianaeo et Vallarsio commemoratos suis nominibus compellamus atque proferimus.

9. Cod. I. Haec littera denotat codicem Bibliorum membr. sec. XIII., cuius varias lectiones selectas edidit Carolus Lud. Baverus in *repertorio litter. orient. Eichhornii, tom. XVII. p.* 192. *et seqq.;* de quo vide sis editorem.

10. Cod. K. Perantiquus hic est Bibliorum codex membran. in 4. mai., tribus columnis, minutisque litteris exaratus, qui in monasterio ss. Trinitatis Cavae apud Salernum custoditur. Eius apographum iussu Leonis XII. Pont. Max. accuratissime descriptum in vaticanam bibliothecam inlatum est, ibique praenotatum num. 8484. De illo plura dabunt Abbas De Rozan *sui libri e mss. della biblioteca della ss. Trinità di Cava, Napoli* 1822. *pag.* 79-84. et 128-148., Card. Wiseman *Annali delle scienze religiose, Roma* 1836. *p.* 406. et denique Card. Maius *Scriptt. vett. tom.* 3. *parte* 2. *p.* 165., *spicileg. rom. tom.* 9. *praef. p. XXIII., nova patrum biblioth. tom.* 1. *parte* 2. *p.* 7., qui cavensem codicem ad VII. vel VIII. seculum pertinere existimarunt. Textus huius codicis, in quo nil ex deutero-canonicis libris desideratur, singularem prorsus recensionem exhibere videtur. In tribus prioribus Pentateuchi libris illas tantum ex hoc codice lectiones protulimus, quas Ignatius Rossi abbas cassinensis adnotavit in codice vaticano 8485.; at quum dein huiusmodi excerpta tenuiora esse cognovissemus, ipsum apographum in vaticana bibliotheca contulimus, omnesque eius varietates in Num. et in Deuter. deprompsimus.

11. Cod. L. Hac littera designamus lectiones a lovaniensibus in marginibus Bibliorum laudatas tum in principe editione Lovanii impressa anno MDXLVII.,

tum in reliquis hentenianis, de quibus infra dicemus. Horum codicum lectiones praetermittere nefas erat, tum quia saltem magnam partem ex bonae notae codicibus excerptae sunt, tum quia romani censores illas plurimi fecerunt, easdemque haud raro sequuti sunt. Dolendum tamen est lovanienses theologos codices quidem suos descripsisse, at in variis proferendis lectionibus numerum tantummodo ipsorum codicum ad unamquamque lectionem indicasse; perinde ac si aut illorum omnium par fuisset auctoritas, aut in re critica numerandi essent testes potius quam pensandi; quod sane nemo dixerit. Etsi vero lovanienses taceant, haud raro nos aliunde, maxime ex editione stephanica, de qua mox sermo erit, investigare potuimus quosnam codices ad singulas lectiones laudaverint. In reliquis autem locis dum pro aliqua varia lectione proferimus codicem L, si nihil praeterea addimus, intellige unicum esse codicem a lovaniensibus excitatum; secus enim numerum ab ipsis notatum subiicimus. Ex. gr. Gen. I, 15. dicimus *codd. L* 8. legere *et luceant;* octo enim codices, ex iis quos contulerunt lovanienses, hanc lectionem praeferunt. In hoc autem ipso codicum numero adnotando non una cautio sed multiplex adhibenda fuit. Nam post evulgatam principem illam editionem, de qua supra, alii atque alii collati fuerunt codices, studio praesertim Christophori Plantini et Francisci Lucae Brugensis, quorum opera magis magisque castigata et aucta editio henteniana saepius recusa fuit (1). Has igitur posteriores editiones cum priori illa diligenter contulimus, et ne quid nobis excideret cavimus. In postremis enim saepe codicum numerus augetur; at contra nonnullae lectiones, quae in principe edit. prolatae fuerant, praetermittuntur.

12. Cod. M. Correctorium Bibliorum ex ἐπανορθωτῇ dominiciano excerptum; membran. in 4. seculi XIV., ottobonianovaticanus num. 293.

13. Cod. N. Aliud locupletius Correctorium Bibliorum; membranac. in 4. seculi XIII.; vaticanus num. 3466. Per N* designantur eiusdem cod. margines.

14. Cod. O. Tertium Correctorium Bibliorum, membran. in 4. seculi XIV.; vaticanus num. 4240.

Tria haec sunt diversa Bibliorum correctoria, de quorum ortu, fatis et usu satis diserte pertractavimus in singulari nostra lucubratiuncula edita in *Giornale arcadico, tom.* 148. et accuratius in *Atti della Pontificia accademia romana d'Archeologia, tomo XIV.:* adeoque pauca hoc loco de iisdem dicemus. Peropportunus nobis horum trium codicum usus obvenit, quorum adnotationes omnes suis locis operi nostro interponimus. Ex his viri docti intelligent quanti haec correctoria facienda sint. Quamvis enim nonnisi ab ineunte seculo XIII. elaborata fuerint, tamen identidem excitant testimonium aliorum codicum antiquissimorum, qui fortasse ad VI. ad VII. seculum adsurgebant: quandoque aperte provocant ad Biblia scripta ante Carolum magnum; alias ad Biblia eiusdem Caroli, quae cum superioris et inferioris aetatis codicibus ibidem conferuntur. Om-

(1) Praeter praefationem a Luca Brugensi *notationibus* praemissam, in qua complures codices a se usurpatos in locupletanda nova editione henteniana auctor describit, vide litteras a Plantinio datas die 9. octobris anno 1574. ad Gregorium XIII. P. M., quas nos superiori anno edidimus ad calcem nostrae dissert. *Studi fatti in Roma e mezzi usati per correggere la Bibbia Volgata.* Cf. infra pag. CI.

nino igitur pro re critica laudati codices maximi pretii sunt. Servant enim priscorum codicum lectiones; demonstrant mendorum originem; Vulgatae editionis crisim aperiunt. Qua in re utilissimum nobis fuit alterum, nempe cod. N., quod romanis quoque correctoribus usui fuisse non dubitamus; nam ad Card. Antonium Carafa pertinebat. Huius porro rarissimi Correctorii alterum exemplar in fol. membran. seculi XIV. nuper comparavimus atque bibliothecae Collegii nostri addidimus: alterum habuit prae manibus Lucas Brugensis, qui multus est in eiusdem laudibus tum in *Praef. ad notationes*, tum in notis ad Gen. VIII, 7. ad Prov. IV, 16., tum in *Praef. ad varias lectt. in Evang.* At vero huius Correctorii vaticanum exemplar duplex nobis emolumentum attulit. Alterius enim novi correctoris notas, ex aliorum codicum collatione derivatas, paullo recentior manus ad eiusdem margines perpetuo conscripsit; quas nos proferentes eadem littera N, addito asterisco, denotamus.

15. Cod. P. Sub hac littera damus varias lectiones quas ex codicibus adnotatas reperimus in marginibus Bibliorum, quae post annum 1511. saepius prodierunt tum Venetiis, tum Lugduni, quaeque *revisa, correcta, emendata* dicuntur *per Albertum Castellanum venetum ordinis praedicatorum*. Hae lectiones neque multae sunt, neque magni momenti; attamen e re nostra visum est eas quoque servare. Cf. infra ad pag. XCVII. num. 14.

16. Cod. Q. Hac littera designamus codices ex quibus Robertus Stephanus in praeclarissima sua Bibliorum editione anni MDXL. varias lectiones protulit. Illos descripsit Stephanus in praefatione, numero viginti, inter quos comprehendit correctorium sorbonicum, duo psalteria, tres codd. evangeliorum et tres edd. Bibliorum; ex reliquis autem in Pentateucho ferme profert 1. codicem s. Germani *oblongum*, 2. *latum*, 3. *parvum;* 4. s. Dionysii *oblongum*, 5. *latum;* 6. s. Victoris. Varias igitur lectiones a Stephano ex his codicibus prolatas nos distinguimus littera Q. Verum, quoad fieri potest cavemus atque sedulo adnotamus, in gravioribus praesertim quaestionibus, ne unus idemque codex a Stephano, a lovaniensibus et a Martianaeo excitatus pro tribus codicibus habeatur. Ceterum eadem ratio quae nos movit ad ciendos codices lovaniensium, de quibus supra dictum est, stephanicos quoque haud praetermittendos esse suasit. Nam tum per se praeclari sunt optimique codices, tum a romanis correctoribus inspectos fuisse ex notis Toleti constat. Neque post lovaniensem recensionem supervacanea videri potest stephanica editio. Nam, praeter quam quod illa non omnes varietates a Stephano memoratas prodit, altera in marginibus saepius id praefert quod prior in textum assumpsit.

17. Cod. R. Bibliorum exemplar membran. parvi moduli, nitidissimo charactere conscriptum seculo XIV., in Collegii nostri bibliotheca adservatum.

18. Cod. S. Bibliorum cod. membran., minimi moduli, minutissimis characteribus exaratus seculo XIV.; exstat in bibliotheca Collegii nostri.

Hos duos codices aliosque paucos ad seculum XII. vel XIII. pertinentes contulimus non eo quod multum eis deferamus, sed potius ne cuiuslibet aetatis testes deessent, neve editiones seculi XV. omni codicum suffragio quandoque

destitutae esse viderentur. Ex nostra enim collatione lector intelliget editiones seculi XV. eam recensionem exhibere, quae vulgo recepta erat in codicibus per eam ferme aetatem conscriptis. Attamen ex praedictis nostris codicibus constabit quoque non omnes singulares antiquissimorum codicum lectiones a recentioribus manuscriptis penitus exulasse. Nam in eisdem nonnullae servantur optimae notae lectiones, quae vix in antiquissimis codicibus occurrunt.

19. Cod. T. Hic codex servatus fuit in monasterio s. Caeciliae Urbis usque ad annum 1857., quo a monialibus distractus fuit una cum aliis eiusdem domus codicibus. Constat duobus voluminibus membran. in fol. seculo X. aut potius XI. exaratis. Scripturae specimen in adiecta tabula repraesentamus. Prius volumen continet Octateuchum, sed incipit Gen. XII, 20. Ad eius calcem adiecta sunt opuscula s. Hieronymi contra Helvidium et epistola ad Eustochium. Volumen alterum incipit I Reg. VIII, 20. et prosequitur ad II Reg. XIX, 19.; mox sequuntur Iob, Tobias, Iudith, Esther, Esdras, Nehemias et duo Machab.; hos vero excipit quoddam commentarium de s. Maria Magdalena; denique accedit liber Proverb. qui desinit in cap. XXVI, 16. Huius autem voluminis partes intermediae recentioris aetatis sunt. Textus ad recensionem alcuinianam pertinet; adeoque raro differt a codd. C et D.

20. Cod. U. Complectitur Gen. a c. XXXV, 11. et libros sequentes usque ad IV Reg. XVIII, 27.; est membr. in fol. seculi XII. Nobis perhumaniter hunc codicem commodavit I. T. Payne londinensis. Ad recensionem alcuinianam accedit.

21. Cod. V. Bibliorum codex membran. in 4. seculi XIII. in bibliotheca Collegii nostri. Huius codicis varias lectiones dare incipimus a Gen. XXV., quia ad nostras manus pervenit postquam priora folia operis nostri iam impressa erant. Eius textus paene consentit cum nostro cod. F, ac proinde media incedit via inter recensionem alcuinianam, et alteram, quae seculo XV. communis evaserat. Paucas habet marginales notas ex correctoriis derivatas, quas item suis locis proferimus.

22. Praeter laudatos codices, alios paucos proferimus ex notis Francisci Toleti et Angeli Roccae, de quibus in superiori capite. Nam in laudatis notis compellatos offendimus, raro tamen, quosdam codices anonymos nobisque ignotos. Huc faciunt quoque adversaria Guilelmi Sirleti, viri diligentissimi atque eruditi, qui ab anno MDXLVI. ad annum MDLXXXV., quo vita functus est, ab hisce studiis persequendis numquam cessavit, multosque contulit priscos codices, quorum delectas varietates ad margines principis editionis lovaniensis, in bibliotheca vaticana nunc adservatae, adnotavit. Porro Sirletus non modo varias lectiones ex nostris codicibus C, D, E, F excerpsit, sed etiam ex aliis quos designat hisce siglis *Langob.*, *Luch.*, *B;* itemque ex Bibliorum codice *avellano*, nunc vaticano 4216. (de quo vide notam 2. ad p. XIX.) qui a nostro codice F prope abest (1).

(1) Ad calcem codicis avellani haec legitur inscriptio:

Codice iam facto, tibi frater vita sit Atto,
Fit studio cuius pars magna voluminis huius,
Quaeque fuere minus, prior addens cuncta Savinus
Unum fecit opus libris constare duobus.
Horum peccatis pius ut sit fons pietatis,
Semper et absque mora lector cum legeris ora.
Virginei partus fuerat tunc temporis annus
Sextus . Millenus . bis . ter . noviesque . decenus .

*

23. Nonnihil insuper profecimus ex variis lectionibus excerptis e duodecim codicibus florentinis, quos monachi ordinis s. Benedicti, iussu s. Pii V. contulerunt. Servantur hae lectiones, adscriptae in marginibus exemplaris Bibliorum in fol. Lugduni apud Gryphium MDL. in bibliotheca vaticana; sed vehementer dolemus istud exemplar pessime multatum fuisse a βιβλιοπηγῷ qui partem marginum imprudenter abscidit; unde fit ut variae lectiones vix, aut ne vix quidem, legi possint. In ipsa libri fronte adhuc conspicua sunt haec verba: « Ex » monasterio Abbatiae florentinae collatus fuit (hic liber) cum duodecim exem» plaribus veteribus et mss.; sed repertus est valde castigatus. Obsignavimus » exemplaria his litteris A, B, C, D, E, F, G, H, I, L, M, N. Notandum prae» terea, quod in textu hebraico innumera reperiuntur, quae aliter omnino se » habent; variant . . . . et sensum simul et verba. Verum cum ea provincia ut » corrigerentur, non mandaretur nobis, impar . . . . videbatur si agere praesum» psissemus quod iussi non fueramus, sed . . . . » Reliqua desiderantur: at in archivo secreto vaticano (cod. M. 44. fol. 301.) schedam legimus, quae de eadem collatione aliquid amplius refert: « *Modus servatus in correctione Biblio*» *rum Florentiae.* Contulimus cum duodecim exemplaribus, ex quibus duo erant » abbatiae nostrae florentinae, quae signavimus A, B; Cartusiae vero florenti» nae erant septem, et signavimus C, D, E, F, G, H, I; conventus s. Marci » Florentiae tria, quae signavimus L, M, N. Et haec quoque addere operae pre» tium existimavimus: quod cum hebraicarum litterarum facultatem haberemus, » placuit nobis etiam hebraeo textu uti: in quo innumera profecto inveniuntur » nostris codicibus omnino dissimilia: quae etiam sensus varios penitus reddunt, » nostrisque per omnia dissimiles. Apparetque in nostris libris litteram esse cor» ruptam: cum multoties in hebraeo sensus facillimus reddatur, in latinis vero » obvolvatur tenebris. Et cum haec ita se habeant, nos tamen ausi non sumus » vel unum saltem ex illis corrigere; cum ea cura nobis non mandaretur. So» lummodo vero ea tetigimus, quae in marginibus impressa habebantur. Quod » necessarium esse censuimus, ut qua ratione, vel qua auctoritate, tum ex he» braeo, tum ex exemplaribus mss. impressa fuerint, perspicue intueremini. Re» liqua omnia omnino omisimus. Verumtamen si ea solerti studio reperire pri» mum, tum deinde imprimere in marginibus simili modo curaretis; daretis sane » facultatem eximiam hominibus nostris facilius et clarius intelligendi. »

24. Longe uberiorem messem nobis suppeditarunt viginti quatuor codices a monachis, iussu item s. Pii V. accuratissime collati cum praedicta editione lugdunensi in celeberrimo monasterio Montis Casini. Horum variae lectiones habentur in archivo secreto vaticano (codd. M. 41. 43. 44.), ubi tamen liber Genesis desideratur; fortasse praemissa fuerat ipsorum codicum descriptio, quae proinde nobis deest. Lectiones igitur casinenses, quas, annuente eiusdem archivi praefecto doctissimo perinde atque humanissimo viro Augustino Theinero, descripsimus, ad Exodo proferre incipimus; atque ad unamquamque varietatem numerum subiicimus, seu summam codicum innuimus. Quamvis enim casinenses per litteras *a*, *b*, *c*, etc. suos codices denotent, quum ipsorum codicum descri-

ptione careamus, supervacaneum visum est ipsas codicum notas servare. Haec autem collatio adeo plena atque integra est, ut alias omnes vel editas vel ineditas (quas quidem videre licuit) longe superet. Si enim excipias simplices verborum transpositiones, quae neglectae fuerunt, varietates omnes, quantumlibet minimae, singulorum codicum adnotantur. Ex his colligimus plerosque codices casinenses ad alcuinianam recensionem pertinere; tres aliam omnino diversam recensionem exhibere; unum aut alterum ad graecos codices, vel ad hebraicum textum fuisse reformatum. Inquirendum porro duximus utrum praedicti codices adhuc servarentur in eiusdem monasterii bibliotheca. Proindeque p. Sebastianum Kalefati praefectum archivi Montis Casini rogavimus ne gravaretur communicare nobis, speciminis gratia, varias lectiones capitis primi Deuteronomii, quae in omnibus casinensibus Vulgati codicibus occurrunt. Ille vero summa urbanitate summaque diligentia singulos codices illius bibliothecae contulit, expetitumque specimen nobis tradidit; immo accuratam quoque notitiam eorumdem codicum adiecit. Ex qua intelligimus nonnullos codices (et fortasse antiquiores) distractos quidem aut perditos fuisse; at plerosque adhuc servatos. Sexdecim enim supersunt exemplaria quae Deuteronomium complectuntur, ex quibus unum (nempe cod. 515.) ad X. seculum pertinet; reliqua vero recentiora sunt. Hinc quas olim plures casinenses codices custodiebant lectiones, easdem superstites libri, etsi numero pauciores, adhuc servant, prout subiecta tabella demonstrat (1).

25. Non modicam utilitatem pontificiis censoribus, nobisque attulit codex gothicus legionensis, cuius variae lectiones in codice vaticano 4859. (non vero 5859., uti mendose superius irrepsit pag. XXVI. in nota 2.) servantur. Ut nobilissimi huius codicis pleniorem notitiam lectoribus exhibeamus, subnectimus litteras quas in fronte laudati codicis vaticani scriptas reperimus: « *Illmo ac Rmo DD. Antonio Caraffae s. Mariae in Via lata Cardinali, Franciscus legionensis episcopus S. P.* Cupiebam sane, Illme princeps, gothicum codicem, characteribus etiam gothicis transcriptum, ad vestram celsitudinem mittere, et cum nulla in re vestrae celsitudinis votis deesse vellem, optimos qua potui (non vulgari) diligentia conscriptores exquiri curavi. Verum tamen nec ad transcribendum vulgaribus characteribus adinvenire, nedum gothicis, valui. Exterrebat enim eos voluminis magnitudo, dicebantque nec integro se biennio posse opus conficere: quae res, ut par erat, animum meum nimis angebat: et si enim post tam longum tempus vere promissa vestrae celsitudini redderem, interim tamen propter dilatum tempus suspicione iniquae fidei famam meam apud vestram eam-

(1) Deuterom. Cap. I.	codd. Cas. veteres	codd. Cas. hodierni
1. *ad filios Israel*	10.	8.
3. *illi Deus*	8.	7.
9. *Dixi quoque*	4.	3.
— *illo tempore*	10.	9.
10. *plurimae*	13.	11.
13. *et ponam*	9.	8.
19. *sicut praecepit*	2.	2.
— *venissetis*	3.	1.
21. *Deus noster p.*	3.	1.
27. *murmurati estis*	12.	6.
28. *muratae*	5.	4.
31. *In solitudine*	10.	6.
— *parvulum suum*	2.	2.
32. *Deo nostro*	3.	2.
33. *praecessit nos*	2.	1.
39. *aut mali*	10.	8.
44. *cecidistis*	10.	8.

dem celsitudinem inuri minuique posse existimans intra me ipsum anxius discruciabar, numquamque ab excogitando remedio desistebam. Et tandem ecce ex antiquioribus Bibliis excussis se se quoddam volumen bipartitum mihi obtulit (1); atque illorum alterum (quod Moysi, Iudicum, Regum, Ruth, Paralipomenon, Esdrae, Esther et Iob libros continebat) cum gothico codice conferre decrevi; collatisque eis, in animum induxi ea quibus superabundaret textus excussus a gothico, delere; et quae deerant, eidem impresso vel in margine vel inter lineas nigro colore superaddere; quin etiam deleta sunt quae habebat excussus codex in marginibus, in eisdemque rubeo colore quae habebat gothicus marginalia transcripta sunt (2), ut nihil omnino eorum quae gothicus habet codex, huic excusso deesset, et in nullo a gothico superabundaret, sed unus atque idem esset. Verum heu mihi! cum oculos ad deleta atque superaddita convertissem, rubore perfusus vultus mihi concidit, iterumque in tanto negotio haerere coepi; nam hinc verecundia premebar, indignum vestrae celsitudinis conspectu tam foedum librum diiudicans; illinc cordis dolore valde pungebar, quod neque vestrae celsitudinis desideriis nec fidei aut de me conceptae opinioni satisfacerem, nisi gothicum codicem transmitterem. Fluctuabat huc atque illuc animus, in cuius tamen certamine, hispanico dicto victus, faciem rubore affici coram vestra celsitudine, quam moerere animum corque dolore in longa huius codicis transcriptione torquere malui. Hac ergo, Illme princeps, coactus ratione, transmittendi librum usque adeo foedum, consilium inivi; quod si limpidissimis vestrae celsitudinis oculis displicuerit (id enim valde timeo), ne irreverenti animo aut audaciae adscribat obnixe deprecor, sed sincero cordi vestrae celsitudinis iussa sedulo explere cupienti tribuat, interdum namque voluntatis optimae errata condonare oportet. Interim tamen, Illme princeps, quaedam lectorem admonere oportet: primum omnium gothicum codicem in collocandis sacrae Scripturae libris non eumdem servasse ordinem, quem nostri codices observant, quod facile videre licebit si catalogus gothicus, qui transcriptus in primi sequentis folii secunda facie, cum catalogo nostrorum codicum conferatur (3). Item codex gothicus in principio genealogiam Christi Domini nostri ab Adam usque ad Deiparam Virginem Mariam, velut in arbore dispositam habet, quam non hâbent codices nostri. Item quae in iis libris Moysi, Iosue, Iudicum, Regum, Paralipomenon, Esdrae, Esther et Iob, in hoc codice impresso contentis, colore nigro, sive inter lineas, sive in marginibus iis signis notata et scripta sunt, ad textum gothicum pertinent, et quae deleta sunt in excusso, praedictus codex gothicus non habebat. Item quae transcripta sunt rubeo colore in hoc impresso, in mar-

(1) Veteris huius editionis, quae lugdunensis videtur, locum et annum nondum comperire potuimus; desunt enim, vel potius abscissa fuere postrema folia.

(2) Quae codex gothicus legionensis habet marginalia vel ad veterem italam pertinent, vel saltem, uti mox dicitur, ex graecis codicibus derivata sunt (cf. ad Deut. XI, 30. XIV, 5. 14.).

(3) Veterum codicum varietas in ordine canonis Bibliorum maxima est; de qua alibi, ut speramus, quaestionem instituemus. Interim accipe ordinem codicis legionensis: Pentat., Iosue, Iudic., Ruth, Regg. IV., Parall. II., Iob, Psal., Prov., Eccle., Cant., Sap., Eccli., Prophetae maiores IV. (cum Baruch et Threnis), minores XII., Esdrae II., Tobias, Esth., Iudith, Mach. II., Evang., Act., Epistt. Cath. VII., Paulli XIV. (accedit epist. ad laodicens.), Apocal.

ginibus gothici habebantur interdum ex LXX. codicibus, interdum ex aliis graecis desumpta. Item in libro Numer. cap. 10. codici gothico folium unum, et in Deut. folium alterum, et in tertio Regum duo ultima folia desunt; non tamen amputata sunt ab hoc excusso, sed incorrecta manent. Item codex gothicus non habet duos postremos Esdrae (1); ideo a codice hoc excusso amputati sunt. Quoad reliquos, Illme Princeps, Scripturae sanctae libros in codice gothico contentos, quos nec ad vestram dominationem modo transmittere valui, res sic se habet: tres ex eis, scilicet Tobias, Iudith, Psalterium, maxime et multis in locis a nostris codicibus discrepant; quapropter eos manuscriptos ad vestram celsitudinem quam citissime mittere curabo (2). Reliqui omnium prophetarum et Salomonis et duo Machabaeorum libri in paucis dissentiunt a nostris impressis, nihilque habent in marginibus scriptum nec adnotatum. Item ex novo Testamento evangelia et apostolorum epistolae nostris etiam codicibus in omnibus fere consentiunt, nihilque habent in marginibus ascriptum. Habent tamen singula quasdam praefationes et argumenta capitulorum, quae non habent nostri codices, cum quibus facile erit conferre codicem impressum; correctumque iuxta litteram gothici, ad vestram celsitudinem transmittere cum praefationibus et argumentis manuscriptis. Supersunt Acta apostolorum et Apocalypsis Iohannis; quae in aliquibus dissentiunt, in quibus etiam praefiguntur praefationes et capitulorum argumenta discrepantia a nostris; quae, si ad codicem impressum collata, potuerint absque eius defoedatione in eo transcribi, et demum qua potero brevitate et diligentia quaecumque habet codex gothicus transmittere curabo. Valeat in Domino vestra celsitudo, cui felicissima omnia precor, Illme ac Rme Dñe, vestrae celsitudini addictissimus Fr. Legionen. Episc. — Legione V. idus sept. anno 1587. » Tum ex prolato documento, tum ex ipsius codicis lectionibus colligimus hunc esse codicem gothicum quem laudarunt sixtini et Toletus. Ad eiusdem calcem legitur: *Conscriptus est hic codex a notario Sanctione presbitero XIII. kalendas iulias era DCCCCXXVIII. obtinente glorioso ac serenissimo principe Ordonio Oveto sublimis apicem regni, consuleque eius Fredenando Gundisalbiz egregius comes in Castella comitatum gerenti.* Aliam huic fere similem inscriptionem profert Arevalus (Opp. s. Isid. II, 66.). Hispanica aera 928. respondet anno aerae nostrae 890. Verum si chronologiam Ordoniorum contuleris, vix dubitabis aliquod ibi mendum in numeris subesse. Nam Ordonius primus paullo antiquior est; alter vero et tertius aliquanto recentiores (cf. *L'art de vérifier les dates*). Codex legionensis quamplures optimas lectiones servavit, quas ad recensionem referimus quam *hispanicam* dicere possumus, quamque retinent cod. B supra memoratus, Missale et Breviarium liturgiae mozarabicae, aliaque hispanae ecclesiae monumenta. In prioribus Pentateuchi libris raro codicem legionensem conferre potuimus; at in libris Numer. et Deuter. pleniorem eiusdem collationem damus.

(1) Intellige tertium et quartum Esdrae, quos apocryphos dicimus.

(2) Et re quidem vera misit; ut et reliqua quae mox transmittenda dicuntur, quaeque nunc in eodem codice vaticano 4859. servantur. Haec autem a nobis suo loco proferentur.

26. Alios denique plures biblicos codices, praesertim in gravioribus pro re critica quaestionibus vel ex aliorum scriptorum testimonio, quorum nomina et opera, ut decet, excitamus; vel ex instituta a nobis collatione; exempli gratia ad Num. IV, 46. VIII, 2. quamplures vaticanos codices excussimus eorumque lectiones recitavimus. At neque huius loci, neque instituti nostri est eos omnes codices describere quos sat claris notis, ubi opus fuit, ita compellavimus, ut eosdem quilibet adire valeat, quin aliam insuper declarationem requirere videantur.

CAPUT III.

Biblia Vulgata edita.

Codicibus manuscriptis proxime succedunt Biblia typis edita, quorum in re critica usus potior est quam vulgo existimatur. Veteres enim editiones e codicibus derivatae aut ad codicum fidem reformatae longe saepius a clementina recedunt, bonaeque notae lectiones prae se ferunt. Hoc igitur capite paucis verbis complectimur elenchum editionum quas in collegii nostri bibliotheca ad manus habemus (eas enim quas raro in publicis bibliothecis inspeximus, praetermittimus), ex quibus varias lectiones proferimus. Nostras autem editiones in universum quidem contulimus, at nonnullae ex his ad nostram bibliothecam eo tempore accesserunt, quo huius voluminis prior pars iam typis tradita erat; opus enim, quod nunc evulgamus, imprimi coeptum est ineunte anno MDCCCLVIII.

1. Biblia in fol. Venetiis, anno 1476. per Franciscum de Hailbrun et Nicolaum de Frankfordia socios. Est similis editioni Ven. 1475., quae est prima inter venetas, et accedit moguntinae anni 1462.

2. — in fol. Venetiis, anno 1479. opera Nicolai Ienson gallici. Fere consentit cum edit. neapolitana anni 1476., uti testatur Masch in *biblioth. sacra.*

3. — in 4. Venetiis, anno 1480. per Franciscum de Hailbrun.

4. — in 4. Venetiis, anno 1480. per Octavianum Scotum modoetiensem.

5. — in fol. Venetiis, voll. 3. anno 1482. cum postillis Nicolai de Lyra, per Franciscum Renner de Hailbrun.

6. — in 4. Venetiis, anno 1483. per Franciscum Renner de Hailbrun.

7. — in 4. Venetiis, anno 1484. per Herbort de Selgenstat alemannum.

8. — in 8. Venetiis, anno 1492. sumptibus Hieronymi de Paganinis brixiensis: emendata per Petrumangelum de Monte Ulmi ordinis minorum. Haec est prima inter multas editiones quae ex Petriangeli emendatione pendent. Cf. Georgii Wolfgangi Panzer *Annales typogr. III,* 326.

9. — in 4. Venetiis, anno 1494. per Symonem Bevilaqua papiensem.

10. — in 8. Brixiae, anno 1496. per Angelum et Iacobum Britanicos fratres: emendata per Petrumangelum de Monte Ulmi, revisaque per Gregorium de Britannicis ordinis praedicatorum.

11. — in 8. Venetiis, anno 1497. sumptibus Hieronymi de Paganinis brixiensis: emendata per Petrumangelum de Monte Ulmi.

12. — in 4. Venetiis, anno 1498. per Symonem Bevilaqua. Est prior editio

quae protulit *tabulam super bibliam per versus compositam* ab Alexandro Villadei circa annum 1240.

13. Biblia in 8. Venetiis, anno 1501. sumptibus Paganini de Paganinis brixiensis: emendata per Petrumangelum de Monte Ulmi.

14. — in 4. Venetiis, anno 1511. per Lucamantonium de Giunta: revisa, correcta, emendata per Albertum Castellanum venetum ordinis praedicatorum. In marginibus habet varias lectiones, de quibus in superiori capitulo, n. 15. Le Long in *biblioth. sacra tom.* 1. *p.* 254. tradit emendationem Alberti Castellani primo lucem aspexisse Venetiis et Lugduni anno 1506.; at vero Masch in *praefatione ad partis* 2. *volumen* 3. *continuatum* negat aliquam esse editionem venetam anni 1506., lugdunensem autem eiusdem anni derivatam docet ex editione parisiensi anni 1504., quae Hadriani Gumelli emendationem praefert. Ex quo concludit editionem venetam anni 1511. primam esse inter eas quae Alberti Castellani recensionem exhibent.

15. — in fol. Lugduni, anno 1513. per Iacobum Sacon, expensis Anthonii Koberger de Nuremburgis. Habet varias lectiones uti superior.

16. — in fol. Compluti, voll. 6. polyglotta, anno 1514-1517. sumptibus Card. Francisci Ximenes, industria Arnaldi Guilielmi de Brocario. In prologo legitur: « Latinam beati Hieronymi translationem contulimus cum quamplurimis » exemplaribus venerandae vetustatis; sed his maxime, quae in publica complu- » tensis nostrae universitatis bibliotheca reconduntur, quae supra octingentesi- » mum abhinc annum litteris gotthicis conscripta, ea sunt sinceritate, ut nec » apicis lapsus possit in eis deprehendi. Aliqua tamen nomina propria vitio scri- » ptorum aliter scripta, quam in originalibus utriusque testamenti habentur, in- » tacta dimisimus; atque id quidem consulto. Nam si nunc in eis litteram ali- » quam mutassemus, nequaquam possent reperiri in tractatu interpretationum, » quem iuxta vulgatam horum nominum scripturam alphabetico ordine pridem » confeceramus. »

17. — in 8. Venetiis, anno 1519. expensis Luce Antonii de Giunta florentini; emendata per Albertum Castellanum venetum ordinis praedicatorum. Habet in marginibus varias lectiones.

18. — in 8. Lugduni, anno 1522. in officina Iacobi Saccon. Item varias lectiones habet, ut supra ad num. 14.

19. — in fol. Lugduni, anno 1526. per Iacobum Mareschal; cum variis lectionibus. Ioannes de gradibus apposuit concordantias ex Iosephi libris.

20. — in 8. Lugduni, anno 1526. per Iacobum Mareschal alias Roland; item cum variis lectionibus de quibus supra, sed locupletior.

21. — in fol. Parisiis, anno 1528. ex officina Roberti Stephani, eregione scholae decretorum. Est prima editio stephanica. In praefatione testatur editor se ab anno 1524. parisienses bibliothecas perlustrasse, eamque maxime, quae apud s. Germanum a Pratis erat; in qua Bibliorum codicem mirae vetustatis, diligentissime scriptum studiosissimeque castigatum invenit; cuius copiam ei fecerunt illi qui bibliothecae praeerant: a quibus et alterum simili prope diligentia

conscriptum mutuo accepit (conf. Le Long *Biblioth. sacra tom. I, p.* 255.). Tertium codicem e bibliotheca s. Dionysii habuit (nunc regiae bibl. n. 3562.), quem pariter inter correctissimos ponit. Contulit denique editiones illas, quae emendatissimae censebantur; ex his autem laudat complutensem, quam asserit cum vetustissimis codicibus per omnia fere consentire. In locis qui aliquid habere dubitationis videbantur ab hebraico textu subsidium petiit. Stephanus igitur optimos testes accivit, atque in expolienda Vulgati editione egregiam operam navare coeperat. Eius exemplum plurimorum industriam excitavit.

22. Biblia in fol. Parisiis, anno 1532. ex officina Roberti Stephani. Altera haec est, eademque praeclarissima editio stephanica, quam Le Long fere ex moguntina anni 1462. derivatam affirmat, collatis tamen, iterumque inspectis antiquis codicibus, ex quibus editor nonnullas ineditas lectiones protulit. Ex nostra collatione constabit hanc a superiori editione raro admodum deflectere.

23. — in fol. Lugduni, anno 1533. per Ioannem Moylin alias de Cambray. Habet varias lectiones marginales.

24. — in 12. Venetiis, anno 1533. in officina Lucaeantonii Iuntae.

25. — in 8. Lugduni, anno 1535. apud Iacobum Giunti. In fronte dicitur *iuxta vulgatam et consuetam aeditionem, tum ad hebraicam veritatem, tum ad vetustissimorum simul et emendatissimorum voluminum fidem, post omneis omnium aeditiones studiosissime castigata, simul et recognita: ac a mendis quamplurimis maximo cum negocio repurgata. Additis ad singula capita perbrevibus argumentis.* Omnino singularis nobis haec est editio, nullamque aliam quae eidem affinitate coniuncta sit habemus. Quaenam fuerint volumina ad quorum fidem editor illam exegerit ignoramus: immo et editoris nomen nos latet; quem tamen heterodoxum fuisse censemus, aut saltem editiones paucis ante annis evulgatas Norimbergae, Basileae et Argentorati imitatum fuisse novimus. Sunt et nonnulla ex hebraeo prorsus temere immutata, quae alibi nusquam offendimus.

26. — in 4. Antuerpiae, anno 1537. ex officina Ioannis Steelsii, in scuto Burgundiae, typis Ioannis Graphei. Ex edd. stephanicis.

27. — in 4. Antuerpiae, anno 1538.; est eadem omnino ac superior, recuso titulo.

28. — in 8. Venetiis, anno 1538. per Bernardinum Stagninum. Ex stephan.

29. — in fol. Parisiis, anno 1540. ex officina Roberti Stephani typographi regii. Inter stephanicas editiones praestantissima haec censetur, maxime ob varias codicum lectiones quas in marginibus praefert, de quibus conferantur dicta superiori capite, num. 16. Quae posthac prodierunt editiones paene universae eiusdem beneficio plus minus emendatiores reperiuntur. Recensionem quam in suis editionibus hactenus secutus fuerat, denuo recognovit Stephanus rursumque castigavit. Ex quo fit ut stephanicae editiones veluti bipartitae sint. Ad priorem classem spectant quae annum 1540. antevertunt, reliquae vero ad alteram. Utriusque autem classis usus haud impar esse videtur. Lectorem monitum esse volumus censuras theologorum parisiensium impetere indices, argumenta aliaque adiun-

cta quae in editionibus stephanicis occurrunt, non vero ipsum Bibliorum textum a Stephano recognitum, quem nos laudamus.

30. Biblia in fol. Antuerpiae, anno 1542. ex officina Ioannis Steelsii, typis Martini Merani. Ad calcem prodit an. 1541. Ex stephanicis edd.

31. — in 16. Lugduni, anno 1542. apud Sebastianum Gryphium. Ex stephan.

32. — in fol. Venetiis, anno 1542. apud Petrum Schoeffer, maguntinum germanum. Haec est Bibliorum editio ab Isidoro Clario reformata, quam identidem proferimus vel castigamus. Ceterum eamdem pro Vulgata editione habere nefas est.

33. — in 4. Venetiis, anno 1544. ad signum spei, apud Cominum de Tridino Montisferrati. Ex stephan.

34. — in 8. Lutetiae, voll. 6. anno 1545. ex officina Roberti Stephani typographi regii. Accedunt notationes Vatabli, et versio tigurina. Conf. Le Long I, 259. et Richardus Simon *Hist. critica V. T. lib. 2. cap.* 20. et seqq.

35. — in fol. Lugduni, voll. 6. anno 1545. cum glossis interlineari et ordinaria et postilla Nicolai Lyrani, ex officina Gasparis Trechsel. Bibliorum editiones hisce glossis oneratas *Biblia Ordinaria* appellamus. Horum autem textus a lectione, quae reliquis editionibus communis est saepe discedit. Qua in re mirum sane est illum suffragio antiquiorum codicum plerumque niti, istas vero recentiorum. Huius facti originem adhuc inexploratam habemus: at inde patet quanti facienda sit harum editionum collatio. Praeterea ex glossis ipsis, interlineari praesertim, nonnullas varietates decerpsimus, aliasque non paucas ex notis marginalibus, quas editores vel ex hebraico aut graeco textu, vel ex latinis codicibus indiscriminatim derivarunt. At dolendum illos harum lectionum fontes non adnotasse. Non enim ita facile compertum semper esse potest utrum lectio marginalis ex textu, an ex versionis codicibus petita fuerit.

36. — in fol. Lovanii, anno 1547. ex officina Bartholomaei Gravii. Haec est princeps lovaniensium editio *ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata,* ex qua innumerae aliae mox prodierunt. Cf. infra ad num. 56. Iohannes Hentenius Nechliniensis in praefatione notat collatos fuisse multos codices, quorum mentionem ibidem facit; at potissimum stephanicam editionem anni 1540. usurpatam fuisse. De variis lectionibus in marginibus huius editionis prolatis, iam diximus in superiori capite num. 11.

37. — in fol. voll. 2. Lugduni, anno 1550. apud Sebastianum Gryphium, *ad optima quaeque veteris, ut vocant, traslationis exemplaria summa diligentia, parique fide castigata.* Haec editio, granditate atque nitore characterum haud ulli veterum secunda, neque stephanicam, neque hentenianam, sed peculiarem propriamque recensionem exhibet.

38. — in 8. Lugduni, 1551. apud Iacobum de Millis, excudebat Ioannes Pullon, alias de Trin. Ex stephan.

39. — in 8. Lugduni, anno 1556. typis Antonii Vincenti. Ex stephanica edit. superioris anni. Conf. Le Long I, 280.

40. — in 8. Lugduni, anno 1556. apud Iacobum de Millis, excudebat Ioannes Pullon, alias de Trin. Ex stephan.

*

41. Biblia in fol. Venetiis, anno 1557. in officina haeredum Lucae Antonii Iuntae. Haec est altera Bibliorum editio ab Isidoro Clario reformata, quae rursum cum novo titulo prodiit Venetiis anno 1564.

42. — in 8. Antuerpiae, anno 1559. apud Iohannem Steelsium. Ex henten.

43. — in 8. Lugduni, anno 1561. apud Iacobum de Millis, excudebat Ioannes Pullon, alias de Trin. Ex stephan.

44. — in fol. Antuerpiae, anno 1561. apud Iohannem Stelsium sub scuto Burgundiae. Ex henteniana.

45. — in 8. Antuerpiae, anno 1563. in aedibus Ioannis Stelsii excudebat Ioannes Withagius. Ex henteniana.

46. — in fol. Lutetiae, anno 1564. apud Ioannem Macaeum, sub scuto Britaniae in monte D. Hilarii, excudebat Floricus Prevost. Eadem editio cum novo titulo rursum prodiit Parisiis anno 1565. et 1566. Est ex editione Ioannis Benedicti, quae evulgata fuit Parisiis anno 1541., atque dein saepius recusa annis 1549. 1552. 1558. 1573.; cf. Niceron *Memoires tom. XLI. p.* 14. In epistola ad lectorem Benedictus sic scribit: « Miror cur tanta scriptorum in tractandis, » transcribendis sacris atque adeo scriptis divinis hactenus fuerit incuria, ut tot » reperiantur exemplaria, quot codices. Quibus si non brevi occurratur, re- » diens tandem Hieronymus et quisque optimus interpres, quae nobis integra » tersaque reliquerunt, negabunt esse sua. Huic autem morbo utcumque mederi » volentes, quos potuimus vetustissimos et scriptos manu et impressos inter se » codices, et illos tandem cum hebraeis graecisque contulimus, ut veriorem edi- » tionis nostrae sensum integritati suae restitueremus. »

47. — in 8. Antuerpiae, anno 1565. ex officina Christophori Plantini. Ex henteniana, sed secundis curis recognita.

48. — in 16. Antuerpiae, anno 1565. ex officina Christophori Plantini. Ex henteniana, sed iterum recognita ut supra.

49. — in fol. Parisiis, anno 1566. apud Ioannem Macaeum. Vide supra ad num. 46.

50. — in fol. Francoforti ad Moenum, anno 1566. apud Georgium Corvinum, Sigismundum Feyrabend et haered. Wigandi Galli. Ex henteniana. Quamvis Le Long de hac editione scripserit (I, 263.) *Una ex editionibus Hentenii castigatissima*, nos testamur quamplurimas mendas illam prae se ferre.

51. — in 8. Lugduni, anno 1567. apud Ioannem Tornaesium typogr. regium. Ex editione, quam supra descripsimus num. 37. manavit.

52. — in fol. Lugduni, anno 1569. apud Gulielmum Rovillium sub scuto veneto. Ex henteniana nonnihil immutata; cf. supra ad cap. II. num. 2.

53. — in fol. Venetiis, anno 1572. apud Iuntas. Ex henteniana. In fronte dicitur *ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata, Romaeque revisa* a Thoma Manriquez sacri palatii magistro. Cf. infra num. 60.

54. — in 8. Antuerpiae, anno 1572. apud Viduam et haeredes Ioannis Stelsii, excudebat vidua Amati Tavernerii. Ex henteniana.

55. — Regia polyglotta in fol. voll. 8. Antuerpiae, anno 1568-1572. ex of-

ficina Christophori Plantini, studio Ariae Montani. Vulgati lectio ex complutensi editione manavit; attamen in *epistola lovaniensium ad summum Pontificem* data XIII. Calend. maias, anno 1572. legimus: « Doctoribus theologis » (lovaniensibus)... catholica Maiestas (seu Philippus II. Hispaniarum rex)... » Bibliorum recognoscendorum, corrigendorum, approbandorumque munus, se- » cundum tridentini concilii decretum commisit. » Gregorius vero XIII. P. M. ad Philippum regem die 23. augusti anno 1572. rescripsit: « Praeclarum Maiestatis » tuae consilium, diligentemque operam a tuis, tuo iussu positam in sacris li- » bris, quae Biblia appellantur, emendandis, tuaque magna impensa, quadruplici » lingua edendis, vehementer probamus. » Vide quae ad num. 56. adnotamus.

56. Biblia in 8. Antuerpiae, anno 1574. ex officina Christophori Plantini. Ex henteniana, sed novis accessionibus locupletata studio praesertim Francisci Lucae Brugensis, qui alios complures codices contulit. Exemplaria, quae in fronte praeferunt annum 1573. pertinent ad hanc ipsam editionem, de qua diserte loquitur Plantinus in litteris ad Gregorium XIII. P. M. datis die 9. octobris anno 1574. (in cod. vaticano reginae svecae num. 2023. fol. 273.), ubi sibi gratulatur, quod nonnullorum Cardinalium aliorumque testimonio certior factus fuerat superiores suas editiones non vulgarem neque ingratum usum praebuisse iis doctoribus, quibus emendationem Vulgatae versionis summus Pontifex commiserat. Dein subdit: « Intelligebam autem rara hoc tempore Biblia latina venalia » ex his correctionibus prostare, atque a rev. p. Thoma Manrico s. palatii vestri » magistro per litteras monitus fueram, ut dum iste labor corrigendi Vulgatam » editionem Romae absolveretur, qui propter rei gravitatem longior futurus esse » videbatur, ipse interim eorum, qui Bibliorum inopia laborabant, desiderio sa- » tisfacerem. Id quod cum ego eo quo erga sacras disciplinas afficior studio lu- » benter susciperem, in sanctitatis vestrae gratiam oculos animumque conieci, » quem eo tempore primum in ista sacra sede divino consilio atque beneficio » constitutum, illam Vulgatae versionis correctionem promovere velle intellige- » bam: protinusque ita cogitavi deberi a me mitti munusculum aliquod, quo » nomen, quod sacrosanctae ecclesiae ab infantia adscriptum, singulorum pon- » tificum, qui mea aetate Petri naviculae praefuerunt, temporibus professus fui, » sanctitati vestrae commemorarem ac referrem: atque uti principes et opulenti » viri preciosis donariis pastorem summum omnium in terris salutare solent ac » debent, ita ego pro tenuitatis meae ratione aliquid ex arte mea offerrem, quo » meum erga sanctam ecclesiam studium, et erga sanctitatis vestrae observan- » tiam animum de integro testarer. Nihil vero pro tempore commodius a me » praestari posse existimavi, quam si ad istam correctionem Bibliorum eam exem- » plarium mss. copiam conferrem, quae maxima et selectissima ex huius Belgii » bibliothecis adornari a me potuisset. Idque commodissime, quamquam meo » magno sumptu, tamen sine bibliothecarum iactura, mihi et cogitanti et cupienti » ex animi sententia successit. Siquidem ex praelatorum ecclesiasticorum, ab- » batum et rectorum, quibus meum studium et consilium aperui, benigna per- » missione tantum promovi, ut paucis mensibus mss. exemplaria, ex iis quae

» potissima habentur, numero sexaginta Lovanium comportanda curaverim, et » eruditissimis theologicae disciplinae viris ultra triginta legenda et conferenda » commendaverim; praesidentibus ei negotio inquisitoribus et aliis illius disci- » plinae antesignanis atque librorum etiam declaratis censoribus; quorum alios » quidem ego catholicae pietatis, et romanae ecclesiae communis matris caussa, » sponte currentes non raro muneribus litterariis ex mea officina missis; alios » vero, quos pauperiores esse cognoscebam, pecuniola commoda ad laboris fe- » rendi subsidium suppeditata identidem incitabam. Tandem vero continuata per » totum fere triennium et coniuncta multorum opera et sedulitate, exemplar » constitit omnium fere belgicorum exemplariorum instar habens, quippequod » varias omnes lectiones et dispunctiones, quae alicuius momenti esse posse vi- » debantur, continebat. Quod quidem ego meis prelis aptandum exprimendum- » que curavi, ut sanctitati vestrae ad eos quos exposui doctissimorum isti sacrae » expurgationi deputatorum usus mitterem offerremque. . . . Quod si ad istam, » quae Romae Bibliis emendandis adhibetur, diligentiam posita in hoc exem- » plari a nobis industria aliquid utilitatis attulerit; abunde multum precii opere » ipso christianorum usu mihi absolutum putabo: semperque conabor, ut quan- » tum ipse facultate, ope et opera consequi valeam, totum in istud sacrum ga- » zophylacium conferam. » Haec quidem recte modesteque scribit Plantinius, cui fere concinit Hentenius, qui in praefatione ad Biblia Lov. 1547. professus est se in expurgandis Vulgati exemplaribus latinos testes adivisse, quia, inquit, « non nostrum fuit, immo nec expedit ad graecos aut hebraeos codices semel » illa castigare. Quod si alio quovis modo videantur corrigenda, id potius foret » summi Pontificis, aut oecumenici concilii auctoritate tentandum, cui parere » omnes tenentur, quam privatae alicuius personae, aut unius cuiusvis acade- » miae. » At vero audacter nimis, nostra quidem sententia, loquuntur theologi lovanienses tum in litteris ad summum Pontificem, quas recitavimus num. 55., tum in praefat. ad hanc ipsam editionem Antuerp. 1574. ubi haec habentur: « Visum fuit facultati nostrae theologicae, omni conatu et studio in hoc incum- » bendum, ut vetus et vulgata Bibliorum latina editio (quam sacrosancta Syno- » dus tridentina, in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus et » expositionibus authenticam habendam declaravit) accuratissime castigaretur. » (1) His adde ea quae Lucas Brugensis scripsit ad Sirletum anno 1579. « Statuit » (tridentina synodus) ut haec ipsa vetus et vulgata editio quamemendatissime » imprimatur; emendate autem imprimi haud posse videtur, nisi, collatis variis » illius exemplaribus, menda deprehensa eliminentur, sincera lectio admittatur. » Qua in re, ut Synodi desiderio satisfaceret theologica facultas et Hentenio » olim, et post nobis hoc operis demandavit; . . . ut pura puta haberi possit, » quam Synodo visum est praescribere, vetus editio. » Hinc ortus videtur error

(1) Animadverte haud sibi constitisse lovanienses dum duplicem diversamque editionem, regiam nempe atque hentenianam aeque comprobarunt tamquam editionem ad mentem Concilii peractam. Neque magis sibi cohaerent dum anno 1547. a conferendis originalibus textibus omnino abstinendum arbitrabantur; anno autem 1574. hanc ipsam collationem instituendam censuerunt.

Iohannis Michaëlis, qui asserit hanc lovaniensium editionem ex Concilii tridentini decreto evulgatam fuisse (*Introduction au N. T. tom.* 2. *pag.* 31.).

57. Biblia in fol. Venetiis, anno 1576. apud haeredes Nicolai Bevilaquae (in libri calce legitur *apud Iacobum Vitalem*). Ex henteniana.

58. — in 4. Venetiis, anno 1576. apud Altobellum Salicatium; emendata a Francisco Antonio Faccino aquilano. Ex henteniana. Aliam quoque habemus editionem hentenianam ex eiusdem Salicatii typis editam Venetiis in 4. anno 1599., nempe post clementinam recensionem.

59. — in 4. Venetiis, anno 1578. apud haeredes Nicolai Bevilaquae, excudebat Alexander Griphyus. Ex henteniana.

60. — in 8. Venetiis, anno 1579. ex officina Iuntarum. Ex henteniana Romae revisa. Cf. num. 53. et supra pag. XLVIII. nota 3. et pag. LIII. nota 2.

61. — in 8. Lugduni, anno 1581. apud Gulielmum Rovillium. Ex henteniana.

62. — in 8. Venetiis, anno 1583. apud haeredes Nicolai Bevilaquae; excudebat Alexander Griphyus. Ex henteniana.

63. — in 8. Antuerpiae, anno 1583. excudebat Christophorus Plantinus. Ex henteniana a Luca Brugensi aucta.

64. — in fol. Antuerpiae, anno 1583. ex officina Christophori Plantini. Ex henteniana ut numero superiori. Hanc editionem sixtini correctores usurparunt, uti demonstravit Ungarellius.

65. — in fol. Salmanticae, anno 1584. apud Gasparem a Portonariis. Ex stephanica anni 1545.

66. — in fol. Heidelbergae, voll. 2. anno 1586., polyglotta Vatabli seu Sanctandreana, ex officina commeliniana. Eadem cum novo titulo recuso prodierunt anno 1599. et 1616. Accedit stephanicis.

67. — in 8. Venetiis, anno 1588. apud Iolitos. Ex henteniana.

68. — in fol. voll. 6. Venetiis, anno 1588. cum glossis interlineari et ordinaria, et Nicolai Lyrani postilla. De hac editione vide supra pag. LXIII. nota 4.

69. — in fol. voll. 6. Parisiis et Lugduni, anno 1590., *cum Glossa Ordinaria primum quidem a Strabo Fuldensi collecta, nunc vero locupletata* etc. per fr. Franciscum Feu-Ardentium ordinis minorum, Ioannem Dadraeum et Iacobum De Cuilly theologos doctores parisienses. Gemina praecedit epistola, altera Feu-Ardentii, altera Ioannis Baptistae Regnauld bibliopolae, quibus opus Sixto V. P. M. dedicatur. De hac edit. cf. supra ad pag. LII. et quae praenotavimus ad num. 35. Praeter laudatas editiones, aliam eamdemque accuratissimam habemus Bibliorum Ordinariorum editionem, quae prodiit Antuerpiae apud Ioannem Meursium anno 1634. studio Leandri a s. Martino monachi benedictini, voll. 6. in fol.

70. — in fol. Romae, anno 1592. ex typographia apostolica vaticana, *Sixti Quinti Pont. Max. iussu recognita atque edita.* Haec est princeps editio Clementis VIII., de qua sat multa in prolegomenis, et cap. I. n. 7. huius apparatus.

71. — in 4. maiori, Romae, anno 1593. ex typographia apostolica vaticana. Haec altera est Clementis VIII. editio.

72. Biblia in 4. minori, Romae, anno 1598. ex typographia vaticana. Haec est tertia editio Clementis VIII., cui adnexum est correctorium pro his tribus vaticanis editionibus, de quo vide prolegomena §. XXIV.

73. Alias quas habemus Bibliorum editiones ex iis, quae dein prodierunt, enumerare supervacaneum videtur. Neque enim vel publica legitimaque auctoritate quidquam posthac in Bibliis vulgatis emendatum fuit, vel cuilibet privato vaticanas editiones deserere novasque lectiones inducere licuit; quod tamen, etsi nefas, vel consulto, vel imprudenter a typographis factitatum videmus, quorum quidem temeritatem aut socordiam subinde castigamus; id enim e re nostra esse videbatur, ne bonae fidei homines facile deciperentur: at illorum editiones ad apparatum criticum pertinere nequeunt. Alibi iam adnotavimus complures lectiones Vulgato Vallarsium perperam tribuisse, eo quod mendosissimam Bibliorum editionem, quae cum comment. Calmeti prodiit Lucae anno 1730., sequutus est. Alios plures fefellit Vulgati editio quae in praeclarissimis polyglottis waltonianis inserta est; hanc enim quamplura menda deformant: conferantur notae quas adscripsimus Num. I, 3. 5. 12. III, 13. XVI, 47. XVIII, 26. XXII, 37. XXIV, 7. XXIX, 14. XXXII, 29. Deut. XIV, 21. et alibi saepe. Verumtamen si quando dubium aliquod suboriatur utrum typorum vitio in vaticanis editionibus mendum irrepserit, provocare solemus ad reliquas romanas editiones quas habemus: adeoque istarum elenchum subiicere tenemur.

74. — in 4. min. Romae, anno 1618. ex typographia Andreae Phaei. Haec editio mordicus strictimque imitatur vaticanam anni 1598.

75. — in 16. voll. 10. Romae, anno 1624. sumptibus Andreae Brugiotti, apud haeredem Bartholomaei Zannetti.

76. — in fol. voll. 3. Romae, anno 1671. typis sacrae congregationis de propaganda fide: cum interpretatione arabica.

77. — in 12. voll. 7. Romae, anno 1765. sumptibus Remundinianis: ad calcem legitur *Emendabat diligentissime Franciscus Gualteri;* attamen plures habet mendas.

78. — in 8. voll. 8. Romae, anno 1768. ex sacrae congregationis de propaganda fide typographio. De hac editione vide supra pag. LXXI.

79. — in 8. voll. 23. Romae, anno 1784-1788. typ. Philippi Neri: cum italica versione et notis Antonii Martini archiepiscopi florentini.

80. His denique adiungimus *Bibliorum concordantias per Gasparem de Zamora* editas Romae apud haeredem Bartholomaei Zannetti, voll. 2. in fol. anno 1627.; ubi *textus omnes correcti* dicuntur *ex editione vulgata, denuo a sancta Sede apostolica emendatá.*

CAPUT IV.

Libri liturgici.

Ne quis miretur veteres latinae liturgiae codices in hoc apparatu commemorari, vel existimet illos a nobis indiscriminatim usurpatos fuisse; in primis declarandum videtur cur, post Bibliorum codices manuscriptos et editos, in me-

dium proferamus libros liturgicos: dein quas cautiones in iis excutiendis adhibuerimus. Nemo ignorat veterem liturgiam, quae fere ex biblicis segmentis constabat, publica auctoritate ab ecclesia nullo non tempore ita vigilanter servatam fuisse, ut vix aliquid scriptorum vitio posset maculari quin statim animadverteretur. Id vero nos animo reputantes in spem venimus optimas lectiones illis libris contentas esse. Nec frustra; nam, adhibita inquisitione, haud modicum fructum pro re critica ex eisdem legendum adhuc esse deprehendimus. Quapropter illos reliquis testibus omnino adiungendos esse censuimus. Bibliorum autem fragmenta quae passim in latina liturgia occurrunt, alia ex veteri Itala derivata sunt, quae Sabatierius studiose conquisivit; alia vero ex hieronymiana interpretatione fluxerunt, quae nos fortasse primi occupavimus atque expendimus. Misso itaque priori genere, de altero pauca nobis dicenda sunt.

1. Mirum est quam locupletem lectionum messem nobis suffecerint in primis opera a beato Thomasio edita, quae Vezzosius septem voluminibus comprehensa, eruditisque notationibus illustrata rursum evulgavit Romae anno 1747-1754.; nam optimae notae codices uterque diligenter inspexit, eorumque varietates adnotavit. Plura insuper ex eisdem libris haberemus si integras sectionum lectiones editores protulissent; nam saepius, reliquis omissis, vix priora verba et extrema recitant, ut locum denotent quo lectio incipiebat vel absolvebatur. Istud incommodum ex parte saltem devitavimus conferentes eas omnes Bibliorum sectiones, quae in antiquis Missalibus, ante Urbani VIII. correctionem legebantur.

2. Liturgia mozarabica primum a Card. Francisco Ximenio edita, dein a Card. Francisco Antonio Lorenzana, aliisque doctissimis viris instaurata, fere universam vulgatam Bibliorum editionem, eamdemque ex nobilissimis hispaniarum codicibus derivatam, complectitur: adeoque immensam nobis suppeditat lectionum multitudinem; cui plerumque accedunt codices gothicus toletanus et gothicus legionensis, quos cap. 2. descripsimus. Breviarii gothici lectiones excitamus ex editione Matriti impressa anno 1775.: Missalis autem mozarabici editionem parisiensem anni 1850. usurpamus.

3. Multa quoque suffecit romana liturgia; nec defuit gallicana; quibus suppetiae advenere alia vetera liturgica fragmenta undique conquisita, quae in parisiensi patrologiae latinae cursu coacervata sunt, operibusque Hieronymi, Leonis, Gelasii, Germani, Gregorii, Isidori, Rabani aliorumque superaddita. De his non est cur plura dicamus, praesertim quum ad singulas, quas ex eisdem proferimus, lectionum varietates, fontes ipsi unde haustae sunt perspicue denotentur, ut easdem vel nobis indicibus adire quisque atque recognoscere possit.

4. Ad praesens institutum quod pertinet, satis sit innuisse quos auctores, quosque libros liturgicos in subsidium vocaverimus. Nam si quaesieris quanti facienda sit uniuscuiusque testis auctoritas, vel quaenam sit illorum aetas, quaeve origo vel patria; te remittimus ad laudatos editores, qui data opera eruditissimis dissertationibus singulas quaestiones ita pertractarunt, ut nobis otium fecisse plane dicendi sint.

CAPUT V.

Sancti Patres et ecclesiastici scriptores.

Veterum patrum et doctorum opera tum crebras Bibliorum expositiones complectuntur, tum biblicis allegationibus adeo referta sunt, ut iis paene redundare videantur. Ex utroque autem capite criticis nostris controversiis plurimam lucem illi porrigere queunt. Enimvero dum divinos libros explanando data opera interpretantur, praeterquamquod ipsos veteres codices, quos usurpabant, nobis in omnes partes repraesentant; nostras quaestiones haud raro praeoccupant, easdemque ad fidem antiquissimorum testium expendunt: nec summae ignaviae notam effugeret, qui veterum illorum sententias tam dilucide prolatas negligeret, aut optimos testes in re critica posthaberet. Dum vero pro re nata Scripturarum testimonia proferunt, non equidem semper, at certe plerumque illa ad litteram recitant prout in ipsorum exemplaribus legebantur; ita ut priscorum codicum ipsam lectionem nobis exhibeant. Et sane ex nostra collatione luculentissime patebit, innumerisque exemplis confirmabitur plura esse Bibliorum loca in patrum operibus, quae quum a communi vulgataque hodierna editione recederent, aut tamquam ad sensum prolata, aut suspecta, aut vitiosa perperam habebantur; quaeque nunc demum ex nobilissimis Bibliorum codicibus ad verbum fidelissime a patribus descripta fuisse re ipsa constabit. Quapropter Ansaldus qui in libro *de authenticis sacrarum Scripturarum apud ss. Patres lectionibus* nimius fere est in exaggeranda integritate verborum sacrae Scripturae, quae apud veteres scriptores occurrunt, quique in cap. VIII. libri primi aegre potuit specimen minime copiosum exhibere lectionum apud patres ab hodiernis diversarum, quae cum antiquissimis Bibliorum codicibus plane consonant, iam complura centena exempla ad suam sententiam adserendam in promptu haberet (1). Ex hac autem sacrorum codicum et patrum amica conspiratione, lectiones Bibliorum et opera patrum mutua luce adeo mirifice illustrantur, ut qui posthac latinorum patrum opera, in quibus multa adhuc expolienda supersunt, ad criticam artem exigere volent, maximum sibi emolumentum in nostris variis lectionibus paratum esse intelligant: et vicissim Vulgati varietates ex eisdem operibus maiori adhuc praesidio fulcientur. Id vero nos omni confidentia asserimus; compertum enim habemus quamplures singulares lectiones quae in veterum patrum doctorumque operibus servabantur perinde ac in antiquioribus Bibliorum

(1) Veteres doctores maximam posuisse curam diligentiamque in custodienda Bibliorum puritate, innumeris testimoniis demonstrari potest. Ad rem nostram sufficiat ea proferre quae habet Berno augiensis (in *Patrolog. tom. CXLII. col.* 1146.): « Debemus igitur sacrae Scripturae seriem firmiter tenere ac eius tenorem in omnibus inviolabiliter observare, attendentes quod quidam sapiens admonet dicens: Prudens lector, semper cave superstitiosam intelligentiam, ut non tuo sensui attemperes Scripturas, Scripturis sensum tuum adiungas. Igitur constituendum est ut sacra Evangelii verba, patriarcharum ac prophetarum oracula, apostolorum scripta, fide integra, devotione congrua, ut in authenticis libris reperiuntur, incommutabiliter servemus, teneamus, custodiamus, nec aliquid addentes, nec dementes, nec mutantes, si velimus illam comminationem evadere quam Spiritus sanctus iuxta finem Apocalypsis (XXII, 18. 19.) videtur intentare: *Si quis adposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto; et si quis deminuerit de verbis libri prophetiae huius, auferet Deus partem eius de libro vitae et civitate sancta, et de his quae sunt scripta in libro isto.* » Recolantur quae habet Cassiodorius *de instit. div. litter.*

codicibus, ex librariorum inscitia aut arrogantia immutatas seu potius corruptas fuisse ne vulgatis recentioribus Bibliorum exemplaribus repugnare viderentur. Conferantur quae adnotavimus ad Gen. III, 15. Ex. XXXII, 28. Saepius enim, data occasione, indigitavimus menda, quae librariorum vitio in patrum operibus irrepserunt. At iam declarandum est quosnam scriptores, quasque editiones adhibuerimus.

1. Dum opus a nobis susceptum, paucisque annis absolutum commemoramus, valde veremur ne quis aut nobis temeritatis notam inurat, aut nos aliis imponere existimet; nam fidem prope superare videbitur si dixerimus nos diuturno labore veterum omnium scriptorum opera, qui vulgatam Bibliorum editionem usurparunt excussisse. Quis enim tot volumina percurrere valeat, praesertim si haec neque unica, neque praecipua suscepti laboris pars fuerit? Non equidem adeo nos felices fuisse gloriamur, nihil ut latuisse, quod commemoratione dignum esset, arbitremur; immo non pauca excidisse pro certo habemus: attamen quid praestare conati simus paucis demonstramus. Latinam patrologiam, quae septendecim supra biscentum voluminibus constat, miro ausu editam Parisiis ab anno 1844. ad 1855., quaeque latinos omnes ecclesiasticos scriptores a Tertulliano ad Innocentium III. P. M., servato temporis ordine, complectitur, ante oculos interque manus assidue continenterque habuimus, illamque universam perlustravimus; hac tamen adhibita cautione, ut ubi ad manus erant praeclarissimae aliae editiones, tunc, dimissa parisiensi patrologia, has sequeremur. Nostri enim valde intererat eas sequi editiones, quarum textum optime constitutum noveramus. Hinc (ut de iis tantum loquamur, quorum usus crebrior nobis fuit) Hieronymi opera excitamus ex editione veronensi an. 1734-1742., Augustini ex edit. parisiensi an. 1689-1700., Gregorii M. ex edit. parisiensi an. 1705., Isidori hispal. ex edit. romana an. 1797-1803., Ruperti ex ed. veneta an. 1748., Brunonis astensis ex edit. romana an. 1789.; ad haec, bibliothecam patrum a Gallandio editam, bibliothecam patrum maximam lugdunensem, aliasque edd. laudamus, quas ita semper innuimus ut quilibet locus facile reperiri possit. Hoc autem loco silentio praetermittere non debemus Augustinum Nardi presbyterum romanum in perlegendis veterum patrum commentariis aliquid opis perhumaniter nobis attulisse.

2. In libro Levitici frequentamus *commentarios* Hesychii editos Basileae, anno 1527., et *comm.* Radulfi flaviac. editos Coloniae, anno 1536. quos in patrologia non reperimus. Dum autem hos, vel alios quoslibet auctores excitamus ex iis qui perpetuos commentarios habent in libros de quibus agimus, supervacaneum visum est notare volumen et paginam. Quoties igitur in nostris notationibus leges nomen Rabani, puta, Ruperti, Brunonis astensis, Radulfi, quin eorum operum locus excitetur, subintelliges *in hunc locum.*

3. Card. Angeli Maii collectanea, quae septem supra triginta volumina complectuntur, nempe *Scriptorum veterum nova collectio, Classici auctores, Spicilegium romanum,* et *nova patrum bibliotheca,* non pauca nobis suppeditarunt. Hoc autem loco declarandum est aliud esse Augustini *speculum* a Maio editum,

*

aliud a maurinis. Utramque editionem saepius nos laudamus; at quoties maianam editionem appellare occurrit, id expresse monemus.

4. Alia non pauca opera veterum patrum nuperrime edidit cl. Pitra monachus ordinis s. Benedicti in *Spicilegio Solesmensi*, Parisiis ab anno 1852. ad 1858. voll. 4. Inde vero haud modicam variarum lectionum segetem excerpsimus.

5. Hugonis a s. Charo editionem venetam anni 1600. habemus; in qua Bibliorum textus fere in omnibus cum Bibliis Ordinariis consentit: idem dicendum de altera editione operum eiusdem Hugonis, quae prodiit Lugduni, anno 1645., quam aeque contulimus. Nicolai de Lira postillas allegamus ex editione descripta superius cap. 3. num. 69., quam editores testantur ad ipsius Lirani αὐτόγραφον exegisse. Ex reliquis scriptoribus qui ad seculum XIII. et ad proxime sequentes aetates pertinent, alii plures quandoque nobis utiles fuerunt; quos tamen hoc loco enumerare superfluum videtur.

6. His addimus Conciliorum collectionem ex notissima egregiaque editione Harduini, Paris. 1715., qua ita usi sumus, ut neque posteriores curas Nicolai Coleti et Iohannis Dominici Mansi oblivisceremur.

CAPUT VI.

Hebraicus textus et versiones antiquae.

Hactenus proprios ac veluti nativos fontes unde Vulgatae editionis germana lectio petenda est aperuimus. At quandoquidem talis inde saepe prodit varietas, ut quaenam sit vera lectio non satis appareat, necessario argumenta ad veritatem assequendam aliunde petenda sunt. Hinc quoties illis varietatibus, quas ex praelatis testibus proferimus, vel hebraicus textus aut samaritanus, vel veteres interpretes suffragantur (quod quidem frequentissime accidit), id nos perpetuo adnotare studuimus, ut commode quisque aestimare possit rationum momenta, quae pro qualibet lectione faciunt. Quapropter heic quoque breviter innuendi sunt libri sacri textus veterumque versionum, quibus utimur. Interim lectorem rogamus ut obiter animadvertat singulas huius nostri operis paginas, re ipsa luculentissime retundere calumniam heterodoxorum qui romanam ecclesiam errores librariorum tamquam veram lectionem ita comprobasse affirmant, ut iam nobis non liceat *de vera versionis lectione sollicitos esse; sed quamvis lectionem, etiamsi a textu graeco et hebraico aberret, pro vera* nobis *agnoscendam esse* (ita Masch in *Biblioth. sacra vol.* 3. *pag.* 50.). Haec, inquimus, re ipsa, nostro volumine satis superque refutantur. Neque enim nobis fas esset varias lectiones expendere, si catholica ecclesia, cui ex divina institutione Romanus Pontifex praeest, vel errores librariorum comprobasset, vel quamlibet Vulgati lectionem *pro vera* ita habendam iussisset, ut numquam vel minimus error ei subesse possit (1). Sed haec per occasionem memorasse sufficiat ne diutius ad-

(1) Praeter ea quae alibi de mendis librariorum tradidimus, peropportuna visa sunt quae habet Andreas Vega *de iustificatione lib. XV. cap.* 9. (edit. Compl. 1564.) « Synodus non approbavit menda, quae linguarum periti, et in sacris literis mediocriter versati in Vulgata editione deprehendunt. Approbavit dumtaxat Vulgatam editionem repurgatam a mendis, quae vitio scriptorum vel chalcographorum in ea obrepserunt. Nec eam tamquam e caelo delapsam adorari voluit. Interpretem illius, quisquis ille fuerit,

versarii sibi gratulentur de illa quam retinent licentia; nobisque insultent quasi ea quae rationi consentanea est libertas adempta sit.

1. Hebraicum textum proferimus ex hooghtiana editione amstelodamensi anni 1705.; eiusdemque textus (et item samaritani) varias lectiones tum ex Bibliis a Beniamino Kennicotto editis Oxonii, anno 1776-1780., tum ex opere Iohannis Bernardi De-Rossi, voll. 5. Parmae 1784-1798.: neque praetermittimus editiones Houbigantii, Iahnii, Doederleineri aliorumque qui variarum lectionum sacri textus thesaurum amplificarunt; immo quandoque nos ipsi ex hebraicis codicibus varietates nondum adnotatas proferimus. Nam saepe in hebraicis codicibus eadem reperitur varietas, quae in latinis exemplaribus occurrit.

2. Graecam versionem alexandrinam seu τῶν LXX. interpretum ex editione Sixti V. quae prodiit anno 1587. (1), qua de agit Ungarellius §. III., excitamus. Huius autem versionis varietates damus ex praeclara editione Holmesii et Parsonsii quae prodiit Oxonii, anno 1798-1827., quinque magnis voluminibus distincta; cui adiecimus editionem codicis alexandrini ab Henrico Herveio Babero nobilissime adornatam Londini, anno 1816-1828., et item editionem antiquissimi codicis vaticani studio Card. Angeli Maii typis expressam, quae lucem aspexit Romae anno 1857.; at ex ipsius vaticani codicis iterata collatione nedum holmesianam, maianam quoque editionem haud raro castigamus vel supplemus. Cf. ex. gr. Deut. IV, 44. VI, 18. VII, 23. VIII, 18. XIV, 1. 25. Hisce autem suppetias ferunt ea quae nuper vulgavit Constantinus Tischendorfius *Anecdota sacra et profana*, Lipsiae anno 1855., et *Monumenta sacra inedita, nova collectio*, Lipsiae, anno 1855. 1857. Denique pauca adiecimus ex graecis patribus ab Holmesio praetermissa, quae se se ultro nobis obtulerunt.

sciebat non fuisse prophetam, nec nos meruisse hactenus quemquam, qui eodem in omnibus spiritu sacras literas a propria in alienam linguam transfuderit. Ac proinde nec cohibuit, nec cohibere voluit studiosorum linguarum industriam, qui aliquando docent melius potuisse aliqua verti, vel alios commodiores sensus quam e Vulgata editione posse haberi. Sed in honorem vetustatis et honoris, quem ei iam a multis annis detulerant concilia latina, quae sunt ea usa; et ut certo scirent fideles, quod et verissimum est, nullum inde haberi posse perniciosum errorem, et tuto illam et citra periculum posse legi, ad coercendam etiam confusionem quam affert multitudo translationum, et temperandam licentiam nimiam cudendi semper novas translationes, sapienter statuit, ut ista uteremur in publicis lectionibus, disputationibus et expositionibus. Atque eatenus voluit eam authenticam haberi, ut certum omnibus esset nullo eam defoedatam errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide et moribus colligi posset; atque ideo adiecit, ne quis illam quovis praetextu reiicere auderet. Et hanc fuisse mentem Synodi, nec quippiam amplius statuere voluisse, ex verbis ipsis et ex aliis consuetis approbationibus conciliorum potes colligere. Et ne dubites de his, verissime possum tibi allegare pro his dominum Sanctae Crucis Cardinalem, de pietate et de litteris et studiosis omnibus optime meritum, qui illi sessioni et aliis omnibus praefuit, ac pridie quidem quam illud decretum firmaretur, et postea non, opinor, semel mihi testatus est, nihil amplius voluisse patres firmare. Itaque nec tu, nec quispiam alius propter hanc approbationem Vulgatae editionis impeditur, quo minus, ubi haesitaverit, ad fontes recurrat, et in medium proferat quidquid habere potuerit, quo iuventur et locupletentur latini et Vulgatam editionem ab erroribus repurgent, et quae sensui Scripturarum et ipsis fontibus sunt magis consentanea, assequantur. » Cum laudato Vega alii complures ex nostris theologis consentiunt, quorum verba longo ordine recitant Humfredus Hodius (*de Bibliorum textibus origin. lib.* 3. *parte* 2. *cap.* 15.) et L. Van Ess (*historia pragmatica doctorum catholicorum tridentini circa Vulgatam decreti sensum etc.*).

(1) Equidem pleraque exemplaria sixtinae editionis Veteris Testamenti graeci praeferunt annum MDLXXXVII.; at postrema nota numeralis superaddita videtur post impressionem: nam alia pauca exemplaria eiusdem editionis vidimus, quae habent tantum MDLXXXVI., quorum unum in bibliotheca barberina Romae custoditur.

3. Alexandrino interpreti proxime accedit vetus Itala, cuius fragmenta Sabatierius (*Remis*, 1743. *et Parisiis* 1751.) mira sedulitate coacervavit. Hanc autem non paucis accessionibus tum ex ineditis manuscriptis, tum ex antiquis scriptoribus frequenter locupletamus. Etenim ad criticam recensionem Vulgati nostri interpretis magni refert lectionem Italae compertam exploratamque habere. De qua satis multa diximus in monitis quae subiecimus libris Genesis, Exodi et Deuteronomii, necnon in dissertatione quam memoravimus supra cap. II. num. 5.

4. Reliquarum autem veterum interpretationum, quae ex graeco manarunt, testimonia vix alia, praeter ea quae protulit Holmesius, nos conquisivimus. Equidem non ignoramus multa hoc in genere in holmesianis notis emendanda, multaque addenda esse: at nostri instituti ratio id minus requirebat; dein nobis deerat et linguarum notitia et librorum copia, quibus id plene cumulateque praestare possemus.

5. At usum ceterarum versionum, quae ex hebraico textu fluxerunt, non negleximus, quin potius abunde frequentavimus. Proindeque saepius provocavimus ad interpretationem syriacam, samaritanam, arabicam, persicam, necnon ad targum Onkelosi, Ionathani (seu potius pseudo-Ionathani) et hierosolymitanum: quae omnia ex waltonianis londinensibus polyglottis hausimus: earumdemque versionum, chaldaicae in primis et syrae, varias lectiones vel ex laudatis polyglottis, vel ex aliis documentis haud raro prompsimus. Latinas vero interpretationes a Waltono editas saepius falsitatis arguimus.

6. Ad haec, Hexaplorum Origenis fragmenta studiose comparavimus. Nam praeter ea quae diligentissime Montfauconius collegit ediditque, alia non pauca tum ex codicibus holmesianis, tum ex veterum patrum operibus congessimus. Uberiora supplementa, ex syriacis praesertim hexaplaribus codicibus, in sequentibus libris daturos speramus. Quae quidem in exquirenda tuendaque hieronymiana interpretatione quammaximam utilitatem afferre possunt. Nam Doctor Maximus in difficilioribus Scripturarum locis exponendis, ubi alexandrinum interpretem deseruit, Symmachum prope imitatus est, cuius ingenio atque eruditione, ut ait Vallarsius *(praef. ad tom. IX.)*, mirum in modum delectabatur; in reddendis autem obscurioribus verbis Aquilam saepe consuluit, et quandoque Theodotionem (1). Ita ut nonnulla quae olim censebantur a Hieronymo pro ingenio suo aut arbitrio perperam reddita, nunc iam caute prudenterque posita appareant. Conf. ad Num. XXIV, 3. Deut. XI, 30. XIV, 13.

7. Denique *graecam venetam*, quam vocant, interpretationem usurpamus; eam nempe quae ex hebraico textu ab ignoto auctore paene ad litteram elaborata fuit, atque in unico veteri codice bibliothecae s. Marci Venetiis servatur.

(1) En Hieronymi verba (III, 382.): « Nullius » auctoritatem secutus sum; sed de hebraeo transfe- » rens, magis me Septuaginta interpretum consuetu- » dini coaptavi; in his dumtaxat, quae non multum » ab hebraicis discrepabant. Interdum Aquilae quoque » et Symmachi et Theodotionis recordatus sum, ut nec » novitate nimia lectoris studium deterrerem, nec rur- » sum contra conscientiam meam, fonte veritatis omis- » so, opinionum rivulos consectarer. » In suis autem commentariis centies testatur Symmachum *non solere verborum* κακοζηλίαν, *sed intelligentiae ordinem sequi;* eumdemque *more suo manifestius apertiusque interpretari.* Aquila vero dicitur (I, 134.) *verborum hebraeorum diligentissimus explicator.*

Hanc ediderunt partim Villoison, Argentorati an. 1784., partim Ammon, Erlangae 1790., qui editores plura de eius aetate atque usu critico disputarunt; conferatur quoque De-Rossi *Introduz. alla s. Scritt.* §. *LVII.*

8. Documenta critica, quibus, in expendendis variis lectionibus Vulgati interpretis, usi sumus, hactenus enumeravimus. Reliqua subsidia, quae ab arte critica suppeditantur, quaeque communia sunt omnibus qui veteres codices expolire atque emaculare nituntur, non est cur a nobis hoc loco proponantur. Nec enim tractatum de re critica conscribendum sumus aggressi; sed apparatum biblicum, veluti supellectilem nostram, seu testes quorum sententiam rogavimus, patefacere, quemadmodum oportebat, conati sumus.

Finem igitur apparatui nostro facientes liceat rursum instituti nostri rationem adumbrare verbis a Tullio mutuatis: « Nos verum invenire sine ulla con-» tentione volumus; idque summa cura studioque conquirimus. Etsi enim omnis » cognitio multis est obstructa difficultatibus, eaque est et in ipsis rebus obscu-» ritas, et in iudiciis nostris infirmitas, ut non sine caussa et antiquissimi et do-» ctissimi invenire se posse quod cuperent diffisi sint; tamen nec illi defecerunt, » neque nos studium exquirendi defatigati relinquimus: neque nostrae disputa-» tiones quidquam aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo, eliciant et » tamquam exprimant aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quam proxime » accedat. » (*Academ. prior. lib.* 2. *cap.* 3.)

MONITUM

DE INDICE QUEM SUBTEXIMUS.

Hieronymus linguae latinae dilatator eximius *merito salutatur a Cassiodorio (in Patrologia tom. LXX. col. 1135.); ex illius enim operibus nostri lexicographi, tamquam ex bono auctore, multa vocabula adsumpserunt, quae classicae latinitati adscripta sunt. At mirari licet eosdem lexicographos alia non pauca eiusdem auctoris praetermisisse, quae bonam latinitatem augere possunt, quemadmodum adfirmavimus pag. XXVIII. nota 4. Ex his in hieronymiana Pentateuchi interpretatione nonnulla offendimus, quae in lexico Forcellinii perperam inter expulsa recensentur, quaeque latinitati restituenda demonstramus. Alia pauca vel ex antiquis codicibus, vel ex aliis priscis documentis, futuris lexicographis inspicienda, adnotamus. Verba, quibus asteriscum praemittimus, desiderantur in lexico Forcellinii edit. Patavii an. 1771.; quae vero duplicem asteriscum praeferunt desunt quoque in eiusdem lexici edit. lipsiensi an. 1831-1839.*

INDEX VOCABULORUM VEL NOVORUM VEL CERTA AUCTORITATE IN HOC VOLUMINE CONFIRMATORUM

* *Abietarius*. Exod. 35, 35.
Acceptor, pro *accipiter*. Deut. 14, 14.
* *Acetabula*, vel *acitabula*, vel *acceptabulum*. Exod. 25, 29.
** *Adcludens*, vel *accludens*, melius *occludens*. Gen. 19, 6.
** *Adorare*, cum tertio casu. Deut. 26, 10.
Alium, pro *allium*. Num. 11, 5.
* *Attacus*, genus locustae. Lev. 11, 22.
** *Augurior*, pro *auguror*; ut *augurialis* pro *auguralis*. Gen. 44, 5.
** *Botrus*, et *botruus*. Deut. 32, 32.
Brattea. Exod. 39, 3.
Caepe, pro *cepe*. Num. 11, 5.
Cartallus. Deut. 26, 2.
** *Castratura*, vide *incastratura*.
** *Charadrius* et *charadrio*. Levit. 11, 19. et Deut. 14, 18.
** *Choerogryllus*, aut *choerogryllius*, alii *chirogryllus*. Lev. 11, 5.
* *Chytropus*. Lev. 11, 35.
Clango, *clanxi* vel *clangui*. Num. 10, 4.
Collecta, pro *coetus*. Deut. 16. 8.
Collyris, vel *collyra*. Lev. 7, 12.
Corcodillus, pro *crocodilus*. Lev. 11, 29. Deut. 14, 7.
** *Cornupeta*, vel *cornipeta*. Exod. 21, 29.
** *Cyphus*, pro *scyphus*. Gen. 44, 5.
* *Deferre*, pro *deferre honorem*. Deut. 28, 50.
** *Deviare*, sensu activo. Num. 22, 26.
Dextrale. Exod. 35, 22.
* *Eliberans*. Exod. 12, 27.
* *Emunctorium*. Num. 4, 9.
Eques, pro *equus*. Exod. 15, 19.
Exiet, pro *exibit*. Exod. 21, 4.
** *Extimplo*, pro *extemplo*. Num. 30, 13.
** *Gibbosus*, pro *gibbus*. Lev. 21, 20.
Gryps, vel *gryphus*. Lev. 11, 13. et Deut. 14, 12.
Haec, in recto plurali num., gen. femin. Num. 3, 1.
** *Herodio*, vel *herodius*. Lev. 11, 19. et Deut. 14, 16.
Honorifico, et similia, ut *mortifico*, *vivifico*, etc. Deut. 27, 16.
** *Hordeacius*, pro *hordeaceus*. Num. 5, 15.
Incantator. Deut. 18, 11.
* *Incastratura*, vel *castratura*. Exod. 26, 17.
Instringo. Exod. 28, 28.
* *Ixos*, vel *ixion*, vel *ixon*. Deut. 14, 13.
* *Larus*. Lev. 11, 16. et Deut. 14, 15.
** *Lyncurius* et *ligurius* vel *ligyrius*. Ex. 28, 19.
Malogranatum. Exod. 39, 23.
** *Mamzer*, pro *manzer*. Deut. 23, 2.
Manipulum, neutro gen. Deut. 24, 19.
Mensum, pro *mensium*. Exod. 12, 2.
* *Mergulus*. Lev. 11, 17.
Monumentum, et *monimentum*. Exod. 12, 14.
* *Mortariolum*. Num. 4, 7.
** *Morticinius*, pro *morticinus*. Lev. 22, 8. Num. 19, 13. et Deut. 14, 21.
Motabilis, lege *mutabilis*, aut *mobilis*. Gen. 1, 21.
Moysi patrio casu, non *Moysis*. Exod. 9, 35.
Murmur mascul. gen. Num. 13, 31.
Murmuro, et *murmuror*. Exod. 16, 8. Num. 14, 2.
** *Mygale*. Lev. 11, 30.
** *Nausia*, pro *nausea*. Num. 11, 20.
Noceo cum quarto casu. Num. 5, 19.
* *Nudiustertianus*. Deut. 19, 4.
* *Nycticorax*. Deut. 14, 17.
** *Obripio*. Deut. 15, 9.
** *Ophiomachus*. Lev. 11, 22.
** *Ovifer*. Deut. 14, 5.
Ovis masculino gen. Lev. 14, 10. Num. 31, 36.
* *Papyrio*. Exod. 2, 5.
Pellicius et *pelliceus*. Gen. 3, 21.
** *Ponderosus*, pro *herniosus*. Lev. 21, 20.
** *Recalvatio*, vel *recalvitio*, vel *recalvitium*. Lev. 13, 42.
Rediet, pro *redibit*. Lev. 25, 10.
* *Renunculus*. Lev. 3, 10.
* *Repropitio*. Lev. 19, 22.
Robigo, pro *rubigo*. Deut. 28, 22.
Sagma, vel *sagina*. Lev. 15, 9.
** *Sanctimonium*, pro *sanctitas*. Exod. 15, 17.
Sanguen, neutri gen. Exod. 30, 10. Deut. 12, 16.
Sanguines, plurali num. Exod. 4, 25.
** *Satum* (mensura aridorum). Num. 5, 15.
Scala, singulari num. Gen. 28, 12.
** *Scrabro*, vel *scabro*, pro *crabro*. Exod. 23, 28.
* *Sphaerula*. Exod. 25, 33.
Stagnum, pro *stannum*. Num. 31, 22.
* *Subcinericius*, aut *subcineritius*. Exod. 12, 39.
Subtemen, non *subtegmen*. Gen. 14, 23. Ex. 39, 3. Lev. 13, 48.
* *Suffusorium*. Num. 4, 9.
* *Superlex*. Exod. 30, 28.
Supellectili in sexto casu. Gen. 45, 20.
** *Temporaneus*, et *temporibus* aut *temporivus*. Deut. 11, 14.
Theristrum. Gen. 38, 14.
** *Topazius*, pro *topazion*. Exod. 39, 10.
** *Torta* et *tortula*. Num. 11, 8.
Turrem et *turrim*. Gen. 11, 4. 5.
Turtur genere femin. Lev. 5, 7.
Tus et *thus*. Lev. 2, 15. 10, 1.
Virectum et *viretum*. Gen. 41, 18.
Ulcus et *hulcus*. Lev. 13, 18. et Deut. 28, 27.

GENESIS

Liber Genesis, hebraice Beresith — Sixtus V. hebraicos titulos abiecerat: alii plures pro lubitu illorum interpretationem addebant. Verum Angelus Rocca in suis schedis scribit: « Ex decreto s. Congregationis *(gregorianae)* » Bibliorum in omnibus libris Veteris Testa- » menti apponendi sunt tituli hebraici sine » interpretatione » *(in Biblioth. Angelica cod. R. 3. 19. pag. 159.)*.

Cap. I, 2. *tenebrae erant* — Verbum *erant* desideratur in codd. C, F, H, I, M, N, N*, O, quibus consentiunt Correctoria laudata a Richardo Simon. *(Nouvelles Observ. sur le texte et les vers. du N. T. pag. 130.)*, et Rosenmullero *(Histor. interpr. libr. sacr. p. 5. pag. 242.)*; in hisce enim Correctoriis legitur: « Hebr., graeci et antiqui *(latini)* » non habent *erant.* » Accedit Beda II, 13. et 192. Clementinis correctoribus aliquod dubium subortum fuisse colligitur ex schedis Angeli Rocca, ubi adnotatum reperimus: « Antiqui, et graeci non habent *erant.* » Cf. Holmes.

Ibid. *et Spiritus Dei* — Cod. A tacet *et*. Sixtus cum antiquis Biblior. edd. fere universis legit *et Spiritus Domini;* hanc lectionem latini scriptores innumeri post Alcuinum et Rabanum sequuti sunt; hanc retinent plures codices recentiores. E contra correctores sixtini, consentientibus antiquissimis codd. A, B, C, D, E, F, H, L, P, Q, et laudatis Correctoriis, praescripserant legendum *et Spiritus Dei;* item clementini, ex quibus Franciscus Toletus scribit: « *Spiritus Dei.* Ita » habent hebr., graeci, latini codd. mss. et » aliquot impressi: Hieronymus in *Quaest.* » *hebr.* in principio affirmat lectionem la- » tinam esse *Spiritus Dei ferebatur super* » *aquas:* sic legunt Tertull. *adv. Hermog.*, et » Ambros. *lib. 1. Hexaem. cap. 3*, et August. » *lib. 1. super Gen. ad litt. c. 7.*, ac *lib. 1.* » *De Gen. cont. Manich. c. 5.*, et alibi. Militat » ratio; nam quum sacri doctores affirment » hunc esse Spiritum sanctum, convenientis- » sime legitur *Spiritus Dei,* ne si dicatur *Spi-* » *ritus Domini,* facilius existimet aliquis esse » creaturam, quae Domini sit. Praeterea ut » intelligatur esse Spiritus illius Dei, qui di- » ctus est creasse caelum et terram, in he- » braeo et graeco idem utrobique habetur vo- » cabulum. Praeterea Complutensis editio et » Regia legunt *Dei;* et recte quia אלהים in » sequentibus semper verti solet nomine *Dei,* » non vero *Domini.* » Cf. Brugensis in h. l., Bukentop. p. 384., Rocca Opp. t. I, p. 276. et Sabatier. in notis ad h. l.

Ibid. *ferebatur* — Vetus itala *superferebatur,* uti videre est apud Sabatierium; hanc quoque lectionem retinent non pauci ex illis qui hieronymianam versionem sequuti sunt, uti Aponius in Cant. *(ed. rom. 1843. p. 115.)*, Beda II, 15. et 193., Hugo rothom. CXCII, 1141. 1255., Ioh. Scotus CXXII, 553. seqq.

3. *Dixitque* — Cod. D, Isidorus V, 262., Beda IV, 209., Wicbodus XCVI, 1117. *Dixit quoque.* Beda II, 16., Raban., Bruno astens. *Et dixit.* Remigius antiss. tacet copulam.

4. *lucem a tenebris* — In primis heic codd. C, G, H, L, N, O, P, Q praemittunt *Deus,* uti hebr., graec. (paucis exceptis apud Hol-

mes.), et reliqui vett. Praeterea sixtini scripserant *lucem ac tenebras*, prout legitur infra ad vers. 18., utrobique enim eadem verba occurrunt in hebr. et graeco; atque suffragantur codd. A 2. m., F, H, L, Bibl. Ordin., Beda II, 17., Rabanus, Angelomus luxov., Honorius august., Rupert., Godefr. CLXXIV, 396., Petrus Comest. CXCVIII, 1057. Cum itala Guibertus novig. legit *inter lucem et tenebras;* cf. Sabatier.

5. *Appellavitque* — Rursum additur *Deus* ab Alcuino I, 520., et in marg. Bibl. Rob. Steph. 1545., Beda I, 308. 580. *Et vocavit Deus*. Ex testibus a Sabatierio laudatis patet hanc lectionem e veteri itala derivatam fuisse, cui consentiunt hebr., graec. et vett.

Ibid. *mane, dies unus* — Comma interpositum post vocem *mane*, hoc loco, et item in seqq. versic. 8. 13. 19. 23. 31. Congregatio gregoriana censuerat expungendum, ad normam veterum quarumdam edd.; sed clementini editores illud retinuerunt. Pro *unus*, Miss. Moz. 447. legit *primus;* at conf. Gesenii *Thesaur.* p. 62.

7. *sub firmamento . . . super firmamentum* — Bibl. Ordin. ann. 1545. 1590. 1634. invertunt ordinem *super firmamentum . . . sub firmamento;* item quandoque Augustinus apud Sabatier.

Ibid. *Et factum* — Sixtini correctores scripserant *Factumque;* verum secunda manus priorem lectionem reposuit, quae et communior erat.

9. *Et factum* — Habent *Factumque* codd. A, C, D, F, G, H, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Beda II. 20., Rupertus, Scotus CXXII, 698., Miss. Moz. l. c., Miss. rom. in Sabb. S. (ed. vatic. 1609.).

11. *facientem semen* — Correctores sixtini primo scripserant *afferentem semen;* quae lectio occurrit in codd. K, et L 11. (ex recensione peracta an. 1574. Nam priores editt. hentenianae nil adnotarunt hoc loco), et apud Rupertum. Alii cum P, et Wicbodo XCVI, 1106. legunt *ferentem semen;* conf. Sabatier. Pro *semetipso*, Bibl. Ordin. *seipso*.

12. *facientem semen* — Rursum varia est apud nostros lectio: habent *afferentem semen* codd. A, D, F, G, K, N*; quibus accedunt non paucae edd. seculi XV, Bibl. Ordin., Hugo, Gregor. M. I, 205. cf. IV, 7., Beda II, 21. 40. IV, 212., Raban., Rupert., Bruno ast., Miss. Moz. l. c., Hildegard. CXCVII, 927., Bonavent. *(in Hexaem. serm. 16.)* Alii legunt *ferentem semen*, uti codd. C, H, O, Ioh. Scotus CXXII, 705., margo Hugonis: conf. Sabatier. Cod. N habet *proferentem semen*.

Ibid. *unumquodque sementem* — Legunt *unumquodque semen*, magis latine, correctores sixtini, codd. C, H, N, Rupertus, Scotus l. c., Miss. Moz. l. c., margo Hugonis.

13. *Et factum est* — Primo sixtini scripserant *Factumque est*, uti habent codd. A, C, D, F, G, H, R, S, Hugo, Beda II, 21. IV, 212., Rabanus, Rupertus, Bruno ast., Godefridus CLXXIV, 433., Hildegard. l. c., Miss. Moz. l. c., Miss. rom. in Sabb. S. (ed. vatic. 1609.).

14. *Dixit autem* — Beda IV, 252., Wicbodus XCVI, 1127., Martin. legion. CCVIII, 575. *Dixit etiam;* alii cum Guiberto et Bonavent. *(in Hexaem. serm. 20.) Dixit quoque.*

Ibid. *et dividant* — Sixtini *ut dividant;* item cod. H, Beda II, 22., Hugo rothom. CXCII, 1340., et hebr. להבדיל. Cf. Sabatier. et Holmes.

Ibid. *diem* — Vetus itala *inter diem*, quam lectionem praeter veteres auctores a Sabatierio excitatos, sequuntur Auctor Comp. Pasch. LIX, 548., Iulian. tolet. XCVI, 595., Agobardus CIV, 222.

Ibid. *et sint* — Miss. Moz. l. c., et Guibertus *ut sint*.

Ibid. *et dies et annos* — Angelomus *et annos et dies*. Eucher. *in dies et annos*.

15. *ut luceant* — Rursum, consentiente hebr. textu, sixtini *et luceant;* item codd. G, H, L 8, M, O, R, Hugo, Beda IV, 212., Ioh. Scotus CXXII, 710., Hugo de s. Vic. CLXXVII, 1101., Petrus Abael. CLXXVIII, 751., Hildegard. l. c.

16. *Fecitque* — Beda II, 23. IV, 253., Bruno ast. *Fecit quoque.*

Ibid. *luminaria magna* — Sixtini primo verba transposuerant legentes *magna luminaria*, uti habent codd. A, C, D, F, G, H, R, S; quibus accedunt Biblia Ordin., et post Bedam et Wicbodum quamplurimi veteres scriptores.

17. *posuit eas* — In primis heic addunt *Deus* codd. C, H, L 7, N, O, P, Q; Hugo, Bibl. Reg., et priores edd. Rob. Steph., quibus accedunt hebr., graec. et reliqui veteres. Praeterea omnino legendum videtur *posuit ea*, uti notant Houbig. et Malvenda; et ita legit cod. D 1. m., cui suffragatur Anonymus t. CXXIX, 1290. Cf. Sabatier.; Du Vence ed. 1827. In Bibl. Paris. 1837. ap. Gauthier, ad h. l. « Hebr. et LXX pro *eas*, habent *ea*, me» lius; similiterque legit Vulgata vetus; quam » cum ab Hieronymo summopere asservatam » esse certum sit, secundam lectionem repo» nere non dubitaverim. » Vereor tamen ne auctor huius notulae frustra provocaverit ad hebr. et graec.; dum potius ex contextus serie argumentari debuisset. Cod. N diserte adnotat: « Quod dicitur *eas* refertur secundum » genus ad *stellas*, sed secundum rem ad » praecedentia omnia; sicut in Psal. CV, 38. » ubi relativum *quas* secundum rem refer» tur ad filios et filias per figuram quae di» citur zeugma. » Correctores sixtini, et qui secuti sunt, saltem in nostris documentis, silent: attamen ex quibusdam schedis quas partim in Biblioth. vatic., partim in Archivo vatic. reperimus, quasque alibi dabimus, constat anno MDLXIX. die 28. Aprilis, Patres a Pio PP. V. deputatos ad correctionem Bibliorum dubios haesisse circa hanc lectionem.

18. *lucem ac tenebras* — Cod. D, et Miss. Moz. l. c. *lucem a tenebris.* Vide supra vers. 4.

19. *Et factum est* — Cod. D, et Raban. *Factumque est.* Beda II, 25. tacet copulam.

20. *Dixit etiam* — Guibert. *Dixit quoque.* Angelomus *Dixit igitur.*

Ibid. *reptile* — Rupert. *reptilia;* Cod. O monet hanc graecorum esse lectionem. Cf. Sabatier.

21. *motabilem* — Codd. A, G, Beda IV, 256., Rupert. *mutabilem.* Diserte Remigius antiss. « *Mutabilem animam* dicit animalium » ad comparationem hominis. Quia licet mor» talis sit homo ad comparationem Dei, ta» men immortalis est ad comparationem cae» terorum animalium, qua parte imaginem » Dei retinet. » Et Beda II, 26. « Nec prae» tereundum quod cum creasse diceretur Deus » *omnem animam viventem*, additum est *atque* » *motabilem* (lege *mutabilem*), ad distinctio» nem videlicet hominis, quem facturus erat » ad imaginem et similitudinem suam, ita ut » si eius praecepta servaret, perpetua vive» ret *incommutabilitate* beatus. » Eadem habet Rabanus CVII, 457. et Glossa Walafridi. Haec, ni fallor, demonstrant veteres legisse *mutabilem;* nec enim latinum est *motabilem:* unde a Forcellino inter barbaras voces reiicitur; immo neque in glossariis mediae vel infimae latinitatis reperitur. Frustra vero plures interpretes nostri illud exponunt quasi esset *natatilem*, aut *motantem.* Rectius legeres cum cod. E *mobilem*, quod idem est ac *mutabilem.*

Ibid. *produxerant* — Raban. *producturae erant.* Melior est lectio cod. L *produxerunt.* Cf. Sabatier, et laudata ed. Paris. 1837.

22. *Benedixitque eis* — Angelomus addit *Deus*, uti hebr., graec. et reliqui veteres.

Ibid. *multiplicentur* — Bibl. Compl. et Reg. *multiplicent.* Mendose, ut puto.

24. *secundum species* — Cod. B et Miss. Moz. p. 447. *iuxta species.*

25. *et iumenta* — Cod. S, Bibl. Reg., posteriores edd. Rob. Steph., et aliae quamplurimae veteres edd. tacent *et.*

Ibid. *omne reptile terrae* — Codd. F, G, cum graeco legunt *omnia reptilia terrae.* Rupert. et Miss. Moz. l. c. tacent *terrae;* conf. Holmes.

26. *Faciamus Hominem* — Oborta fortasse in Congregatione sixtina circa hunc plur. numerum quaestione grammatica, verba haec

*

non immutata, verum substrata linea tantum notata fuere, cum remissione ad fontem hebraicum, prout in margine codicis carafiani adscriptum legitur. Pluralem videlicet flexionem huius verbi נעשה, dogmaticamne, an vero tantum ad hebraicae dialecti indolem pertinentem definire noluerunt; id quod et a sequentibus Congregationibus observatum est. Profecto a s. Hieronymo pluraliter versum vix negari potest.

Ibid. *et praesit* — Miss. Moz. l. c., Bibl. Lugd. 1522. *ut praesit*.

Ibid. *et bestiis, universaeque terrae* — Codd. C, D, L, N, P, tres codd. Martianaei, Beda IV, 216., Ioh. Scotus CXXII, 751. 786. *et bestiis universaeque creaturae*. Cod. B, F 2. m., Bibl. Ven. 1480. ap. Scotum Octav., Hugo, Miss. Moz. l. c., Raban., Rupertus *et bestiis universae terrae*. Cf. De-Rossi Varr. Lectt. et Du Vence, ed. cit. Accedit Gislebert. CLIX, 1009. 1021. *et bestiis terrae*. Ex utraque lect. Bruno ast., Hildegard. CXCVII, 944. *et bestiis, universaeque creaturae terrae;* codd. L, R, S, margo Bibl. Lugd. 1550. *et bestiis terrae, universaeque creaturae*.

27. *Et creavit* — Ex veteri itala retinent *Et fecit* Isidor. V, 264., Beda IV, 257. Wicbodus XCVI, 1132., Ionas aurel. CVI, 167. Item mox pro *creavit eos* legunt *fecit eos* Isidor. l. c., et Iulian. tol. XCVI, 600.

Ibid. *ad imaginem suam: ad imaginem* — Sixtus adhaerens lectioni magis receptae edidit *ad imaginem et similitudinem suam: ad imaginem;* hanc enim lectionem exhibent pleraeque edd. vett., hententianae omnes, codd. K, N *, R, S, Miss. Moz. l. c., Isidor. VI, 12., Remig. antiss. At vero non solum correctores sixtini expungenda censuerant ea verba *et similitudinem*, sed et gregoriana Congregatio. Angelus Rocca *Opp. I, 277.* animadvertit scholam Lovaniensem unum et viginti codd. mss. antiquos absque illis vocibus protulisse; horum autem numero se alios complures addendos reperiisse. His suffragantur nostri codd. paene omnes, praesertim Bibliorum vetera Correctoria M, N, O, et sorbonicum quod secutus fuerat in suis prioribus edd. Rob. Steph.: item codd. Martianaei et Rabanus. Demum Toletus scribit: « Verba *et similitudinem* non habent graeci, » nec hebr., nec Complut., nec Reg., nec » multa mss. et impressa. Habent tamen ali- » quot impressa *(immo, ut diximus pleraque)*. » Hilarius *lib. 5. de Trin., et August. lib. 5. » sup. Gen. ad litt. c. 19. et seq.* non legit. » Basilius autem *homil. 10. Hexaem.* non so- » lum non legit, sed inquirit cur non sit di- » ctum hoc in loco *ad similitudinem*, cum » prius dixisset *faciamus hominem ad imagi- » nem et similitudinem nostram.* » Augustinus » autem *super Gen. in imperf.* non probat ra- » tionem cur non sit repetitum illud *ad si- » militudinem*, admittit tamen ea verba non » esse in hoc loco legenda, dicens in *ima- » gine* esse *similitudinem*. Ita censuit Congre- » gatio. » Cf. Brugens. et Sabatier. Huc fortasse illa verba ab imperitis exscriptoribus invecta fuerant ex vers. proxime superiori.

Ibid. *feminam* — Ita sixtini correctores et clementini, qui diphthongum ex hac voce perpetuo abiecerunt.

28. *illis Deus* — Isidor. III, 456., Beda II, 31. IV, 216., Wicbodus l. c., Rabanus, Angelomus omittunt *Deus*.

Ibid. *et ait* — Isidor. l. c., Beda IV, 216., Wicbod. l. c., Carol. M. XCVIII, 1136., Angelomus, Rupertus *dicens*, ut vetus itala apud Augustinum.

Ibid. *super terram* — Beda IV, 258., Wicbod. l. c., Rupertus *in terra*.

29. *afferentem semen* — Sixtini dubitarunt an emendanda esset vox *afferentem*, quam tamen intactam reliquerunt posteriores Congregationes. Vide supra vers. 11. et 12.

Ibid. *sementem* — Cod. A, Bruno ast., Rupertus *semen*. Conf. vers. 12.

Ibid. *ut sint* — Bibl. Compl., Reg. *ut sit;* mendose, ut reor; licet hebr. et vett. interpp. habeant verbum singularis numeri.

30. *et in quibus* — Guibertus, Godefridus CLXXIV, 477. tacent *et*, consentientibus hebr., graeco et reliquis interpp.

Ibid. *ut habeant* — Cod. M, et Correct. Paris. apud Rich. Simon. l. c. notant haec verba in hebraico textu non legi: neque occurrunt apud Rabanum et Godefridum l. c.; Beda vero II, 32. legit *ut habeatis*.

31. *Viditque* — Angelomus *Vidit*. Guibertus et Rupertus *Et vidit*. Cf. Sabatier.

Ibid. *cuncta quae fecerat* — Correctores sixtini *cuncta quae fecit*, item codd. A, B, C, D, E, H, N, O; Beda II, 33. IV, 217. 259., Wicbodus XCVI, 1135., Ionas aurel. CVI, 167., Rabanus, Angelomus, Atto verc. CXXXIV, 269., Ratherius veron. CXXXVI, 463., Miss. Moz. l. c. Concinit graecus ἐποίησε, unde Eucherius cum itala *omnia quae fecit*. Conf. Sabatier.

Ibid. *Et factum* — Beda IV, 259, Wicbodus l. c., Rupert. *Factumque*.

Cap. II, 1. *omnis ornatus* — Cod. E, Beda IV, 218. *omnes ornatus*.

2. *Complevitque Deus die septimo* — Ang. Rocca *Opp. I, p. 279.* criticam adnotationem ad h. l. hisce verbis concludit: « Editio » Bibliorum Vulgata lectionem hebraicae ve- » ritati respondentem antiquiorem suscepit, » susceptamque longo seculorum ordine con- » servavit, et ad hanc usque diem tamquam » genuinam conservat. » Et merito sane; haec enim est germana Hieronymi interpretatio, quam latini codices fere omnes, praesertim vetustiores retinent; hanc tuentur textus hebr., tres Targumim, uterque arabs, persica et graeca veneta; hanc demum meliores critici propugnant. Attamen quum Samar. textus, syr. et graeca, indeque itala versio legant *complevitque Deus die sexto;* huic lectioni suffragantur, praeter latinos patres a Sabatierio laudatos, codices B 2. m., F, G, Gregorius M. I, 1150. 1355. 1584. et Isidorus (ex Augustino) V, 265. (at idem Isidorus VI, 94. cum Vulgato facit); Cf. Wicbodus XCVI, 1136. et Hugo de s. Vict. CLXXVI, 193.; Beda II, 33. notat aliam translationem (intellige veterem italam) legere: *Consummavit Deus die sexto,* at, subdit, nostra editio de hebraicae veritatis fonte descendit; eadem sententia occurrit apud Petrum Comest. CXCVIII, 1064. Graecam lectionem non pauci viri docti amplexati sunt, qui pro eadem proferunt Iosephum Flavium, Philonem, et Abusaidae scholia (cf. Eichhorn *Biblioth. t. X, 156.),* atque provocant ad loca parallela Exod. XX, 11. XXXI, 17. coll. XXIII, 12. XXIV, 16. Verum Gesenius *(De Pentat. Samar. p. 50.)* scite animadvertit concinnatores samaritanum et alexandrinum *diem sextum* pro *septimo* supposuisse ne Deus aliquid creasse die septimo videretur. Hinc Talmudistae inter locos a graecis perperam mutatos hunc recensent. Holmesius vero profert nonnullos graecos patres, qui hebraicam veritatem sectati, legerunt ἑβδόμῃ. Si quaeris quomodo Deus septimo die opus suum absolvisse dici potuerit, haud male adhibebis veterem Aben Ezrae canonem (ad Exod. XII, 16.), quo operis absolutionem ad ipsum opus minime pertinere monet, omnisque evanescit difficultas, modo vertas: *et finem imposuit Deus operi suo die septimo;* quo fere sensu כָּלָה occurrit ad Gen. XXIV, 19. Ruth II, 23. Ierem. VIII, 23.

Ibid. *et requievit* — Addunt *Deus* codd. E, O, R, S; cf. Sabatier. et Holmes.

Ibid. *ab universo opere* — Codd. D, G, N, P, S, Bibl. Ordin., Hugo, Godefrid. CLXXIV, 483., Petrus Com. l. c., *ab omni opere*. Rupertus, Hugo rothom. CXCII, 1342. *ab omni opere suo*. Alcuinus C, 517. 520. *ab omnibus operibus suis*. Codd. F, L 2., Beda II, 34., Raban. *ab universo opere suo*. Hebr. מלאכתו, graec. ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. At quidam apud Holm. cum nostro Vulgato tacent pronomen.

3. *Et benedixit* — Cod. G, et Angelomus *Benedixitque*. Codd. B, L, Miss. Moz. p. 448., Alcuin. C, 521., Godefridus l. c. *Et benedixit Deus,* item hebr. et versiones omnes antiquae.

Ibid. *cessaverat* — Bruno ast., Godefrid. l. c. *cessavit*.

Ibid. *ab omni opere suo* — Cod. F, Bruno ast., Godefrid. l. c. *ab universo opere suo*.

4. *Istae sunt generationes* — Sixtini expunxerunt verbum *sunt*, quod non legitur in

codd. A, B, C, D, E, G, H, O, R; Eucherio, Gregor. M. IV, 9., Isidoro V, 268. VI, 171., Beda II, 32. IV, 261., Wicbodo XCVI, 1137., Iulian. tol. ib. 599., Angelomo, Remig. antiss., Guiberto, Brun. astensi, Ruperto. At illud verbum in vulgatis edd. iamdiu receptum posteriores Congregationes commode retineri posse censuerunt.

Ibid. *creata sunt* — Hanc lectionem invexerunt sixtini, eamdemque Sixtus admisit. At veteres Vulgati codd. et edd. quotquot videre licuit, itemque prisci scriptores post Gregor. M. et Isidorum hispal. legunt *creatae sunt;* Martianaeus et Vallarsius habent hodiernam lect., at nescio utrum ex veterum codd. fide. Congregatio gregoriana antiquam lect. restituere cogitabat; at sixtinam demum reliquit, quia, ut ait Angelus Rocca, *Opp. I, 280.* congruentius videtur ut in neutro, etiam femin. genus comprehendatur; idque probavit Lucas Brugens., Vatablus, et Toletus, praesertim quia graecus habet ὅτι ἐγένετο *(ex schedis adnexis cod. vatic. 6879.).*

Ibid. *Dominus Deus* — Cod. N, Eucher., Gregor. M. l. c., Beda l. c., Wicbod. l. c. (sed alias cum Vulg.), Iulian. tolet. l. c., et Bruno ast. omittunt *Deus.* E contra non pauci graeci patres, praeter August., Ambros. et vers. armenam (cf. Holm. et Sabatier.), et graecam venetam, tacent *Dominus;* his adstipulantur codd. F, S, Brev. Goth. p. 142., Isidor. l. c., Guibert., Rupert. et nonnullae edd. antiquae, quibus accesserunt posteriores Rob. Stephani. Attamen longe probabilius utrumque nomen ex hebraica veritate expressit Hieronymus; unde merito utrumque retinendum censuit Congregatio, quamvis quosdam codices alterutrum tantum habere noverit, ut Ang. Rocca in suis schedis testatur.

Ibid. *caelum et terram* — Cod. M ex hebraeo vult legi *terram et caelum.* At cod. N adnotat: « Non cures de ordine hebraei, si » latini probati non concordent; nam hunc » ordinem habent latini et graeci; » his accedunt textus Samar. et versio syriaca. Reliqui vett. textui hebr. concinunt.

5. *priusquam* — Cod. C, Isidor. V, 268., Remig. antiss., Guibert., Rupert. CLXVII, 262. rursum legunt *antequam.*

Ibid. *Dominus Deus* — Beda IV, 262., Wicbod. XCVI, 1139., Iulian. tol. ib. 599., Angelomus, Petrus Com. l. c. tacent *Deus;* it. cod. samar. 64. E contra cod. G, et vetus itala cum graeco tacent *Dominus;* at conf. Holmes.

Ibid. *super terram* — Brev. Goth. p. 142. *desuper terram.*

Ibid. *operaretur terram* — Cod. L 3., Eucher., Bruno ast., Godefrid. CLXXIV, 1006. et margo Bibl. Lugd. 1550. *operaretur eam.* Cod. E *operaretur in terra.* Conf. Holm. et Sabatier.

6. *e terra* — Legunt *de terra* codd. E, G, S, Isidor. V, 269., Eucher., Beda l. c., Wicbod. l. c., Alcuin. C, 521., Guibert., Bruno ast., Rupert. aliique cum Augustino.

Ibid. *universam superficiem* — Codd. C, E, Alcuin. l. c. *universa super faciem.* Cod. P, margo Bibl. Ordin. et Hugonis, Beda l. c., et Wicbodus l. c. *universam faciem.* Hugo rothom. CXCII, 1166. cum Augustino *omnem faciem.*

7. *Formavit igitur Dominus Deus hominem* — Eucher., Gregor. M. III, 758., Beda IV, 262., Wicbod. l. c., Rupert., Eckbert. CXCV, 31. tacent *Deus.* Isidor. IV, 1. V, 269., Iulian. tol. XCVI, 600., Alcuin. C, 1103., Angelomus et Brev. rom. in Resp. 1. in Septuag. (at conf. Resp. III. ib.) tacent *Dominus,* uti graec. et itala. Brev. Goth. l. c. tacet *igitur.*

Ibid. *inspiravit* — Atto vercell. CXXXIV, 405. *spiravit.* Beda l. c., Hincmarus CXXV, 932., Wicbod. XCVI, 1143. *insufflavit* (sed Wicbod. 1141. *flavit,* ex August.). Petrus Com. CXCVIII, 1066. « Alia translatio, in- » quit, habet *insufflavit,* vel *sufflavit.* » Conf. Sabatier.

8. *Plantaverat autem* — Brev. Goth. l. c. et Miss. Moz. p. 242. tacent *autem.* Cod. A legit *Plantaverat enim.*

Ibid. *voluptatis* — Non legitur apud Isidorum VI, 606., et Alcuin. C, 519.

Ibid. *a principio* — Guibert. *ab initio* (Hieronym. notat III, 307. Aquilam transtulisse *ab exordio*), et subdit cum Angelomo: « Non » nulli transtulerunt *contra orientem.* » Beda II, 69. et Rabanus dicunt antiquam translationem habere *ad orientem.* Miss. Moz. l. c. *ab oriente.* Conf. Wicbod. XCVI, 1145., Petrus Com. CXCVIII, 1067. et Sabatier.

9. *Dominus Deus* — Tacent *Dominus* Eucherius, Angelomus, Guibertus, Rupertus, Petrus Ven. aliique cum graeco, itala, et cod. 9. Kennicott.

10. *capita* — Cod. G *partes*, uti Augustinus.

11. *Hevilath* — Martianaeus et Vallarsius censent omnino Hieronymum scripsisse *Evilà;* at latini codd. paene omnes heic legunt *Hevilath*, aut omittunt unam, vel alteram, vel utramque adspirationem. Graec. Εὐιλάτ. Romani correctores lectionem lovaniensium hoc loco intactam dimiserunt; at alias idem nomen in Vulgata ed. clementina perpetuo effertur *Hevila*, quod respondet hebr. חוילה. Cf. Gen. X, 7. 29. XXV, 18. I Reg. XV, 7. I Paral. I, 9. 23.

Ibid. *ubi* — Beda II, 46. *ibi;* item semel Augustinus. Sed hebr. אשר שם *ubi.*

12. *ibi invenitur* — Codd., edd. et patres latini veteres magno consensu legunt *ibique invenitur*, item Sixtus. At primo sixtini, dein gregoriani encliticam abiecerunt, quam cod. A 1. m. non legebat, quamque ignorant hebr., chald., syr. et reliqui interpretes, excepto graeco; de hoc autem cf. Holmes. et Sabatier. « Legebatur *ibique* sine ulla necessitate » inquit Ang. Rocca, *Opp. I, 280.* Unde perperam ex graeco in hebraicum textum copulam inferendam contendebat Scheidius.

Ibid. *bdellium* — Biblia Reg., Rob. Steph. an. 1545. aliaeque paucae edd. habent *bdelium.* Anonymus auctor schedae in cod. vat. 6879. scribit: « *Bdellium*, lovaniens. et Sixtus » sic legunt; Toletus retinuit: sed in Vat. *(sic)* » et Plin. per unum l *bdelium.* » Revera Toletus retinuit lectionem communiorem lovaniens. et Sixti, unde editt. vaticanae anni 1592. et 1593. habent *bdellium.* At nescio cur tertia ed. vatic. an. 1598. (quam imitata est ed. Rom. 1618.) habeat *bdelium;* sed hanc lectionem iure neglexerunt caeteri typographi, praesertim quia laudata ed. an. 1598. ad Num. XI, 7. legit *bdellii*, quod respondet graeco βδέλλιον. Conf. Gesenii *Thesaur. p. 180.*

13. *fluvii secundi* — Sixtini *fluvio secundo*, uti legunt codd. A, C, D, E, F, G, R, Beda II, 46., Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupert., Hugo, Biblia Ordin.; cf. Sabatier.

Ibid. *Gehon* — Petrus Com. CXCVIII, 1068. scribit: « *Gehon*, vel *Gihon*, vel *Igion;* » alterutram ex his lectt., aut *Gion*, aut *Gyon*, aut *Geon* habent nostri codd. et edd.: postremam praetulerunt sixtini ex cod. A, hancque sequuntur plures codd. Martianaei, Biblia Roberti Steph. 1528., Regia, Beda l. c., Rabanus, Angelom., Hugo. Minutiora huiusmodi ad nominum propriorum orthographiam unice spectantia plerumque neglexerunt gregoriani et clementini correctores. Ceterum in nostra Vulg. ed. *Gehon* rursum legitur Eccli. XXIV, 37.: alibi vero *Gihon*, uti III Reg. I, 33. 38. 45. II Paral. XXXII, 30. XXXIII, 14. Hebr. גיחון, graec. Γεών.

Ibid. *circumit* — Plerique codd. cum Beda aliisque *circuit.* Utroque modo recte scribitur, at cf. Forcellini *Lexic.*

14. *fluminis* — Brev. Goth. l. c., Godefrid. CLXXIV, 149. *fluvii.*

Ibid. *fluvius autem* — Beda l. c. et Guibertus *fluvius vero.*

15. *Tulit ergo* — Cod. R, Isidor. V, 270. *Tulit igitur.* Beda IV, 270. *Attulit ergo.*

Ibid. *Dominus Deus* — Brev. Goth. l. c., Gregor. M. III, 759., Bruno ast., Rupert., Brev. rom. in IV Respons. in Septuag. tacent *Deus;* item Kennic. cod. 5. Isidorus vero et Petrus Com. ll. cc. tacent *Dominus;* sed cf. Sabatier.

Ibid. *hominem* — Beda II, 47., Rabanus, Godefrid. l. c. addunt *quem formaverat*, uti alii plures apud Sabatier.

Ibid. *in paradiso* — Sixtus et maior pars antiquarum edd. legunt *in paradisum;* item

cod. F 2. m., Gregor. M. III, 759., Breviar. Goth. l. c., Rupertus, Godefrid. l. c. At vero sixtini et gregoriani correctores, cum Bibl. Ordin., Hugone, et paene universis nostris codd., emendarunt *in paradiso:* favent graec. et vetus itala. Cf. Rocca I, 280.

Ib. *custodiret illum*—Petrus Com. CXCVIII, 1069. ait: « Quidam codices non habent *il-* » *lum,* sed *illud,* et tunc est sensus, *et custo-* » *diret,* id est consideraret opus suum. »

16. *Praecepitque* — Lucas Brugens. monet non esse legendum *Praecipitque,* uti quidam scripserant.

Ibid. *ei dicens* — Cod. G, et Guibertus *ei Deus dicens:* Wicbodus XCVI, 1148. *ei Dominus dicens:* hebr. et vett. habent utrumque nomen.

Ibid. *comede* — Cod. A 2. m., et Hincmarus CXXV, 459. *comedes.* Gregorius M. I, 1156., Haymo CXVIII, 131., Ioh. Scotus CXXII, 838. *comedite.* Taio LXXX, 888., Prudentius trecens. CXV, 1040. *edite.* Conf. Sabatier.

17. *ne comedas* — Prudent. trec. l. c. *ne comedatis.* Haymo l. c. *ne tetigeritis.* Ioh. Scot. l. c. *comedere nolite.*

Ibid. *quocumque enim die* — Bibl. Reg., aliaeque edd. nonnullae, Brev. Goth. l. c., Ioh. Scot. l. c. *quacumque enim die.* Euch., Beda IV, 270., Angelomus, Petrus Com. l. c. *quacumque die.* Beda II, 48. 206. *quocumque die.* Prudentius trec. l. c., Eckbertus CXCV, 31. *quacumque autem die.*

Ibid. *comederis* — Angelomus, Prudent. trec. l. c., Haymo l. c., Scotus l. c., Rupert. I, 278. *comederitis;* Petrus Com. l. c. monet hanc esse graecorum lectionem. Gregorius M. I, 1156., Taio l. c. *tetigeritis.*

Ibid. *morieris* — Angelom., Prudent. trec., Ioh. Scotus, Rupert. ll. cc. *moriemini.* De lectionibus huius versiculi cf. Sabatier.

18. *Dominus Deus* — Codd. F, S, Eucher., Beda IV, 271., Angelomus, Bruno ast., Eckbertus l. c., Petrus Com. l. c., Martin. legion. CCVIII, 211. legunt tantum *Deus;* Wicbodus *Dominus.* Illis consentiunt nonnulli graeci ap. Holm. et codd. 89. Kennic.; huic vero suffragantur cod. 191. Kennic. et 92. exter. deross.

Ibid. *esse hominem solum* — Sixtus de more lectionem magis receptam secutus legit *hominem esse solum,* uti habent Bibl. Reg., edd. lovan., all., codd. B, R, S, Brev. Goth. l. c., Brev. rom. Resp. V. in Sept., Ioh. Scot. CXXII, 846., Bruno ast., Rupert., Godefrid. l. c., Eckbertus CXCV, 31. Hodiernam lect. induxerunt sixtini, eamque probarunt gregoriani et clementini correctores, utpote quae nitebatur suffragio veterum codd. fere omnium, antiquiorum interpretum, et Bibl. Ordin.

Ibid. *faciamus ei* — Sixtini, cod. A, Brev. Goth. l. c. *faciamus illi.* Bibl. Plantini Antuerp. 1565. in 4°. et in 16°., et Lugd. 1569. *faciamus eius.* Quidam suspicantur Hieronymum scripsisse *faciam ei,* uti legit cod. R, et habent cum hebraeo veteres omnes, excepto graeco.

Ibid. *adiutorium simile sibi.* — Isidorus III, 456. et Ioh. Scot. l. c. tacent *sibi:* alii paene universi legunt *sui;* nempe sixtini, codd. A, C, D, E, F 2. m., G 1. m., H, O, Eucherius, Isidor. V, 270., Beda IV, 227. 271., Wicbod. XCVI, 1149., Durand. troar. CXLIX, 1393., Guibert., Rupert., Godefridus CLXXIV, 151., quidam codd. Brunonis ast., Hugo et priores edd. Rob. Steph. legunt *adiutorium simile sui:* codd. vero B, F 1. m., Angelomus *adiutorem similem sui.* Rabanus *adiutorem similem sibi.* Ex Sabatierio itala habet *adiutorium* licet graecus legat *βοηθόν.*

19. *omne enim* — Cod. B addit *nomen;* item cod. hebr. deross. 766, et arabs. Cod. G et Ioh. Scot. CXXII, 780. *omne autem.*

Ibid. *vocavit . . . viventis* — Brev. Goth. l. c. *vocaret . . . viventi.*

Ibid. *ipsum est* — Cod. E tacet *est.*

20. *Appellavitque* — Isidor. et Martin. legion. ll. cc. *Appellavit autem.* Mox tacent *universa* et *omnes;* hebraeus quoque non legit *universa;* at cf. De-Rossi *Append.*

Ibid. *nominibus suis cuncta animantia* — Brev. Goth. l. c. *cuncta animantia nominibus*

suis. Beda II, 50., Raban., Bruno ast., Godefrid. l. c. addunt *terrae*.

Ibid. *Adae vero* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, N, O, pluresque veteres scriptores *Adam vero*. Studium hebraica nomina ad proprietatem eius linguae exigendi inutile visum est Sixto V. atque clementinis correctoribus.

Ibid. *adiutor similis* — Brev. Goth. l. c., Eucherius (semel), Beda IV, 227., Bruno ast. *adiutorium simile*, ut vers. 18. et August. ap. Sabatier.

21. *Immisit ergo* — Plures edd. vett., cum posterioribus Rob. Steph. et Bibl. Reg. *Immisitque*.

Ibid. *Dominus Deus* — Gregor. M. III, 759., Wicbodus XCVI, 1151., Angelomus, Petrus Dam. CXLV, 845., Guibertus, Rupert., Martin. legion. CCVIII, 582., Brev. rom. l. c. legunt tantum *Dominus;* his accedit ed. graec. Bibl. Angeli Maii, nempe cod. vatic. reg. I., quod silere non debuisset Holmesius. Cod. S legit tantum *Deus*, ut graecus.

Ibid. *et replevit* — Isidor. V, 271., Beda II, 210. (al. cum Vulg.) *et posuit*.

22. *Dominus Deus* — Non legunt Isidor. V, 270., Bruno ast. et Rupertus.

23. *Virago* — Ang. Rocca in suis schedis scripsit: « *Vira*, non *Virago*, dicenda est; » quia *Virago* est virum agens, etc. » Bukentop. quoque p. 3. ait: « Non male diceres: » *Vocabitur vira*. Nam ut Festus Pompeius: » feminas quas nunc dicimus, antiqui *viras* » appellabant. » Plura de hac voce dabit Malvenda. Attamen iure pontificii correctores receptam vocem ab ipso Hieronymo usurpatam servarunt. Angelomus dicit: « In quibusdam » codicibus invenitur *haec vocabitur mulier*. » Nimirum ita legebatur in itala; quamquam haud desunt prisci auctores apud Sabatierium cum Vulgato facientes.

Ibid. *quoniam de viro* — Beda IV, 272., et Wicbod. l. c. *quia ex viro suo;* cod. G *quoniam de viro suo* (Conf. Sabatier.). Guibert. *quae de viro*. Bruno ast., Godefrid. CLXXIV, 34., Brev. rom. l. c. *quia de viro*.

Ibid. *sumpta est* — Brev. Goth. l. c., Bruno astens. *assumpta est;* item Ambrosius apud Sabatier.

24. *Quamobrem* — Cum Augustino legunt *Propter hoc* Alcuinus C, 522., Ratherius CXXXVI, 191., Guibert., Godefrid. l. c., Hugo de s. Vict. CLXXVI, 861., Hugo rothom. CXCII, 1289.

Ibid. *relinquet* — Cod. B et Brev. Goth. l. c. *derelinquet*.

Ibid. *patrem suum, et matrem* — Hunc locum innumeri latini scriptores proferunt, quorum alii cum itala nullum admittunt pronomen; alii cum cod. B legunt *patrem, et matrem suam;* alii cum L 7. habent *patrem suum, et matrem suam;* quibus postremis consentiunt hebr. et veteres interpretes, excepto graeco, qui Vulgato nostro adstipulatur; sed cf. Holmes.

25. *Erat autem uterque nudus* — Hanc lectionem magis communem romani correctores intactam reliquerunt, quamvis codices antiquiores meliorisque notae, ut ait Martianaeus, legant *Erant autem uterque nudi;* ita codd. H, K, N, O, cod. Orat. ap. Thomas. Opp. I, 6., Brev. Goth. l. c., Beda II, 210. IV, 228., Angelomus, Bruno ast. Codd. C, E, F 1. m. legunt *Erant autem uterque nudus*. Isidorus III, 526. *Erant ambo nudi et non confundebantur*, de qua lect. cf. Sabatier.

Ibid. *et non* — Cod. L 3. *nec*.

Cap. III, 1. *Sed et serpens* — Isidorus IV, 71., Beda IV, 276., Wicbodus XCVI, 1156. *Serpens autem*. Ex itala, ut videtur.

Ibid. *Qui dixit* — Isidor. V, 273., Beda II, 51., Rabanus *Dixit ergo*.

Ibid. *vobis Deus* — Cod. B *Dominus Deus vobis*. Cod. G, Brev. Goth. p. 142., Rupert. *vobis Dominus*.

Ibid. *ut non* — Angelomus, Paschas. radb. CXX, 195. 1392., Guibert., Rupert. *ne*.

Ibid. *de omni ligno* — Sixtus, Bibl. Reg., Lovan., aliaeque plurimae edd., Eucher., Isidor. V, 273. *ex omni ligno*. Cod. B *ex ligno*. Verum hodiernam lect. praetulerunt sixtini, gregor. et clement. ad fidem veterum codd. et Biblior. Ordin.

2. *vescimur* — Bukentopius p. 132. suspicatur Hieronymum scripsisse *vescemur*, tum quia ita legunt plurimi latini codd. apud Martianaeum, tum quia magis congruit haec lectio sacro textui, antiquisque versionibus; hinc p. 526. censet hanc probabiliorem esse versionem; item de Vence. Eidem porro suffragatur Brev. Goth. l. c., et Beda II, 51.: neque abludit cod. A qui cum Augustino et Lucifero calar. habet *edemus*.

3. *de fructu vero* — Cod. A et Eucherius *de fructu autem;* item itala ap. Sabatier.

Ibid. *tangeremus illud* — Cod. E *tangeremus illum*. Cf. Sabatier.

4. *morte moriemini* — Guibertus, Petrus cellens. CCII, 996., Balduin. cant. CCIV, 626., Martin. legion. CCVIII, 586. *moriemini;* item Lucifer calar.

5. *sicut dii* — Cod. A, Isidor. V, 274., Rabanus *ut dii*.

6. *bonum esset lignum ad vescendum* — Cod. A tacet *ad vescendum*, item Isidor. V, 274., et hebr. cod. 293. Kennicotti: Rabanus tacet *lignum*. Hi videntur declinare voluisse difficultatem huius loci in quo Vulg. cum hebr. et graeco ponit *lignum* pro ipso arboris fructu. Eademque ratione quidam vett. apud Sabatier. heic legunt *fructum ligni*. Scholion hermeneuticum ad haec verba apposuit Toletus: « Hoc dicitur non quod mulier inducta » sit praecipue appetitu gulae; sed cum ap- » peteret scire bonum et malum, esumque » vetiti cibi ad id assequendum aptum exi- » stimaret, facile comedit, nec retardata est » videns esum non esse difficilem; nam vidit » lignum bonum esse ad vescendum et aspe- » ctu delectabile. »

Ibid. *et tulit* — Legunt *tulitque* Isidorus l. c. (at VII, 254. *tulit*), Wicbod. XCVI, 1160., Guibert.

Ibid. *de fructu illius* — Cod. R, Bibl. Ordin. *de fructu eius*, item Taio LXXX, 940., Bruno ast., Rupertus. Cf. Sabatier.

Ibid. *qui comedit* — Isidor. l. c., Beda IV, 279., Wicbodus l. c., Rupertus *et comedit;* item hebr. et vett.

7. *oculi amborum* — Cod. A, Alcuin. C, 523., Remig. antiss., Petrus Com. CXCVIII, 1072., Nic. De Lira *oculi eorum*.

Ibid. *se esse* — Cod A, E, Beda II, 55., et Rabanus *esse se*.

Ibid. *folia ficus* — Isidor. V, 274., Beda III, 655. IV, 231. 279. *folia fici;* item itala, immo et Vulg. in N. T.

8. *audissent* — Gregorius M. I, 894. IV, 13. et ex eodem Wicbodus l. c. et Garner. CXCIII, 388., Beda II, 55. *audisset*. Sequitur enim *abscondit*.

Ibid. *vocem Domini* — Isidor. l. c. et Eucher. tacent *Domini*. Hinc cod. O notat hanc vocem legi in hebr., graec. et priscis latt. codd.

Ibid. *deambulantis* — Cod. E *deambulantem*, ut alii apud Holmes.

Ibid. *in paradiso* — Gregor. M. III, 759. *in paradisum*.

Ibid. *abscondit* — Cod. C 1. m., Isidorus et Wicbod. ll. cc. *absconderunt;* it. itala cum graeco.

Ibid. *et uxor eius* — Brev. Goth. l. c. cum itala *et mulier eius*.

Ibid. *a facie Domini Dei* — Isidorus et Petrus Com. ll. cc. tacent *Domini*. Wicbodus l. c. tacet *Dei*. Rursum cod. O notat utrumque nomen legendum.

Ibid. *in medio ligni* — Haymo et Garner. ll. cc. *inter ligna*. Bruno ast. *de medio* tantum.

9. *Vocavitque Dominus Deus . . . dixit ei* — Beda IV, 280. et Wicbod. l. c. *Vocavit autem Dominus . . . dixit*. Rupertus quoque tacet *ei*.

Ibid. *ubi es* — Legunt *Adam, ubi es* Eucherius, Gregor. M. I, 40. et, ex eodem, Taio LXXX, 755.; Guibertus, Bruno ast., Rupertus, Petrus Com. l. c., Brev. Goth. l. c., Brev. rom. in Respons. I. Fer. II. post Septuag.; item itala, syrus et plerique graeci codices. Sed latini codd. et reliqui interpretes cum hebr. consentiunt.

10. *Vocem tuam audivi* — Cod. S, Brev. Goth. l. c., Guibertus, quidam codd. lovaniens., edd. non paucae, inter quas postremae Rob. Steph., legunt *Vocem tuam, Domine,*

audivi. Beda IV, 280., Brev. rom. l. c. *Audivi, Domine, vocem tuam*. Conf. Sabatier. et Luc. Brugens.; Correctoria notant vocem *Domine* expungendam.

11. *Cui dixit: Quis enim* — Sixtus cum cod. S, Bibl. Reg., Lovan., aliisque plurimis edd. legit *Cui dixit Dominus: Quis enim*. Sixtini cum Eucherio expunxerant voces *Dominus*, et *enim*. Clementini demum ad fidem veterum codd. A, C, D, E, F 1. m., G, H, L 8, M, N, O, Q, R, et priorum edd. Rob. Steph., all. expunxerunt tantum vocem *Dominus;* hinc Toletus scribit: « Vox *Dominus* » heic non habetur in hebraeo, nec in grae» co, nec in aliquot mss. Ita Congregatio. » Eadem habet Rocca in suis adnott. Pro *Dominus* legunt *Deus* codd. B, F 2. m., N *, Bibl. Ordin., Angelomus. Ad graecos quod pertinet Biblia sixtina legunt ὁ Θεὸς, at multi graeci codd. et ed. Complut. silent; e contra alii codd. habent Κύριος ὁ Θεός. Beda IV, 232. et Wicbodus XCVI, 1162. *Qui dixit: Quis enim*. Cf. Sabatier.

Ibid. *ex ligno* — Haymo l. c., Guibert., Rupert., Petrus Com. CXCVIII, 1073. *de ligno*. Cf. Sabatier.

Ibid. *de quo* — Cod. B 1. m. *quae*, 2. m. *quod*. Rupert. *ex quo*.

Ibid. *praeceperam tibi* — Sixtini, codd. A, B, E, F, G, S, Brev. Goth. l. c., Beda IV, 232. 281., Wicbodus l. c., Petrus Dam. CXLV, 681., Guibertus, Bruno ast. *tibi praeceperam*. Beda II, 57. *tibi praeceptum*.

12. *Dixitque* — Cod. S, Brev. Goth. l. c. *Dixit*.

Ibid. *dedisti mihi sociam* — Sic habent quoque veteres Vulgati edd. At sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, N, Brev. Goth. l. c., Beda II, 993. *dedisti sociam mihi*. Cod. P *dedisti mihi*, item August. semel. Angelomus *dedisti sociam*.

Ibid. *dedit* — Gregor. M. I, 124. 712. IV, 15., Petrus Dam. CXLIV, 600., Garnerus CXCIII, 222. *ipsa dedit*. Cf. Sabatier.

Ibid. *de ligno* — Ivo CLXII, 565., Guillelmus de camp. CLXIII, 1069. *de fructu*. Cod. P, et Rupertus silent; item alii apud Sabatier. Cf. supra ad versic. 6.

13. *Et dixit Dominus Deus* — Cod. B, Beda IV, 281., Angelomus omittunt *Deus*; Guibertus tacet *Dominus*. Cf. Holmes. et Sabat. Pro *Et dixit*, Bibl. Ordin. *Et ait;* Brev. Goth. l. c. *Dixitque;* Cod. E *Dixit*.

Ibid. *Quae respondit* — Cod. E et Bruno ast. *Quae ait;* Angelomus *Quae respondens ait*.

14. *Dominus Deus* — Non paucae ex antiquis Vulgati edd. cum Wicbodo, Rabano et Brunone ast. habent *Dominus* tantum.

Ibid. *maledictus es* — Codd. C, E, G, S 2 m., Isidorus V, 275., Wicbodus l. c., Angelom., Remig. antiss., Bruno ast., Rupert., Tostatus abulens. legunt *maledictus eris*, ut armenus. At codd. M, N, O diserte notant veteres legere *es*, non *eris*. Itala cum hebr. et graeco *maledictus tu*.

Ibid. *super pectus tuum* — Isidor. V, 275., Wicbodus XCVI, 1163., Angelomus addunt *et ventrem;* at Angelomus (ex Hieronymo III, 309.) adnotat: « *Ventrem* Septuaginta addide» runt interpretes; ceterum in hebraeo *pectus* » tantum habetur. » Beda II, 57. scribit: « Alia » translatio: *pectore et ventre repes*. » Ita Gregorius M. I, 680. II, 61. IV, 16. Hinc codd. M, N adnotant: « LXX. addunt *et ventrem* » *tuum;* unde Gregorius super Iob exponens » LXX. ait *pectore et ventre repes*. » De his lectt. cf. Sabatier. et Holmes.

Ibid. *comedes cunctis* — Isidorus, Wicbodus ll. cc. et Angelomus *manducabis omnibus*. Cf. Sabatier.

15. *Inimicitias* — Cod. E *Inimicitiam*, ut alii ap. Sabatier.

Ibid. *semen illius* — Brev. Goth. l. c. *semen eius*.

Ibid. *ipsa conteret* — De genuina huius loci lectione eruditissimam habes dissertationem apud De-Rossi in *Append.* ad *Varias lectt. V. T. tom. IV.*, cui nuper accessit Franc. Xav. Patritius (*Disquisitio de* הוא, *Rom. 1855.*), ex quibus constare videtur tum ex quadam librariorum oscitantia ortam esse hodiernam Vulgati lectionem, tum eamdem quodammodo

*

iure servatam fuisse a romanis correctoribus, quippe quae apud latinos a multis seculis in omnibus fere codicibus propagata fuerat: ita ut longe magis incommodum videri poterat illam reformare, quam intactam praetermittere. Laudatus De-Rossi concludit hisce verbis: « Cuiuscumque ergo sit, sive interpretis, » sive, quod verosimilius, amanuensis ho- » dierna Vulgatae lectio, ea ex hebraeis grae- » cisque fontibus emendanda est, referenda- » que . . . ad ea clementinae editionis loca, » quae adhuc ad hebr. textum exigi atque Ec- » clesiae auctoritate emendari et possunt et » debent. » Haec, nostro quidem iudicio, non satis moderate dicta videntur. Nam Vulgatae latinae editionis correctores pontificii, ipsius interpretis vitia, si quae apparebant, prudentissime negaverant castiganda, quia « sacrae » Congregationi (inquiunt in *Praef. ad lect.*) » propositum non fuit novam aliquam editio- » nem cudere, vel antiquum interpretem ulla » ex parte corrigere, vel emendare; sed ipsam » veterem ac vulgatam editionem latinam a » mendis veterum librariorum, necnon pra- » varum emendationum erroribus repurga- » tam, suae pristinae integritati ac puritati, » quoad eius fieri potuit, restituere. » Hanc quidem sapientissimam normam sibi sequendam proposuerant romani correctores; qui praeterea, duce s. Hieronymo, existimabant hoc in negotio caute *vitandam esse populorum offensionem;* unde non omnia tuto emendari poterant quae viris doctis corrigenda videbantur. Igitur si ab ipso Vulgato interprete lectio nostra promanavit, profecto non erat reformanda: si vero ab amanuensibus invecta fuit (quod longe verosimilius esse fatemur), tunc inspiciendum erat an prudenter castigari mereretur. Ex hisce intelligimus Biblia Vulgata non omni ex parte quoad emendationem esse perfecta; quin tamen inde aliquid adversus summam eorumdem auctotatem dignitatemque erui queat. Quae enim in iis supersunt lectiones minus castigatae, neque destitutae sunt omni critico fundamento; neque sensum in rebus gravioris momenti afficiunt, aut saltem nil a sana doctrina alienum exprimunt. Et re quidem vera, quod ad praesentem lectionem *(ipsa conteret)* pertinet, hanc servant bini codices hebraici (Patritius tres codd. enumerat), praeter alios quinque dubios; servat et graecus anonymus in hexaplis Montfauconii, et Onkelos in uno cod. derossiano; accedunt latini codices mss. superstites, cuiuscumque aetatis, fere omnes; ex patribus Augustinus, Ambrosius, Gregorius M. aliique latini scriptores serioris aetatis innumeri. Cf. Faustinus Areval. *Proleg. in Prudentii Opp. cap. X.*, Passaglia *De Immac. Concept. part. 2. pag. 930. et seqq.* et auctores ab hoc laudati. Ad sensum vero quod spectat, adnotandum est utramque lectionem ad eamdem significationem revocari posse; sive enim dicas *Ipse* (mulieris filius) conteret caput serpentis; sive *Ipsa* (mulier per illum filium) conteret caput serpentis, eadem redit sententia. Hinc Rupertus tuit. sub fine Comm. in Nahum, et Raban. in h. l. utramque lectionem exponunt atque interpretantur. Quamobrem Bellarminus ait *non esse contra Vulgatam editionem si convincatur* priorem lect. esse praeferendam. *De verbo Dei, l. II, c. 12.* Plura autem sunt argumenta quae illam longe probabiliorem reddunt. Nos, reliquis praetermissis, pauca quae ex latinis documentis eruere potuimus proferemus. Legunt *ipse conteret* codd. D 1. m. (ut videtur), E, H, L 2, Q. « Nec dubito, inquit De-Rossi, alios suf- » fragaturos, si nova et accuratior in h. l. fiat » latinorum codd. collatio. » At vero praeclare monet Lucas Brugensis, duo exemplaria prolata a Lovaniensibus pro hac lectione, eadem esse ac illa quae excitaverat Robertus Steph. in edit. Bibl. an. 1540., nempe cod. s. Germani oblongum, et Correctorium Sorbonicum: nondum autem constat utrum istud Correctorium hanc lectionem ex hebraeo, an ex latinis codd. protulerit. Lindanus *De Opt. gen. interpret., Colon. 1558. fol. 127.*, post memoratos duos codd. Stephani subdit: *suffragantur 4 Lovanienses.* At vehementer dubito de his codd., tum quia constat Lindanum in

laudato opere saepius errasse in variis proferendis lectt., tum maxime quia illos quatuor codd. quos dicit Lovanienses, certissime ignoravit Hentenius qui anno 1547. primus edidit Biblia Lovaniensia; itemque Lucas Brugens. qui anno 1574. quamplurimis collatis codd., summa sedulitate eadem Biblia auxit et locupletavit: immo idem Brugens. in praeclarissimis suis Notationibus editis anno 1580. et 1583. diserte testatur neque ab Hentenio, neque a se ullum repertum fuisse codicem qui hoc loco a vulgata editione recederet. Hactenus de codicibus. Praeter edd. hentenianas et stephanicas posteriores, hanc ipsam lectionem in margine exhibent aliae nonnullae, uti Antuerp. 1542., Lugd. 1551. et 1556. Aliae quaedam veteres edd. cum Isidoro Clario habent *ipsum* vel in textu, uti Ven. 1533. et Lugd. 1535., vel in margine, uti Antuerp. 1537., Ven. 1538., Lugd. 1550., 1567., et Paris. 1566. Ignoramus utrum haec lectio ex codicum fide, quod affirmare videtur Lippomanus, derivata sit. Ad Patres quod spectat plerique ex illis qui aperte italam versionem usurpabant legunt *ipse:* « Vetus itala, inquit » De-Rossi, seu primigenia, puriora et anti- » quiora eius exemplaria legebant procul du- » bio *ipse*, non *ipsa* ut ex Augustini operibus » ac testimoniis edidit Sabatierius. » Haec verba perperam accepta fuere a p. Passaglia *Op. cit. pag. 929.*, qui dum asserit se iis obsequi non posse, eamdem omnino sequitur sententiam. Ex reliquis autem patribus qui fere vulgatam nostram editionem secuti sunt, non pauci habent vel exponunt *ipse*, nempe Eucherius, Isidorus V, 276. (licet Arevalus ibidem scripserit *ipsa*, unde falsus est Passaglia Op. cit. p. 933.), Beda II, 214. IV, 233. (at II, 58. videtur legisse *ipsa*, si tamen ibi habemus genuinum Bedae opus), Hildefonsus tolet. XCVI, 114. (licet editores supposuerint *ipsa*), Wicbodus XCVI, 1164., Rabanus CVII, 496., Rupertus tuit. I, 305. 327., Hugo de s. Vict. CLXXV, 43., Martinus legion. (iterum perperam editores) CCVIII, 911. Fortasse huc trahi possunt Alcuinus C, 524., et Angelomus CXV, 142. Pro hac lectione p. Passaglia l. c. profert Remigium antiss.; at Remigius legit *ipsa* tum in Comm. ad h. l., tum in Comm. ad Psal. IV., XXXV., XLVIII., et C.; neque ex Comm. in Psal. XVI. alia lectio adstrui posse videtur: profert et Anonymum adv. Iudaeos, qui tamen CCXIII, 759. diserte ait: « Nos latini legimus *ipsa*, » sed melius habetur in hebraico *ipse*. » Denique romani correctores sub Pio V. P. M. quum adnotassent hebr. legere *ipsum*, Hieronymum, graecum et duos codd. Lovan. legere *ipse*, reliquos omnes latinos codd. in recepta lectione consentire, hanc censuerunt retinendam; de qua nil reperi dubitatum dein fuisse a sixtinis, gregorianis et clementinis correctoribus.

Ibid. *calcaneo* — Codd. D, E *calcaneum*, item itala, quae tamen pro *insidiaberis* legit *servabis*, vel *observabis*.

16. *dixit* — Quidam uti codd. R, S, addebant *Deus*, quod in cod. O reiicitur. Conf. Sabatier.

Ibid. *filios* — Cod. S, Beda II, 58. et Rupertus addunt *tuos*, quod cod. O respuit. Cf. Sabatier.

Ibid. *dominabitur tui* — Cod. E, Eucherius, Prudent. trec. CXV, 1040. (non item 1223.), et nonnullae edd. antiquae, ut Lugd. 1513., 1522. *dominabitur tibi;* it. Ambros.

17. *Adae vero* — Sixtini et codd. A, E *Ad Adam vero*. Volentibus enim nomen huiusmodi indeclinabiliter efferre, signum aliquod, ut casus obliquus indicaretur necessarium erat. Utraque lectio suos habet apud Sabatierium auctores.

Ibid. *uxoris tuae* — Cod. E, Beda IV, 233., Angelomus *mulieris tuae*, quod italam sapit. Cod. F, Gregorius M. in Respons. III, 759., Wicbodus l. c., Prudentius trec. l. c., Paschas. radb. CXX, 1647. addunt (uti Auctor l. de Promiss. ap. Sabatier.) *plusquam me;* Bruno astens. *plusquam meam;* Berno augiens. CXLII, 1154. agens de Responsorio, in quo haec verba occurrunt, vult legi *plusquam meae*, et ita habet Bernardus CLXXXII, 95.

CLXXXIII, 688., sed praemittit *Pro eo quod obedisti voci uxoris tuae.*

Ibid. *ex quo*—Eucher., Paschas. radb. l. c., Bruno ast., Rupert. I, 295. cum itala *de quo.*

Ibid. *ne comederes* — Cod. A *ut non comederes;* ut vers. 1. Quaedam vett. edd. legunt *dicens ne comederes,* uti Lugd. 1535; item hebr.

Ibid. *in opere tuo* — Hebraicus textus hodiernus legit בעבורך *propter te;* et Hieronymus III, 310. legisse videtur בעבודך *in opere tuo;* quam lect. exhibet hebr. cod. deross. 900., eique suffragantur LXX., Symmachus et Theodotio. Cf. Montfauc. *Hexapl. t. I. p.* 658.

Ibid. *comedes ex ea* — Sixtini *comedes eam* uti codd. A, B, C, D, E, H, M, N, O, R, Bibl. Ord., Hugo, Beda II, 59. IV, 167. 282., Wicbod. l. c., Guibert., Petrus venerab. CLXXXIX, 571. Cf. Sabatier.

18. *herbam* — Hanc lect. sixtini et gregoriani praetulerunt; quam hebraeo et graeco consentaneam existimarunt; quamque et veteres quidam latt. cum Martianaeo exhibent. At Sixtus antiquarum edd. consensum secutus edidit *herbas,* cui praeterea consentiunt codd. B, C, D, E, F, G, R, S, Brev. Goth. p. 143., Beda, Rabanus, Wicbodus, Haymo, Florus Diac., aliique plures sequioris aetatis. Hinc Toletus anceps haerebat: nil tamen post gregorianos immutatum fuit.

19. *pane* — Legunt *panem* codd. D, G, O, et unus reg. apud Martianaeum. At vero quum vetus itala ex graeco haberet *pane tuo,* hanc lectionem innumeri scriptores restaurarunt, hanc, teste Martianaeo, retinent et plures codd. recentiores (e nostris F 2. m., R, S), plurimaeque edd., adeoque Sixtus eamdem servavit. Ex scriptoribus, Eucherius, Luculentius LXXII, 806., Gregor. M. III, 759. (item Brev. rom. in Respons. II. fer. II. post Septuag.), Beda II, 35. IV, 233., Amalarius CV, 1165., Rabanus, Haymo l. c., Prudentius trec. CXV, 1040. 1223., Paschas. radb. CXX, 299. 489., Abbo CXXXII, 765., Ratherius veron. CXXXVI, 179., Odilo clun. CXLII, 1007., Guibertus, ut reliquos plures qui ab ineunte seculo XII. floruerunt, praetermittam. Attamen sixtini et gregoriani ad fidem veterum codd. A, B, C, D, E, F 1. m., G, H, L 8., Q, pronomen abiecerunt, quod neque in Bibl. Ordin., Reg., prioribus Rob. Stephani, neque in sacro textu (excepto uno cod. derossiano), neque in antiquis interpretibus, praeter graecum, legitur.

Ibid. *pulvis es, et in pulverem reverteris* — Hanc sententiam ex veteri versione latina saepius excitant Patres inferioris quoque aetatis hisce verbis: *terra es, et in terram ibis;* sic Gregor. M., Beda, Wicbodus, Alcuinus, Rabanus, Angelomus, Haymo, Paschas. radb., Ioh. Scotus, Hincmarus, Lanfrancus cant., Hugo rothom., Richard. de s. Vict., Petrus Com., aliique. Cf. Sabatier.

20. *uxoris* — Codd. B, F *uxori.*

Ibid. *Heva* — In Bibl. Ordin., Reg. aliisque exemplaribus tum edd., tum mss. scribitur *Eva* absque adspiratione; sed perperam. Alii cum Codd. F, N *, S *Evam,* vel cum Brev. Goth. l. c. *Hevam.* Cod. A cum hebraeo *Hava.*

Ibid. *mater esset* — Wicbod. XCVI, 1166. et Rabanus *mater sit.*

Ibid. *cunctorum* — Wicbod. l. c., et Guibertus cum itala, *omnium.* Bruno astens. legit *multorum,* et subdit: « Non enim *cunctorum* » viventium, sed solummodo mater hominum » est Eva. » Idem fortasse intendebant Onkelos et Ionathanus dum interpretabantur *omnium filiorum hominum;* item persa et arabs qui reddunt *omnis viventis rationalis.* Cf. Comm. Marianae in h. l.

21. *Adae* — Sixtini *Adam,* item codd. A, C, H, O, Thomas. Opp. I, 6., Beda IV, 233., Wicbod. l. c.; item saepius Augustinus. Cf. supra ad vers. 17. Cod. D *ad Adam.*

Ibid. *pelliceas* — Codd. A, C, F, G, N, O, aliique legunt *pellicias;* cod. M notat: « Ra» banus et antiqui habent *pellicias,* sed mo» derni communiter dicunt *pelliceas.* » Cf. Lex. Forcellini.

22. *Et ait* — Ita Angelus Rocca, seu gregoriani; nam Sixtus *et ait.*

Ibid. *quasi unus ex nobis factus est* — Sixti-

ni cum codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, Bibl. Ordin., Hugone, Brev. Goth. l. c., Isidoro VI, 12., Beda II, 60. 212. IV, 234., Alcuino C, 525., Rabano, Angelomo, Ioh. Scoto CXXII, 860., Petro Com. l. c. *factus est quasi unus ex nobis*. Itala *factus est tamquam unus ex nobis*.

Ibid. *nunc ergo* — Cod. R 2. m. Eucherius, Beda IV, 284., Wicbodus l. c. addunt *videte* (Cf. Rupertus I, 315. 339.). Bruno astens. legit *videte ergo*. Gregorius M. III, 759., Brev. rom. in VIII. Respons. in Septuag., Angelomus legunt tantum *videte*. Nicolaus De Lira scribit: « *Videte* non est de textu hebr., sed » subintelligitur : . . . Translatio vero nostra » expressit, quod in hebraeo omittitur vel sub- » intelligitur. » At, reiecto illo additamento, Hugo a s. Charo agnovit huius loci aposiopesim.

23. *Et emisit* — Particulam *Et* omittunt codd. A, C, D, G, N, N*, Brev. Goth. l. c., Beda II, 61. IV, 234., Rabanus, Rupertus et plurimae edd., proindeque Sixtus cum Lovaniens. illam tacet. At iure eadem restituta fuit suffragantibus codd. B, E, F, H, L 4., Q, prioribus edd. Roberti Steph. et sacro textu antiquisque interpp. Hinc Toletus scribit: « *Et* » non habent Reg., nec Complut., nec Ordin., » aliquot de impressis non legunt: tamen ha- » betur in hebraeo et graeco ac mss. Ita cen- » suit Congregatio; » nempe gregoriana; nam sixtini correctores nil adnotarunt. Codd. O, R, S 2. m., Eucherius legunt *Emisitque*.

Ibid. *Dominus Deus* — Codd. B, G, Beda II, 61., Bruno ast., Petrus Com. CXCVIII, 1075. tacent *Deus*. At recte cod. O monet utrumque nomen legendum.

24. *Cherubim* — Codd. A, C, quibus accedunt nonnullae edd., legunt *Cherubin*. Hanc lectionem iure damnat cod. O in quo adnotatum est: « *Cherubim* semper per *m*. » Vide quae de hac voce adnotavimus infra ad Exod. XXV, 18.

Ibid. *et flammeum* — Wicbodus l. c. et Gualterus CCIX, 437. tacent *et*. Isidorus VI, 607. *habentem flammeum*; sed cf. Hieronym. III, 310.

Cap. IV, 1. *uxorem suam Hevam* — Sixtini *Hevam uxorem suam*, uti codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, codd. Thomas. Opp. I, 6. 12., Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. p. 143., Eucher., Isidor. V, 277., Beda II, 63., Raban., Angelom., Guibertus, Bruno ast., Rupertus. Nomen *Hevam* desideratur in cod. B, Petro Com. CXCVIII, 1076., et in tribus codd. graec. holmesianis.

Ibid. *per Deum* — Sixtini, codd. A, B, L, Q, Brev. Goth. l. c., Biblia Reg., priores edd. Rob, Steph. *per Dominum*, item hebr. את יהוה. At vero Sixtus servare maluit lectionem Bibl. Ordin. et Lovanien., cui suffragantur alii codd., et edd.; itemque vetus itala cum graeco; immo ipsemet Hieronymus III, 310.; eamdemque porro retinuere qui sequuti sunt correctores, licet gregoriani, uti ex schedis Angeli Rocca apparet, haesitaverint.

2. *Rursumque* — Sixtini *Rursusque*. Minutiores quoque huiusmodi correctiones non ex ipsorum ingenio sed ex codd. protulerunt; de quibus tamen non est cur solliciti simus. Cod. E addit *concepit et*.

4. *obtulit* — Verbum tacent cod. B, et Guibertus.

Ibid. *gregis sui* — Cod. G tacet *sui*; item Ionathanus et quidam graeci. Rupertus IV, 593. *ovium gregis sui*.

Ibid. *respexit Dominus ad* — Cod. A tacet *ad*. Eucher., Florus Diac. CXIX, 57., Gregorius I, 711. IV, 18. (sed alibi cum Vulg.), Petrus Com. l. c., *respexit Deus ad*. Itala cum graeco habet *Deus*, item Hieronym. l. c.; omnesque interpretes in Hexaplis; sed hebr. יהוה.

5. *Ad Cain vero* — Sixtus cum Lovaniens. aliisque edd. et codd. B, G, S *Ad Cain autem;* item Gregor. M. I, 711. II, 1029. (sed cf. II, 46.), et ex ipso Taio LXXX, 843. 915. et Ionas aurel. CVI, 200., Haymo CXVIII, 132. Cf. Sabatier. Hodiernam lect. praetulerunt sixtini et gregoriani; hinc Toletus: « In » Bibl. Reg. et Complut. habetur *autem;* in Or- » din. *vero*. Particula ו, et graeca δέ utrum- » que significat. Sensui accomodatior est *vero*. » Ita censuit Congregatio, et legunt mss. » Et

Angelus Rocca I, 281. ait: « In hunc modum » in Bibliis omnibus mss. quae vidi reperitur. »

Ibid. *munera illius* — Codd. E, R *munera eius ;* concinunt Eucherius, Gregor. M. I, 711., Beda IV, 285., Rabanus, Angelomus, Haymo l. c., Guibertus, Bruno ast., Rupert., Petrus Com. l. c. et Conc. Aquisgr. an. 816. ed. Hard. IV, 1116, 1412. Cf. Sabatier.

6. *iratus es* — Cod. A *moestus es.* Itala *tristis factus es.* Graec. περίλυπος ἐγένου (Alius in Hex. ἐλύπησε) ad utramque notionem trahi potest ; idem dicendum de hebr. חרה לך (Cf. Gesenii *Thesaur. p.518.*). Aquila vero et Symmachus, apud Holmes., cum Vulgato faciunt.

7. *sin autem* — Codd. A, G et Brev. Goth. l. c. *si autem.*

Ibid. *in foribus peccatum aderit?* — Sixtus cum codd. R, S, Lovaniens. aliisq. edd. legit *in foribus peccatum tuum aderit?* item Brev. Goth. l. c., Eucherius, Gregorius M. I, 118. IV, 18. (alibi saepius hunc locum habet ex itala), Beda II, 64. 217., Alcuinus I, 525., Rabanus, Angelomus. At vero pronomen expunxerunt sixtini et gregoriani, quod in priscis codd. et multis edd. omittitur, quodque expresse in tribus Correctoriis Vaticanis et in Sorbonico abiicitur. Hinc Toletus : « *Tuum* » non habent hebr., nec Complut., nec Reg., » nec Ordinar., nec aliquot mss. et impressa. » Habent tamen aliquot alia impressa, quia » subintelligitur, ut constat ex Septuaginta ; » nam pro *peccatum aderit,* legunt *peccasti ?* » *(Quiesce.)* Congregatio censuit auferendum. » In paraphrasi chaldaica ponitur *tuum* de- » clarandi causa. Ambros. *l. de Incarnat.* » *Dom. sacr. c. 2.* legit cum Septuaginta ; » Hieronymus autem in *Quaest. hebr.* dicit in » hebraeo legi : *peccatum tuum sedebit.* » Cf. Rocca I, 281. Bibl. Ordin. et Petrus Com. l. c. *peccatum in foribus aderit.* Cod. F 1. m. *in foribus peccatum erit.* Castigandus est Bukentop. qui p. 384. negat illud pronomen legi in chaldaica paraphrasi ; omnes enim Targumim illud legunt. Ad patres quod spectat, praeter laudatos a Sabatierio, italam huius loci versionem, post Isidorum et Bedam, etiam sequiori aetate quamplures auctores excitant.

Ibid. *appetitus eius* — Alcuin. l. c. et Angelomus *appetitus tuus;* his favet Philastrius apud Sabat.

8. *Egrediamur foras* — Quum Hieronymus III, 312. adnotasset haec verba in Samaritano et graeco superabundare, eius auctoritate commoti quidam auctores eadem expunxere ; cf. Rabanus, Hugo de s. Charo et Magdalius Gaudensis. Cod. M notat : « Dixit » (Cain) ea quae Dominus ei dixerat. Unde » superfluit quod sequitur *Egrediamur foras;* » nec hebr., nec Septuaginta habent, sed usus » (Rosenmullerus legit *nullus*) obtinuit. » Eadem nota habetur in Correctorio Norimbergensi cuius specimen dedit Doederlein, et inde Rosenmullerus. Quod ibi dicitur de graeco nescio utrum ex mendo ortum sit, an ex eo quod nonnulli graeci codices haec verba obelo subnotarunt. Cf. De-Rossi *Varr. Lectt. in h. l.* Rich. Simonius et Gabr. Fabricy testantur in Correctorio parisiensi dominiciano legi: « *Egrediamur foras.* Hieronymus dicit hoc su- » perfluum in nostris codicibus et Samarita- » nis ; nec est in hebraeis. » At vero cod. N habet sequens scholion : « *Egrediamur foras.* » Hieronymus : Superfluum est quod additum » est *transeamus in campum.* Haec enim erat » tunc littera antequam transferret Hierony- » mus ; non illa, quae supra posita est iuxta » omnes. » Correctores pontificii sub Pio V. unanimi sententia censuerunt eadem verba esse retinenda ; itemque gregoriani ; et merito quidem : longe enim probabilius est eadem ab ipso Hieronymo profecta esse, tum quia, uti animadvertit Martianaeus, Vulgati verba hoc loco omnino differunt ab itala, quae habet *Transeamus* (vel *Eamus*) *in campum;* tum quia, uti iamdiu adnotaverat Bessarion *(In illud Ioh. XXI, 22.),* licet haec in hebraico desiderentur, tamen in omnibus latinis codd. leguntur. At probare nequeo quod Vallarsius addit, nempe Hieronymum hanc pericopam retinuisse ex Aquila ; cur enim non potius ex alexandrinis interpretibus? Nam graecum

scholion ab Holmesio in *App. ad Gen.* prolatum declarat Aquilam cum hebraeo consentire; idque confirmatur ex priori scholio a Montfauconio in *Hexapl.* edito, quo docemur ex graecis interpp. nonnisi alexandrinos haec verba habuisse. Ex his porro castiganda videntur, ni fallor, verba alterius scholii apud Montfauconium, atque legendum καὶ οὐ περὶ Ακύλαν ἔδειξεν, pro eo quod impressum fuit καὶ οἱ περὶ Ακύλαν ἔδειξαν. Conf. De-Rossi l. c., Lucae Brugens. *Notationes*, Scharfenbergius *Animad. ad fragm. graec. vers.* et Gesen. *De Pentat. Samar. p. 62.* Pro *foras* cod. E legit *foris;* Beda II, 65. *in agrum;* Eucherius et Petrus Com. l. c. utrumque, nempe *foras in agrum.*

Ibid. *adversus fratrem suum Abel* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. p. 143., Beda II, 65., Raban., Bruno ast., Rupert. legunt *adversus Abel fratrem suum.* Idem ordo in hebr. et graeco.

Ibid. *interfecit* — Cod. E *interficit;* Haymo CXVIII, 132. et Rupertus *occidit;* conf. Sabatier.

9. *Abel* — Isidorus V, 279. et Bruno ast. tacent; it. alii apud Sabatier.

Ibid. *Num custos* — Sixtus cum antiquis Vulgati edd. et codd. E, F, G, N*, R, S, aliisque mss. apud Martianaeum et Vallarsium habet *Numquid custos;* huic lectioni suffragantur Brev. Goth. l. c., Brev. rom. in IX. Respons. in Septuag., Gregorius M. III, 759., Beda IV, 287., Angelomus, Haymo l. c., Paschas. rabd. CXX, 1196., Remigius antiss., Odo cluniac. CXXXIII, 530. 539., Petrus Dam. CXLV, 481., Guibert., Bruno ast., Rupert. II, 264.; itemque itala. Hodiernam lectionem intulerunt primo sixtini, dein gregoriani, consentientibus antiquioribus codd. A, B, C, D, H, O, N. Toletus adnotat: « In he» braeo nulla est particula, sed interrogatio » sola, quae vim habet negandi, sic: *Custos* » *sum ego fratris mei?* In graeco est particula » μὴ, id est *num;* aut *numquid.* Complut., » Reg., Ordin., et impressa multa legunt » *Numquid;* item Augustin. *lib. 12. contra* » *Faust. c. 10.* Congregatio censuit legendum » *Num,* quod idem significat. »

Ibid. *sum ego* — Sixtini, consentientibus codd. A, C, D, H, R, Bibl. Ordin., Hug., Beda II, 66., Angelomo, Haymone l. c., Ruperto l. c., abiecerunt pronomen *ego;* item Hieronym. I, 161. Cod. E et Bruno astens. legunt *ego sum.* Cf. Sabatier.

10. *ad eum* — Cod. E addit *Dominus.* Cf. Sabatier. Item graecus et syrus.

Ibid. *vox* — Gregor. M. III, 759., Beda IV, 286.; Angelom., Haymo l. c., Paschas CXX, 1088., Remig. antiss., Petrus Dam. CXLIV, 322. et Brev. rom. l. c. legunt *ecce vox;* item nonnulli apud Sabatier.

11. *Nunc igitur* — Codd. C, D, N, O, Prudentius trec. CXV, 1224., Guibert., Bruno astens., Rupert. *Nunc ergo.* Isidorus V, 279. cum August. *Et nunc.*

Ibid. *super terram* — Isidorus l. c., Eucherius *a terra,* uti Ambros. et Augustin. Hebr. מִן הָאֲדָמָה, graec. ἀπὸ τῆς γῆς, sed conf. Holmes.

12. *fueris eam* — Beda II, 218. tacet pronomen. Codd. F, S, Isidor. V, 280., Rupertus II, 832. *fueris terram;* item hebr., graec. et reliqui vett.

Ibid. *dabit tibi* — Codd. F, S, priores edd. Rob. Steph., Biblia Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Prudent. trec. CXV, 1223. 1224., Guibert., Rupertus tacent pronomen *tibi;* item Basilius ap. Holm.

Ibid. *super terram* — Codd. K, N * 1. m., (margo R) S, et Brev. Goth. l. c. addunt *omnibus diebus vitae tuae;* eadem habent Nicolaus de Lira et Alfonsus Tostatus. Cod. N monet haec verba non esse addenda nec legi in hebr. et in antiquis codd. latinis. Cod. M notat eadem neque apud Rabanum, aut Augustinum, aut Isidorum legi: denique cod. O animadvertit eadem in hebraeo, in graeco, in antiquis et in Glossa non exstare. Quum autem in liturgia verba huius versiculi necterentur cum iis quae leguntur III, 17. (Conf. Gregor. M. III, 759., et Brev. rom. in II. Respons. in feria II. post Septuag.), fieri po-

tuit ut inde huc transiret hoc additamentum.

14. *Ecce eiicis*—Cod. B *Ecce eiecisti*. Cod. G *Ecce eiicies*. Beda IV, 287. *Ecce reiicis*. Brev. Goth. l. c. *Si eiicies;* item latini quidam Patres et graeci codd. ap. Holmes.; cf. Sabatier.

Ibid. *a facie terrae, et a facie tua*—Eucherius, Beda II, 67., Freculphus CVI, 922. *a facie tua, et a facie terrae.*

Ibid. *et ero*—Cod. B *et ego*.

Ibid. *in terra*—Cod. B, Hieronym. I, 162., Eucherius, Freculphus l. c. *super terram;* item itala ex graeco.

Ibid. *omnis igitur*—Isidor. V, 281., Raban. *igitur omnis*. Eucher. *et erit omnis;* hebr. והיה כל, graec. καὶ ἔσται πᾶς, item Hieron. l. c.; Bruno ast. tacet *igitur*. Cf. Sabatier.

15. *ei Dominus*—Brev. Goth. l. c., Petrus Com. CXCVIII, 1078. *ei Deus;* graecus habet utrumque nomen. Cod. F tacet *ei*, ut quatuor codd. Kennic. et arabs.

Ibid. *ita fiet*—Cod. E *ita fiat*. Codd. C, S, Hugo *fiet ita*.

Ibid. *septuplum*—Codd. B, E *in septuplum*.

Ibid. *Dominus Cain signum*—Antiquas Vulgati edd. de more secutus est Sixtus legens *Dominus in Cain signum;* hanc lectionem exhibent cod. S, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Isidorus V, 282., Rabanus, Hugo a s. Vict., all. Eidem lectioni accedunt qui habent *Dominus signum in Cain*, uti cod. R, et cod. Urbinas apud Vallars., Remig. antiss., Guibertus, Bruno ast., Petrus Com. l. c.; item cod. I, qui legit *in Cain Deus signum* (Beda quoque in locis mox proferendis habet *Deus;* graecus utrumque nomen). Ab his porro recedunt alii legentes *Dominus Cain in signum*, nimirum codd. C, D, G, aliique plures apud Martianaeum; item Beda II, 72, 219. (cf. 68.), et Rupertus, qui praeterea scribit: « Notan» dum quod non dictum sit *signum in Cain* » . . . sed *Cain in signum*, id est quasi si» gnum. » At vero mendosam esse hanc postremam lectionem, quae habet *in signum*, nobis pro comperto est: nullum enim in sacro textu, vel in antiquis interpretibus habet praesidium; apud latinos quoque nonnisi post octavum seculum invecta videtur; neque umquam omnes latinorum codices occupavit; immo plures saniorem lectionem custodierunt: qui vel particulam *in* ante *Cain* exhibentes legunt *in Cain signum*, uti habent testes superius excitati: vel cum hodierna Vulgati editione illam particulam omnino abiiciunt. Hanc autem hodiernam lectionem nobis tradiderunt sixtini atque gregoriani correctores, quibus adstipulantur antiquiores codd. A, B, E, F, H, cod. Goth. Legionens., margo Bibl. Ordin., plurimique ex priscis patribus. Eumdem, ut videtur, sensum intendebant tum qui vim dativi casus לקין, τῷ Καΐν exprimebant per *in Cain*, tum qui legebant *Cain* sine ulla particula; probabilius tamen nobis videtur Hieronymum pro sua consuetudine hanc postremam lectionem usurpasse; alteram vero ex itala, quod alibi saepe factum videmus, in quibusdam nostris codd. irrepsisse; praesertim quia nonnullis (uti Vallarsio et cuidam ex sixtinis correctoribus) ea magis perspicua videbatur textuique proprior. E contra scholiastes in cod. O adnotavit *Cain* heic esse dativi casus, adeoque perperam modernos librarios praemittere *in*. Angelus Rocca I, 282. addit gregorianos correctores, ne iudaicis fabulis locus daretur, voculam *in* expungendam censuisse. Ceterum longe aliter hunc locum exponere nituntur Gesen. in *Thesauro p. 1325.* et Maurer. in *Comm. in V. T.*

Ibid. *interficeret eum*—Legunt *eum interficeret* codd. A, C, D, E, F, G, H, R, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Isidorus l. c., Beda II, 68., Rabanus, Prudent. trec. CXV, 1224., Remigius antiss., Guibert., Bruno ast.

16. *Egressusque . . . habitavit*—Cod. E, Rupertus *Egressusque est . . . et habitavit;* Isidorus V, 282., Rabanus *Exiit ergo . . . et habitavit*. Italam supple apud Sabatier. ex Beda II, 219. *Exivit ergo a facie Dei et habitavit.*

Ibid. *profugus in terra*—Legunt *in terra profugus* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, M, S, Bibl. Ordin., Hugo, Beda l. c., Angelom., Bruno ast., Rupertus.

17. *uxorem suam* — Cod. E tacet pronomen.

Ibid. *peperit* — Cod. B addit *filium nomine.*

Ibid. *Henoch* — Non pauci vett. mss. et edd. scribunt *Enoch,* quod habetur et in Vulg. ad I Paral. V, 3. et in epist. Iudae v. 14.; sed hebr. חנוך adspirationem requirit.

Ibid. *vocavitque* — Plures vett. edd. cum Brev. Goth. l. c., Freculpho et Rabano *et vocavit.*

18. *Maviael* — Cod. B *Manuiahel;* alii plures *Maviahel.* Singularis est nota in cod. M, ubi dicitur legendum *Ma-u-ia-el,* quod sonat *quis est Dominus Deus,* et subauditur *sicut.* Sed hebr. legit מחויאל, dissentiunt tamen codd. samaritani; in graeco nomen corruptum est.

19. *duas uxores* — Sixtini *uxores duas,* item codd. A, C, D, E, F, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Eucher., Beda II, 73., Rabanus, Angelom., Rupertus.

Ibid. *alteri* — Isidor. V, 283. cum Augustino *secundae.*

20. *Iabel* — Codd. H, N *Iabal,* ut hebr. יָבָל; Eucher. *Iobal;* Augustin. cum graeco *Iobel.*

21. *Iubal* — Cod. B *Iobal.* Cod. C *Iubab.* Codd. R, S, Bibl. Ordin., Rupert., Hugo a s. Vict. CLXXVI, 724., Petrus Com. l. c. aliique legunt *Tubal,* vel *Thubal.* Haec autem lectio diserte reiicitur in codd. M et N, quorum primus addit: « Hebr., Raban., et anti- » qui *Iubal:* hebraeus tamen sonat *u* pro *b;* » et dicitur *Iuval,* vel *Iaval.* » His concinit Correctorium Paris. apud Richard. Simon.

Ibid. *cithara* — Codd. R, S *in cithara;* sed cod. O notat particulam *in* non esse apponendam.

22. *Tubalcain* — Cod. F *Tubal;* Augustinus cum graeco *Thobel.*

Ibid. *et faber* — Beda II, 74. tacet *et;* item graecus.

23. *Dixitque* — Eucher., Freculphus CVI, 928. *Dixit quoque.*

Ibid. *vocem meam* — Isidor. V, 283. *verba mea;* item Hieronym. apud Sabatier.

Ibid. *sermonem meum* — Bruno ast. cum graeco *sermones meos.*

Ibid. *livorem meum* — Codd. F, G, Bibl. Ord., Hugo, Isidorus l. c., Beda IV, 290., Raban., Angelomus, Rupertus II, 264. legunt *livore meo.* Cf. Sabatier.

24. *Septuplum* — Isidorus l. c., Aldhemus LXXXIX, 166., Bruno ast., Rupert. legunt *Septies,* sic habet itala.

Ibid. *ultio dabitur* — Cod. E tacet *dabitur.* Isidor. et Aldhemus ll. cc. *vindicabitur.* Conf. Sabatier. Alcuin. C, 526. *vindicetur.* Cod. S *dabitur ultio.*

Ibid. *vero* — Isidorus l. c., Rabanus tacent

25. *Cognovit quoque adhuc Adam* — Beda II, 76. *Cognovitque adhuc Adam.* Angelom. *Cognovit autem Adam.* Cod. G, Eucher., Rabanus, Rupert., Petrus Com. l. c. *Cognovit quoque Adam adhuc.* Vallarsius mendose adnotavit vulgatam ed. omittere *adhuc.*

Ibid. *et peperit* — Beda IV, 290., Freculphus CVI, 924. *quae concepit et peperit;* accedit itala ex graeco, et syrus, et cod. 18. Kennicotti. Angelomus *quae concepit.*

Ibid. *nomen eius* — Cod. F, Eucherius, Raban. *nomen illius;* item Augustinus.

26. *natus est* — Cod. E tacet *est.*

Ibid. *iste coepit invocare nomen Domini* — Beda IV, 290. *hic coepit invocare nomen Domini Dei.* Angelomus inquit: « Quidam trans- » tulerunt: *Tunc initium fuit invocandi nomen* » *Domini.* » Et ita habent Isidorus III, 318. (al. cum Vulg.) et Rabanus; nempe ex Hieronymo III, 312. Itala cum graeco: *Hic speravit invocare nomen Domini Dei.* Videtur legisse הוֹחֵל ac derivasse ab יחל.

Cap. V, 1. *Adam* — Quidam cum Beda IV, 291. legunt *Adae.* Cf. nota ad Gen. III, 17. 21.

Ibid. *ad similitudinem* — Codd. F, P, Bibl Complut. et Reg., margo Ordin. *ad imaginem;* item Augustinus; graecus κατ' εἰκόνα; accedit cod. Kennic. 125. Utrumque nomen connectunt codd. M, N * 1. m., R, S; sed codd. N et O monent legendum esse tantum *ad similitudinem;* hebr. enim legit בדמות; at cod. Kennic. 125. בצלם.

Ibid. *fecit illum* — Cod. A *fecit eum.*

2. *creavit eos* — Cod. Goth. Legionens., Eucher., Ioh. Scotus CXXII, 846. *fecit eos;* item Hieronym. III, 313. ex graeco.

*

Ibid. *Adam* — Cod. B *Adam et Eva.* At male, inquit Mariana.

Ibid. *in die quo* — Plures codd., Bibl. Reg. aliaeque plures edd. cum Brev. Goth. p. 148., Rabano, Angelomo, Brunone ast. *in die qua;* et ita legunt omnes in proxime superiori versiculo.

3. *triginta* — Duos codd. profert Vallarsius III, 313. legentes *viginti*, sed mendose.

Ibid. *annis* — Cod. E *annos.*

Ibid. *et genuit* — Sixtus cum Lovan. aliisque fere omnibus edd. antiquis addit *filium;* item codd. G, R, S, Brev. Goth. l. c., Eucher. et Rupertus; his accedunt arabica et georgica versio; Houbigantius contendit necessarium esse hoc supplementum. Verum sixtini et gregoriani illam vocem expunxerunt; nec enim legitur in antiquioribus mss. A, B, C, D, E, F, H, L 8., P, Q, immo codd. M, N, O monent in priscis codicibus non legi: Rabanus aliique plures vocem illam ignorant; quam Steuchus Eugub. adnotavit redundare; neque illam admisit Robertus Steph. in sua ed. anno 1532. Demum Toletus scribit: « *Filium* le» gunt Reg., Complut., Ordin., et multa im» pressa. Tamen non habetur in hebr.; nec » in graeco, nec in mss. quibusdam apud Lo» vanienses. Congregatio censuit auferendum. » Subauditur tamen. » Fusius de hac re scribit Rocca *Opp. I, 282.*

Ibid. *ad imaginem et similitudinem* — Ordine inverso legunt *ad similitudinem et imaginem* sixtini, codd. A, D, E, F, G, L 5., M, N, O, R, Bibl. Ordin., Hugo, priores edd. Roberti Steph., Beda II, 78., Rabanus, Rupertus; his accedunt hebr. et graec.

4. *dies* — Cod. E *omnes dies;* item quatuor codd. graeci holmesiani et cod. 109. Kennic.

Ibid. *genuitque* — Beda II, 79. cum Augustino *et genuit.*

5. *anni nongenti triginta* — Cod. E, Brev. Goth. l. c., Angelomus *nongenti triginta anni.*

6. *annis* — Sixtini, codd. A, E, F, Rabanus *annos.*

7. *Vixitque* — Cod. G, Brev. Goth. l. c. *Vixit quoque.*

Ibid. *annis* — Cod. A 1. m. *annos.*

8. *Et facti sunt* — Eucher. cum Augustino *Et fuerunt.*

9. *Vixit vero* — Angelomus *Vixit quoque.*

Ibid. *nonaginta* — Cod. G *octuaginta*, mendose; ita tamen legit cod. 61. holmesianus.

10. *octingentis quindecim* — Cod. Goth. Legion. *DCCCC quindecim;* item quatuor codd. holmesiani. In cod. E abrasum est *quindecim.*

11. *Factique* — Cod. B, et Goth. Legion. *Facti.*

Ibid. *nongenti quinque anni* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, Goth. Legion., Bibl. Ordin., Hugo, Angelomus *nongentorum quinque annorum.* Dubitarunt gregoriani an reassumenda esset huiusmodi correctio, at dein neglexerunt.

12. *Vixit quoque* — Bibl. Ordin. *Vixitque.*

Ibid. *septuaginta* — Beda II, 80. *octoginta,* ut cod. 106. Holmes.

Ibid. *Malaleel* — Veteres passim scribebant *Malalehel*, et sic habent plures mss. et edd. Cod. B *Maallehel;* hebr. מהללאל.

13. *octingentis quadraginta annis* — Sixtini cum codd. A, E *octingentos quadraginta annos.*

15. *annis* — Codd. A, E, et sixtini *annos.*

Ibid. *Iared* — Codd. A, F, G, Beda I, 288. *Iareth;* item quidam graeci holmesiani.

16. *et filias* — Cod. F *ac filias.*

18. *Vixitque* — Brev. Goth. l. c. *Vixit quoque.*

19. *octingentis annis* — Codd. A, E, F 1. m. et sixtini *octingentos annos;* rursum subdubitaverant gregoriani, ut supra v. 11.

21. *annis* — Eucher. *annos.*

Ib. *Mathusalam* — Sixtini *Mathusala.* Cod. N monet hebr., graec., et antiquos latinos legere semper *Mathusala* absque ulla nominis inflexione. Cf. infra ad versic. 27. Codd. G, N * habent semper *Mathusalem*, excepto v. 27., et ita legunt Bibl. Reg. aliaeque edd., Brev. Goth. p. 149., Eucher., Beda I, 288. all. Eadem lectionis varietas occurrit verss. 22. 25. 26.

22. *Et ambulavit Henoch cum Deo: et vixit,*

postquam genuit — Veteres Vulgati edd. quotquot vidimus legunt *Et ambulavit Henoch cum Deo. Et vixit Henoch postquam genuit.* His concinunt codd. B (sed pro *Deo* legit *Domino*, cum Beda II, 221.), C, D, F (sed isti tres codd. tacent *et*, ante *vixit*), G (sed legit *vixit autem*), N *, R, S; Brev. Goth. l. c. Hanc vero lectionem restituerant gregoriani. Nam Sixtus V, praetermissis verbis *Et ambulavit Henoch cum Deo*, legit tantum *Et vixit Henoch postquam genuit.* Bukentopius p. 384. censuit per meram typographi oscitantiam in sixtina editione verba illa excidisse, quae in omnibus Vulgati libris leguntur. Angelus Rocca *I, 283.* suspicari videtur Sixtum consulto eadem expunxisse hoc loco, quia rursum occurrunt in sequenti versiculo 24.; attamen pluribus demonstrare nititur non sine magna caussa a Mose repetita fuisse. Toletus ait: « In textu (Sixti V.) tolluntur verba *Et ambulavit Henoch cum Deo*, quae omnino sunt » de Textu, et habentur in omnibus codicibus hebraicis, graecis, mss. et impressis; » et ab antiquis doctoribus exponuntur. Sunt » igitur restituenda. » Restituta igitur fuit a clementinis veterum edd. lectio, quam et gregoriani, ut diximus, instauraverant. At nobis non constat utrum fortuito, vel data opera nomen *Henoch*, quod veteres iterabant post *vixit*, in clementina ed. exciderit. Conferri tamen potest cod. E, in quo singularis haec est lectio *Et ambulavit Henoch cum Deo postquam genuit Mathusalam vixit* etc. Huic lect. adstipulari videtur Beda II, 80.; at vero perpendenda sunt ea quae ibidem subdit: « Non » autem ita dictum est quia post natum Mathusalem ambulaverit Enoch cum Deo trecentis annis, quasi non etiam ante nativitatem » eius divinis obtemperaverit iussis; sed hac » potius sententia simpliciter indicatur, quia » non amplius quam trecentis annis post ortum Mathusalam in hac vita Deo bonis actibus servierit. » Item Freculphus CVI, 926. animadvertit: « Enoch genuit Mathusalam, et » post haec annos trecentos ambulavit cum » Deo. » Et Ado vienn. CXXIII, 25. « Enoch » annorum sexaginta quinque genuit Mathusalem, post cuius ortum ambulavit cum Deo » trecentis annis. » Ex his enim mire illustratur altera quaestio quae oritur ex lectione quam secuti sunt sixtini. Nam hi, reiectis verbis *et vixit Henoch*, legebant tantum *Et ambulavit Henoch cum Deo postquam genuit;* quibus adstipulantur codd. A, H, N, ac praeterea hebraeus textus, et veteres interpretes. In tanta latinorum codd. discrepantia difficile est aliquid definire, praesertim cum hoc loco omnino desideretur veteris italae lectio. Attamen valde suspicor duplicem eiusdem verbi interpretationem, aut interpretationis vestigium, Vulgatum heic exhibere. Etenim *ambulavit cum Deo* nil aliud significat quam *sancte vixit.* Hinc fortasse vindicanda foret lectio qua Sixtus et sixtini alterutrum membrum expunxerant, nisi validiora essent documenta quibus fulciuntur. Graeci codices easdem fere varietates praeseferunt. Nam sixtina graeca ed. et plurimi codd. cum sixtinis, hebraeo textu et reliquis interpretibus faciunt: verum duo de viginti codd. holmesiani, ed. Complut. et nuperrima cl. Cardinalis Maii, versio armena et slavonica cum hodierna ed. Vulgati, utramque interpretationem admittunt: e contra tres codd. holmesiani, quibus nuper accessit cod. evulgatus a cl. Tischendorfio *(Monum. Sacra inedita, Lipsiae 1857. tom. II, pag. 192.)*, legunt tantum *et vixit Henoch*, uti habet Vulgatus in ed. Sixti V.

24. *cum Deo* — Cod. B *cum Domino;* item alii apud Thomas. I, 3., et Euseb. ap. Holmes.

Ibid. *apparuit* — Cod. M notat: « Hebraeus » non habet *apparuit.* » At in cod. N legitur: « Non est bona notula quae dicit quod hebraeus non habet *apparuit;* habet enim *et* » *non fuit*, videlicet *super*, sicut Gen. XLII, » 13. 36. Eccli. XLIV, 20. » Gregor. turon. LXXI, 164. legit *comparuit.*

Ibid. *tulit eum Deus* — Codd. B, G *tulit eum Dominus.* Cod. S *tulit illum Dominus.* Brev. Goth. l. c., Raban. V, 33. *tulit illum Deus.* Gregor. turon. l. c. *Deus tulit eum.* Cod. E *abstulit eum Deus.*

25. *Mathusala* — Codd. A, C, E, F *Mathusalam;* item vers. seq. Concinunt Bibl. Ordin., Hugo, Freculph. CVI, 928.

Ibid. *septem* — Mendose apud Eucher. *sex.*

Ibid. *annis* — Sixtini, codd. A, E, Rabanus *annos.*

26. *septingentis octoginta duobus annis* — Sixtini, codd. A, G, Eucherius, et, ex Hieronymo III, 314., Braulio LXXX, 694., Beda IV, 291., Rabanus, Angelomus, Ado vienn. CXXIII, 25. *septingentos octoginta duos annos.* At Freculph. l. c. qui eadem ex Hieronymo recitat, legit *annis.* Cod. E *septingentos octoginta annos.*

27. *Mathusala* — Veteres Vulgati edd. vel legebant *Mathusalem,* vel *Mathusalae,* hanc postremam lect. habent plerique codices. Sixtini pro omnibus casibus censuerant legendum *Mathusala;* sed, annotante Angelo Rocca l. c., dein ad amphibologiam vitandam romani correctores pro accus. casu posuere *Mathusalam,* uti supra vers. 21. dictum est. At Vulgatus I Paral. I, 3. Luc. III, 37. habet *Mathusale* pro casu nomin. et genit.

Ibid. *sexaginta* — Brev. Goth. l. c. *septuaginta.* Mendose profecto; omnes enim consentiunt hebr., graeci et latini Mathusalam vixisse nongentos sexaginta novem annos. Huc facit quaestio quam *famosam* dicit Hieronymus *(Quaest. hebr. in Gen. V, 25), famosissimam* Augustinus *(de civ. Dei, XV, 11.),* quamque uterque doctor perspicue solvit ex hebraicorum codd. fide, quibus consentit Vulgatus noster; unde demonstratur Mathusalam diluvio praemortuum, non vero superstitem, quod graeci contendebant, fuisse. Luculentissima Hieronymi verba descripta quoque leguntur apud Eucherium L, 924., Braulionem LXXX, 694., Bedam IV, 291., Freculphum CVI, 928., Rabanum CVII, 511., Angelomum CXV, 154., Adonem vienn. CXXIII, 25. Unde miror cl. Card. Maium in notis ad *Chron. Euseb. ed. Mediol. pag. 56.,* et *Scriptt. vett. t. VIII. p. 57.* contrariam plane sententiam Hieronymo adscripsisse.

28. *Vixit autem* — Cod. E *Vixitque.*

29. *ab operibus et laboribus* — Cod. E, Rupertus tacent *et laboribus;* item Hieronymus III, 314., et, ex Vallarsii mendo, ut videtur, in Veronensi ed. IX, 28.; nam editio Martianaei ibidem cum Vulg. consentit.

Ibid. *Dominus* — Codd. E, G, *Deus.* Itala cum graec. utrumque nomen habet.

30. *quingentis . . . annis* — Sixtini, codd. A, E, F 1. m. *quingentos . . . annos.* Cod. S 2. m. legit *quingentis septuaginta quinque annis.*

31. *septem* — Cod. E legit *et septem.*

Ibid. *Noe vero* — Nonnulli vett. codd. ab hisce verbis incipiunt caput VI.

Ibid. *Sem, Cham* — Codd. A, D *Sem et Cham;* cf. Beda II, 82.; item quidam codd. hebr. et samar. ap. De-Rossi, Ionath., syr., arabs et persa. Mendose in hoc versiculo Biblia vaticana ann. 1592. et 1593., et edd. rom. ann. 1765. et 1768. habent *Cam,* nam in eisdem edd. alias recte impressum fuit *Cham.* Cod. A legit perpetuo *Ham.* Qua de re cod. M adnotat: « Septuaginta non va» lentes *heth* litteram, (חם) quae duplicem » adspirationem sonat, in graecum transferre, » *chi* graecam litteram addiderunt, (Χὰμ) ut » ostenderent huiusmodi adspirari debere. » Concinit Corrector. Lipsiense ap. Carpzovium *(Crit. Sacr. part. 2. c. VI. §. 2.).*

Ibid. *Iapheth* — Ita hoc nomen esse scribendum monet cod. N; nam minus recte quidam habent cum Bibl. Reg. *Iaphet.* Sixti quoque editio ex typographi mendo ita legit ad IX, 23.

Cap. VI, 1. *et filias* — Codd. B, F, R, Raban., Bruno ast. *et filios.* Cod. O notat antiquos legere *et filias.*

Ibid. *procreassent, Videntes* — Sixtus *procreassent: videntes;* orthographiam immutavit Ang. Rocca.

2. *hominum* — Codd. B, F, Beda II, 82. *eorum.*

Ibid. *sibi uxores* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, R, Bibl. Ordin., Hugo, Raban., Rupert. *uxores sibi.* Eucherius tacet pronomen.

3. *Deus* — Codd. E, L, Bibl. Reg., plures edd. Rob. Steph., all. *Dominus.* Graeci utrumque nomen legunt; cf. Hieronym. III, 314.

Ibid. *permanebit* — Etsi Hieronymus, in *Quaest. hebr. in Gen.*, cum Symmacho ex hebraeo interpretetur *iudicabit*, tamen Vallarsius et Calmetus censent ipsum in sua demum versione, reliquos interpretes secutum, hebraicum verbum reddidisse *permanebit*; quod quidem probatur et Gesenio in *Thesaur. p. 327.*

Ibid. *in homine . . . caro est* — Itala legebat *in hominibus . . . caro sunt*. Cod. M notat hanc esse graecorum lectionem; hanc tamen, praeter veteres a Sabatierio excitatos, sequuntur Gregor. M. I, 466., Smaragd. CII, 394., Florus Diac. CXIX, 196., Rupertus, Garner. CXCIII, 210., Gerhohus CXCIV, 1118.; immo ipsemet Hieronymus l. c. ex hebraeo interpretatur . . . *caro sunt*.

Ibid. *dies illius* — Cod. B, Miss. Moz. p. 448. *dies vitae illius*. Cod. M, Eucher., Bruno ast. *dies eius*. Beda II, 221. *dies illorum*. Cf. Sabatier.

4. *sunt potentes* — Verbum *sunt* non legitur in codd. B, E; illudque expunxerant sixtini.

Ibid. *viri famosi* — Codd. R, S, Bibl. Ordin. *et viri famosi*. Cod. O notat expungendum *et*.

5. *Deus* — Biblia Reg., pleraque Rob. Steph., all. edd. habent *Dominus*, item Rupertus, et hebr. At Freculph. CVI, 929. cum itala et graeco *Dominus Deus*.

Ibid. *cordis* — Guibertus *cordis eorum*; Florus Diac. CXIX, 171. *cordis humani*, ut cod. Kennic. 18.

6. *in terra* — Rupert. *super terram*; item Hard. ed. Concil. IV, 876. 1318., itala ex graeco, et Aquila. Heic fere omnes vett. Vulgati edd. addunt *Et praecavens in futurum*; item codd. B, C, D 2. m., F, G, O, R, cod. Goth. Legion., Beda II, 225., Petrus Dam. CXLV, 597., Rupertus in h. l. et CLXIX, 90. 1263., Hugo a s. Vict. CLXXV, 46., Miss. rom. in Sab. S. (ed. vatic. 1609.), Nicol. de Lira, Dionysius Carth., Alfonsus Tostatus. (Cod. K addit *et percutiens in terram*). Eadem addunt, sed post verbum *intrinsecus*, codd. I, S, cod. corbeiens. apud Martianaeum (ad calcem *t. I. Opp. s. Hieronym.*), Comes s. Hieronymi dictus, Humbertus CXLIII, 1015., Guibertus. Eadem habet, sed ante verbum *poenituit*, Bruno ast. Quamvis vero hoc additamentum fere universa latinorum exemplaria occupasset; tamen iure meritoque a sixtinis et ceteris romanis correctoribus explosum est. Abest enim a codd. A, D 1. m., E, H, L 2., a Bibl. Complut., Reg., Isidori Clarii; neque hebraeus textus, aut ullus veterum interpretum illud legit. Quaedam veteres Vulgati edd. illud habent obelo confixum. Ang. Rocca in suis schedis testatur: « Haec verba sunt deleta a prima et secunda » Congregatione, quia duo mss. non habent, » nec Reg., nec Rabanus, nec hebr., nec grae» cus; et videntur esse marginalia. » Et revera a quodam sciolo e margine in textum invecta fuisse probat fusius idem Rocca in suis editis adnotat. p. 284. Si Bedam excipias (de quo tamen dubitare possumus; tum quia ea praetermittit II, 84., tum quia plura sub eius nomine spuria adhuc latent, quae criticam manum requirunt) nemo ante seculum IX. verba illa adscititia agnovisse videtur.

7. *hominem, quem* — Cod. Goth. Legion. *omnem carnem, quam*.

Ibid. *volucres* — Cod. B *volucrem*.

Ibid. *fecisse eos* — Florus Diac. l. c. *fecisse ea*.

8. *Domino* — Legunt *Deo* codd. D 2. m., N, O, S, Bibl. Ord., Hugo, priores edd. Rob. Steph., Remig. antiss., Guibertus, Rupertus. Cod. N monet alios codd. habere *Domino*; cod. O notat hebr. legere *Domino*, graecos vero et latinos *Deo*. Verum graecus utrumque nomen ponit.

9. *Hae sunt* — Verbum *sunt* expungunt codd. B, C, D, F, H, O, Hugo, Beda II, 85., Angelom., Guibertus.

Ibid. *Noe vir* — Solemni mendo editores Brunonis ast. ponunt *Noe vero*.

Ibid. *in generationibus suis . . . ambulavit* — Beda IV, 293., Hugo de s. Vict. CLXXVI, 725. *in generatione sua . . . ambulabat*. Conf. Hieron. *Quaest. hebr. in Gen.*

10. *Cham, et Iapheth* — Sixtini, cod. A, et graecus non legunt copulam.

11. *terra* — Hugo *omnis terra;* hanc ipsam lect. respuit cod. M.

Ibid. *coram Deo* — Veteres edd. non paucae, codd. N *, S, Bruno ast. *coram Domino*. Cod. O monet legendum esse *coram Deo*.

13. *a facie* — Tacent Greg. M. III, 760., Bruno ast., Brev. rom. I Respon. in Sexag.; item duo codd. Kennic.

14. *laevigatis* — Obscuram vocem גפר, quae hoc tantum loco occurrit, Hieronym. l. c. interpretatus est de lignis *bituminatis*, quod Gesenio non displicuit. Cf. *Thesaur. p. 300*. Ceterum de Vulgati lectione, quae et ipsa hieronymiana est, cf. Mazochii *Spicil. Bibl. I, 48*. Vetus itala, ex graeco, *quadratis*. Hanc lectionem non solum veteres, de quibus Sabatierius, sed post Isidorum et Rabanum noverunt et recentiores; Beda quoque II, 87. « Pro lignis *laevigatis*, ait, antiqua translatio » ligna *quadrata* posuit. » Praeterea Beda II, 222. et Isidor. V, 286. memorant alterius interpretis versionem quae habet *non putrescentibus;* de qua conf. Holmes. et Montfauc. *Hexapla*.

Ibid. *in arca* — Cod. N * 1. m., Bibl. Ordin. *in ea;* item Brev. rom. l. c., vetus itala, et nonnulli graeci codd. holmesiani. Codd. M, N, O monent legendum *in arca*.

15. *quinquaginta* — Mendose legit *sexaginta* Gregorius M. I, 1349.; cf. nota Maurin. ad tom. IV, 21.

16. *in arca* — Cod. P, Bibl. Ordin., Hugo *in ea*.

Ibid. *summitatem eius* — Codd. A, B, Eucherius omittunt pronomen *eius;* quod in sacro textu ita exprimitur ut non ad fenestram, sed ad arcam referri debeat.

Ibid. *ex latere* — Quaedam vett. edd. cum Bibl. Reg., et cod. R legunt *in latere*. Nullam post hanc vocem habent interpunctionem codd. F, G, R, S, pleraeque edd. vett., Beda II, 89., Angelomus, Rupertus, all.; hanc enim periodum claudunt post vocem *deorsum,* quae immediate sequitur. Attamen melior est Vulgati interpunctio, in quo haec vox ita accipienda est, ut infimum arcae tabulatum denotet. Cf. Nicol. de Lira.

17. *aquas diluvii* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, Hugo, Beda II, 91., Prudent. trec. CXV, 1219. 1224., Guibertus *diluvii aquas*.

Ibid. *ut interficiam* — Codd. B, N *, R, Bibl. Rob. Steph. 1532. *et interficiam;* sed codd. N, O notant hebraeum et veteres legere *ut*.

Ibid. *subter* — Bibl. Ordin. *subtus*.

Ibid. *caelum: Universa* — Sixtus cum Bibl. Lovan. et antiquis edd., Miss. rom. (in Sabb. S., ed. vat. 1609.) et codd. G, N *, R, S legunt *caelum, et universa:* plerique latini libri, teste Bukentopio p. 384., ita legunt. At cod. N notat hebraeum et veteres codd. non interponere particulam *et;* et revera non interponitur in nostris codd. A, B, C, D, F, H. Hinc sixtini et gregoriani illam expunxerunt; et Toletus scribit: « Particulam *et* habent graeca, » Complut., Reg., Ordin. et aliquot impressa: » tamen in hebraeo non legitur, nec in mss. » Rocca I, 284. addit censoribus hoc in loco minus opportunam, aut saltem non necessariam visam fuisse. Exstat tamen in duobus codd. Kennic.

18. *uxor tua* — Cod. R, Miss. Moz. l. c., Eckbert. CXCV, 33. *et uxor tua*. Item hebr., graec. et rell.

Ibid. *tuorum tecum* — Cod. B et Bibl. Lugd. 1569. omittunt *tecum;* item septem codd. holmesiani.

19. *universae carnis* — Margo Bibl. Ordin. testatur alios legere *universae terrae*.

20. *de iumentis* — Idem margo notat alios legere *de omnibus iumentis*, uti habetur in graeco. Concinit latina versio samaritani textus in polyglottis londin., sed contra fidem ipsius textus samaritani.

21. *mandi* — Sixtini, cod. A, Beda II, 91. *manducari*.

Ibid. *comportabis* — Cod. B *portabis*.

Ibid. *in cibum* — Ita sixtini ad fidem antiquorum omnium codd., Biblior. Ordin., priorum edd. Rob. Steph. all.: nam Bibl. Reg.,

Lovan., aliaeque plures edd. legunt *in escam*. Cf. Rocca l. c. et Lucas Brugens.

22. *Fecit igitur* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, Beda II, 93., Guibert., Bruno ast. *Fecit ergo*.

Ibid. *illi Deus* — Cod. A *illi Dominus;* graecus habet utrumque nomen, sed multi codd. holmesiani cum Vulgato faciunt.

Cap. VII, 1. *in arcam* — Cod. A, et quaedam exemplaria Bedae II, 93. tacent *in*.

2. *tolle* — Auctor schedae, quae exstat in cod. vatic. 6879. adnotat omnia Biblia impressa ante Sixtum V. habere *tolles;* sixtinos correctores (quod ex nostro cod. Carafiano confirmatur) fecisse *tolle*, inspecto fortasse graeco εἰσάγαγε, gregorianos demum et Toletum intactam reliquisse sixtinam lectionem. Angelus Rocca I, 284. addit hanc probatam fuisse etiam ex forma initio huius capitis posita *ingredere tu*. Nobis constat romanam correctionem ex antiquissimis codd. derivatam fuisse; nam vetustiores nostri eamdem admittunt: ex antiquis edd. plures hanc lect. in marg. exhibent; immo in textum recipitur in Bibl. Lugd. 1535.

Ibid. *septena et septena* — Sixtini, codd. A, B, F, expungunt copulam; item Beda II, 93., hebr., graec. et reliqui vett. At legit Hilarius apud Sabatier.

Ibid. *immundis* — Codd. A, C, F, H, O, S, *non mundis;* immo cod. O monet ita legere hebr., graec. et veteres latinos codd.; quibus accedunt Eucherius, Beda l. c., Guibertus.

Ibid. *duo et duo* — Rursum sixtini, codd. A, B et graec. copulam abiiciunt; item textus samaritanus; hebr. enim legit tantum שנים.

3. *septena et septena* — Heic quoque sixtini, cod. A, Beda l. c., hebr. et reliqui copulam tacent. Romani correctores sub Pio V. dubitaverant an hoc loco assumendum esset additamentum quod habent graeci, nempe *et de immundis duo et duo;* verum re maturius explorata illud reiecerunt.

Ibid. *salvetur* — Codd. N *, R legunt *salvent* (graecus διαθρέψαι); at codd. M, N, O notant antiquos legere *salvetur*.

5. *Noe omnia, quae* — Cod. D tacet *Noe*. Cod. F, Guibertus habent *Noe omnia quaecumque;* item Augustinus.

Ibid. *mandaverat ei Dominus* — Sixtini, cod. A *praeceperat Dominus illi*. Bruno ast. *praecepit Deus;* conf. vers. 9. et 16. Legunt quoque *Deus* cod. G, codd. Thomasii (Opp. V, 339.). Graeci utrumque nomen inserunt. At cod. O notat nil immutandum in vulgata lectione.

7. *uxor eius* — Cod. S praemittit *et*, uti hebr., graec. et rell.

Ibid. *et uxores filiorum eius* — Codd. A, G pro *eius*, habent *illius*. Sixtini primo scripserant *et tres uxores filiorum eius;* mox illud *tres* deleverunt remittentes ad vers. 13. quo revera pertinet. Gregoriani rursum voculam illam addiderant, quam demum recte abiecerunt clementini, ex quibus Toletus scribit: « Congregatio *(gregoriana)* legit *et tres uxores* » *filiorum eius;* sed *tres* hoc loco non habe» tur in hebr., graeco, Compl., Reg., Ordin., » Lovan., nec in mss.; et ideo delendum. » Eadem fere habet Rocca tum in suis schedis, tum in editis adnotationibus, I, 284.

Ibid. *aquas* — Cod. S, Hincmarus CXXV, 666. CXXVI, 164. *aquam*.

8. *volucribus* — Quidam addebant *caeli*, uti codd. F 2. m., R, S, et unus cod. holmesianus: unde cod. O notat hanc vocem esse expungendam.

Ibid. *et ex omni* — Cod. B tacet *et:* e contra cod. M monet non esse praetermittendum.

9. *ingressa* — Bibl. Reg., Ven. 1476. *ingressi;* item cod. G, sed hic permiscens verba ex vers. 15, legit *ingressi sunt ad Noe in arcam in qua erat spiritus vitae*.

Ibid. *praeceperat Dominus* — Sixtini, codd. B, C, D, H, Q, Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph. 1532., Hugo *praeceperat Deus;* hebr. אלהים. At cod. Kennic. 155., textus samar., chald. legunt יהוה *Dominus*. Graeci habent Θεός, sed quidam codd. holmes. utrumque nomen coniungunt. cf. Eichhorn *Repert.* V, 5.

10. *super terram* — Codd. A, B tacent *super;* it. Liturgia edita in Patrol. LXXII, 194

11. *septimodecimo* — Biblia Paris. 1566. *decimoseptimo*. Hanc lectionem expresse reprobant codd. N, O.

12. *facta est pluvia* — Cod. F addit *magna*. Prudent. trec. CXV, 1224., Guibertus *factae sunt pluviae*.

13. *et Sem* — Cod. F, Bibl. Ordin., Miss. rom. in Sabb. s. (ed. vatic. 1609.) tacent copulam; item samarit., graecus et duo codd. Kennic.

Ibid. *et Cham* — Rursus tacent copulam cod. E, Miss. rom. l. c., graecus, samaritanus text. et cod. Kennic. 155.

Ibid. *uxor illius* — Particulam *et* praemittunt cod. S, codd. Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph., Lovan., Bruno ast. et Beda II, 95., quorum postremus legit *et uxor eius;* concinunt hebr. et graecus. Latinos codd. fere omnes antiquiores, aliasque edd. non paucas secuti sunt sixtini et reliqui correctores romani, qui coniunctionis particulam neglexerunt. Cf. vers. 7.

Ibid. *et tres uxores* — Sixtus V., codd. B, C, D, G, pleraeque edd. Rob. Steph., Lovan., all. antiquiores, Bruno ast., Brev. rom. Resp. 1. et 2. fer. II. post Sexag. tacent *tres*. At vero hanc vocem addendam censuerunt sixtini et gregoriani. Hinc Toletus « Adde, inquit, *tres;* » nam habetur in hebraeo, graeco, Complut., » Reg., Ordin. et fere omnibus aliis. Congre» gatio censuit legendum; uti vere legendum » est. » Huic sententiae suffragantur codd. A, E, F, H, L 3., M, Q, R, S. Cod. O legit *et uxores*, sed adnotat hebraeum et graecum legere *et tres uxores*. Bukentopius p. 384. animadvertit Mosem heic opportune innuere voluisse quod singuli unam tantummodo uxorem habuerint. Cf. Rocca I, 284.

Ibid. *cum eis* — Miss. rom. l. c. et graecus *cum eo*. Cf. vers. 7.

14. *universaque iumenta in genere suo* — Codd. A, E, F, G, P, margo Bibl. Ordin., et Licinianus carth. LXXII, 694. *universaque iumenta in genus suum*. Haec omnia desiderantur in codd. C, D. Huc facit scholion quod habemus in cod. N, ubi legitur: « Quod in anti» quioribus mss. non habetur, in novioribus » subiungitur *universaque iumenta in genere* » *suo*. Sed et quaedam Karoli Biblia habent » cum hebraeo. Antiquioribus vero attestatur » modus dicendi varius, ut primo ponatur *se*» *cundum genus suum*, item tertio; sed in me» dio dicatur *in genere suo*. Puto ex industria » dimisisse interpretem, quia omne iumen» tum in animali intelligitur. »

Ibid. *cunctumque volatile* — Cod. K *cunctaque animantia*.

15. *ingressae sunt* — Cod. E *ingressaeque sunt*, ut hebr.

16. *ingressa* — Codd. F, C 2. m. *ingressae*.

Ibid. *deforis* — Cod. C *deforas*. Lection. gallic. LXXII, 441. addit *in arcam;* graecus τὴν κιβωτόν.

17. *quadraginta diebus* — Addunt *et quadraginta noctibus* codd. B 2. m., L 7., N * 1. m., R, S, Bibl. Ven. 1480. 1482., Guibertus, et, cum graeco, Ambrosius. At refragantur codd. M, N, O, qui testantur hoc additamentum non legi in antiquissimis codd., neque in hebraeo.

Ibid. *elevaverunt* — Codd. E, S, Hincmarus l. c., Anselmus cant. CLVIII, 654. *levaverunt*.

18. *Vehementer enim inundaverunt* — Sixtini, codd. A, B, C, F, G, O, R 1. m. omittunt *enim*. Beda II, 97. legit *Vehementer inundaverunt aquae;* Rabanus *Vehementerque inundaverunt*.

19. *praevaluerunt* — Cod. C *praevaluerant*.

20. *super montes* — Cod. B, Petrus Dam. CXLV, 848. 999. *super omnes montes;* item graecus.

21. *Consumptaque est* — Cod. K *Consummataque*. Cod. E, et codd. Thomasii l. c. *Consummataque est*. Prudent. trec. CXV, 1224., Petrus Alfons. CLVII, 587. *Consumpta est*.

Ibid. *volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quae reptant super terram* — Sixti editio habet *volucrum, bestiarum, omniumque reptilium, quae reptant super terram, animantiumque omnium*. Hodiernam lectionem restituerunt gregoriani; eamdemque

codd. et edd. veteres tam miro consensu retinent, ut mihi incidat suspicio, non data opera, sed casu aliquo in ed. Sixti illam lectionis varietatem obortam fuisse. Affirmat quidem Ang. Rocca l. c. nonnullos codd. legere *super terram, animantiumque omnium,* at compertum habeo Angelum Rocca hanc loquendi formulam quandoque usurpasse ad designandam unicam Sixti editionem. Ad huius ed. marginem Toletus adnotavit: « Post » *volucrum,* adde *et animantium;* ita habetur » in hebr., graeco, Compl., Reg., Ordin. et » caeteris: nec habetur id quod post *terram* » sequitur, *animantiumque omnium,* quod » delendum est. Sixtus posuerat. » Animadverte Toletum scripsisse *et animantium,* uti habet hebr. et graec., licet latini copulam omittant.

23. *Et delevit* — Cod. S, et quidam mss. lovaniens., posteriores edd. Rob. Steph., aliaeque non paucae addunt *Deus;* concinunt duo codd. holmesiani: quibus tamen refragantur antiquissimi codd. latt. Immo cod. O monet hebr., graec. et veteres latinos non addere *Deus;* et cod. M notat subaudiendum esse *diluvium;* et arabs habet *Et delevit aqua.*

Ibid. *caeli: et deleta sunt* — Cod. I addit *omnia.* Bibl. Reg., ex Compl., pro *deleta,* habent *deletae.* Sixtus edidit *caeli deleta sunt,* uti habet cod. F 2. m. Rocca l. c. ait: « Copula » legitur . . . in Bibl. tam impressis quam ma» nuscriptis. Sunt qui expungendam putant » falsa opinione decepti. » Gregoriani interpunctionem et copulam restituerunt.

24. *aquae terram* — Sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, N, O, codd. Thomas. l. c., Beda II, 98. *aquae terras.* Praeterea cod. N adnotat: « Ita legunt antiqui. Nec obstat quod hebr. » habeat *terram,* quia pro pluribus vel omni» bus accipitur terris. » Codd. N *, S, et Guibertus *aquae diluvii terras.*

Cap. VIII, 1. *Recordatus autem* — Legunt *Recordatus est autem* codd. A, F, G, M, N, R, S, codd. Thomasii l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Bruno ast., Hugo de s. Vict., Petrus ven. CLXXXIX, 605. At vero cod. O animadvertit hanc lect. non ideo esse recipiendam quia est consentanea hebr. et graeco, dum latini codd. antiqui adversantur.

Ibid. *Deus Noe* — Multae ex antiquis Vulgati edd., codd. F, G, R, S, Eucherius, Beda l. c., Raban., Angelom., Bruno ast., Rupertus, Brev. rom. l. c. legunt *Dominus Noe.* Cod. Thomasii l. c. *Dominus Deus Noe, et qui cum eo erant in arca.*

Ibid. *cunctorumque* — Sixtini, codd. C, D, E, F 1. m., S *cunctarumque.* Cod. B *cunctorum.* Bruno ast. *et cunctorum.*

Ibid. *cum eo in arca* — Cod. D *in arca cum eo.*

Ibid. *adduxit spiritum* — Codd. M, N *, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Petrus ven. l. c. praemittunt *et;* item hebr. et graec. Cod. Thomasii l. c. addit *vitae.*

3. *Reversaeque sunt* — Codd. B, G, N tacent *sunt.* Angelomus cum Hieronymo III, 316. *Et reversae sunt.* Bibl. Ordin. *Reversae sunt.*

Ibid. *redeuntes* — Alcuin. C, 531. *recedentes.*

Ibid. *quinquaginta dies* — Petrus Dam. CXLV, 848. praemittit *et.* Codd. B, D legunt *quadraginta dies.*

4. *Requievitque* — Codd. B, S, et Thomas. l. c., Petrus Dam. l. c. *Requievit.* Cod. G *Et requievit.*

Ibid. *vigesimo septimo* — Sixtini, codd. A, D, F, H, Bibl. Ordin., Hugo, Beda l. c. *vicesima septima.* Cod. E, Guibertus *vicesima et septima.* Thomas. l. c. *et vigesima et septima.* Quidam ex hebraeo contendebant legendum *septima decima,* uti habet Rabanus. Margo Bibl. Lugd. 1550. *decimo septimo.* Correctores sub Pio V. de hac lectione incerti haeserunt. Vulgatus noster heic graecis concinit. Ceterum cf. Richardus Sim. *Hist. Crit. V. T. II, 12.,* Natalis Alex. *Hist. Eccl. sec. IV. dissert. 39. art. VI.,* Capelli *Crit. S. p. 672. 688.,* Houbigant. in h. l., De-Rossi *de praecip. caus. p. 95.,* Schultius aliique critici.

Ibid. *Armeniae* — Hebr. ארמנ, quod recte s. Hieronymus de Armenia tum hoc loco, tum IV Reg. XIX, 37. interpretatus est; cf.

Gesenii *Thesaur. p. 155.* At Vulgatus noster hanc ipsam hebraicam vocem *Ararat* servavit ad Isa. XXXVII, 38. et Ierem. LI, 27.

5. *decimo enim mense* — Pro *enim*, legunt *autem* codd. L 4. Hebraeus et chald. particulam omittunt. Ex graecis alii habent δέ, alii καί. Isidorus hisp. VII, 9. et auctor anonymus libri *de computo* CXXIX, 1303. legunt *undecimo autem mense;* item alii plures apud Holmesium et Sabatier.

Ibid. *prima die* — Codd. D, E, Bibl. Ordin., all. *primo die.*

6. *dimisit* — Habent *emisit* codd. G, N *, R, S, Hieronym. l. c. Rabanus, Angelomus, Hugo de s. Vict., Petrus Com. CXCVIII, 1085.; cod. E legit *dimisitque.*

7. *et non revertebatur* — Cum sixtini, tum gregoriani correctores ancipites haeserunt an expungenda esset particula *non;* verum vetustissima lectio a graecis inducta, atque a latinis etiam patribus saepe usurpata praevaluit. Dubia utriusque Congregationis produnt se se in superstitibus documentis, nempe in cod. Carafiano et in Angelico. Rem abunde confirmat Ang. Rocca in editis adnotationibus I, 285. ubi ait: « Hac de re inter multos et eru» ditos quidem viros, hoc est sacrae Biblio» rum Congregationis consultores ob diversas » et inter se pugnantes lectiones iamdiu dis» putatum est: » Toleti notam habemus hisce verbis conceptam: « Hebraea, Compl., Reg. » et quaedam mss. non legunt particulam ne» gativam. At LXX., Ordin. et fere omnes » codd. impressi legunt. Sensus idem est; » nam quia corvus non ingressus est arcam, » dicitur non esse reversus: at quia volabat » huc illuc, et versus arcam, et ab arca, di» ctus est reversus. Congregatio legit cum » graeco et cum plurimis exemplaribus latinis » *non revertebatur.* Cum negativa legit etiam » Augustin. *tract. VI. in Ioh., et lib. XII.* » *contr. Faust. c. 20.*, et in *quaest. in Gen.* » *c. XIII.*; Ambros. *lib. de Noe et arca c. 17.*, » Chrysost. *hom. XXVI. in Gen.*, Hieron. in » *Tradit. hebr.* » At hic non est quaestio de sensu utriusque lect. conciliando; sed critici inquirunt utrum Hieronymus hoc loco graecorum potius quam hebraicorum codicum fidem secutus sit: quaeritur nempe an ex veteri itala potiusquam ex hieronymiana versione manaverit hodierna lectio. Ego quidem, re bene perpensa, vix dubito Hieronymum heic quoque sacrum textum secutum fuisse. Pro hac enim sententia faciunt gravissimi testes codd. A, B, D 1. m., E, H, L 6., N* 2. m., Q; cod. Corbeiens. apud Martianaeum legit *et regrediebatur;* cod. M adnotat: « Quidam codd. anti» qui habent *et revertebatur;* unde in hebr. » habetur *et revertens;* quam litteram etiam » exponit Andreas. » Cf. Hieron. l. c. Huic notae consentiunt Correctoria a Rich. Simonio et Gabr. Fabricio laudata. Cod. N, cum Correctorio a Luca Brugensi in suis Notation. excitato, haec habet: « Certissime tene, quod » nec hebraeus, sicut dicit Hieronymus, nec » antiqui latini (codices) habent *non.* Sed est » sensus quod ibat et redibat extra arcam cir» cuiendo, et propter hoc utitur interpres » praeterito non perfecto, sed imperfecto: li» cet graecus habeat, puto de LXX.; sed se» quendi sunt hebraei, et antiqui latini, et » Hieronymus. » Cod. O animadvertit graecos legere *non*, et subdit: « Hoc antiqui la» tini non habent. Modo a translatione qua » utitur Augustinus inolevit ut dicatur cor» vus ad arcam non redisse. » Rogerius Baconus *(Opus Maius, ed. Lond. 1733. p. 50.)* asserens omnes iudaeos et omnes priscos latinos codd. habere sententiam affirmantem, acriter invehitur in illos, qui ex alia versione ausi sunt inferre particulam negativam, atque nostra exemplaria corrumpere. Conf. Hodius *de text. original. p. 427.* His accedunt Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1532., Lugd. 1550., all., Miss. Moz. p. 449., Beda II, 100 (at alibi cum Vulg. uti dicemus). Neque tamen desunt documenta quae alteram sententiam fulcire videntur; nam cum Vulgato faciunt, praeter graecum et patres a Sabatierio laudatos, codd. C, D 2. m., F, G, N* 1. m., R, S, codd. Thomas. l. c., edd. veteres paene omnes, Anonymus au-

ctor tract. ad Novat. III, 1208., Sulpicius Severus XX, 97., Eucherius, Prudentius LX, 93., Isidorus V, 155. 290., Beda II, 223. IV, 293., Rabanus, Angelomus, Haymo CXVIII, 133., Ado CXXIII, 29. 31., Iohannes VIII. P. M. CXXVI, 683., Remigius antiss., Petrus Dam. CXLV, 326. 848., Guibertus, Bruno ast., Drogo CLXVI, 1528., Rupertus. Ex his nonnulli legunt *et non regrediebatur*. Accedit syrus cum Ephraemo, et coptus et reliqui interpp. qui ex graeco fonte manarunt. Singularis est Michaël Glycas, *Ann. p. 127.*, dum, nil de hebraica lect. suspicatus, Flavium Ios. carpit eo quod scripserit corvum ad arcam rediisse, cum Moses, inquit, narraverit non revertisse. Nec praetereunda sunt verba Angelomi, qui postquam adnotasset hebr. legere *et revertens*, subdit: « at nostra translatio innuit non esse reversum. » Habes igitur pro utraque lectione haud contemnendos testes. Ceterum cf. Lucas Brugens., Ludovic. Capellus *Crit. S. V, 10.*, Natalis Alex. l. c., Mariana *Dissert. pro Vulg. c. 18. et 24.*, Branca *De Vulgata Bibl. ed. II, 291.*, Hieronymus de Prato ad *Opp. Sulpic. Sev. II, 420.*, aliique plures qui alterutram lect. tuentur.

9. *extenditque manum* — Codd. R, S, fere omnes vett. edd., itemque Biblia Sixti V. addunt *suam*. Hoc pronomen expunxerunt sixtini et gregoriani ad fidem omnium antiquiorum codd., quibus accedunt Bibl. Ordin. Praeclare cod. O animadvertit: « Antiqui non » habent *suam;* nam secundum Augustinum » est pleonasmus, et ideo Hieronymus non » apposuit, licet hebraeus habeat. » Cf. Sabatier. Fallitur autem Rocca I, 285. dum ait istud pronomen non legi in hebr. et chald.; nam revera legitur. Quod vero asserit de graeca versione referendum est ad complutens. ed., non ad romanam. Cf. Holmes. De Bibliis Lovan. animadvertendum est Hentenium in sua edit. principe, anno 1547. adnotasse septem codd. non legere *suam;* hanc vero notam ex typographi oscitantia, ut videtur, praetermissam fuisse in Bibliis hentenianis a Luca Brugensi revisis auctisque anno 1574. et 1583.

11. *ergo Noe* — Cod. A *igitur Noe*.

12. *alios dies* — Cod. F *diebus aliis*. Godefr. CLXXIV, 806. *dies alios*.

Ibid. *et emisit* — Cod. A *et remisit;* huius verbi vim egregie expressit graecus πάλιν ἐξαπέστειλε.

Ibid. *reversa ultra ad eum* — Cod. E *reversa ad eum ultra*. Codd. F, G, Bibl. Ordin., Guibert. *ultra reversa ad eum*.

13. *primo anno, primo mense* — Codd. G, I, R, S, et non paucae edd. vett. legunt *primo anno vitae Noe, primo mense*. Cod. O monet: « *Vitae Noe* glossa est; hebr. et antiqui non » habent. » Additamentum hoc gregoriani primo receperant, at mox abiecerunt. Toletus scribit: « Septuaginta, et aliquot impressa la» tina legunt *vitae Noe*. Tamen non sunt in » hebr., nec in mss., Compl., Reg., Ordin. et » multis aliis impressis. » Fere eadem habet Rocca l. c., qui praeterea addit alios multos latinos codd. illud additamentum cum graecis praeseferre; quod tamen e medio sublatum fuit tum quia in plerisque codd. et in sacro textu non occurrit, tum quia facile subintelligitur. Cf. Tirinus.

Ibid. *quod exiccata esset superficies terrae* — Codd. B, K *quod exsiccasset super faciem terrae*. Miss. Moz. p. 449. habet quoque *exsiccasset*.

14. *septimo et vigesimo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Rupert. cum Ambrosio *septima et vigesima*. Beda II, 102. *vigesima septima*.

15. *Deus ad Noe* — Codd. B, F, G, R, S, non paucae ex antiquis edd. et Rob. Steph., Miss. rom. l. c., Miss. Moz. p. 248. (ubi exstat fragmentum veteris vers. latinae supplendum Sabatierio) legunt *Dominus ad Noe*. Item hebr. cod. 266. derossianus. Graeci utrumque nomen habent; item Ambrosius.

16. *filii tui* — Cod. G, Miss. Moz. p. 449. *et filii tui*, uti hebr., graecus et Ambros.

17. *cuncta animantia* — Codd. B, R, S, Miss. Moz. l. c., Bibl. Ordin. *cunctaque ani-*

mantia. Suffragantur textus samarit., et versio graeca. At cod. N* monet nullam ibi esse copulam. Cod. G legit *cuncta animantia terrae tecum*.

Ibid. *et universis* — Codd. A, B, F, G *et in universis ;* hebr. ובכל.

Ibid. *super eam* — Cod. E *super terram*. Beda l. c. *et replete eam*.

18. *filii eius: uxor* — Cod. R, Bibl. Reg., Rob. Steph. aliaeque edd. vett. cum hebr. et graeco *filii eius, et uxor;* probe autem notaverat Rob. Stephanus plerosque codd. non habere copulam. Bibl. Lugd. 1522. 1526. habent *filii eius simul, uxor;* et ita primo scripserat Angelus Rocca, sed mox delevit verbum additum; ipse autem in suis editis adnot. I, 286. testatur Congregationem gregorianam censuisse dictionem illam non esse apponendam. Toletus quoque scribit: « Ali- » quot impressa habent *filii eius simul;* ta- » men illud *simul* non habent hebr., nec » graec., nec Compl., nec Reg., nec mss. »

19. *reptant* — Sixtini, codd. A, D, E *repunt;* fortasse melius.

Ibid. *egressa sunt de arca* — Cod. B tacet *de arca*. Sixtini, codd. F, G, H, S, Rupertus legunt *de arca egressa sunt*. Cod. E *de arca egressae sunt*. Cod. A *arcam egressae sunt*. Codd. C, D, N, O *arcam egressa sunt*.

20. *pecoribus* — Conc. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1412. *pecudibus*.

Ibid. *super altare* — Rabanus addit *Domino;* cf. Sabatier.

21. *et ait* — Quamvis veteres codd. nostri, et edd. magno consensu legant *et ait ad eum,* tamen sixtini, inspecto hebr. et graeco, decreverant expungenda verba *ad eum,* quae sensum turbare videntur. Quum vero quaereretur quid eorum loco reponendum esset, tanta sententiarum divortia facta sunt, ut demum, ne quid sine codicum auctoritate adderetur, decreverint nil omnino supplendum esse; sanus enim est huius loci sensus absque ullo additamento. Horum sententiam in sua editione secutus est Sixtus V. At vero rursum, collatis codicibus, non pauci e gregorianis existimabant esse restituenda verba *ad eum;* nec tamen, reliquis obsistentibus, aliquid definitum fuit, donec, delata quaestione ad ipsum Summum Pont. Gregorium XIV., sixtina lectio praevaluit (Cf. Ungarelli *Proleg.* §. XVII.). Bellarminus, qui unus fuit e correctoribus, suam prodit sententiam in *Dissert. de Vulg. ed.*, ubi suspicatur legendum esse *ad se,* contenditque voces *ad eum* ab imperitis librariis illatas e margine in textum fuisse. Igitur qui legendum censent *et ait ad eum,* adstipulantes habent latinos testes paene universos ; unde Martianaeus quoque et Vallarsius hanc pro lectione hieronymiana habuerunt. Reliqui vero ex sacro textu, omnibusque antiquis versionibus invicte demonstrant Hieronymum non potuisse scribere *ad eum,* nempe ad Noe, ubi Moses refert quid Deus *in animo suo* dixerit; hanc enim sententiam reddunt hebraica verba אל לבו, cf. Gesen. *Thesaur. p. 104.*, hanc graecus alex. cum itala et reliquis ex graeco petitis versionibus, versio samaritana, Onkelos, Ionathanus, syrus, arabs Saadiae (cf. *polygl. londin. t. VI.*), Aquila, Symmachus, Theodotio (cf. Montf. *Hex.* et Holmesii *Append. ad Gen.*), persa, graecus venetus. Patet autem hodiernam Vulgati lectionem cum laudatis versionibus et sacro textu consentire etsi praetermittat אל לבו, quod neque in versione slavonica ostr. legitur, neque, si fides adhibeatur Angelo Rocca, in quibusdam latinis codicibus. Ceterum iamdiu margo Ordin. ex hebr. adnotaverat: « Et dixit » Dominus in corde ipsius, subintellige Noe; » id est ita sensit in corde suo per Deum. » Haec, inquam, adnotaverat quasi conciliaturus utramque lectionem. Ex eodem textu editor Bibl. Lugd. 1535. temere Vulgati lectionem hoc pacto castigavit *Et ait Dominus in corde suo*. Isidorus Clarius item audacter edidit *in corde suo*.

Ibid. *maledicam terrae* — Cod. E *maledicam terram*. Cf. Sabatier.

Ibid. *humani* — Cod. B *hominis*.

Ibid. *in malum prona sunt* — Gregor. M.

I, 915., Garnerus CXCIII, 290. *prona est in malum;* cf. Conc. Tolet. ed. Hard. III, 586.; Rupertus *sunt prona in malum.* Cod. S *ad malum prona sunt.*

Ibid. *omnem animam viventem* — Sixtini, codd. A, B, E, F, G, K, L 6., O., Eucherius, Beda II, 106., Guibertus *omnem animantem;* cod. N monet: « Non est ibi *animam viventem* » nec in hebr., nec in antiquis (mss. latinis), » sed *animantem.* » Tacent *viventem* cod. D, Bibl. Ordin., Hugo, Angelomus, Bruno ast.

22. *Cunctis diebus terrae* — Quidam veteres, uti Angelomus et cod. F, haec verba cum superiori periodo nectunt. Ex singulari mendo cod. E legit *Cunctis animantibus terrae sementes* etc.

Ibid. *messis, frigus* — Bibl. Ordin. *messis et frigus;* item hebraeus; sed samaritanus textus copulam omittit.

Cap. IX, 1. *et replete* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, P, Hugo, margo Ordin. *et implete;* item Eucherius, Gregorius M. I, 690. IV, 22. (sed cum Vulgato II, 20.), Taio LXXX, 822., Beda II, 106., Rabanus, Rupertus. Cf. v. 7.

2. *animalia* — Legunt *animantia* cod. R, Beda II, 106., Petrus Dam. CXLV, 787., Guibertus, Bruno ast., Hugo de s. Vict., Petrus Com. l. c.

Ibid. *super terram* — Habent *in terra* codd. C, D, E, F, G, H, I, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Eucher., Guibert., Bruno ast., Rupertus, Eckbertus CXCV, 37. Cod. B *in terram.* Cf. Holmes.

Ibid. *manui vestrae* — Beda II, 226. *manibus vestris,* graecus quoque habet pluralem numerum.

Ibid. *traditi sunt* — Cod. C, R, Bibl. Reg. *traditae sunt.* — Quum autem istud verbum ad ea omnia quae proxime memorata sunt referri videatur, Houbigant. et De Vence coniectati sunt in ipso sacro textu legendum *ecce ea tradita sunt.*

3. *vivit* — Cod. A *vivet.*

4. *comedetis* — Cod. F, Angelomus *comedatis.*

5. *cunctarum bestiarum* — Cod. P, Bibl. Ordin. *omnium bestiarum.* Multis Patribus qui hanc lectionem sequuti sunt ap. Sabatier. adde Hieronymum VI, 694.

Ibid. *de manu viri, et fratris eius* — Praemittunt particulam *et* Rabanus, Rupertus, aliique apud Harduin. Conc. IV, 1357. V, 428.; verum cod. N * notat nullam ibi addendam esse coniunctionis particulam. Sixtus habet *de manu viri et de manu fratris eius;* eique suffragantur codd. N * 1. m., S, veteres plures Vulgati edd., praesertim posteriores Rob. Steph., atque hentenianae, item Bruno astensis. Tertullianus quoque, apud Sabatier., et Hieronymus l. c. legunt *et de manu fratris;* at isti, ut graecorum plurimi, tacent reliqua, nempe *de manu viri,* et *eius.* Cf. Holmes. Sixtini ad fidem omnium antiquiorum codd. expunxerant *de manu* ante verbum *fratris;* idque placuit et gregorianis; quibus praeterea adstipulantur Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph. 1528., all. Asserit Rocca I, 286. repetita illa, *de manu,* ablata fuisse quia nec in hebr., nec in chald., nec in graeco, neque etiam in multis mss. codd. latinis reperiuntur. Bene quidem; at supererat copula *et,* quam nonnulli sensum turbare censent, quamque codd. L, Q, et Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535., Ven. 1538. cum hebraeo et graeco omittunt: sic enim legitur in sacro textu *de manu viri fratris eius,* quae verba continent emphaticam repetitionem eorum quae praecesserant, nempe *de manu hominis.* Illam tamen particulam non esse expungendam iure suaserunt latini codd., quibus consentiunt samarit. textus, syrus, et octo codd. hebraici apud De-Rossi: horum autem lectionem praetulerunt Houbigantius et Ilgenius, licet aliis non aeque probabilis visa sit. Cf. Gesen. *de Pentat. sam. p. 57.*

Ibid. *animam hominis* — Bruno ast., Harduin. Conc. V, 428. VI, 538. *animam eius;* cf. Holmes. Cod. E *animam eius hominis.*

6. *fundetur sanguis illius* — Eucher. *effundetur sanguis eius.* Bruno ast. habet quoque *eius,* sed cod. C et Beda II, 108. *ipsius.*

Ibid. *quippe Dei* — Cod. G, et quaedam vett. edd. ut Ven. 1480., Paris. 1566. legunt *Dei quippe.*

7. *et implete eam* — Cod. B *et replete illam,* Rupertus saepius *et replete eam.* Cf. v. 1.

8. *Deus* — Cod. G *Dominus;* cf. Holm.

Ibid. *cum eo* — Non legunt Bruno ast. et Rupertus; it. alii apud Holmes.

10. *pecudibus* — Codd. E, S *pecoribus.*

Ibid. *terrae cunctis, quae* — Lectionem, quam praeseferunt codd. F, R, S, et veteres edd., retinens Sixtus edidit *terrae, cunctisque quae;* it. armenus. At hodiernam lectionem praetulerunt sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum codd.; unde Toletus scribit: « Lege et distingue sic: *terrae cunctis, quae.* » Compl., Reg., Ordin., Lovan. et multi codd. » legunt *cunctisque,* et ante illud ponunt di- » stinctionem. At Congregatio censuit aufe- » rendum illud *que,* et distinctionem; vocem » *cunctis* connectendam esse antecedentibus, » ac post eam faciendam distinctionem, quia » sic habent mss., et consonat sensus hebr. » et graeci textus, qui talis est: ab omnibus » quae sunt egressa de arca usque ad uni- » versas bestias terrae. Ita Congregatio. » Cf. Rocca l. c.

11. *aquis diluvii* — Codd. N * 1. m., R, S, *ab aquis diluvii;* cf. graecus ἀπὸ τοῦ ὕδα- τος τοῦ κατακλυσμοῦ. Cod. O monet expungendam particulam *ab.*

Ibid. *dissipans terram* — Codd. L, N * 1. m., P, R 2. m., S, posteriores edd. Rob. Steph., aliacque non paucae cum marg. Ordin. legunt *dissipans omnem terram.* At cod. O notat: « In Ecclesia cantatur *omnem ter-* » *ram,* secundum LXX. » Accedit hebr. cod. 69. Kennic.

12. *Hoc signum* — Sixtus cum cod. S, Bibl. Reg., Lovan. aliisque multis legit *Hoc est signum.* Sixtini et gregoriani expunxerunt verbum *est,* quod in nullo cod. ex antiquioribus reperitur. Cod. O notat hebraeum, graec., antiquos et Glossam non legere *est.*

Ibid. *ad omnem* — Bibl. Lugd. 1535. tacent *ad.*

13. *in nubibus* — Quaedam vett. edd. uti Ven. 1476., 1480., Paris. 1566. addunt *caeli,* item Gregor. M. III, 760. (Brev. rom. in Respons. V. in Sexag.), Thomas. IV, 69., Luculent. LXXII, 853. et apud Sabatierium Arnobius iun., etsi graecus non addat.

Ibid. *foederis* — Cod. G, et Guibertus tacent. Guitmundus avers. CXLIX, 1458. *foederis mei;* cf. Holm.

Ibid. *et inter terram* — Codd. E, R *et terram;* item graecus.

14. *in nubibus* — Rob. Steph. edd. posteriores addunt *caeli.*

15. *foederis mei* — Posteriores edd. Rob. Steph., aliaeque ex antiquis non paucae addunt *quod pepigi;* item codd. N * 1. m., R, S, Eucherius, Gregor. M. l. c. et Brev. rom. l. c.; item cod. 82. holm.

Ibid. *carnem vegetat* — Codd. B, F, Beda II, 110. *carne vegetat.*

Ibid. *delendum* — Codd. nostri omnes, et fere omnes vett. edd. legunt *delendam.* Hodierna lectio orta videtur ex ed. Bibl. Antuerp. 1583., qua usi sunt romani correctores; quum enim isti nil ad hanc vocem adnotassent, eadem vaticanas editiones occupavit.

16. *arcus in nubibus* — Sixtus cum codd. B, C, D, E, F, G, R, S, Bibl. Ordin., Lovan., all., Beda II, 226. *arcus meus in nubibus;* item graecus. Sixtini et gregoriani, cum codd. A, H, L, Q, aliisque edd., expunxerunt pronomen. Rocca I, 287. notat pronomen hoc loco superfluum esse quia paulo ante bis occurrit. Toletus scribit: « Hebr., Compl., Reg. » habent *arcus in nubibus:* tamen *meus* legi- » tur in graeco, Ordin. et multis impressis. » Congregatio abstulit. » At non desunt graeci codd. apud Holm., qui cum hebr. et reliquis interpp. consentiunt. Lucas Brugensis dicit Biblia sixtina non addere pronomen; Leander a s. Martino (ad calcem Bibl. Ordin. Antuerp. 1634.) subdit Biblia Vulgata Clem. VIII. edita a Moreto addere *meus.* At Brugensis vocat Biblia sixtina editionem vaticanam Clem. VIII. 1593.; Moretus vero in suis edd.

Antuerp. 1599. et 1603. et 1608. lectionem clementinam exhibuit; adeoque falsus est Leander.

Ibid. *videbo illum* — Cod. A *videbo illud.* Margo Bibl. Ordin. monet alias non legi *illum;* nec legitur in cod. P, et in graeco.

Ibid. *foederis* — Codd. F, O, S addunt *mei;* it. arabs apud Holmes.

Ibid. *pactum* — Cod. B *factum.*

Ibid. *et omnem animam* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 8., O, Q, Hugo *et inter omnem animam.* Nam hebr. legit רבין.

17. *Deus ad Noe* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, O, Hugo, Bibl. Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. legunt *Deus Noe.* Quaedam aliae vett. edd. ut Ven. 1476. 1480., Paris. 1566. habent *Dominus ad Noe.*

Ibid. *Hoc erit signum* — Sixtus, cod. B, Bibl. Reg., Lovan. et pleraeque edd. vett. *Hoc est signum.* Cod. E *Hoc signum.* Hodiernam lect. intulerunt sixtini et gregoriani ad fidem plurimorum codd. Hinc Toletus ait: « In hebr., et in graeco nullum verbum ha» betur, sed legitur tantum *Hoc signum,* sup» plendum autem est. Compl. et Reg. habent » *est;* Ordin. autem *erit;* et sic habent mss. » et Congregatio probavit. » Cum futuri temporis lectio, subdit Rocca l. c., in mss. reperiatur, et illi lectioni *eritque arcus* etc. vers. 16. respondeat, hanc Congregatio censuit retinendam.

Ibid. *et omnem carnem* — Sixtini, codd. A, E, F, H, L 3., N *, O *et inter omnem carnem;* iterum cum hebr. et graeco, ut versic. superiori.

18. *Erant ergo* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, H, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Angelomus, Bruno ast., Rupert. *Erant igitur.* Conf. Thomas. I, 6. 12.

Ibid. *Cham, et Iapheth* — Sixtini, cod. A, et graecus *Cham, Iapheth.*

19. *filii sunt* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, Hugo, Bibl. Ordin. *sunt filii.*

Ibid. *omne genus hominum* — Sixtini, cod. A legunt tantum *hominum genus.* Cod. B *omne genus.* Codd. C, D, E, F, G, H, S, Bibl. Ordin., Hugo, Angelomus *omne hominum genus.* Bruno ast. *omne humanum genus.* Ceterum pro eo quod Vulgatus habet *et ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram,* hebraeus legit tantum *et ab his dispersa est universa terra;* nempe disperserunt se gentes universae terrae. Conf. X, 5. et Malvenda in h. l.

21. *nudatus* — Bibl. Ord. *nudatur.* Codd. E, F, G, Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin., Petrus Dam. CXLIX, 411. *nudatus est.* Codd. B, K, L, N * 1. m., P, R, S, posteriores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Guibertus *nudatus iacuit;* at verbum *iacuit* ut superfluum abiiciunt codd. M, N, O, et Lucas Brugens.

22. *esse nudata* — Cod. E *esse nuda.* Sixtus cum sixtinis et Ruperto I, 361. expunxit verbum *esse,* quod gregoriani restituerunt. Hinc Toletus: «*Esse* legunt Bibl. Reg., Compl., » Ordin., Lovaniensia (aliquot vero mss. non » habent); sic Congregatio censuit. » Auctor cod. vatic. 6879. qui notas Toleti descripsit, legit: « sed in multis mss. non habetur, quos » sequuta est Congregatio; » quod contra Toleti mentem esse videtur. Ceterum lectio sixtina multo propius accedit hebr. et graeco.

Ibid. *foras* — Codd. F, G, R, S, Rupert. all. *foris.*

23. *verenda* — Cod. A *verecunda.*

Ibid. *aversae* — Cod. B *versae.*

Ibid. *et patris* — Codd. E, G cum hebr. et graeco addunt *sui.* Pro *et . . . non viderunt,* Eucherius legit *ut . . . non viderent.*

24. *ex vino* — Eucherius *a vino,* item Ambros. cum graeco ἀπὸ τοῦ οἴνου.

Ibid. *fecerat ei* — Guibertus tacet pronomen; item codd. 5. et 150. Kennic., et nonnulli graeci ap. Holmes.

25. *Chanaan, servus servorum* — Beda II, 228. pro *Chanaan,* legit *Cham,* item septem codd. holmes., Adamant. et Ambros., quibus favere videtur Saadias legens *pater Chanaan;* quae lectio ab aliis diserte reiicitur (cf. Hugo rothom. CXCII, 1192.). Non paucae edd.

vett., posteriores Rob. Steph., codd. G, L habent *puer Chanaan servus servorum:* codd. M, N * 1. m., R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Ambrosiast. apud Sabatier. legunt *Chanaan puer, servus servorum.* Lucas Brugens. iure asserit vocem *puer* redundare; nam cum antiquiores codd., hebr. textus, et vett. interpp. omnes cum clementina ed. in id consentiant, dubitari nequit illam vocem esse spuriam. Huius autem additamenti ortum declarare videntur varietates, quae in graecis codd., aliisque versionibus inde derivatis, occurrunt. Quum enim plerique graeci et latini legerent *Chanaan puer: famulus* (cf. Holm. et Sabatier.), vel *Chanaan puer, servus* (uti Gregor. M. I, 829. IV, 23., Rupert. II, 1135., Petrus Com. CXCVIII, 1087., Bernard. Fontiscal. CCIV, 804.), pronum est intelligere sciolum quempiam utramque lect. connectere voluisse. Hinc cod. O notat: « Graecus legit » *Chanaan puer, famulus. Puer* autem sicut » dicit Augustinus, ponitur pro *servo;* non » ergo debet utrumque poni. » Hebr. et reliqui cum hodierna Vulgati lectione faciunt. Huc pertinet versio Aquilae δοῦλος δούλων, quam Montf. refert ad versic. sequentem.

26. *Dixitque* — Cod. G addit *ei.*

Ibid. *Sem* — Cod. B 1. m. *Cham.*

Ibid. *servus eius* — Isidorus V, 294. *puer illius;* Rabanus *servus illius.* Sixtini primo cum margine Bibl. Ordin. *servus eis.* Hebr. legit למו quod fere semper pluralem numerum sonat. At multi interpretes contendunt hoc loco singularem denotare; graec. αὐτοῦ. Conf. Malvenda et Drach. Porro sixtini restituerunt *eius.*

27. *et habitet* — Guibertus *et inhabitet.* Cod. G tacet *et,* uti Ambrosius.

Ibid. *sitque Chanaan* — Codd. B, D, E, Guibertus *sit Chanaan.*

28. *quinquaginta* — Cod. E tacet.

Cap. X, 1. *Hae sunt generationes filiorum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, L 5., R, S, Gothic. Legion., codd. Thomas. I, 12. Bibl. Reg., Beda II, 115. expungunt verbum *sunt.* Gregoriani dubitarunt. Cod. O monet hebr., graecum, antiquos et Glossam non legere istud verbum. Cod. L, Goth. Legion. et nonnulli codd. Bedae l. c. tacent *filiorum.* « Iniuria, ait Brugens., delent quidam hanc » vocem. » Concinunt tamen duo codd. Kennicott.

Ibid. *et Iapheth* — Sixtini, codd. A, E, Bibl. Ordin. et graecus interpres delent copulam.

Ibid. *sunt eis* — Codd. I, E *sunt ei.*

2. *et Magog* — Cod. G tacet *et;* it. cod. holm. 106.

Ibid. *et Iavan* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Beda l. c., Angelomus, cod. 106. holmes. tacent *et.* Ex his quidam scribunt *Iaban,* uti codd. A, C, Beda II, 229., Angelomus; alii *Ianan,* alii aliter.

Ibid. *et Thubal* — Eucherius tacet *et;* item samarit. Cf. I Paral. I, 5.

3. *Ascenez* — Cod. B *Aschanez;* Beda II, 115. *Aschenez;* item Hieronym. III, 318.; at Isidorus III, 403. *Aschanaz.* hebr. אשכנז, graecus Ἀσχανάζ. Bibl. Reg., aliaeque plures edd. cum codd. R, S *Assenez;* Bibl. Ordin. *Asenez.* Idem nomen occurrit I Paral. I, 6. Ierem. LI, 27.

Ibid. *Riphath* — Cod. B *Nipheth;* quidam codd. Bedae l. c. *Niphath;* mendose alii ap. Martianaeum *Riphan.* Interpunctionem post hoc nomen Rocca abstulit.

4. *Cetthim* — Veteres Vulgati edd. habent *Cethim;* item Hieronym. l. c. Cod. E *Chethim.* Sixtini hoc loco ad fidem antiquiorum codd. scripserunt *Cetthim* (hebr. כִּתִּים); quod dein Sixtus, gregoriani et clementini non improbarunt, quamvis Rocca in suis schedis legat *Cethim* (graec. Κήτιοι). At in reliquis locis ubi Vulgatus hoc nomen servavit, neque sixtini, neque ii qui secuti sunt correctores quidquam immutarunt; hinc in clementinis edd. habemus *Cethim* I Paral. I, 7. Isa. XXIII, 1. 12. Ier. II, 10. I Mach. I, 1. Alias latinus interpres idem nomen de *Italia,* vel de *Romanis* interpretatur; cf. Num. XXIV, 24. Ezech. XXVII, 6. Dan. XI, 30. et Gesenii

Thesaur. p. 726. 2., et quae adnotavimus infra ad versic. 15.

5. *linguam suam et familias suas* — Codd. L 9., R, S, et graeci codd. tacent pronomen primo loco. Cod. E, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Hugo, Angelomus, Rupertus III, 1271. omittunt pronomen secundo loco positum. Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, O, Bibl. Reg., Eucherius, Beda II, 116. legunt tantum *linguam et familias*. Vetus itala utrumque pronomen habet apud August., Hieronym. et Rabanum; item hebr.

6. *et Phuth* — In clementinis edd. I Paral. I., 8. rectius scribitur *et Phut;* nam utroque loco hebr. legit פוט, graec. Φούδ (al. Φούτ); sed quidam codd. Φούθ. Alibi Vulgatus egregie hoc nomen interpretatur de *Libya;* conf. Gesen. *Thesaur. pag. 1095.* Quaedam vett. edd., ut Ven. 1480., Eucherius, samaritanus textus et graecus tacent *et*.

7. *Filii Chus* — Sixtus, codd. E, G, S, Bibl. Reg., Lovan., all., Rabanus habent *Filii autem Chus*. Bukentopius testatur p. 385. hanc esse plurimorum codd. lectionem. Verum sixtini, et gregoriani ad fidem codd. A, B, C, D, H, Bibl. Ordin., Hugonis, expunxerunt *autem;* item Hieron. apud Sabatierium. Toletus scribit: « Expungunt *autem* Ordin., » et mss. Sed in hebr. et graeco habetur. » Congregatio expunxit. »

Ibid. *Saba, et Hevila* — Copulam omittebant Bibl. Ordin., Reg., Lovan., aliaeque edd. plures; item Hieronym. l. c. Merito autem a sixtinis addita, et a reliquis correctoribus retenta fuit; illam enim legunt non solum hebr. et graecus, sed et mss. latini fere omnes, praesertim antiquiores, uti A, B, C, D, etc., quibus accedunt priores edd. Rob. Stephani.

Ibid. *Sabatacha* — Codd. C, D, F, G, S, Bibl. Reg. *Sabathaca*, et ita legunt ipsae clementinae edd. I Paral. I, 9.; graec. Σαβαθαχά; hebr. סבתכא.

Ibid. *Dadan* — Item Vulgatus Gen. XXV, 3. I Paral. I, 9. 32.; at vero legit *Dedan* Ier. XXV, 23. XLIX, 8. Ezech. XXV, 13. XXVII, 15. 20. XXXVIII, 13. Hinc *Dedanim* Isa. XXI, 13. Hebr. ubique דדן, graecus Δαδάν. Petrus Com. CXCVIII, 1089. legit *Dodan*, et notat Fl. Ioseph. habere *Iudam*. Cf. Holmes.

8. *Nemrod* — Codd. F, G, R, S, Thomas. I, 10., Biblia Reg., Ven. 1476., all. legunt *Nemroth;* item Ambros. et August. apud Sabatier. Bibl. Lugd. 1535. *Nimroth*. At recte monet cod. N legendum esse *Nemrod*, aut *Nimrod;* hebr. נִמְרֹד.

Ibid. *esse potens* — Cod. G *potens esse*.

9. *coram Domino* — Beda II, 117. « Alia » editio, ait, habet *contra Dominum*. » Angelomus vero scribit: « In quibusdam codd. in» venitur, quod melius nobis videtur, *contra* » *Dominum*. » Ita legit Alcuinus C, 532., item itala. Cod. O adnotat: « ἐναντίον, se» cundum Augustinum significat *coram* vel » *contra*. » Cf. Sabatier.

Ibid. *Ob hoc* — Etsi romani codd. fere universi legerent *Ab hoc*, quam lect. et plures edd. sequuntur, itemque Euch., Beda et Rabanus, iure tamen correctores Pii V. legendum censuerunt *Ob hoc*, quod et sixtinis, et reliquis placuit. Hanc correctionem probant codd. H, L 5., O, Q, Bukent. p. 137. et Toletus qui scribit: « Reg., Complut. et aliquot » impressa legunt *Ab;* tamen hebr., graec., » et mss. *Ob*, seu propter. Sixtus consensit. » Cod. O notat: « Graecus *propter hoc*, hebr. *su*» *per hoc*, vel *ob hoc;* sicut patet infra XXIX, » 35. unde manifestum est quod non est ibi » *ab hoc*. » Cod. N et Bibl. Ordin. *Ad hoc*.

10. *Achad, et Chalanne* — Bibl. Ordin. *Archaht, Chalanne;* graecus Ἀρχάδ, καὶ Χαλάννη, sed multi codd. Ἀχάδ. Cf. Sabatier. et Holmes. Item hebr. אכד. Codd. C, E, F, G, N, R, S, Auctor de geneal. patriarch. LIX, 526., Beda II, 118., Remig. antiss. *Archad, et Chalanne*. Bibl. Ven. 1476., Paris. 1566. all. *Achat et Chalanne*. Pro *Chalanne*, Amos VI, 2. scribitur *Chalane*, et Isa. X, 9. *Calano*: haec varia scribendi ratio ab ipso textu hebr. manare videtur.

11. *Niniven* — Hoc et sequenti versiculo sixtini, codd. A, C, D, E, F, H *Nineven*.

*

Cod. N notat hanc esse veterum codd. lectionem consentaneam hebraico: in cod. O legitur: «*Nineve* hebr. et graece. Numquam in » secunda syllaba est *i.* »

Ibid. *et plateas civitatis* — Cod. G *et plateas eius.* Itala versio (de qua conf. Sabat.) *et Robooth* (vel *Rooboth*) *civitatem,* memoratur quoque ab Eucherio, Alcuino, Rabano, Angelomo, Ruperto, aliisque; immo et in cod. M. Nomen proprium רחבת, pro communi accepisse videtur Hieronymus, nisi scribere mavis *et Plateas civitates,* vel *et Plateas civitatem.* Ipsum hebraicum nomen *Rohoboth* servat Vulgatus Gen. XXXVI, 37. I Paral. I, 48.; at Gen. XXVI, 22. interpretatur *Latitudo.*

13. *Anamim* — Cod. C, Bibl. Lugd. 1535. *Ananim.* Bibl. Ordin. *Amanim.*

Ibid. *Nephthuim* — Sixtus, Bibl. Reg., Lovan., aliaeque edd. fere omnes, Hieron. III, 320., Beda IV, 300., Rabanus praemittunt *et;* item hebr., graecus, et locus parall. I Paral. I, 11. At vero sixtini et gregoriani ad fidem codd. A, B, C, D, E, F, G, H, S hanc particulam expungendam censuere. Vulgatus noster in Paralip. l. c. habet *Nephtuim,* quod heic quoque exhibent priores edd. Rob. Steph.; Bibl. Reg. *Neptuim;* alii aliter. Hebr. et graecus propius accedunt τῷ *Nephthuim.*

14. *Phetrusim* — Angelomus cum Hieronymo l. c. *Phetrosim;* codd. C, P, Bibl. Ordin., Hugo, Beda II, 119. *Phetusim.*

Ibid. *Chasluim* — Codd. A, C, R, et vett. edd. non paucae *Cesluim,* alii *Chesluim,* alii *Cesloim;* Cod. S et Bibl. Reg. *Celluim.* Cod. B *Caslaim;* hebr. כַּסְלֻחִים; Hieronym. l. c., Isidor. III, 402. *Chasloim.* In loco parallelo I Paral. I, 12. editiones clementinae habent *Casluim.*

Ibid. *Philisthiim* — Edd. clementinae ad Gen. XXVI, 18. *Philistiim,* quod fere omnes codd. habent, quodque fortasse rectius (cf. quae adnotavimus ad Gen. XXI, 33.); at plantiniani editores hanc lect. utpote insolitam emendarunt.

Ibid. *Caphtorim* — Codd. A, C, F, G, H, R, S, Bibl. Reg., aliique plures legunt *Capthurim,* vel *Caphturim.* Hoc autem nomen Vulgatus recte de Cappadocia exponit Deut. II, 23. Ier. XLVII, 4. Amos IX, 7. cf. Gesen. *Thes. p. 709.*

15. *Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethaeum* — Rabanus *Et Chanaan] genuit primogenitum suum Sidonem et Hethaeum.* Angelomus quoque legit *et Hethaeum;* Eucherius *et Cethaeum;* item hebr., graec., Hieronymus et Isidorus ll. cc. Cf. I Paral. I, 13. Pro *Hethaeum* Bibl. Reg., Martianaeus, aliique scribunt *Ethaeum,* graeci Χετταῖον, unde vetus itala *Chettaeum.* Animadvertendum est Vulgatum legere *Hetthim* Iudic. I, 26., *Hetthaeas* III Reg. XI, 1., *Cethaea* Ezech. XVI, 3. 45., *Ceteorum* I Mach. VIII, 5. Probe tamen distinguendi sunt *Hethaei,* חתי, Χετταῖοι, a Chittaeis כתי, de quibus supra ad versic. 4., prout contra Gesenium demonstrat H. De Luynes (*Essai sur la Numismatique des Satrapies,* p. 77. seq.).

16. *Amorrhaeum, Gergesaeum* — Sixtus cum cod. S, Bibl. Reg., Lovan. all. interponit *et;* item Hieronym. l. c., Eucherius, Beda IV, 300., Rabanus, Angelomus, hebr. et graecus; et I Paral. I, 14. At illam particulam abraserunt sixtini et gregoriani quia ab omnibus antiquis codd. quos videre licuit abest; neque legitur in Bibl. Ordin. all. Ad nominum orthographiam quod pertinet, plures vett. edd. cum Bibl. Ordin., Reg. et Martianaeo habent *Amorraeum;* de altero nomine cf. quae adnotavimus ad Deut. VII, 1.

17. *Hevaeum* — Heic quoque cum laudatis testibus Sixtus praemisit particulam *et;* quam sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum codd. delendam censuere. Legitur tamen in codd. F, G. Edd. veteres plures habent *Evaeum.*

Ibid. *Aracaeum: Sinaeum* — Varia ubique scribendi ratio in hisce nominibus apud latinos apparet, nec singulas varietates persequi vacat. Propius ad graecum accedunt cod. B legens *Aracaeum, Asanneum;* Angelomus *Aracaeum Asinaeum;* Auctor de Geneal.

Patriarch. LIX, 527. *Aruceum*, *Asenneum*. Latini codd. nullam interponunt copulam, etsi haec non desit in hebr., graeco, Beda IV, 300., Rabano et apud Hieronymum l. c., item I Paral. I, 15. Duo puncta post *Aracaeum* a gregorianis apposita fuere.

18. *Samaraeum* — Copulam *et* praemittunt Beda IV, 300., Hieron. l. c., hebr., graec. et I Paral. I, 16. Sixtini legunt *Samariten*, quibus accedunt codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, edd. vett. Ven. 1476., Lugd. 1522., Bibl. Ordin., all., Eucherius, Beda II, 119., Angelomus, Remig. antiss. Hodiernae lectioni concinit graecus Σαμαραῖον.

Ibid. *Amathaeum* — Cod. B., Bibl. Ordin., Lovan., all. *Hamathaeum*; atque ita legunt vel ipsae edd. clementinae ad I Paral. I, 16. Congruit hebr. חמתי.

Ibid. *et posthaec* — Dubii haeserant correctores Pii V. an legendum esset *et post hoc*, prout legit auctor de Geneal. Patr. l. c., an vero *et per hos*. Hanc postremam lect. secutus est Sixtus quia illam exhibent vett. edd., quibus suffragantur codd. C, D, F, R, S, et plures mss. apud Martianaeum. Sixtini vero et gregoriani, qui scripserunt *et post haec*, habent adstipulantes codd. A, B, E, G, H. Hinc Toletus ad verba *et per hos* in Bibliis Sixti adnotat: « Sic habent Compl., Reg., » Ordin. et multa impressa. Tamen hebr., » graecus et mss. habent *et post haec*, seu » postea; quod placuit Congregationi. » Cf. Rocca I, 287. et Bukentop. p. 137.

19. *Factique* — Cod. E *Et facti*.

Ibid. *Geraram* — Plures vett. edd. cum Bibl. Reg. *Ieraram*.

Ibid. *usque Gazam* — Sixtus, Bibl. Reg., Lovan., Rob. Steph., all. *usque ad Gazam*; item Hieronymus l. c., et ex ipso Rabanus. Sixtini vero, gregoriani et Toletus, consentientibus antiquioribus omnibus codd. et Bibl. Ordin., expunxerunt *ad*.

Ibid. *Adamam* — Codd. A, G *Adama*.

Ibid. *Lesa* — Ita scripserunt sixtini et gregoriani adstipulantibus codd. A, B, C, D, F, G, H, P, R, Bibl. Reg., all. At Sixtus, cod. S, Bibl. Rob. St., Lovaniens. habent *Lasa*; item plures graeci codd. Hebraeus ad utramque lect. trahi potest. Aliae edd. cum Bibl. Ordin. *Iesa*. Codd. Hieronymi III, 322. et Bedae II, 120. non satis conveniunt.

20. *Hi sunt filii* — Cod. O notat hebraeum, graecum, antiquos et Glossam legere *Hi filii*; et ita habent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., Hugo, Rupert. III, 1271.; itemque Augustinus.

Ibid. *et linguis, et* — Cod. E *et in linguis, et in*.

Ibid. *et generationibus* — Correctores Pii V. id expunxerant ad fidem hebr., graeci omniumque vett. interpp.; neque legitur in Bibliis Lugd. 1535.

21. *patre* — Cod. B *de patre*. Codd. E, F, G, R, S, Beda l. c. *patres*. Hanc ipsam lect. cod. M tribuit modernis scriptoribus. Cod. O monet hebr., graec., antiquos et Glossam legere *patre*. Singularis est lectio quam heic praesefert cod. C; habet enim *De Sem quoque patre omnium filiorum Heber, fratre Iafeth maiore, nati sunt Helam, et Asur* etc. Pro *Heber* cod. A, all. *Eber*.

Ibid. *maiore* — Cod. B *priore*. Calmetus aliique plures, qui censent Iapheth inter filios Noe natu maiorem fuisse, contendunt heic legendum *maioris*, nempe ut referatur ad Iapheth, et ita legunt LXX. et Symmachus. At vero Vulgati lectio cum hebr. et Aquila (cf. *Append.* Holm.) consentit, atque demonstrat Sem fuisse primogenitum; idque confirmant non pauci graeci codd. holmes., et Augustinus, aliique; quibus subscribit Gesen. *Thesaur. p. 1433*. et Torniellius *Ann. sacri*, ad ann. 1659. §. IV.

22. *et Assur* — Cod. B tacet copulam.

Ibid. *Arphaxad* — Codd. et edd. plures minus recte *Arphaxat*.

Ibid. *et Lud* — Multae vett. edd. cum Bibl. Reg. et Rob. Steph. omittunt *et*; item cod. X holmesianus. Isidorus III, 400. *Ludi*.

23. *Us* — Cod. B *Cus*; Bibl. Paris. 1566. *et Hus*; Vett. edd. legunt *Hus*, et ita perpe-

tuo habet alias Vulgatus; nam sixtini, qui hoc loco ad fidem vett. codd. confixerunt adspirationem, vocem intactam dimiserunt Gen. XXII, 21. XXXVI, 28. I Paral. I, 17. 42. Iob. I, 1. Thr. IV, 21.

Ibid. *Gether* — Cod. B *Gothor*, item margo cod. memmiani apud Martianaeum.

Ibid. *Mes* — Bibl. Ord. *Mesa*, alibi *Mese*. In I Paral. I, 17. scribitur *Mosoch*. Haec lectionis varietas ex ipso hebraico fonte manavit, ubi in Gen. legitur מֹשׁ, in Paral. vero מֶשֶׁךְ; eamdemque retinendam censuerant romani correctores sub Pio V. At quidam alterutrum idemque nomen utroque loco efferunt: ita cod. B, margo cod. memmiani, et graecus, et cod. Kennic. 254. in Genesi legunt *Mosoch;* e contra octo hebr. codd. apud De-Rossi, et syrus in Paralipomenis habent *Mes;* quae quidem lectio sanior videtur; nam de *Mosoch* agitur superius versic. 2. et I Paral. I, 5.

24. *Sale* — Codd. A, C, D, E, F, Eucherius, Beda II, 121. *Sala*. Hebr. שֶׁלַח, sed in pausa שָׁלַח, graec. Σαλά. Cod. G *Sela*, uti Hieronym. III, 322.

Ibid. *ortus est* — Cod. F *natus est*.

25. *filii duo* — Cod. E *duo filii;* item Hieronym. l. c.

Ibid. *nomen uni* — Sixtini cum cod. A *nomen unius;* it. Augustinus. De *Phaleg* conf. XI, 18.

26. *Asarmoth* — Quaedam vett. edd. cum Bibl. Ordin. *Azamorth*. Hieron. l. c. *Asermoth*.

Ibid. *Iare* — Cod. S, Bibl. Ven. 1480., Beda IV, 301. *et Iare;* it. Hieronym. l. c., hebr. et graecus. Margines Bibl. Ordin., Hugonis, all. *Iaran*, vel *Iaram*.

27. *Aduram* — Ita fecerunt sixtini, probavitque Sixtus; concinunt codd. A, B, F, G, H, R, S, non paucae ex antiquis edd., et Hieronymus l. c. At vero Bibl. Ordin. (quae praeterea tacent copulam quae praecedit), Reg., Lov., all. legunt *Adoram;* hebr. הֲדוֹרָם. Codd. C, D *Adiram*. Hodiernam lectionem confirmarunt gregoriani et clementini, quamvis Rocca in suis schedis restituerit *Adoram*. At vero clementinae edd. hanc lect. admittunt I Paral. I, 21. XVIII, 10., licet priorem sequantur II Reg. XX, 24. III Reg. XII, 18. II Paral. X, 18. XI, 9.

Ibid. *Uzal* — Bibl. Ordin. *Ucal;* cod. S, et Bibl. Reg. *Iazal*. Animadverte edd. clementinas I Paral. I, 21. legere *Huzal*.

Ibid. *et Decla* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, Beda II, 121., Angelomus tacent copulam. Nomen *Decla* alii aliter corrumpunt, nec vacat singulas varietates referre.

28. *Ebal* — Ita sixtini, et qui sequuti sunt romani correctores, adstipulantibus codd. C, D, F, G, H, R, S, aliisque. Eamdem lectionem exhibent edd. clementinae Gen. XXXVI, 23. I Paralip. I, 40. At quum vett. edd. legant *Hebal*, id retinent edd. clementinae I Paral. I, 22.; eademque ratione efferunt noti montis nomen. Cod. B *Eula;* cod. E *Abal*.

Ibid. *et Abimael* — Bibl. Paris. 1566., Hieronym. l. c. tacent *et;* multi codd., Bibl. Ord. et Reg. legunt *et Abimahel*.

29. *Ophir* — Bibl. Reg. et all. edd. non paucae corrupte *Iophir;* cf. Holmes.

Ibid. *et Hevila* — Beda l. c., Angelomus tacent *et;* item Hieronym. l. c.

31. *Isti filii* — Sixtus, codd. F, R 2. m., Bibl. Reg., Lovan. all. *Isti sunt filii*. Cod. O adnotat hebraeum, graec., antiquos et Glossam non legere *sunt;* et revera, adstipulantibus antiquioribus codd. et Bibl. Ordin., sixtini et gregoriani hoc verbum expunxerunt. Notatu dignum est, quod Rocca et ipse animadvertit, duodecim loca esse hoc capite, quorum lectio a gregorianis melior iudicata, confirmata porro auctoritate Clementis VIII., sixtinae correctioni debetur.

Ibid. *et regiones* — Cod. C tacet *et;* item hebr. et graecus.

32. *Hae familiae* — Biblia Rob. Steph. 1532., Paris. 1566., margo Ordin. cum hebr., et graeco, addunt *filiorum*. Cod. C legit *Hae sunt familiae*.

Cap. XI, 1. *terra* — Beda IV, 132. *omnis terra;* margo Bibl. Lugd. 1550., et quidam

ex correctoribus Pii V. *universa terra;* item hebr., graec. et August.

Ibid. *et sermonum* — Brev. Goth. p. 150. *sermonumque.*

2. *et habitaverunt* — Cod. B *at habitaverunt.*

3. *faciamus lateres* — Codd. L 6. *faciamus nobis lateres;* item Basilius M. I, 551. (non 531. ut Holm.)

Ibid. *eos igni* — Brev. Goth. l. c. tacet.

4. *turrim* — Sixtini cum Bibl. Ord., Reg. et plerisque mss. *turrem.*

Ibid. *culmen* — Rabanus *cacumen.*

Ibid. *pertingat* — Beda II, 124. *ascendat.*

Ibid. *ad caelum* — Codd. P, S, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c. *usque ad caelum;* item itala ex graeco. Cod. O notat antiquos non legere *usque.*

Ibid. *dividamur in universas* — Cod. E *dividamus universas.* Bibl. Lugd. 1535. legunt *universam terram,* pro *universas terras.*

5. *ut videret* — Beda II, 230. *videre,* ut August.

Ibid. *turrim* — Praeter testes superius laudatos, heic habent *turrem* Biblia quoque Lovan. quibus usi sunt sixtini. At notandum clementinas edd. hanc lectionem servasse Gen. XXXV, 21. et I Mach. XIII, 43. Brev. Goth. l. c. tacet *et turrim.*

6. *unus est* — Beda II, 125., Freculphus CVI, 936. tacent *est;* item August.

Ibid. *unum labium* — Sixtus cum cod. R, Bibl. Reg., Lovan., all. et Brev. Goth. l. c. legit *unum est labium.* Sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd. et Bibl. Ordin. verbum *est* expunxerunt. Cod. O recte monet in hebr., graeco et antiquis latinis subintelligi verbum.

Ibid. *omnibus* — Cod. E *omnium;* graec. πάντων, it. August.

Ibid. *coeperuntque* — Brev. Goth. l. c. *coeperunt.*

Ibid. *compleant* — Eucherius et Rupertus *impleant.*

7. *Venite igitur* — Sixtini ex cod. A *Venite ergo.* Cod. G, Gregor. M. I, 42., Isidorus V, 296., Luculentius LXXII, 853. (ubi praeterea pro *descendamus,* legitur *ascendamus*) tacent *igitur;* item hebr. et graecus. Landulfus CXLVII, 823. addit *et;* item graecus.

Ibid. *ibi linguam* — Isidorus l. c., Alcuinus C, 533., Landulfus l. c. tacent *ibi.* Codd. A, F 1. m., Gregor. M. l. c., Eucherius, Isidorus l. c., Beda II, 229., Alcuinus l. c., Freculphus CVI, 940. legunt *linguas.* Conf. Holmes. et Sabatier. cui addere potes Iunil. afr. LXVIII, 35. Samaritanus textus et syrus habent pluralem num.; item Hieronym. V, 825.

Ibid. *non audiat* — Bibl. Ordin., hebr. et graec. (praeter duos codd. holmes.) *non audiant;* it. August.; at samarit. et reliqui habent singularem num.

Ibid. *proximi sui* — Brev. Goth. l. c. omittit *sui;* item itala ex graeco: at cf. Sabatier. et Holmes.

9. *nomen eius* — Quaedam vett. edd. et posteriores Rob. Steph. *nomen loci illius* (conf. Holmes.); aliae ut Paris. 1566. cum August. *nomen illius.* Eucherius et Freculphus l. c. *nomen* tantum.

Ibid. *confusum est labium* — Sixtini primo cum hebr. et graeco scripserant *confusum est a Domino labium;* at dein sententiam retractarunt. Rabanus ex Augustino *confudit Dominus labium.*

10. *Hae sunt generationes* — Cod. O monet hebraeum, graec., antiquos et Glossam non legere verbum *sunt,* quod revera abest in codd. A, B, C, D, E, F, L 6., R, Bibl. Ordin., Hug., Eucherio, Beda II, 131., Angelomo; horum lectionem sequuti sunt sixtini. Sixtus vero ex Bibl. Reg., Lovan. aliisque multis edd. verbum restituit. Gregoriani illud primo adnotaverant tamquam expungendum, dein reliquerunt.

Ibid. *Sem erat centum annorum* — Legunt *Sem centum erat annorum* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, Bibl. Ordin., Hugo, Eucher., Beda l. c., Angelomus. Cod. B post *centum* addit *quadraginta,* ut videtur Christophoro Palomares, vel *decem.* Brev. Goth.

l. c., Petrus Com. CXCVIII, 1090. *Sem centum annorum erat.*

11. *quingentis annis* — Sixtini, codd. A, E, F 1. m., G, Brev. Goth. l. c., Beda II, 132. cum August. *quingentos annos.* Cod. I *octingentis annis.*

12. *quinque annis* — Sixtini, codd. A, E, F, Beda l. c. (at III, 363. tacet *quinque*) legunt *quinque annos.* Verum cod. E cum samaritano textu, et graeco legit *CXXXV. annos*

13. *Vixitque* — Cod. E *Vixit.*

Ibid. *trecentis tribus annis* — Hebraeus textus habet *quadringentis tribus annis.* Hunc Vulgati locum aperte mendosum omnique praesidio destitutum existimans Matthaeus Poli in *Synopsi Critic.*, quasi gestiens contumeliose scribit: « Quid hic romanenses? » Catholici ultro fatentur Vulgatam ed. non ita perfecte expolitam esse, ut nil in ea expurgandum supersit. Novimus librariorum quosdam errores, maxime in numeris, adhuc superesse; immo in id studia nostra feruntur, ut veritas appareat, error eliminetur. At in re critica caute incedendum est; ne dum aliena menda castigare nitimur, novos errores inferamus. Revera plures catholici existimarunt hoc loco emendandam esse Vulgati lectionem; idque iam olim Rogerius Bacon enixe contendebat (*Opus mai. p. 139., Lond. 1733.*). Cf. Natalis Alex. l. c., Rich. Simon. *Hist. Crit. V. T. l. 2. c. 12.*, Bukentop. p. 137., De-Rossi *de Praecip. caus. p. 95.*, Ianssens *Herm. Sac.* §. *104.* Malvenda scribit: « Hebraica lectio, iudicio eruditorum » praeferenda, quam non est dubium pluri» ma editionis Vulgatae exemplaria praeferre. » Sed cur a correctoribus romanis in novis» simis clementianis Bibliis hic locus non » sit restitutus, divinare nescio. Iam ipsi in » Praefatione profitentur eam romanam edi» tionem *omnibus numeris absolutam, pro hu» mana imbecillitate affirmare, difficile esse:* » *et multa, quae mutanda videbantur, con» sulto immutata relicta fuisse.* Nobis tantum » indicare, non mutare (quod id solius Ec» clesiae sit) permissum. » Profecto difficile erat divinare cur romani correctores hunc Vulgati locum non reformaverint, si plurima latina exemplaria alteram lectionem hebraeo consentaneam praeseferebant. Verum nobis luculentissime constat pontificios censores sub Pio V., hac proposita quaestione, plurimisque collatis codicibus romanis, florentinis, cassinensibus atque hispanicis, quum eos omnes consentientes reperiissent iure meritoque censuisse in vulgata lectione nil immutandum, licet schola lovaniensis adnotasset quinque codd. cum hebraeo consentire. Illorum autem sententiam reliqui correctores qui sequuti sunt ratam fecerunt, quia aliis atque aliis inspectis codicibus, latinorum consensum plane compertum habuerunt. Neque latini tantum hanc lectionem custodierunt, sed et samaritanus textus, eiusque versio in polyglottis; immo et graecus venetus ab Ammonio editus. Ex his prudens quisque intelliget non temere damnandam Vulgati lectionem, quae gravissimis nititur testibus. Ceterum, haud diffitemur, pro hebraica lectione non levioris momenti argumenta faciunt: adsunt enim, uti diximus, quinque latini codd. a lovaniensibus memorati; nimirum duo sangermanenses, aliique duo s. Dionysii a Roberto Stephano excitati; quibus unum ignotum cod. adiecit Hentenius. Ex duobus sangermanensibus alterum in sua editione hieronymiana Martianaeus expressit; item in suis edd. Rob. Stephanus an. 1528. et 1532.; indeque eadem lectio transiit in edd. Bibl. Antuerp. 1537. et 1538., itemque in Ven. 1538. aliasque paucas; eamque recepit Isidorus Clarius. Ex antiquis interpretibus accedunt syrus, arabs et persa in polyglottis londinensibus (at non omnes horum codd. consentiunt), Onkelosus in ed. Reg., at non item in londinensi. Accedit et graecus cod. 53. holmesianus manifeste ad hebr. textum reformatus; nam graecus interpres longe aliam sequitur lectionem, de qua iam breviter agendum. Vehementer errant Cornelius a Lapide, Calmetus, Bukentopius alii-

que plures in conferenda graecorum lectione cum latina, prout ex dicendis constabit. Pro eo quod Vulgatus habet *Vixitque Arphaxad postquam genuit Sale trecentis tribus annis*, graeca ed. sixtina legit: Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ, μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Καϊνᾶν, ἔτη τετρακόσια, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε. Καὶ ἔζησε Καϊνᾶν ἑκατὸν καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ ἐγέννησε τὸν Σαλά· καὶ ἔζησε Καϊνᾶν, μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν τὸν Σαλὰ, ἔτη τριακόσια τριάκοντα. Generatio Cainan, quam graeci hoc loco addunt (sub obelo tamen, teste Procopio Gazaeo), manifeste obstat ne comperiamus utrum graecus ad Vulgatum potius quam ad hebraeum accedere dicendus sit. Difficultatem augent multae graecorum codd. varietates. Nam in primis, ubi graecus sixtinus legit *quadringentos*, duo codd. holmesiani, Compl. et Alex. habent *quadringentos triginta*: hunc autem numerum, ubi agitur de annis quibus vixit Arphaxad post genitum Sale, exhibent Onkelosus Waltoni, Ionathanus, arabs mauritanus et nonnulli codd. syriaci, et, ut videtur, 1. m. cod. 9. Kennicott. At vero alii quamplurimi graeci codices, adstipulantibus versionibus copt., slavon., georgiana, legunt *tercentos triginta*; his nuper accessit cod. Bodleian. editus a cl. Tischendorfio (*Monum. Sac. ined. t. 2. p. 208.*). In cod. vero Cottoniano ab eodem Tischendorfio edito (*ibid. p. 101.*) supersunt tantum litterae . . . ακοσια τριακον . . . Plures mirati sunt Flaminium Nobilium in ed. latina *V. T. secundum LXX. (Romae, 1588.)* pro τετρακόσια posuisse *trecentum*, quod in nullo graeco codice habetur; at ni fallor Nobilius id derivavit ex Augustino, qui in *Quaest. in Gen.* §. *XXIII.* scribit: « In graeco invenimus *annos tre-* » *centos.* » Perperam tamen; ibi enim Augustinus non est sollicitus de numero minori, sed tantum de centeno: comparabat enim graecos codices legentes *trecentos triginta*, cum latinis habentibus *quadringentos triginta*. Hunc autem numerum italam versionem praetulisse constat tum ex veteri auctore *de Geneal. Patriarch. LIX, 526.* (ex quo uberrimam messem habemus ad locupletandum Sabatierii opus), tum ex ipso Augustino qui ibidem subdit hominem vixisse *amplius quadringentis annis*. Discrimen igitur inter latinos et graecos Augustini codices erat de centenario numero. Idque perspicue adnotavit auctor scholii quod legitur in cod. N., « Hebraici, inquit, et chaldaici » libri, quos vidi, habent hic *quadringentis* » *tribus annis*. Sed multi latini libri habent » *trecentis tribus annis*. Consule annales, et » etiam graecos. Nota quod graecus inter » Arphaxad et Sale, unum, quem vocat *Cai-* » *nam* interponens, de *quadringentis* solum » quodammodo convenit cum hebraeo; quia » graecus habet sic: *Vixitque Arphaxad post-* » *quam genuit Cainan quadringentis XXX.* » *annis.* » Praeterea ubi in graeca ed. sixtina legitur *trecentos triginta*, septem codd. holmesiani (quibus addendus cod. vatic. reg. 1. heic editus in Bibl. graecis Card. Maii), versiones copt. et slav. habent *quadringentos triginta*. Graecorum codd. lectiones ideo proferre voluimus ut constaret illos neque hebraicam, neque Vulgatam lectionem sectari. Ex quo rursum patet nec facile, nec tuto iudicari posse de genuina huius loci lectione, adeoque sapienter a romanis correctoribus nil fuisse in Vulgata ed. immutatum.

15. *Vixitque* — Codd. F 1. m., G, S *Vixit quoque*.

Ibid. *quadringentis* — Brev. Goth. p. 151. *quatuorcentis*.

18. *Vixit quoque Phaleg* — Sixtini, codd. A, D *Vixitque Phaleg*; consentiunt Bibl. Lugd. 1526. in fol., et 1535. (Bibl. Lugd. 1522. *Vixitque quoque Phaleg.*); graec. Καὶ ἔζησε Φαλέγ, item hebraeus. Beda II, 132. *Vixit vero Phaleg*. Brev. Goth. l. c. *Vixit autem Phalech*; ex vett. codd. et edd. plures habent pariter *Phalech*.

Ibid. *Reu* — Cod. P *Ragau*, et ita habet Vulgatus I Paral. I, 25. Luc. III, 35.; hebr. רעו, graec. Ῥαγαῦ. Conf. Anselmus cant.

CLVIII, 641. et Martianaeus ad *Quaest. hebr.* Hieronymi in h. l.

19. *Vixitque* — Cod. B *Vixit.*

20. *triginta duobus* — Plurimae edd. seculi XV., posteriores Rob. Steph., all. cum Brev. Goth. l. c., et codd. R, S *triginta quinque.* Hanc lectionem ut mendosam diserte reiicit Rogerius Bacon l. c., Steuchus Eugub., cod. O, all. plures.

Ibid. *Sarug* — Item legitur Luc. III, 35.; sed edd. clementinae habent *Serug* I Paral. I, 26., congruit hebr. שְׂרוּג; Beda I, 288. 526. *Seruch;* graec. Σερούχ, de quo Petavius ad Epiphan. p. 8.; cf. Anselm. cant. l. c. Plures vett. mss. et edd. *Saruch.*

21. *Vixit quoque Reu* — Sixtini, codd. A, C, D, E, R *Vixitque Reu.* Quaedam vett. edd. *Vixit autem Reu,* ut versic. superiori.

Ibid. *ducentis septem* — Cod. B *trecentis septem.* Cod. E *ducentis sex.*

22. *Vixit vero Sarug* — Cod. C 1. m. et plures vett. edd. cum Bibl. Reg. *Vixit autem Sarug.* Cod. S *Vixit quoque Saruch.*

Ibid. *Nachor* — Codd. A, E *Nahor;* item cod. O, qui praeterea monet ita scribendum iuxta hebraeum et antiquos latinos codices, quamvis graeci scribant *Nachor.*

23. *Vixitque* — Codd. F, G *Vixit quoque.*

Ibid. *ducentis annis* — Codd. E, F 1. m. *ducentos annos.*

24. *viginti novem* — Cod. E *XXXVIII.* Brev. Goth. l. c. *viginti et novem.* Cod. S 1. m. *XXVIII.* (2. m. *XXXIX.*), item cod. Bedae I, 289. Cod. quoque Kennic. 109. addit רשלשים.

Ibid. *Thare* — Beda l. c. *Thara;* graec. Θάρα, vel Θάῤῥα.

25. *Vixitque* — Brev. Goth. l. c. *Vixit autem;* cod. G *Vixit quoque.*

Ibid. *et novem annis* — Sixtini, cod. A *et novem annos.* Cod. E *VIII. annos.* Cod. G *et VIII. annis.* Cod. B tacet *et novem.*

26. *Aran* — Cod. A, Bibl. Ordin., all. plura *Aram.* Conf. quae adnotavimus ad Gen. XXXVI, 28. Num. XXXII, 36. Hoc loco cod. S addit: *Vixitque Thare postquam genuit Abram CXXXV annis.* Hoc additamentum alias non legimus.

27. *Hae sunt autem* — Tacent *autem* codd. B, S, Eucherius, Beda II, 133., Bruno ast.; concinunt samaritanus textus et quidam graeci codd. cum Augustino. Cf. Sabatier.

Ibid. *Abram, Nachor* — Legunt ut in superiori versiculo *Abram et Nachor* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, Bibl. Ordin., Eucherius, Beda l. c. et IV, 301., Rabanus, Bruno ast.; accedunt Augustinus, graecus, et pauci codd. hebr. Kennic.

Ibid. *Lot* — Mendose plures codd., Bibl. Reg., all. hoc nomen scribere solent cum adspiratione *Loth;* est enim hebr. לוט, graece Λώτ. Editiones quoque clementinae habent *Loth* Deut. II, 9. 19. Eccli. XVI, 9.

28. *Aran ante Thare patrem suum* — Cod. G *Aran ante patrem suum Thare.* Beda II, 133. ait: « Quidam codices habent *ante conspectum Thare patris sui.* » (Cf. Hieronym. III, 323., Eucher. et Beda IV, 301.) Observat Nobilius in Bibliis *ante* idem saepe valere ac *coram.* Hinc in cod. M legitur: « *ante,* id est in conspectu patris sui. » Hebr. על פני; de quo rectissime Beda l. c., et Hugo de s. Victore CLXXV, 50. scribunt posse et praesentiam et tempus designare. Cf. Gesen. *Thesaur. p. 1112.*

29. *nomen uxoris Abram* — Sixtini, codd. A, E; G, Angelomus *nomen autem uxoris Abram.* Cf. Holmes. et cod. Kennic. 155.

Ibid. *Aran* — Bibl. Ordin., Reg., Lovan., aliaeque plures edd. *Aram.* Sixtini emendarunt ad fidem veterum codd. et sacri textus. Cf. versic. 26.

Ibid. *Ieschae* — Bibl. Reg., all. *Iesche;* idque cod. O aperte tuetur.

30. *habebat liberos* — Cod. E *habebant filios.* Legunt quoque *filios* quaedam vett. edd., uti Ven. 1476. 1480., Paris. 1566.

31. *Aran, filium* — Eucherius et Rupertus tacent *filium.* Cf. Holmes.

Ibid. *uxorem Abram filii sui* — Cod. B *uxorem filii sui.* Cf. Holmes.

Ibid. *ut irent* — Codd. C, E, L 6., N, Eu-

cherius, Rabanus *ut iret;* cod. N testatur hebr. et antiquos latt. ita legere; at hebr. ללכת ad utramque lect. trahi potest.

Ibid. *Haran* — Bibl. Ordin. *Aram;* Reg. *Aran;* sed hebr. חרן, graec. Χαρράν, (cf. Gesen. *Thesaur. p. 528.*) hinc Alcuinus C, 534. et Angelomus *Charran.* Conf. Iudith. V, 9. Act. VII, 2. 4.

32. *dies Thare* — Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus *omnes dies Thare;* item maior pars graecorum codd.

Cap. XII, 1. *Egredere* — Innumeri scriptores post Isidorum V, 250. et Bedam II, 37. hunc locum excitantes legunt *Exi,* ut vetus itala habet, et Act. VII, 3.

Ibid. *de terra tua* — Tacent pronomen cod. R, Gregor. M. III, 760., Rabanus, Adso CXXXVII, 672., Theodericus CLIV, 1255. Cod. O monet hebr., graecum, et antiquos et Glossam legere *tua.*

Ibid. *et de cognatione* — Bibl. Reg. omittunt *et.* Beda l. c., Hucbaldus CXXXII, 884. tacent *de.*

Ibid. *et veni* — Haec desunt in codd. A, H, Beda II, 37. 135. Cod. N testatur haec non legi in hebr. et antiquis codicibus; cod. O notat hebraeum et quosdam veteres non legere; item nonnulli graeci holmesiani. Ex itala, ut videtur, legunt *et vade* Isidorus V, 297., Angelomus, Atto vercell. CXXXIV, 86., Bruno ast. CLXV, 934., Rupertus.

Ibid. *monstrabo*—Sixtus retinuit lectionem fere unice receptam in antiquis edd., nempe *monstravero;* hanc servant codd. B, F, N *, R, S, Hieronym. I, 432., Brev. Goth. p. 95. et 151., Eucherius, Gregorius M. III, 760., Beda l. c., Constans XCVI, 1368., Rabanus, Angelomus, Haymo CXVIII, 133., Paschasius radb. CXX, 743. 1514., Ioh. Scotus CXXII, 858., Hucbaldus CXXXII, 884., Atto vercell. CXXXIV, 86., Adso CXXXVII, 672., Petrus Dam. CXLIV, 404. 679. aliique sequentis aetatis quamplurimi, accedit locus parallelus Act. VII, 3., conf. Gen. XXII, 2.; neque abludunt Augustinus apud Sabat., et Alcuinus C, 535. legentes *demonstravero* (at Isidorus V, 297. *demonstrabo*), Cyprianus *ostendero.* Ad hanc Sixti lectionem Toletus adnotat: « Complut., Reg., Lovan., Ordin. et » multa impressa ita legunt. Sed in hebr., » graeco et mss. est *monstrabo,* et sic legen- » dum censuit Congregatio. Nam ad hoc, ut » altera lectio legitima sit, dicendum erat *ve-* » *nies,* non autem *veni.* » Eadem fere habet Rocca I, 287. Hanc correctionem probarunt sixtini et gregoriani ex codd. A, C, D, E, G, H, L 3., N, Q, O, qui postremus notat hebr., graec., antiquos et Glossam legere *monstrabo;* item Ambrosius.

2. *Faciamque* — Eucherius, Alcuinus *Et faciam;* Gregor. M. et Adso ll. cc. legunt *Et faciam te crescere.* Cf. XVII, 6.

Ibid. *et benedicam tibi* — Haec desiderantur in cod. B 1. m., Conc. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1413., Gualtero de castell. CCIX, 438.: Guibertus tacet copulam. Cod. S legit *benedicamque tibi.*

Ibid. *nomen tuum* — Cod. B *semen tuum.*

4. *est itaque* — Cod. F *est ergo.*

6. *Sichem* — Cod. D *in Sichem;* item armenus.

Ibid. *usque ad convallem illustrem* — Sixtus de more communiorem lectionem expressit praemittens *et,* eique concinunt codd. C 2. m., E, R, S, Eucherius, Angelomus, Guibertus; item syrus, arabs, et cod. Kennic. 199. Toletus autem scribit: « *et* non legitur » in hebr., graeco et mss. Congregatio ab- » stulit, licet sit in Compl., Reg. et multis » impressis. » Cf. Rocca l. c. Brugensis quoque adnotat: « Merito hic omissa est coniun- » ctio quae praeponebatur. » Revera, quum haec desit in antiquioribus codd. A, B, C 1. m., D, H, N, Bibl. Ordin., all., merito a sixtinis et gregorianis expuncta fuit. Praeterea sixtini censuerant scribendum *Illustrem* cum priori littera maiuscula, quia מורה est nomen proprium, prout demonstraturi sumus ad Deut. XI, 30.

7. *Apparuit autem* — Legunt *Apparuitque* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, Q, S, priores edd. Rob. Stephani, Bibl. Ord., Hu-

*

go, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Beda II, 138. 231. IV, 302., Rabanus, Guibertus, Rupertus. Gregorianis aliquando dubium fuit, sed nil innovarunt.

Ibid. *Abram, et dixit ei* — Beda IV, 302. legit *Abrae,* uti habet Vulgatus XVI, 15. pro tertio casu (nam in reliquis hoc nomen est indeclinabile): mox cum hebraeo tacet pronomen *ei*. Cf. Sabatier.

Ibid. *aedificavit ibi altare* — Tacent *ibi* codd. B, E, Conc. Aquisgr. l. c.; item cod. Kennic. 157. Cf. Sabatier.

Ibid. *qui apparuerat ei* — Cod. O, Eucherius, Rabanus, Concil. Aquisgr. l. c., Brev. Goth. l. c., Petrus Com. CXCVIII, 1092. *qui apparuit ei;* cf. Sabatierius. Verba, quae heic in codd. L, R, S, in multis antiquis edd. et in posterioribus Rob. Steph., itemque apud Brunon. ast. addebantur *et invocavit ibi nomen eius* (nonnulli tacent *ibi*), correctores Pii V. unanimi sententia respuenda censuerunt: concinunt vero correctoria M, N, O et sorbonicum; et merito; nam in antiquioribus codd. non leguntur, neque in hebraeo et graeco; eademque ad sequentem versiculum, vel ad XIII, 4. pertinent. Hinc Lucas Brugensis ait: «Quod » sequitur in quibusdam libris *et invocavit ibi* » *nomen eius,* consulto transfossum est. » Nicolaus de Lira cum dixisset hoc non esse de textu, sed subintelligi, subdit: « Propter hoc » aliqui doctores posuerunt illud in glossa in» terlineari; sed postea aliqui nescientes di» scernere inter glossam et textum, inserue» runt illud in textum: et simile habetur in » multis locis in Bibliis nostris. » Cod. F legit *qui apparuerat ei, et invocatum est* (2. m. addit *ibi*) *nomen eius.*

8. *erat contra* — Cod. F *vadit contra.*

Ibid. *orientem Bethel* — Cod. B *orientem in Bethel;* item armenus. Guibertus tacet *orientem.*

Ibid. *tetendit ibi* — Cod. F, et Guibertus omittunt *ibi;* item hebr. et reliqui, excepto graeco.

Ibid. *ab occidente* — Cod. G *ad occidentem;* graec. κατὰ θάλασσαν.

Ibid. *et ab oriente Hai* — Brev. Goth. l. c. et Fulgentius ap. Sabat. tacent *et.* Pro *Hai,* cod. B *Achi.* Cod. N monet in Genesi scribi *Ay* sine adspiratione, in Iosue *Hay,* in I Esdrae *Gay.* Vulgatus habet ubique *Hai.* Hieronymus III, 127., ex graeco, *Aggai;* sed p. 326. legit *Ai,* vel *Gai.* Ed. vat. 1592. *Oriente.*

Ibid. *quoque ibi altare* — Cod. G *ibi quoque altare.* Beda II, 139. *quoque altare ibi.* Tacent *ibi* cod. E, Brev. Goth. l. c. Cf. Holmes.

Ibid. *et invocavit* — Codd. B, C addunt *ibi.* Cod. E *et vocavit.* Brev. Goth. l. c. *invocavitque.*

9. *progrediens* — Cod. F mendose *non progrediens.*

10. *descenditque* — Bibl. Ordin., Hugo, all. *descendit igitur.*

Ibid. *enim fames in terra* — Bibl. Ordin. *enim fames in terris.* Cod. S *enim fames ibi in terra;* Angelomus addit *illa;* cod. 69. Kennic. addit *Chanaan.* Cod. A 2. m. legit *famis,* pro *fames.*

12. *viderint te* — Brev. Goth. p. 152. *te viderint;* item August.

Ibid. *dicturi sunt* — Cod. G *dicturi sint.*

Ibid. *Uxor ipsius est* — Sixtus cum cod. R, Bibl. Reg., Lovan., all. *Uxor illius est;* item Augustinus. At sixtini et gregoriani, consentientibus antiquioribus codd. et Bibl. Ordin. scripserunt *ipsius.* Cod. B, Beda II, 140. *quod uxor ipsius est;* Brev. Goth. l. c. *quod uxor mea sis.* Cod. O monet veteres non addere *quod;* at graec. legit ὅτι. Cod. F legit *Uxor ipsius es.*

13. *obsecro te* — Codd. D, S, Beda l. c., Remigius antiss. tacent *te.*

Ibid. *et vivat* — Rabanus *ut vivat.* Cod. G, Brev. Goth. l. c., Bibl. Ordin., Hugo *et vivet;* graecus καὶ ζήσεται. Cod. N notat « *et vivit,* » alii *et vivet;* hebraeus plus primae lectioni » videtur consentire. »

16. *et asini* — Cod. L 3. *et asinae.* Tacent copulam cod. C, Rabanus, Guibertus, itemque armenus.

Ibid. *et servi* — Tacet copulam cod. G; item plures graeci codd.

Ibid. *et famulae* — Beda IV, 303. *et ancillae;* cod. O habet «*et famulae* id est *ancillae.*» Fere omnes antiquiores Vulgati edd. legunt *et familiae;* huic vero lectioni suffragantur codd. B, F, L 5., quibus accedunt duo codd. vaticani in schedis Card. Sirleti memorati, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Remigius antiss. Verum cod. N * diserte notat legendum *famulae,* non *familiae.* Cod. E *et familia.* Codd. G, M *et famuli.* Denique legunt *famulae,* omisso *et,* codd. C, D, S, Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1528., Hugo, Isidorus Clarius, et cod. 38. holmesianus.

Ibid. *et asinae* — Ordinem verborum turbatum esse in Vulgato et in hebraico textu demonstrare nititur Houbigantius, qui ex samaritano restituendum existimat *servi et ancillae, asini et asinae.* Ad Vulgatum quod pertinet, adnotandum antiquos librarios plerosque hanc ipsam suspicionem praevertere voluisse supprimendo voces *et asinae,* quae ordinem disturbare videntur. Hinc hae voces desiderantur in codd. C, D, E, F, G, L 5., O, S, aliisque a Sirleto collatis; item ap. Rabanum et Rupertum. Houbigantio plane adstipulatur scholion quod legitur in nostro cod. N. «Novi (codices latini) secundum mo» dernum hebraeum subiungunt *et asinae,* » scilicet post omnia praedicta (nempe post » *asini et servi et famulae*). Quod si fuit ibi » ab initio, mirum est quare non fuerit po» situm post id quod dicitur *et asini.* Hiero» nymus etiam et graecus non habent, sed » pro illo ponunt ibi *et muli.* Asinus autem » pro utroque sexu accipitur, ut probatum » est Iudic. V, 10. et Zach. IX, 9.» At vero quum hae voces legantur in codd. A, B, H, M, R, in antiquis Vulgati edd., in hebraeo, graeco (licet graecus interpretetur καὶ ἡμίονοι), et reliquis omnibus priscis interpretibus, iure intactam romani correctores hanc lectionem servarunt.

17. *Dominus*—Eucherius et Rupertus *Deus,* it. graecus, sed cf. Holmes.

Ibid. *maximis*—Cod. G *magnis;* accedunt hebr., graecus, et Ambros.

18. *Quidnam est hoc*—Pronomen *hoc* abraserunt sixtini, suffragantibus codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, Bibl. Ordin., Hugone, Brev. Goth. l. c., Eucherio, Beda II, 140., Guiberto.

Ibid. *non indicasti* — Veteres Vulgati edd. addunt *mihi;* item codd. I, K, R, S, quibus consentiunt hebr., graec. et itala. At illud pronomen expunxerunt sixtini ad fidem antiquiorum codd. A, B, C, D, E, F, G, H: immo cod. O diserte notat modernos tantum libros legere *mihi.* Hinc quamvis id restituere voluisset Angelus Rocca, tamen reliqui correctores obstiterunt.

Ibid. *esset* — Cod. E legit *est,* item itala.

19. *eam mihi in* — Cod. R, Bibl. Paris. 1566. all. *mihi eam in.* Beda l. c. tacet *in;* item graecus, sed cf. Holmes.

Ibid. *coniux tua* — Eucherius et Petrus Com. l. c. *uxor tua.*

20. *uxorem illius* — Cod. R, Bibl. Reg., all. *uxorem eius.*

Cap. XIII, 1. *de Aegypto* — Rabanus et Guibertus *ex Aegypto;* item Hieron. III, 325.

Ibid. *habebat* — Cod. E *habebant.* Rabanus *illius erant,* ex Hieronym. l. c.

2. *Erat autem dives valde* etc. — Hic versiculus a sixtinis intra parenthesim inclusus fuit. Cod. E legit *Abram autem dives erat valde.* Codd. L 6., Q, priores edd. Rob. Steph. addunt *Abram,* sed post *valde;* alii cum Rabano, ex Hieronymo l. c., addunt, sed post *autem.* Ceterum hoc nomen legitur in hebraeo, graeco, itala et reliquis interpp.

Ibid. *in possessione auri et argenti* — Codd. A, C, D, E, F, H, I, O, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Angelomus, Guibertus *in possessione argenti et auri;* idem porro est verborum ordo in hebraeo textu, ex quo Hieronymus III, 325. praeclare interpretatur *in pecore, et argento, et auro.* Cf. Beda IV, 303. nam מקנה est *possessio, opes,* sed ubique de *pecore* usurpatur, in quo solo cernuntur opes nomadum, uti inquit Gesenius *Thesaur. p. 1222.* Cf. Estius in h. l. Quoad particulam *et* a Hieronymo

additam, haec legitur quoque apud Fulgentium, in graeco, syro, arabe et in cod. 125. Kennic.

3. *Hai* — Cod. B *Achi*. Cf. nota ad XII, 8.

4. *in loco* — Brev. Goth. l. c. *in locum*. Cf. Sabatier.

Ibid. *quod* — Cod. A *quo*.

Ibid. *ibi* — Beda II, 142. tacet. Cf. Holmes.

5. *qui erat* — Lindanus *de opt. gen. interp. l. 3. c. 9.* coniectatur legendum *qui ierat;* vetus itala habet *qui ambulabat*. Sed cf. Mariana *Diss. pro Vulg. c. 24.*

Ibid. *fuerunt* — Cod. E addit *ei*.

6. *Nec poterat* — Cod. E *neque poterat*.

Ibid. *et nequibant* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, T, Bibl. Ordin., Hugo, Beda II, 143., Guibertus, Rupertus *et non quibant*.

7. *Unde et facta est* — Bibl. Reg., Lovan., all. cum cod. G, Brev. Goth. l. c., legunt *Unde facta est*. Sixtini ad fidem antiquiorum omnium codd., Bibl. Ordin., all. particulam illam *et* addiderunt. Itala ex graeco habet simpliciter *Et facta est;* item hebraeus.

Ibid. *in terra illa* — Codd. C, D, E, F, G, R, S, Brev. Goth. l. c., Bibl. Paris. 1566. *in illa terra*. Cod. O monet ita legere antiquos, licet hebr. et gr. taceant *illa*. Cf. Holmes.

8. *Dixit ergo* — Codd. F, G, S *Dixit autem;* item itala. Cod. O testatur antiquos legere *ergo*.

Ibid. *et inter pastores meos* — Beda III, 662. V, 115., Alcuinus C, 772. *et pastores meos*.

9. *si ad sinistram* — Codd. F, R, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Guibertus *si tu ad sinistram*. Cf. Sabatier.

Ibid. *ego dexteram tenebo: si tu dexteram* — Cod. B, Brev. Goth. l. c. *ego ad dexteram tenebo: si tu ad dexteram*. Itala non *ad,* sed, ex graeco εἰς, addebat *in*. Codd. A, E primo loco tantum habent *ad;* cod. F secundo loco tantum.

10. *oculis* — Cod. E *oculos suos*. Pronomen legunt hebr., graecus (at cf. Holmes.) et reliqui interpp.

Ibid. *omnem circa regionem Iordanis* — Sixtini cum Ambrosio *omnem regionem Iordanis*. Angelomus *omnem circa Iordanis regionem*. Guibertus *omnem circa se regionem Iordanis*. Cod. N notat in hebraeo pro *circa regionem* unam esse vocem, quae dicitur *cicar*, vel *quiquar*, ככר.

Ibid. *quae universa* — Beda II, 41. *quia universa*. Cf. Sabatier.; graec. ὅτι πᾶσα.

Ibid. *irrigabatur* — Codd. C 1. m., G *irrigabantur*. Bibl. Lugd. 1522. *irrigabitur*.

Ibid. *Dominus Sodomam* — Cod. B, Guibertus *Deus Sodomam;* item ex graeco itala.

11. *regionem* — Bibl. Lugd. 1550. *omnem regionem*. Hunc locum perpenderunt correctores Pii V., a quibus adnotatum reperio hebraeum, graecum et tres codices legere *omnem,* sed quadraginta codd. non legere, adeoque abiiciendum. Conf. De-Rossi *Varr. Lectt. in h. l.*

Ibid. *recessit ab Oriente* — Quod hebraeus habet מקדם graeci et latini reddunt *ab Oriente:* at vero ex orationis serie hoc loco vertendum potius videtur *ad Orientem,* scilicet *Orientem versus*. Cf. Calmetus, De Vence aliique passim interpretes, Gesenii *Thesaur. p. 805.*, Glassii *Philol. Sac. ed. Lips. 1776. t. 1. p. 576*. At hanc quaestionem interpretibus dimittimus. Nostrum erat adnotare Vulgati verba integra esse, adeoque nullo modo sollicitanda.

Ibid. *alterutrum a fratre suo* — Sixtini primo *alterutrum quisque a fratre suo;* sed mox verbum additum expunxerunt. Hieronymus *unusquisque a fratre suo;* conf. Sabatierius. Brev. Goth. l. c. *alteruter a fratre suo*.

12. *Abram* — Cod. S, Rabanus, Guibertus addunt *vero;* item graecus et duo codd. derossiani.

Ibid. *Lot vero* — Sixtini, codd. A, B, C, E, G, T, Guibertus tacent *vero*. Rabanus legit *et Lot*.

Ibid. *circa Iordanem* — Rabanus *circa regionem Iordanis*. Guibertus *iuxta Iordanem*. Cod. N notat apud veteres fere semper scribi *Iordanen*.

13. *coram Domino* — Hieronymus III, 326. scribit: « Superflue hic in LXX. interpretibus

» additum est *in conspectu Dei.* » Item Beda IV, 303. et Rabanus. At Angelomus ait : « Superflue additum est *coram Domino.* » Item cod. M notat : « Hieronymus dicit su- » perflue additum *coram Domino*, quia illi » mali et peccatores apud homines erant. » At contra, codex N adnotat veteres latinos perinde atque hebraeos legere *coram Domino;* et concludit : « Unde notula quae videtur re- » probare hanc litteram, nil valet hic. » Cf. notae Martianaei.

14. *ab eo Lot* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, Thomas. I, 7. 12., Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Concil. Aquisgr. l. c., Eucher., Beda II, 144., Rabanus *Lot ab eo;* Ambros. *Lot ab illo.*

Ibid. *oculos tuos* — Sixtus cum codd. R, S, Lovaniens., posterioribus edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. p. 152. (at non item p. 95.) addit *in directum.* Correctores Pii V. censuerant hoc additamentum esse respuendum, quia, inquiunt, licet in septendecim mss. legatur, tamen in hebraeo, in graeco et viginti sex mss. non admittitur. Cod. O similiter notat : « Non est hic *in directum*, in » hebraeo, graeco, antiquis et Glossa, sed » Ierem. III, 2. » Revera ex hoc Ieremiae loco mutuata videntur; atque in nullo ex antiquioribus codd. leguntur. Itaque sixtini et gregoriani ad fidem priscorum codd. eadem verba reiecerunt. Toletus quoque scribit : « Abest ab hebr., graeco, Compl., Reg., Or- » din.; et Congregatio abstulit. »

Ibid. *nunc es* — Beda IV, 303., Alcuinus C, 535., Angelomus *tu nunc es;* it. Hieron. l. c. Cf. Sabatier.

Ibid. *et meridiem, ad orientem et occidentem* — Sixtini, codd. A, B, H, S, Brev. Goth. p. 152. (non item p. 95.), Guibertus *et ad meridiem, ad orientem et ad occidentem;* item cod. F, qui praeterea cum Beda II, 144., et Eucherio addit *et* ante *ad orientem;* uti hebr., graec. et reliqui veteres. Priori loco cum sixtinis addunt *ad* sex codd. Lovan.; at cod. O illud expungendum notat. Altero loco cum sixtinis faciunt codd. D, E, T, Beda l. c., Eucherius. Hieronymus l. c. legit *et ad austrum, et ad orientem, et ad mare;* item Beda IV, 303., Alcuinus C, 535., Rabanus (sed ultimo loco tacet *ad*), Angelomus (sed omittit *et* secundo loco).

15. *quam conspicis* — Alcuinus l. c., Angelomus, ex Hieronym. l. c., *quam tu vides.* Conc. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1413. *quam vides.* Cf. Sabatier.

Ibid. *usque in sempiternum* — Cod. B, Conc. Aquisgr. l. c., Brev. Goth. p. 95. (non item p. 152.), Guibertus, Gualterus de castell. CCIX, 438. tacent *usque;* item Ambros. apud Sabatier. « Quidam codices, ait Beda l. c., » habent *usque in saeculum*, quod utrumque » ex uno graeco quod est αἰῶνος transfer- » tur. » Ita nempe legit Augustinus.

16. *si quis potest hominum* — Sixtini *si quis hominum potest.* Fortasse ad vitandam sermonis ambiguitatem, quae ex altera correctione, de qua mox dicemus, oriebatur, necessariam censuerunt hanc verborum transpositionem. Ceterum Gualterus l. c. legit *si quis hominum poterit;* codd. C, D, N, O, P, Q, R, T, et Rupertus *si quis possit hominum.* Cod. E *si quis potens hominum.*

Ibid. *numerare pulverem terrae* — Sixtini expunxerunt vocem *terrae*, suffragantibus codd. A, B, C, D, E, F, G, L 5., S, T, Conc. Aquisgr. l. c., Eucherio, Rabano, Ruperto : immo cod. N testatur veteres codd. heic omittere *terrae*, quia hoc verbum in proxime superiori membro expressum est; et cod. O notat : « Non est hic secundo *terrae* secun- » dum antiquos; sed hebraeus habet. » Ang. Rocca vocem adnotavit ut dubiam, at gregoriani illam reliquerunt; legitur enim in hebr., graeco et reliquis; item in codd. H, R, et antiquis Vulgati edd.

Ibid. *numerare poterit* — Codd. L 3., Q *numerari poterit.* Toleti schedae habent : « Hebr., » Complut., Reg. legunt passive *numerari.* » At graecus, Ordin., Lovan. et aliquot mss. » legunt active *numerare;* et sic probavit Con- » gregatio; et utrumque in eumdem sensum » recidit. » Eadem habet Rocca I, 287., qui

praeterea addit activam lectionem melius clausulae praecedenti respondere. Ad graecos quod pertinet, minus vera Toleti sententia videtur; nam illi legunt ἐξαριθμηθήσεται, vel ἀριθμηθήσεται, quod recte itala expressit per *dinumerabitur:* neque alio sensu accipienda est lectio ἐξαριθμήσεται, quam duo codd. holmesiani, Compl., Ald. et Clem. Rom. exhibent. Singularis est lectio cod. E *numerare non poterit,* cui quodammodo concinit graeca ed. Bibl. Card. Maii, quae ex cod. vatic. reg. I. habet οὐκ ἀριθμηθήσεται. Cod. R *poterit numerare.*

17. *Surge, et perambula* — Sixtus cum cod. S, Bibl. Reg., Lovan., all., Brev. Goth. p. 152. edidit *Surge ergo, et perambula.* Sixtini et gregoriani particulam *ergo* expunxerunt, quam « neque hebr., neque graecus, » neque Ordinaria habent: unde Congregatio » delevit, » uti ait Toletus. Conf. Rocca l. c. Eamdem particulam omittunt codd. nostri antiquiores omnes; unde recte asserit Lucas Brugens. perperam a quibusdam interponi. Verum in hebr. et graeco non solum omittitur *ergo,* sed etiam *et;* immo graecus quum utatur participio ἀναστάς, nullam patitur copulativam ante verbum quod sequitur. Posset tamen copulativa praecedere; uti revera est Καὶ ἀναστάς in duobus codd. holmes., in slavon. et armena.

Ibid. *in longitudine, et in latitudine sua* — Alcuinus l. c. et Angelomus *in latitudine, et longitudine eius.* Codd. C, D, H, F *in longitudinem et latitudinem suam.* Praepositionem *in,* secundo loco alii quoque plures tacent, uti codd. B, G, R, S, T, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., Concil. Aquisgr. l. c., Rupertus. Cf. Sabatier.

18. *tabernaculum suum Abram* — Legunt *Abram tabernaculum suum* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., Hugo, Concil. Aquisgr. l. c., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Beda II, 144., Guibertus, Rupertus.

Ibid. *iuxta convallem* — Guibertus *in convalle;* hebr. באלני.

Ibid. *Mambre* — Nonnulli malunt scribere *Mamre,* uti Martianaeus, ex hebr. ממרא.

Ibid. *quae est* — Codd. A, C, D, E, F, G, T, Eucherius, Beda l. c., Guibertus, Rupertus *quod est;* hanc vero lectionem probant quoque codd. N, O, quorum prior testatur veteres libros legere *quod,* novos *quae;* alter notat graecos legere *quae,* latinos autem *quod.*

Ibid. *aedificavitque ibi* — Cod. C *aedificavit ibi;* Beda l. c. tacet *ibi;* Conc. Aquisgr. l. c. *aedificavit quoque ibi.*

Cap. XIV, 1. *Amraphel* — Cod. B *Amraphal;* graecus Ἀμαρφάλ, item August.; sed hebraeus אַמְרָפֶל.

Ibid. *Arioch* — Quidam vett. cum Bibl. Ordin. et cod. S *Arioth,* mendose.

Ibid. *Chodorlahomor* — Cod. B *Chodor* (mendose Blanchinius edidit *Codor*) *rex Lacomer;* sed in seqq. legit *Chodor Lagomer,* vel *Lagomor.* Samaritanus quoque et multi codd. Kennic. hoc nomen in duo dispescunt.

Ibid. *Elamitarum* — Ex varia graecorum scriptura, qui modo Αἰλάμ, modo Ἡλάμ, Ἐλάμ habent, orta videtur Vulgati inconstantia in hoc nomine efferendo, quod in latinis Bibliis plerumque scribitur per diphthongum *Aelam, Aelamitae,* uti Gen. X, 22. I Esdr. IV, 9. At vero edd. clementinae ex lovaniensibus retinuerunt hoc loco *Elamitarum,* et Ierem. XXV, 25. *Elam;* itemque I Mach. VI, 1. *Elymaidem,* et Act. XIII, 8. *Elymas;* quae quidem rectior videtur scribendi ratio. Nam עילם sunt Ἐλαμῖται, seu Ἐλυμαΐδος incolae.

Ibid. *Thadal* — Cod. A *Thadar;* cod. I *Chadai.*

Ibid. *Gentium* — Ita Hieronymus cum graecis interpretatus est hebr. verbum גוים, quod profecto heic est nomen proprium (Symmachus Παμφυλίας), adeoque scribendum cum priori littera maiuscula tum hoc loco (uti habent edd. vaticanae 1593. et 1598.), tum infra ad versic. 9. (ubi emendarunt plantiniani), prout recte scribitur ad Ios. XII, 23. Cf. Calmetus.

2. *Bara* — Hoc nomen alii aliter corrum-

punt. Bibl. Reg., all. *Basa;* Beda II, 146. *Basra;* graec. Βαλλά. Eadem sors obtigit aliis nominibus, quae heic tantum occurrunt: sic pro *Bessa,* et *Balae,* Rabanus *Gersa,* et *Galae* (Hieronym. l. c. *Bale*): pro *Sennaab,* vett. edd. nonnullae et Remigius *Sennaar*: pro *Semeber,* apud Eucherium *Senneber.*

3. *Silvestrem* — Quidquid sit de veterum interpp. coniecturis circa vocem hebr. שׁוּרִים, quam heic habemus, et seqq. versic. 8. et 10. (cf. Gesen. *Thesaur.* p. 1321., Schleusner *Lexic. LXX. t. 1. p. 170. 171.*), certum est illud esse nomen proprium; adeoque cum priori littera maiuscula recte elatum fuisse in principe editione Clementis VIII. anno 1592. At vero editio altera vaticana anno 1593. hoc loco rectam orthographiam deseruit, quam retinuit vers. 8. et 10. Tertia demum vatic. ed. an. 1598. omnino litteram maiusculam ab hac voce abiecit; quod mendosum exemplum aliae non paucae secutae sunt.

4. *Duodecim enim* — Codd. C 1. m., F, I, Eucherius, Guibertus tacent *enim;* item hebr. et graecus.

Ibid. *servierant* — Codd. C, D, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus *servierunt.*

Ibid. *et tertiodecimo* — Cod. G tacet copulam; item coptus.

Ibid. *recesserunt* — Sixtini ex cod. A habent *recesserant.*

5. *quartodecimo anno* — Sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, R, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus *anno quartodecimo.* Cod. D 1. m. *anno quintodecimo.*

Ibid. *percusseruntque* — Bibl. Reg., all. *et percusserunt.* Cod. O adnotat vett. legere *percusseruntque.*

Ibid. *Astarothcarnaim* — Sixtus cum cod. R, Lovan., aliisque plurimis edd. *Astaroth et Carnaim;* Bibl. Ordin. *Astaroch et Carnaim.* Sixtini et gregoriani, consentientibus omnibus antiquioribus codd., Bibl. Reg., prioribus edd. Rob. Stephani, expunxerunt *et.* « Copulam, inquit Toletus, omittunt hebr., » graecus, Compl. et Reg. Legitur tamen in » Ordin. et aliquot impressis. Congregatio abs- » tulit. » Verum etsi quamplurimi graeci codd. cum ed. Compl. omittant, alii tamen cum vaticana graeca ed. Sixti V. legunt. Cf. Holmes. Praeterea in clementinis edd., abiecta copula, duo nomina coniunctim uno verbo prolata sunt. De *Astaroth* cf. quae adnotavimus ad Deuter. I, 4.

Ibid. *et Zuzim cum eis* — Hanc esse nostri interpretis lectionem ex veterum codd. fide adnotat cod. O. Martianaeus quoque animadvertit hanc esse Hieronymi versionem, licet s. Doctor paulo antequam Pentateuchum interpretaretur, in *Quaest. hebr.* (III, 327.) protulerit *et Zozim in Hom* (lege *Ham*), asserens hebraeum legere בחם, quod est *in Ham,* non vero בהם *in eis.* Cf. Rich. Simon. *Hist. Crit. V. T. l. 2. c. 12.*, Bukent. *p. 138.*, Buxtorf. *Anticrit. p. 787.*, De-Rossi *Varr. Lectt.*

Ibid. *in Save* — Codd. F, R, S, Bibl. Ordin. et all. edd. vett. *in Sabe;* cf. Holmesius. Rabanus *cum Save.* Cod. O rursum notat hebraeum, graecum et antiquos legere *in Save.* Guibertus scribit: « In emendatioribus non » *Sabe,* sed *Save,* vel etiam *Savhe* habetur. » Cf. infra ad versic. 17.

6. *Chorraeos* — Sixtus cum Bibl. Paris. 1566. *Chorrhaeos;* Bibl. Lov. aliaeque plures edd. vett. *Corrhaeos;* alii cum Beda II, 147. *Horraeos;* sixtini et gregoriani scripserunt *Chorraeos,* quod et codd. et edd. nobiliores habent. Cf. ad Gen. XXXVI, 20. 22.

7. *venerunt ad* — Sixtus cum codd. R, S, antiquis edd. legit *venerunt usque ad.* At sixtini et gregoriani quum comperissent nullum ex antiquioribus codd. legere adverbium *usque,* illud expunxerunt. « Non legitur, inquit Toletus, in hebr., graeco et mss. »

Ibid. *fontem Misphat* — Codd. A, B, C, F, H, N*, O, R, S, T, Bibl. Ordin., Reg., Hugo, Beda l. c., Angelomus *fontem Mesphat.* Cod. N, Guibertus *fontem Masphat.* Hieronymus l. c. ex graeco interpretatur *fontem iudicii,* et bene animadvertit, ita per prolepsim di-

ctum fuisse (Cf. Gesen. *Thesaur. p. 1019.* et Num. XX, 13.) ; item Beda l. c. « *Mesphat,* » inquit, interpretatur *iudicium :* unde vetus » translatio modo dicit apertius, *fontem iu-* » *dicii.* Dicitur autem et hoc per anticipa- » tionem. » Cf. Rupertus ; hanc hieronymianam interpretationem sequitur et Petrus Dam. CXLIV, 328.

Ibid. *Amalecitarum* — Plures codd. et edd. veteres legunt *Amalechitarum.* Hebr. עמלקי, graec. Ἀμαλήκ. Cf. ad Gen. XXXVI, 12. Num. XIV, 25.

Ibid. *Amorrhaeum* — Bibl. Ordin. *Amorraeum ;* Bibl. Reg. *Amorraeorum ;* Lovan. *Amorrhaeorum,* item plures vett. edd. cum Hieronymo l. c. Cf. ad Num. XIII, 30. Sixtinis debetur lectio editionis clementinae, quam veteres codd. plerique confirmant ; cf. nota quae sequitur.

Ibid. *qui habitabat* — Veteres edd. fere omnes legunt *qui habitabant.* Hunc locum expenderunt correctores Pii V., a quibus adnotatum reperio : «Graecus et vigintiduo codd. » legunt *et Amorraeorum qui habitabant ;* hebr. » et vigintiunus codd. habent *et Amorraeum* » *qui habitabat.* » Plerique priorem lect. probarunt. At merito sixtini post accuratam praestantiorum codd. collationem censuerunt praeferendum *qui habitabat ;* sic enim habent codd. A, C, D, E, F, G, H, M, N, O, R, S, T, Hugo, margo Ordin. (Hierony. l. c. *sedentem.*)

8. *et rex Gomorrhae* — Bibl. Ordin. et Rob. Steph. ann. 1532. tacent *et.* Cod. E non legit *rex.* Cod. R omittit omnia ; uti Chrysost. IV, 353.

Ibid. *aciem contra eos* — Sixtini, codd. A, C, E, R, Beda l. c. *contra eos aciem ;* it. Hierony. l. c.

9. *adversus quinque.* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, T, Bibl. Ordin., Hugo *adversum quinque.*

10. *Vallis autem Silvestris habebat puteos multos bituminis* — Haec intra parenthesim clauduntur a Sixtinis. Angelomus legit *bituminis multos.*

Ibid. *et Gomorrhae* — Sixtus, codd. E, N*, R, S, antiquae edd., Guibertus, Hugo de s. Vict. l. c. *et rex Gomorrhae ;* huic lectioni favent samaritanus, graecus (exceptis quatuor codd. holmes.), syrus, arabs et cod. 5. Kennicotti, eamque praefert Houbigantius. Verum sixtini, suffragantibus antiquis codd. A, B, C, D, F, G, H, L 6., Q, T, expunxerunt *rex ;* « quod verbum, ait Toletus, » non legunt hebr. et aliquot mss. ; unde Con- » gregatio abstulit. Legunt tamen graecus, » Compl., Reg. et Ordin. Subintelligendum » autem esse indicat verbum sequens plura- » le. » Cod. N adnotat hebr. et antiquos codd. latt. non legere *rex,* nisi ante *Sodomorum.* Item cod. O.

Ibid. *remanserant* — Codd. A, C prima manu, G, S, et Angelomus *remanserunt.* Haec ipsa lectio ex mendo typographorum irrepserat in principem ed. clementinam ; at emendata fuit.

Ibid. *ad montem*—Angelomus, Petrus Com. l. c. *ad montes.*

11. *Tulerunt autem* — Eucherius, Rabanus cum Hierony. l. c. *Et tulerunt ;* Angelomus *Tuleruntque ;* Guibertus tacet copulam.

Ibid. *substantiam*—Eucherius ex itala *equitatum ;* Hieronymus III, 328. « Pro *equitatu,* » in hebraeo habetur » רֶכֶשׁ, id est *substan-* » *tiam.* » Graecus legebat רֶכֶשׁ, unde habet ἵπποι.

Ibid. *Sodomorum*—Guibertus *Sodomae.* Cf. nota quae sequitur.

Ibid. *Gomorrhae*—Codd. G, S, Bibl. Reg., Lovan., Beda IV, 304., Rabanus *Gomorrhaeorum.* Sixtini, consentientibus antiquioribus omnibus codd. et Bibl. Ordin., scripserunt *Gomorrhae ;* hancque lectionem cod. O probat tamquam consentaneam hebr., graeco et latinis antiquis codd. Et quidem hebraei singulariter pro more suo, hoc et praecedens nomen efferunt סדם ועמרה ; verum quum graecis proprium sit Σοδόμων usurpare, sicuti et latinis, placuit olim latinis quibusdam etiam alterum nomen eodem numero plurali efferre. Cf. dicta ad XVIII, 20.

12. *et substantiam eius* — Cod. A 1. m. tacet *eius*. Eucherius legit *et suburbani eius*.

13. *Et ecce unus* — Cod. B *Ecce unus;* Rupertus *Ecce autem unus*. Rabanus hunc versic. ex itala cum Hieronymo profert.

Ibid. *Eschol* — Hanc scribendi rationem vaticanae edd. cum Bibl. Ordin. et Lovan. servarunt tum hoc loco, tum infra ad versic. 24. Graecus. Ἐσχώλ. Sed vero quum plantiniani editores praetulerint *Escol,* errandi occasionem aliis multis editoribus praebuerunt. Conf. tamen nota ad Num. XIII, 25. Quidam vett. cum cod. D *Ieschol.*

Ibid. *Aner* — Cod. D *Ener.*

14. *vernaculos suos* — Angelomus, Guibertus tacent *suos;* item Chrysost. IV, 355.

Ibid. *persecutus est usque Dan* — Veterum codd., edd. et patrum legentium *persecutus est eos usque Dan* magna est hoc loco consensio; nec quidquam immutarunt sixtini, aut Sixtus. Verum gregoriani abstulerunt pronomen *eos*. Quum autem, nulla cogente gravi necessitate, contra veterum codd. fidem nusquam Vulgati lectionem reformaverint, in primis mirabamur cur hoc loco id fecerint gregoriani, atque sedulo perscrutabamur si qua occurreret probabilis ratio, quae illorum animos permovere potuisset. At vero re mature perpensa, vix dubitare possumus hanc correctionem ortam esse ex fortuito amanuensis errore; nam sequenti versiculo rursus occurrunt verba *persecutus est eos usque;* plura autem, ut mox videbimus, suadere poterant gregorianis, ut istud pronomen post *persecutus est,* tertio repetitum in versic. 15. expungerent; attamen istud intactum dimissum. Credibile igitur nobis videtur pronomen *eos*, ex correctorum sententia, non quidem in versiculo 14., sed in 15. delendum fuisse. Ceterum haud diffitemur hebraicum textum hoc loco pronomen illud tacere; at, uti probe animadvertit Martianaeus, non tacuit Hieronymus: fatemur quoque illud non legi apud Alcuinum C, 536., et Angelomum. Mirum autem est Angelum Rocca I, 288., ut aliquam proferret rationem expuncti pronominis, asseruisse illud in graeco textu omitti. Nam perpicue legitur ὀπίσω αὐτῶν in graeco textu, qui paucos ante annos, ipso Rocca adlaborante, iussu Sixti V. in lucem emissus fuerat; itemque in omnibus graecis legitur codicibus, uno excepto vaticano 330. (seu holmesiano 108.), ex quo derivata fuit graeca complutensis editio, quemadmodum demonstravimus in epistola ad lectorem, quam nuper praemisimus Bibliis graecis editis a cl. Card. Angelo Maio (tom. I. pag. V.).

15. *percussitque eos* — Cod. B addit *nocte*. Cod. E legit *percussitque ita;* Guibertus *percussit eos.*

Ibid. *persecutus est eos usque Hoba* — Expungunt *eos* sixtini, codd. A, C, D, E, G, M, O, S, Bibl. Ordin., Reg. aliaeque plures edd., Beda II, 149., Guibertus; item Ambros. apud Sabatier.; et plures graeci codd. holmesiani: atque ipsimet gregoriani, uti superius dicebamus, hanc sententiam secuti videntur. Pro *Hoba,* cod. A *Oban;* cod. B *Obal;* Guibertus *Soba;* cf. Holmesius. Denique Sixtus cum codd. R, S, Lovaniens. aliisque edd. antiquis addit *et Phoenicem*. Hoc additamentum expunxerunt sixtini et gregoriani: reiicitur quoque in Correctoriis M, N, O, et in sorbonico; nec illud admittunt vetustiores codd. A, B, C, D, E, F, aliique plures: unde Toletus scribit: « Nec legunt hebr., » graecus, Complut., Reg., Ordin., multique » codices, quamvis in aliis habeatur, sicut » et in Lovaniensi. Congregatio expunxit. » Cod. I et Guibertus addunt *et usque Phoenicem,* sed in fine versiculi, nempe post verbum *Damasci;* cf. Remigius antiss. in h. l. et Rupertus. Quum enim plures ex Hieronymi comm. adnotassent ad Phoenices pertinuisse urbes, de quibus hic sermo est; hinc ex margine verba illa in textum irrepsisse credibile videtur.

17. *Save* — Codd. F, G, R, S, T et vett. edd. non paucae legunt *Sabe;* hinc cod. M notat: « *Save* per *vau* scribitur, non per *beth,* » ut dicit hebraeus et Hieronymus. » Cod. N *Savhe*. Cf. supra ad versic. 5.

*

18. *proferens panem* — Cod. E *proferens panes*. Florus Diac. CXIX, 57., auctor *Quaest.* inter opera Augustini (III, *Append. p. 106.*) cum graeco, *protulit panes*. Eucherius, Isidorus VII, 318., Beda IV, 306., Rabanus *protulit panem*, ex Hierony. l. c.

Ibid. *erat enim Sacerdos Dei altissimi* — Sixtus cum Lovan. haec verba intra parenthesim clauserat. Toletus notam parenthesis deleri iubet. Pro *erat enim*, cod. E, Beda, Florus Diac. ll. cc. *erat autem*; Isidorus l. c., Rabanus *fuit autem*: pro *altissimi*, Eucherius et Beda, ex Hierony. l. c., legunt *excelsi*; Isidorus et Rabanus *summi*; conf. Sabatier. Denique codd. C, D, T, Repertus IV, 595. omittunt *Dei*; in cod. N prima manus adnotaverat: « Antiquiores non habent *Dei*. » at posteriori manu deleta fuit particula *non*.

19. *benedixit ei* — Cod. G, Bibl. Reg., Eucherius, Isidorus, Rabanus, Florus Diac. ll. cc., ex Hieronym., *benedixitque ei*; item hebr. et graecus. At quum latinus interpres superiori versiculo, non *protulit*, vel *obtulit*, sed habeat *proferens*, necessario copulam hoc loco praetermittit, quam reliqui commode expresserunt.

20. *in manibus tuis sunt* — Codd. R, S, Bibl. Paris. 1566., aliaeque paucae edd. vett. *in manibus tuis traditi sunt*; cod. O monet antiquos codd. non legere *traditi*; hinc correctores Pii V. illud expunxerant. Glossa interlinearis pro *tuis* habet *suis*; Rupertus I, 380. *illius*.

21. *cetera* — Cod. F *et cetera*; copulam habent hebr., graec. et reliqui. Veteres edd. scribere solebant *caetera*; at sixtini diphthongum fere perpetuo abraserant, quam dein clementini ab hac voce omnino exulare iusserunt.

22. *manum meam* — Beda II, 234. *manus meas*; item Onkelos in polyglottis londin., syrus, arabs.

Ibid. *Dominum Deum* — Bibl. Ordin. *Dominum meum*. Cod. F tacet *Deum*. Cf. Holmes.

23. *subtegminis* — Cod. A *subteminis*; cod. O notat hanc esse veterum lectionem, quod quidem Forcellini *Lexicon* probat.

Ibid. *corigiam* — Ita legunt vaticanae edd.; at reliquae fere omnes ex editorum industria praeferunt *corrigiam*; idque rectius videtur.

24. *accipient* — Codd. F, T, Hugo, Bibl. Reg. *accipiant*.

Cap. XV, 1. *His itaque* — Codd. C, F, H, O, S, T, Eucherius, Rupertus II, 17. *His ita*.

Ibid. *tuus sum* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., all. tacent verbum *sum*.

2. *Eliezer* — Codd. R, S, Guibertus, Rupertus addunt *erit haeres meus*. Haec enim in textu subintelliguntur, atque ex sequenti versiculo explentur. Concinit arabs apud Holmes., syrus, Ionathanus. Eadem habebat et Hieronymus in *Quaest. hebr.*, sed Vallarsius suppressit; attamen Beda IV, 308. hunc ipsum Hieronymi locum cum eisdem verbis profert.

3. *Additque* — Bibl. Ordin. *Additque*.

Ibid. *et ecce* — Cod. B tacet copulam. Cf. Sabatier. et Holmes.

4. *Non erit* — Cod. O monet mendosam esse quorumdam lectionem *Non enim erit*. Eucherius in hoc versic. plura miscet ex itala.

5. *stellas, si* — Gregoriani expunxerant interpunctionem, quam Toletus restituit.

6. *Credidit Abram* — Nomen *Abram* abiecerunt sixtini, nec legunt codd. A, C, D, H, N, O, P, Isidorus VI, 104., Beda II, 155., Rupertus II, 17.; quibus consentiunt hebraeus, chaldaeus, arabs, persa, et graecus ven. Cf. nota quae sequitur.

Ibid. *Deo* — Legunt *Domino* sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, L, Q, T, Bibl. Ordin., Reg., all., Rabanus, Rupertus. Cod. N habet hoc scholion: « Quod dicitur *Abram Deo*, » non est huius loci, sed epist. ad Rom. IV, 3. » Cod. O notat: « Hebraeus et antiqui *Credidit Domino*; graecus et moderni *Credidit* » *Abram Deo*. »

Ibid. *reputatum* — Cod. A *deputatum*; item plures veteres apud Sabatierium.

Ibid. *est illi* — Habent *est ei* codd. A, E,

G, R, Gregor. M. I, 950. III, 197., Rabanus, Gualterus CCIX, 438.; concinit itala.

8. *sim*— Cod. G, Bibl. Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. p. 154., Alcuinus C, 536. *sum*.

9. *Et respondens* — Sixtini, codd. A, B, E, Beda II, 156., Angelomus tacent particulam *Et*. Plures vett. edd. cum Bibl. Reg. et Brev. Goth. l. c. legunt *Et respondit*.

Ibid. *inquit, mihi*—Cod. I, Beda IV, 308. *inquit, tibi;* item syrus, et latina versio samaritani textus in polygl., sed contra fidem sui textus. Cod. A, quidam codd. Bedae II, 156., Remigius antiss., Gualterus CCIX, 454., margo Ordin. tacent pronomen. At cod. O monet legendum esse *mihi*.

Ibid. *capram trimam* — Codd. F, G, Bruno ast., Beda II, 234. *capram triennem;* at Beda II, 156. *capram trinam,* quod et alii cum chaldaeo habent; sed minus recte.

Ibid. *turturem quoque*—Hugo *turturemque;* Beda IV, 308., Richard. de s. Vict. CXCVI, 1034. tacent *quoque;* cf. Holmes.

10. *Qui tollens* — Rabanus, Martin. legion. CCVIII, 624. *Tollens igitur Abram*.

Ibid. *divisit ea*— Pronomen expungunt sixtini, codd. A, B, C, D, G, L 5., N, O, P, Hugo, Beda II, 156., Rabanus, Guibertus, Bruno ast., Rupertus, Petrus Com.; cod. N addit quoque omissionis rationem: «Quia interpres, ait, » duas partes copulative complicuit in unam » simplicem, visum est sufficere hoc prono» men *haec:* hebraeus enim habet *Et acce*» *pit omnia haec, et divisit ea per medium;* » latinus interpres *Qui tollens universa haec,* » *divisit per medium.* » Seu, uti alii malunt, *Qui tollens universa, haec divisit per medium*.

11. *volucres* — Radulphus ard. CLV, 1690. 1802. 1930. addit *caeli*.

12. *sol occumberet* — Cod. L 4., Isidorus V, 300., Beda IV, 308. *occubuisset sol,* uti infra versic. 17.; Rabanus *decubuisset sol;* Richardus de s. Vict. CXCVI, 1050., Petrus Com. *sol occubuisset*. Nic. de Lira monet hebraeum habere *occubuisset*.

Ibid. *sopor irruit* — Codd. R, S, Bibl. Ordin., Isidorus, Beda, Martinus legion. ll. cc., Rabanus cum Augustino *pavor irruit*. Cod. M notat: « Alii *pavor;* sed vera littera est *sopor* » secundum Isidorum, et antiquos, et he» braeum ». Cod. O « Hebr. et antiqui *so*» *por;* at moderni *pavor,* propter Glossam, » quae habet *pavor* secundum LXX. »

Ibid. *invasit eum* — Cod. E *invasit super eum;* Beda l. c., Rabanus *irruit super eum;* Ambros. *incubuit super eum;* hebr. נפלת עליו.

13. *quod peregrinum.* — Isidorus l. c., Beda II, 157., Rabanus, Atto verc. CXXXIV, 520., Bruno ast., Martin. legion. l. c. *quia peregrinum;* item itala.

Ibid. *non sua, et subiicient eos servituti, et affligent quadringentis annis*—Ex varia huius loci interpunctione pendet insignis quaestio chronologica, quae iamdiu doctissimorum interpretum ingenia vexavit, quaeque nondum, quod sciamus, plane dirempta est; etsi haud modicam lucem afferre visi sint nuperrimi auctores, qui aegyptiacas antiquitates penitius investigarunt. Nostrum non est varias illorum componere sententias: sed critica documenta, quae propius Vulgati lectionem afficiunt, dilucide proferemus. In primis recitanda est notula quam habemus in cod. N, ubi legitur: « *Scito praenoscens quod pe*» *regrinum futurum sit semen tuum in terra* » *non sua.* Hic pausa; sequitur: *et subiicient* » *eos servituti et affligent.* Hic pausa; sequi» tur: *quadringentis annis,* quod determinat » non immediate, sed mediate praecedentia; » non enim tam diu fuit afflictum semen eius, » sed diu liberum, et aliquamdiu dominans » in Aegyptum. » Ad haec cod. N* addit: » Haec determinatio *quadringentis annis,* re» fertur ad hanc dictionem *quod peregrinum,* » aliter esset plus. Attamen codex noster sic » punctat: *Scito praenoscens quod peregrinum* » *futurum sit semen tuum in terra non sua,* » *et subiicient eos servituti: et affligent CCCC.* » *annis* .» Sixtini correctores uncis incluserant verba *et subiicient eos servituti et affligent,* ut nempe profiterentur se cum Augustino *(Quaest. in Exod. 47.)* sentire, qui hoc annorum spatium non ad aegyptiacam ser-

vitutem, verum ad totam patriarcharum Abrahami, Isaaci et Iacobi peregrinationem in terra Chanaam referri vult, itemque ad filiorum ac nepotum commorationem in Aegypto usque ad Mosem. Perspicue hanc sententiam exponit Haymo CXVII, 682.; item Beda l. c., Alcuinus C, 537., Rabanus, Angelomus, all. Cf. Tornielli *Annal. Sacri, ad ann. 2118. §. XVI.* At quum Sixtus edidisset *non sua: et subiicient eos servituti, et affligent quadringentis annis*, gregoriani et Toletus iusserunt comma apponi pro duobus punctis, et sequens comma deleri; idque Angelus quoque Rocca expressit in suis schedis, qui tamen praeterea adiecit comma post verbum *affligent;* at clementinae edd. neque hoc admiserunt, neque illud abiecerunt; unde accedere videntur illorum sententiae, qui existimant Israelitas totidem quadringentos annos in Aegypto commoratos fuisse: quae quidem opinio nobis quoque probabilior videtur; sed alibi de hac quaestione agendum erit.

14. *post haec* — Brev. Goth. l. c. tacet *haec;* Ratramnus CXXI, 74. legit *post hoc.*

Ibid. *magna substantia* — Bibl. Ordin. *multa substantia.* Augustinus *supellectili multa.*

16. *necdum enim* — Cod. C haec habet super rasuram. Gregor. M. I, 1290. III, 373. *nondum;* Brev. Goth. l. c. *necdum.* Cf. Sabatier.

Ibid. *completae sunt iniquitates* — Gregor. M. l. c. cum Augustino *completa sunt peccata.* Margo Ordin. *impletae sunt iniquitates.* Cf. Sabatier.

Ibid. *ad praesens* — Florus Diac. CXIX, 172. et margo Ordin. *in praesens.*

17. *fumans* — Cod. G, Beda II, 157. 235. *fumigans.*

Ibid. *et lampas* — Cod. A *et lampans.* Cod. B tacet *et.*

18. *In illo die* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, T, Bibl. Ordin., all., Rabanus, Guibertus, Hugo, Rupertus, *In die illo.* Alii cum cod. S et Brunone ast. *In die illa;* item Augustinus.

Ibid. *foedus cum Abram* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus, Brev. Goth. l. c. *cum Abram foedus.*

Ibid. *terram hanc* — Brev. Goth. l. c. tacet *hanc.*

Ibid. *fluvium magnum Euphraten* — Sixtini, codd. A, E, L, O *fluvium magnum, fluvium* (vel *flumen*) *Euphraten;* item hebr. et nonnulli apud Holmes. et Sabatierium. Codd. C, D, P, S, T, legunt tantum *fluvium Euphraten;* Angelomus *flumen Euphraten;* Alcuinus l. c., Rabanus *flumen magnum Euphraten.* Has omnes varietates attigit cod. N notula sequenti: « Codd. antiquiores *fluvium Euphraten;* mo» derni iuxta hebraeum *fluvium magnum, flu» vium Euphraten;* illi vero, qui sunt medio» cris antiquitatis *fluvium magnum Euphraten*: » Quod non vitio scriptorum in aliquibus an» tiquioribus hoc sit factum, probatur per » Deut. I, 7. ubi de eodem hebraeo, eadem » est translatio. »

19. *Cenezaeos* — Bibl. Rob. Steph. 1545. *Genezaeos;* cf. Holmes.

Ibid. *Cedmonaeos* — Codd. A, R, S, Bibl. Ordin., Reg., all., Hugo, Eucherius *et Cethmonaeos.* Cod. B *et Ecethmoneos.* Cod. E *et Cedomonaeos.* Cod. G tacet. Particulam copulativam praemittunt quoque cod. F, hebr., graec. et reliqui interpp.; sed cf. Holmes.

20. *et Hethaeos* — Non pauci codd. habent *et Cethaeos;* cf. ad X, 15. Praeterea codd. B, F, Guibertus tacent *et.*

21. *et Amorrhaeos* — Bibl. Lugd. 1522. tacent *et.*

Ibid. *et Chananeos, et Gergesaeos* — Nonnullae vett. edd. ut Ven. 1476. 1480., Brev. Goth. l. c. praemittunt *Evaeos*, vel *Hevaeos;* quod et in plerisque graecis codd. et apud Augustinum interponitur. Samaritanus habet idem additamentum, sed post *Gergesaeos.* Hugo de s. Charo monet Cedmonaeos superius memoratos esse Evaeos; adeoque heic nullum admittit additamentum. Cf. Imbonatus *Dissert. de adv. Messiae, p. 107.*, Gesenius *de Pent. Sam. p. 46.* Praeterea quaedam edd. tacent *et* priori loco; aliae altero loco.

Cap. XVI, 1. *non genuerat* — Sixtus cum codd. R, S 1. m., antiquis edd., Brev. Goth. l. c. et Rabano addit *sibi*. Hanc vocem expunxerunt sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd.; Toletus scribit: « Habetur *sibi*, vel *ei* in hebr., graeco, Compl., » Reg. et multis impressis; sed non est in » Ordin.; et Congregatio expunxit. » Cf. Rocca I, 288. Cod. O notat antiquos et Glossam non legere *sibi*: hebraeum et graecum legere *illi*. Nicol. de Lira dicit *sibi* non esse de textu.

2. *dixit* — Cod. E *dixitque;* ut hebr. et graec.

Ibid. *me Dominus* — Codd. A, S, Eucherius *me Deus;* cf. Holmes.

Ibid. *forte saltem* — Remigius antiss., Guibertus, Petrus Com. tacent *saltem*. Beda II, 158. omittit *forte*. Hebr. legit tantum אולי, graecus ἴνα.

Ibid. *filios* — Codd. G, P, margo Ordin., Guibertus *liberos*.

Ibid. *ille acquiesceret* — Guibertus *illi acquiesceret*. Codd. C, D, G, L 3., P, Q, T, margo Ordin. *ille acquievisset;* notant lovanienses huic lectioni consentire hebr., graecum et chald.

3. *tulit* — Addunt *Sarai uxor Abram,* margines Bibl. Ordin., Ven. 1538., Lugd. 1550., all.; item hebr., graec. et reliqui interpp.

Ibid. *coeperant* — codd. E, P, Eucherius, Beda l. c. *coeperat;* consentiunt hebr., graec. et reliqui.

4. *Qui ingressus est ad eam* — Haec primo deerant in cod. B. Legunt *ad illam* cod. G, Eucherius.

5. *in sinum tuum* — Codd. C, D, F, G, P, T, Rupertus, Philippus de Harv. CCIII, 908. *in sinu tuo;* cod. N testatur ita legere antiquiores; item cod. O, qui addit graecum, et modernos tantum legere *in sinum tuum*. Vulgato concinit Ambrosius; unde haec italae lectio videtur.

6. *respondens* — Cod. S, Bibl. Ven. 1480., Reg., all., Eucherius, Brev. Goth. l. c. *respondit*. Guibertus tacet. Cod. O monet veteres legere *respondens*.

Ibid. *Ecce, ait* — Codd. E, S, Eucherius tacent *ait*.

Ibid. *in manu tua est* — Eucherius *in manibus tuis est;* item graecus, syrus; cf. De-Rossi *Varr. Lectt.;* at fortasse ex Ambrosio habuit Eucherius. Guibertus tacet.

Ibid. *utere ea* — Cod. F *fac de ea;* עשי לה.

7. *invenisset eam* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus, Rupertus *invenisset illam*.

Ibid. *angelus Domini* — Beda l. c. *angelus sedentem*.

Ibid. *fontem aquae* — Cod. P, et margo Ordin. expungunt *aquae*.

Ibid. *in solitudine, qui* — Sixtus, codd. B, E, F, G, R, S, T, Bibl. Ordin. Reg., Lov., all., Brev. Goth. l. c., Beda l. c., Guibertus, Rupertus *in solitudine, quae*. Hodiernam lectionem invexerunt sixtini, eamdemque instaurarunt gregoriani ad fidem codd. A, C, D, H, M, N, O, Eucherii, Rabani aliorumque: idque probarunt Toletus, Rocca l. c., Bukentopius p. 386., Brugensis; hebraeus quoque et veteres omnes pronomen referunt ad fontem, non ad solitudinem.

Ibid. *in via Sur in deserto* — Cod. A *in deserto Sur;* cod. E, Guibertus *in deserto in via Sur;* Eucherius *in via in deserto Sur*. Cod. F, Alcuinus C, 538., Rabanus *in via Assur in deserto*. Duplex eiusdem vocis interpretatio heic haberi videtur, dum legitur *in solitudine . . . in deserto;* hinc alterutram abiiciendam censuerunt Calmetus, Mariana, Isidorus Clarius, Vallarsius, De Vence, aliique: et revera priorem tacent Ambros., Hieronymus III, 330., Alcuinus l. c.; alteram vero codd. B, H, O, Beda II, 158.

8. *ad illam* — Codd. A, E, O, Beda l. c., Rabanus *ad eam*. Bibl. Rob. Steph. 1532. et margo Ordin. *ad ancillam*.

Ibid. *et quo* — Cod. F, Rupertus *aut quo*.

9. *Dixitque ei* — Tacent *ei* cod. F, Eucherius, slavonica ostrog., et cod. 193. Kennic., et cod. 44. holmesianus.

Ibid. *humiliare* — Brev. Goth. p. 154. *humilia te;* item Ambros. et Hilar. apud Sabatier.; consentiunt fragmenta italae edita a Card. Maio *(Spicil rom. tom. IX.)*.

Ibid. *sub manu illius* — Sixtini, codd. A, E *sub manibus ipsius*. Quoad pronomen consentiunt codd. C, D, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus: quoad nomen plurale concinunt Beda II, 236., Hilarius et Ambros. apud Sabatierium, et laudata fragmenta edita a Maio; hebraeus et graecus.

10. *inquit, multiplicabo* — Cod. B *multiplicabo, inquit*.

11. *Ecce, ait* — Sixtini cum cod. A *Ecce, inquit;* item Eucherius.

Ibid. *concepisti* — Codd. C, D, T, margo Ordin. *concipies*.

Ibid. *vocabisque* — Cod. T, Beda II, 159., Petrus Com. *et vocabis*.

Ibid. *Ismael* — Codd. et edd. veteres mire discrepant in hoc nomine; scribunt enim *Hismael, Ismahel, Hismahel, Smahel;* sixtini praetulerunt *Ismael*, quae fere communior lectio videbatur. Sed in huius nominis orthographia non satis sibi constant editores clementini; nam toto Genesis libro, ubi saepius occurrit hoc nomen, scribunt sine adspiratione; item I Esdrae X, 22. Iudith II, 13. Verum alias perpetuo scribunt *Ismahel;* vide IV Reg. XXV, 23. I Paralip. I, 28. 29. 31. VIII, 38. IX, 44. (excepta heic ed. 1592.) II Paralip. XIX, 11. XXIII, 1. Ier. XL, 8. 14. 15. 16. XLI, 1. et seqq. Conferantur ea quae inferius adnotavimus ad XVII, 23. et ad XXXVII, 25.

Ibid. *Dominus* — Eucherius, Isidorus III, 320. *Deus;* item Hieronym. III, 330., et ex ipso, Beda IV, 311., graecus compl., arabs et cod. 669. apud De-Rossi, qui hanc lectionem meliorem ac textui magis consentaneam existimat.

12. *et e regione* — Ita sixtini; nam edd. Roberti Steph. et Lovan. aliaeque non paucae minus recte legebant *et eregione*.

Ibid. *universorum* — Rupertus cum Hieronymo l. c. *omnium;* Guibertus *cunctorum*. Eucherius, Petrus Com. tacent; item duo codd. Kennicott.

13. *Vocavit autem* — Codd. L, R, S, Bibl. Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. non paucae vett. edd., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus addunt *Agar;* item multi graeci codd. At cod. O monet hebr., antiquos et Glossam non habere hoc nomen; item Lucas Brugensis.

Ibid. *Domini* — Beda l. c. *eius*.

Ibid. *ad eam* — Bibl. Ordin. tacent.

14. *viventis et videntis me* — Angelomus scribit: « Quidam codices legunt *bibentis et* » *videntis*, quia unusquisque quanto magis » sorbuerit scientiam Scripturarum bibendo, » tanto magis videt intelligendo. » Nimirum Angelomus non animadvertit priscos amanuenses litteras *B* et *V* saepius permutasse; unde scriptum reperitur *bibentis*, pro *viventis*, quemadmodum in antiquis marmoribus centies habemus *bibas*, *bixit*, pro *vivas*, *vixit*, quod frequenter occurrit in nostro cod. E, ubi ex. gr. ad Gen. XX, 7. pro *vives* legitur *bibes;* aliaque eiusdem generis permulta exempla suppeditant vetera monumenta. Ceterum animadvertendum editiones clementinas infra ad XXIV, 62. et XXV, 11., ubi idem nomen occurrit, exhibuisse *Viventis* cum priori littera maiuscula, prout sixtini heic quoque scripserant. Praeterea in laudatis locis Vulgatus non habet pronomen *me*, quòd heic quoque, cum graeco et aliquot samaritanis, omittebant nonnulli latini: unde cod. O notat apud veteres legi. Clarius habet *viventis videntem me*. Nominis etymon ab ipso Mose propositum est *vita* servata fuit post Dei *visionem*.

15. *Peperitque Agar* — Sixtini, codd. A, C, D, N, T, Rupertus non habent *Agar*. At cod. O monet legi in hebr. graeco et in Glossa.

16. *Octoginta* — Eucherius *Septuaginta*, graecus ven. ἑβδομηκοντάτης.

Ibid. *erat Abram* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, T, Eucherius, Rupertus omit-

tunt nomen *Abram*. Cod. O notat hebraeum, graecum et modernos codd. legere *Abram*. Bibl. Ordin., Hugo legunt *Abram erat*.

Cap. XVII, 1. *apparuit ei Dominus* — Non paucae edd. vett., Eucherius, Brev. Goth. p. 155. *apparuit ei Deus;* cf. Holmes.

Ibid. *Ego Deus* — Posteriores edd. Rob. Steph., Biblia Lovan., all., Brev. Goth. l. c., Rupertus *Ego Dominus*. Cod. O testatur veteres latinos cum hebr. et graeco legere *Ego Deus;* hanc autem lectionem probarunt sixtini, consentientibus omnibus melioris notae codicibus. Cod. S *Ego Dominus Deus;* item pauci codices holmesiani.

3. *in faciem* — Eucherius addit *suam;* item August. ex graeco. Cf. v. 17.

4. *Deus* — Cod. B, Angelomus cum Hieronymo III, 330. *Dominus;* cod. R *Dominus Deus*.

Ibid. *et pactum* — Codd. L, R, S, Bibl. Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus *et ponam pactum;* item chald., syrus et arabs. Cod. O notat hebr., graecum, priscos latinos et Glossam expungere *et ponam*. Nescio an revera huius notulae auctor abiicere quoque voluerit copulam, prout fecisse videntur, saltem prima manu, sixtini. Nostri quidem codices illam retinent; in hebraeo autem et graeco illius vices gerere videtur הנה, ἰδού.

5. *appellaberis* — Codd. C, D, G, N, O, T, Rupertus *vocaberis*. Brev. Goth. l. c. tacet.

Ibid. *Abraham* — Nonnullae vett. edd. cum Bibl. Reg. scribere solent *Abraam*. At bene notat cod. N interponendam esse adspirationis litteram.

6. *Faciamque* — Cod. C 1. m. *Faciam*.

Ibid. *vehementissime* — Cod. B *vehementer*.

Ibid. *ponam te* — Sixtini, codd. A, B 1. m., C, F, L 6., Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rupertus, cum vers. georgiana, omittunt pronomen, quod, teste codice O, neque in antiquis codd., neque in Glossa legitur.

Ibid. *ex te egredientur* — Cod. T *egredientur ex te*.

7. *pactum meum* — Cod. S, Eucherius tacent *meum*.

Ibid. *generationibus suis* — Cod. O notat hebraeum, graecum et antiquos legere *suis*. Quidam enim, uti codd. R, S legebant *tuis*.

Ibid. *et seminis tui* — Codd. B, G, Eucherius, Brev. Goth. p. 95. et 155. *et semini tuo*. Haec lectio egregie respondet hebraeo; sed pro eo quod Vulgatus praemittit *Deus tuus*, legendum foret *tibi Deus*, prout legebat Augustinus. Cf. Sabatier. et Holmes.

8. *semini tuo* — Codd. L 4., Q, R, S, Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius addunt *post te;* item Augustinus ex graeco, cui consentiunt hebraeus et reliqui veteres interpp. At cod. O monet graecum, antiquos et Glossam nil addere; nimirum pauci graeci codd. tacent μετὰ σέ.

Ibid. *omnem terram* — Roberti Steph. edd. posteriores *et omnem terram*.

Ibid. *aeternam* — Codd. Bedae II, 161., Rupertus *sempiternam*.

9. *Dixit* — Cod. F, Bibl. Reg., posteriores edd. Rob. Steph., Hugo, Angelomus, Rupertus *Dixitque*.

Ibid. *Deus* — Cod. T, Rupertus *Dominus;* item Sedulius Scot. apud Sabatier. et Cyril. Al. apud Holm.

Ibid. *Et tu ergo* — Sixtini deleverant *Et*, quod redundare videtur, nec legit Rabanus. Eucherius tacet *ergo*. Quum hebraica particula ו vel *et*, vel *ergo* reddi possit, De Vence suspicatur duplicem eiusdem particulae interpretationem in nostros codices irrepsisse.

10. *pactum meum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, L 6., Bibl. Ordin., Hugo, Eucher., Beda II, 161. 236., Rupertus IV, 561., Petrus ven. CLXXXIX, 572. non legunt pronomen. Hinc cod. O notat graecum, antiquos et Glossam expungere *meum*. At habetur in hebr. et reliquis interpretibus; immo cum legatur in armeno et apud Ambrosium, coniicere possumus non in omnibus graecis codicibus olim defuisse.

Ibid. *observabitis* — Cod. A *observabis;* item Ambros. ex graeco. Petrus ven. l. c. *servabitis*.

Ibid. *me et vos* — Rabanus *vos* tantum.

Ibid. *masculinum* — Cod. R, Isidorus V, 301., Brev. Goth. p. 155. *masculum.*

11. *ut sit in* — Codd. A, R, Rabanus, Rupertus tacent *in;* item versio armena et georgiana. Brev. Goth. l. c. *et sit in.* Conf. Sabatier.

Ibid. *foederis* — Eucherius addit *mei;* item georgiana versio.

12. *emptitius* — Sixtini scribere maluerunt *emtitius.* Cf. Forcellini ad voc. *emptus.*

Ibid. *fuerit* — Rabanus *fuerint;* mendose habet *sunt* latina versio Onkelosi in Polyglottis. Cod. O animadvertit veteres omnes legere *fuerit.*

13. *aeternum* — Rabanus *sempiternum.*

14. *delebitur* — Isidorus V, 302. (alibi cum Vulg.), Beda III, 337. V, 54. (conf. II, 163.), Angelomus, Florus Diac. CXIX, 164., Petrus Dam. CXLIV, 637., Guibertus, Bruno ast., Petrus Com. legunt *peribit.* Miror lectionem adeo frequentatam nec in codd. nec in itala ullum habere praesidium.

Ibid. *de populo suo* — Petrus Dam. l. c. *de populo meo.*

15. *Dixit quoque Deus* — Beda II, 163., Rabanus *Dixitque Dominus.* Favet cod. 189. Kennicott.

Ibid. *Sarai, sed Saram* — Graecus legit Σάρα, Σάῤῥα. Hinc Ambrosius, praeter alios quos laudat Vallarsius III, 331., *lib. II. de Abr. c. 11.* scribit: « *Sarae* una additur » littera, hoc est *r*, ut vocaretur *Sarra.* » Et revera non pauci ex antiquioribus nostris codd. uti A, E, G, S habent *Sarai, sed Sarram.* At Hieronymus l. c. « Errant, inquit, » qui putant primum *Saram* per unum *r*, » scriptam fuisse, et postea ei alterum *r* ad- » ditum . . . *Sarai* igitur primum vocata est » per *sin, res, iod* (שׂרי); sublato *iod,* id est *i* » elemento, addita est *he* littera, quae per *a* » legitur, et vocata est *Sara* (שׂרה). » Ex his Hieronymi verbis, quae plerumque aut a librariis depravata, aut perperam accepta fuerunt, subortae sunt variae scriptorum sententiae. Praetermittimus Eucherium, Isidorum III, 320., Bedam II, 237. IV, 311., Alcuinum C, 539., Rabanum, Haymonem CXVIII, 93., Remigium antiss., Rupertum, Petrum Com., at pauca describere placet ex Angelomo, qui fusius de hac quaestione agit: « Nonnulli, inquit, *Sari* prius vocatam, et » postmodum *Saram* dicunt. . . . Unde existi- » mant vitio scriptorum unum *r* additum in » authenticis libris. At nonnulli prius *Sarai,* » postmodum *Saraam* nominatam autumant. » . . . Ferunt quod p. Albinus in Bibliotheca » (sic *Biblia* dicebantur), quam Carolo Prin- » cipi correxit, quod nos etiam oculis dili- » genter inibi inspeximus, emendare curavit » *Saraam,* et in nostris quibusdam volumi- » nibus ita legitur; quod et nos similiter le- » gendum putamus. » Hanc lect. servat cod. F; cf. Thomas. I, 3. 7.

16. *orientur ex eo* — Cod. B tacet. Isidorus Clarius habet *orientur ex ea.* Isidorus hisp. III, 320. legit *erunt ex ea* (sed V, 301. cum Vulgato facit); atque ita legendum esse videtur apud Hieronymum in *Quaest. hebr.,* unde hanc lect. derivavit Isidorus, etsi Martianaeus et Vallarsius ediderint *erunt ex eo.* Hebraeus, et veteres interpretes, excepto graeco et syro, manifeste pronomen referunt ad Saram. Attamen de Vence lectionem Vulgati praefert.

17. *in faciem suam* — Cod. C, Rupertus *pronus in faciem.* Sixtini, codd. A, C, D, N, P, T, Beda II, 164., Angelomus, Hugo, margo Ordin. tacent pronomen; item multi graeci codd.; cf. Holmes. et Sabatier. Cod. O testatur graecum, antiquos et Glossam non legere *suam.* Hieronymus profecto in hac phrasi על פנין vertenda, solet plerumque suffixum negligere.

Ibid. *dicens in corde suo* — Hunc verborum ordinem, quem Lucas quoque Brugensis probavit, ad fidem antiquiorum codicum sixtini induxerunt. Nam pauci codd. uti R, S, et veteres Vulgati edd. cum Brev. Goth. l. c. legebant *in corde suo dicens.* Cf. Sabatier.

18. *ad Deum* — Codd. N, R, Rupertus, Brev. Goth. l. c. et vett. edd. non paucae habent *ad Dominum;* Eucherius *Abraham ad*

Dominum; nomen *Abraham* legitur in hebr. et graeco. Cod. S *ad eum*. At cod. O notat hebraeum, graecum, antiquos legere *ad Deum*.

Ibid. *vivat* — Cod. E *ut bibat*. Conf. ad XVI, 14.

19. *Deus* — Rursum codd. F, R, S, vett. edd. nonnullae, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Beda II, 164., Rupertus *Dominus;* item Ambrosius.

Ibid. *Sara* — Ambigebant correctores Pii V. num cum hebr. et graeco legendum esset *Vere Sara*, uti habent Bibl. Ordin. in marg.

Ibid. *constituam* — Eucherius cum itala *statuam*.

Ibid. *pactum meum illi* — Eucherius, Rabanus *illi pactum meum*.

20. *ecce, benedicam ei* — Cod. T *Et benedicam ei*. Margo Ordin. praemittit *et;* copulam praemittunt graecus et arabs; conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*, Hieronym. VII, 470. Cod. G legit *tibi*, pro *ei*.

Ibid. *illum in gentem* — Codd. R, S, plurimae edd. antiquae cum Bibl. Ordin., Reg., Brev. Goth. l. c. habent *illum crescere in gentem*. At cod. O testatur hebr., graecum, antiquos, Glossam non legere verbum *crescere*. Eucherius *eum in gentem*.

22. *ab Abraham* — Sixtus edidit *ad Abraham*. Mirum est Bukentopium hanc lectionem inter manifesta menda typographica sixtinae editionis propria recensuisse p. 467. Hanc enim lectionem praeseferunt codd. C 1. m., E, F, G, R, S 1. m.; ex edd. quas ad manus habemus Biblia Ven. 1476. 1480. 1483. 1497. 1498. 1501. 1576., Brix. 1496., Lugdun. 1513. 1522. 1526. 1535. 1540. 1545. 1546. 1550. 1567. 1590., Antuerp. 1542. 1569. 1572. Immo post editam clementinam recensionem non pauci editores eamdem lectionem, licet a gregorianis et clementinis damnatam, retinuerunt; ex his quas videre contigit profero edd. Bibl. Ven. 1599. 1677. 1755. 1779., Bassan. 1774., Antuerp. 1608., Romae 1618. 1624., itemque in Concord. Biblior. Rom. 1627. pag. 67. Concinunt edd. Eucherii, Guiberti, Ruperti, Dionysii Carth. Denique Sixti lectionem seculo saltem XII. notam fuisse demonstrat scholion, quod habemus in cod. M, ubi legimus: « Hebraeus » et antiqui habent *ab Abraham;* sed mo» derni aliqui habent *ad Abraham*, et An» dreas exponit utrumque. » Vere dictum; certum est enim maiorem melioremque numerum codd. et edd. cum clementina editione consentire. « Ita, inquit Toletus, hebr., » graecus, Compl., Reg. et Congregatio; licet » in Ordin. legatur *ad*, sed mendose. » Item Rocca I, 288. Accedunt Rabanus, Hugo de s. Charo, Nicol. de Lira, aliique.

23. *Ismael* — Codd. A, C, D, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus *Ismaelem*, vel *Ismahelem*. Praeter ea quae de hoc nomine adnotavimus supra ad XVI, 11. animadvertendum est clementinas editiones minus sibi consentaneas esse dum hoc in capite et alibi exhibent *Ismael* tamquam indeclinabile; alias vero, uti Gen. XVI, 16. XXVIII, 9. habent *Ismaelem*, XXV, 13. 16 17. *Ismaelis*.

Ibid. *universosque* — Bibl. Paris. 1566. *universos*. Cod. N notat legendum *universosque*.

Ibid. *cunctos mares* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. praemittunt *et;* cod. F, Eucherius *cunctosque mares;* item graecus.

Ibid. *ipsa die* — Cod. R, Bibl. Ordin., Hugo *ipso die*.

Ibid. *ei Deus* — Codd. C, D, E, F, G, T *ei Dominus;* cod. N testatur hanc esse veterum codicum lectionem.

24. *Abraham* — Cod. A, Eucherius tacent. Cod. C legit *Abraham vero;* hebr., graec., vett. interpp. habent copulam.

Ibid. *nonaginta et novem* — Codd. A, B, C, D, F, G, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Beda II, 164. *nonaginta novem;* item August. ex graeco.

25. *filius tredecim* — Sixtus, cod. R, et fere omnes vett. edd. habent *filius suus tredecim*. Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Beda l. c. legunt *filius eius tredecim*. Eucherius *filius eius duodecim* (Guibertus *quatuordecim*). Igitur

*

Sixtus de more lectionem communiorem in antiquis edd. retinuit; sixtini vero lectionem vetustiorum codd. comprobarunt. Hinc aestimanda est notula, quae in Bibl. Paris. 1837. legitur, hisce verbis concepta: « Omnes an- » tiquae edd. habent *filius eius*, sixtina vero » *suus*. Quod cum romani correctores in *eius* » immutare voluissent, evenit ut neutrum » remanserit. » Primam huius notulae partem mendosam esse patet: altera vero ex De Vence derivata videtur; neque abludit Bukentopius *(p. 386. conf. p. 526.)* qui scribit: « Istud *eius*, vel *suus* est forsitan per inad- » vertentiam omissum in prima ed. Clemen- » tis VIII., atque ita etiam in Bibliis postea » impressis iuxta illa clementina. » Hanc autem coniecturam in primis probabilem censebamus, tum quia nullibi ante edit. vat. 1592. praetermissum vidimus illud pronomen (mittimus cod. Kennic. 132. in quo בנו desideratur), tum quia gregoriani ex sixtinis suas correctiones derivare solebant: at vero autographa scripta gregorianae Congregationis, Toleti et Angeli Rocca, in quibus simpliciter pronomen expungitur, obstant ne quid hac in re adfirmare audeamus.

27. *et alienigenae* — Ven. Bellarminus in praeclara sua dissert. *de Bibliorum ed. Vulgata*, erudite demonstrare nititur legendum esse *ex alienigenis*, prout habent cum hebraico textu antiquae omnes versiones, et ratio ipsa suadet. Ante Bellarminum hanc lect. recepit Isidorus Clarius in sua editione Bibliorum. At vetera latinorum documenta silent; immo margo Ordinar. utramque lectionem componere videtur monens *alienigenas* non alios esse nisi quos *emerat ab alienigenis*.

Cap. XVIII, 1. *Apparuit autem* — Codd. S, T, Rupertus *Apparuit iterum*.

Ibid. *Dominus* — Eucherius, Rupertus I, 401. *Deus;* item itala ex graeco.

Ibid. *tabernaculi sui* — Avitus vienn. LIX, 310., Beda IV, 312., Gualterus de cast. CCIX, 453. tacent *sui;* quibus concinunt hebr. et reliqui interpp., excepto graeco, de quo cf. Holmes.

2. *elevasset* — Codd. F, G, Avitus vien. l. c., Eucherius, Isidorus V, 302., Beda l. c., Hugo de s. Vict. *levasset*. Rupertus *sublevasset*.

Ibid. *oculos* — Cod. F, Beda IV, 312., Petrus Dam. CXLV, 43., Hugo de s. Viet., Anonymus in Patrol. CCXIII, 755. addunt *suos;* item hebr. graec., sed cf. Holmes.

Ibid. *ei tres* — Cod. T, Rupertus *et tres*. Pronomen tacet Beda l. c.; nec legitur in hebr. et graeco.

Ibid. *prope* — Codd. C, D, E, H, N, O, T *propter;* cod. O testatur hanc esse veterum lectionem (cf. infra XXIV, 13.). Isidorus V, 302., Beda l. c., Martinus legion. CCVIII, 39. *iuxta*.

Ibid. *cucurrit* — Cod. K, Richardus de s. Vict. CXCVI, 176. *occurrit*. Cf. Sabatier.

Ibid. *tabernaculi* — Sixtus, codd. E, R, S, veteres edd. pene omnes, Brev. Goth. p. 157., Rabanus, Guibertus, Rupertus, Richardus de s. Vict. l. c. et, ex graeco, itala *tabernaculi sui;* uti versic. superiori. Verum sixtini, et gregoriani ad fidem plurimorum antiquiorumque codd., praesertim A, B, C, D, F, all. et sacri textus hebraici, pronomen expunxerunt. Cf. Rocca l. c.

Ibid. *terram* — Sixtus, codd. A, C, D, E, F, G, R, Bibl. Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., aliaeque non paucae, Eucherius, Rabanus, Beda II, 166., Guibertus, Rupertus, Petrus cantor CCV, 324. *terra;* item primo scripserant sixtini; atque cum secunda manus reposuisset *terram*, quae est lectio Lovan. aliarumque edd. et codd., tertia manus iterum restituit *terra*. Verum gregorianis placuit quartum casum praeferre. Conf. infra XIX, 1. XXIV, 52. Margo Ordin. notat aliquos codd. tacere *in terra*.

Quamvis ad sacra Biblia proprie non pertineat pervulgata sententia *Tres vidit, et unum adoravit*, tamen monuisse iuvabit ex hoc nostro versiculo illam quodammodo ab antiquis scriptoribus derivatam fuisse. Cf. August. *contra Maxim. l. 2. c. 26. §. 7.*, Gregor. M. III, 760., Brev. rom. in 2 Resp. in

Quinq., Isidorus V, 303., Beda l. c., Walafridus CXIII, 125., Haymo CXVIII, 335., Bruno ast., Martin. legion. CCVIII, 125. aliique CCX, 404. CCXIII, 95. CCVII, 437.

3. *in oculis tuis* — Alcuinus C, 540., Angelomus *ante te;* item itala.

Ibid. *transeas* — Bruno ast. *transeatis*. Consentit samaritanus textus legens עברתי; Cf. Houbigantius.

4. *lavate pedes vestros* — Hanc lectionem sixtini et gregoriani probarunt consentientibus codd. A, B, E, H, hebraico textu. Conf. Rocca l. c. et Lucas Brugensis. Sixtus vero, codd. C, D, F, G, R, S, T, veteres Vulgati edd., Brev. Goth. p. 157., Gregorius M. III, 749., Isidorus V, 302., Beda l. c., Rabanus, Petrus Dam. CXLV, 43., Guibertus, Bruno ast., Rupertus, Petrus cantor l. c., Petrus Bles. CCVII, 831., Martinus legion. l. c., Gualterus l. c., Concil. ed. Hard. V, 124. legunt *laventur pedes vestri*. Cf. Sabatier., et Holmes.

Ibid. *sub arbore* — Cod. B, Martin. legion. l. c. *sub arbore hac;* item Anecdot. Marten. V, 4., et arabs apud Holmes.

5. *Ponamque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, N, O, P, T, Hugo, Eucherius, Gualterus l. c. *Ponam.*

Ibid. *confortate* — Sixtus, codd. F, N*, R, S, vett. edd. fere universae, Brev. Goth. l. c., Petrus cant. l. c. *confortetur*. Hodiernam lectionem sixtini et gregoriani cum plurimis antiquioribusque codd. receperunt, quam, uti recte adnotat cod. O, hebraeus, antiqui et Glossa retinent.

Ibid. *postea* — Cod. C cum Augustino *et postea;* accedunt graecus, syrus, Ionathanus, quidam codd. hebr. et Onkelosi apud De-Rossi, qui pro hac lect. addere debuisset et textum samaritanum cum sua versione.

Ibid. *transibitis* — Cod. F addit *viam vestram:* August. *in viam vestram,* ex graeco; at cf. Holmes. Haec verba pertinere videntur ad XIX, 2.

Ibid. *dixerunt* — Eucherius *responderunt.*

6. *Festinavit* — Codd. Bedae II, 167. addunt *autem;* hebr. quoque, graecus et reliqui nexum exprimunt.

Ibid. *similae* — Lucas Brugens. notat non esse omittendam hanc vocem, quam revera codd. L 4., et nonnulli veteres praetermittere videntur. Rupertus legit *farinae;* item vetus lexicon editus a Card. Maio *(Scriptt. class. VIII, 521.).* Hieronym. in *Quaest. hebr.,* ex graeco habet utrumque *farinae similae* (cf. Holmes.); item, ex Hieronymo, Beda IV, 312.; accedunt hebr. et reliqui interpp.

8. *Tulit quoque* — Cod. G, Eucherius, Remigius *Tulitque.*

9. *ille respondit* — Eucherius, Isidorus V, 303., Martin. legion. CCVIII, 39. praemittunt *at.* Hebr. et graecus legunt *Et dixit.*

10. *vita comite* — Non legunt Isidorus l. c., Beda l. c., Bruno ast., Petrus Com. et Martin. legion. l. c. Quamquam Gesenius in *Thesauro p. 470.,* aliique plures nostrae aetatis philologi contendant hebr. כעת חיה innuere *proximum annum* (quasi: proximo vere, hieme praeterlapsa), tamen Vulgati lectionem a Hieronymo profectam fuisse, collatis eiusdem *Quaest. hebr.* III, 333. nemo ambiget.

Ibid. *Sara risit* — Bruno ast., Petrus Com. *risit Sara.* De verbo *risit* heic addito conf. Mazochii *Spicil. Bibl. I, 84.* Nam temere, ut alia multa, hunc locum Isidorus Clarius renovavit.

11. *Erant autem* — Cod. B, Eucherius *Erant enim.* Brev. Goth. l. c. et quidam codd. Bedae II, 170. tacent *autem.*

Ibid. *desierant* — Cod. B 2. m., Petrus Com. *desierat.*

Ibid. *Sarae fieri* — Cod. G *fieri Sarae.* Guibertus tacet *fieri.*

12. *risit occulte, dicens* — Sixtus, cum Bibl. Antuerp. 1583. all., interpunctionem posuit post verbum *risit;* hanc vero iure delendam esse censuerunt gregoriani, ne, contra fidem sacri textus, verbum *occulte* ad sequentia referri videretur. Hieron. l. c. *risit in semetipsa, dicens.* Adnotandum in prima et altera vatic. ed. Clementis VIII. nec ante, nec post verbum *occulte* ullam interpunctio-

nem positam fuisse; at tamen eadem post hoc verbum in tertia vatic. ed. anno 1598. merito adiecta fuit, indeque ad reliquas passim propagata est.

Ibid. *consenui* — Beda II, 171. IV, 78., Brev. Goth. l. c. *senui*.

13. *Sara* — Cod. R, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Hugo de s. Victore, margo Ordin. addunt *uxor tua;* eadem habet, sed praemittit, cod. F. At vero codd. N, O notant hebraeum, graecum, antiquos et Glossam non habere hoc additamentum; item Correctorium sorbon.

Ibid. *Num vere* — Cod. E *Numquid vero*. Codd. F, R, Bibl. Ven. 1476. *Num vero*. Cod. S, margo Ordin. *Numquid*. At rursum cod. O testatur veteres legere *vere*.

14. *quidquam est* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, T, Bibl. Ordin., Eucherius, Beda II, 171., Guibertus *est quidquam*. Cod. S tacet *est*.

15. *timore* — Codd. G, T *terrore*.

16. *Cum ergo surrexissent* — Cod. K, Eucherius *Cum ergo exissent*. Cod. E *Cum ergo consurrexissent*. Beda l. c. *Cum surrexissent ergo*. Guibertus, Rupertus, Petrus Com. *Cumque surrexissent*.

Ibid. *oculos* — Codd. A, B, E, F, S, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Guibertus addunt *suos*.

18. *in illo* — Codd. C, D, G, R, S, T, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus *in eo*. Cf. Sabatier.

19. *Scio enim* — Ita legendum esse notatur in cod. N; at Rabanus habet *Scio namque*.

Ibid. *iudicium et iustitiam* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Rupertus *iustitiam et iudicium;* item hebr., graecus, Augustinus. Pro clementina lect. stant pauci codd., plurimae edd., ex antiquis interpp. syrus.

Ibid. *ut adducat* — Cod. B, Bibl. Lugd. 1535. *et adducat*.

20. *Dixit itaque* — Codd. C, D, O, T, Angelomus *Dixitque*. Cod. F *Dixitque Abrahae*.

Ibid. *Sodomorum* — Rupertus II, 402. 1091., *Sodomae*. Cf. ad XIV, 11., et Sabatier.

Ibid. *Gomorrhae* — Legunt *Gomorrhaeorum* codd. E, F, G, H, N*, R, S, Bibl. Reg. Lov., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Gregor. M. I, 147. 628. III, 475. 511. IV, 25. (at cum Vulgato II, 89. 860.), Rabanus, Remigius antiss., Petrus Dam. CXLIV, 209. CXLV, 769., Guibertus, Rupertus I, 365., Hervaeus CLXXXI, 528., Philippus de Har. CCIII, 960., Petrus cantor CCV, 333.; codd. Bedae et veteres patres apud Sabatierium modo hanc, modo illam lect. exhibent. At sixtini et gregoriani cum codd. A, B, C, D, all., Bibl. Ordin., Hugone, all. hodiernam lect. praetulerunt; immo cod. O testatur antiquos codd. et Glossam cum hebr. et graeco legere *Gomorrhae;* item Toletus qui scribit: « Lege » *Gomorrhae;* ita hebr., graecus, Ordin.; et » sic censuit Congregatio. » Cf. Rocca l. c., et Sabatier. Recolantur quae superius adnotavimus ad XIV, 11.

Ibid. *peccatum eorum* — Sixtini, codd. A, C, D, T *peccatum earum;* item cod. N, in quo legitur: « Quod dicitur *earum* in genitivo fe» min. ad nomina duarum refertur civitatum » in plurali. Regulariter enim non invenitur » *Sodomarum*, sed *Sodomorum;* quod male » putarunt quidam populos significare: alio» quin sicut supra (XIII, 13.) *Sodomitarum* » ibi poneretur. Per quam apparentiam qui» dam mutarunt quod dicitur *Gomorrae*, in » *Gomorraeorum*, et *earum*, in *eorum*. »

21. *Descendam, et videbo* — Gregor. M. II, 860. *Descendo ut videam;* idem III, 475. *Descendam videre*. Atto vercell. CXXXIV, 326. legit *Venite, descendamus, et videamus;* nempe confundit hunc locum cum XI, 7.

Ibid. *qui venit ad me* — Gregor. M. II, 860. *quem audivi*. Hadrianus II. tacet *ad me*, apud Harduin. Conc. V, 724.

Ibid. *compleverint* — Codd. B, C 1. m. *compleverunt*. Gregor. M. l. c. addit *et ulciscar*.

22. *Converteruntque se* — Cod. B, Brev. Goth. l. c. *Converterunt se*. Quod sequitur *inde* in cod. G desideratur.

Ibid. *Domino* — Cod. T *Deo;* multi codd. holmesiani habent utrumque nomen.

23. *appropinquans* — Rabanus *appropians;* item itala.

24. *Si fuerint quinquaginta* — Eucherius *Si quinquaginta fuerint inventi;* ut infra vers. 29. et seqq.

Ibid. *in eo* — Cod. H, et priores edd. Roberti Steph. legunt *in ea;* nec male; nam hebr. et graecus hoc pronomen referunt ad *civitatem,* non ad *locum.*

25. *rem hanc* — Cod. G tacet pronomen.

Ibid. *impius, non* — Bibl. Ordin., Reg., all. *impius. Non.* Sixtini emendarunt.

Ibid. *hoc tuum: qui* — Eadem Biblia *hoc tuum, qui;* duo puncta a sixtinis adiecta fuere. Cod. T, Rupertus *tuum hoc, qui.*

Ibid. *terram, nequaquam* — Fere omnes edd., quae vaticanas praecesserunt legunt *terram: nequaquam;* heic quoque a sixtinis correctum fuit. De hisce variis interpungendi rationibus agit cod. M, ubi legimus: « Hebr. » incipit versum: *Qui iudicas omnem terram,* » *nequaquam facies iudicium.* Alii sic pun- » ctant: *Non est hoc tuum,* scilicet occidere » iustum cum impio. *Nequaquam,* scilicet ita » erit; quia *facies* rectum *iudicium.* »

Ibid. *facies iudicium hoc* — Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *facias iudicium hoc.* Cod. S *facias tale iudicium.* Cod. R, Brev. Goth. l. c. *facies hoc iudicium;* it. Hilarius. Sixtini cum Isidoro Clario adiecerunt notam interrogationis, ex qua alium omnino sensum verba reddunt; ac praeterea pronomen *hoc* expunxerunt, quod omittunt codd. A, B, C, D, E, F, H, I, L 12., M; cod. N notat: « *hoc* non est textus, sed glossa; » cod. O dicit: « *hoc,* ante *iudicium,* non legunt he- » braeus, graecus, antiqui. » Accedit Richardus de s. Vict. CXCVI, 1224. Gregoriani quoque istud pronomen abiecerant; at dein vel ipsi, vel certe clementini idem restituerunt; unde Toletus: « *Hoc* non habent hebr., grae- » cus et quidam mss.; legunt tamen Compl., » Reg., Ordin., Lovan. et communiter im- » pressi. » Legit et syrus, et, apud Sabatierium, Hilarius. Cf. Rocca l. c. et Lucas Brugens.

26. *omni loco* — Cod. F *omnem locum.* Petrus Com. CXCVIII, 1100. *omni populo.*

27. *Respondensque Abraham, ait* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, Brev. Goth. l. c., Bibl. Ordin., all. *Respondens Abraham ait;* hanc ipsam lect. codex O ex priscis codd. confirmat; cod. G *Et respondens Abraham ait;* codd. R, S, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., all. *Respondit Abraham et ait;* Angelomus *Dixitque Abraham.*

Ibid. *Dominum meum* — Cod. O memorat et damnat quosdam libros legentes *Dominum Deum meum,* et ita legit cod. R; itemque nonnulli codd. hebr. apud De-Rossi. At Gregor. M. IV, 26. cap. XLVII., Guibertus, Gerhohus CXCIV, 1371. aliique tacent pronomen; quibus concinunt plurimi graeci codd., versio armena et georgiana; immo et reliqui interpretes in polyglottis; neque obstat hebraicus textus אדני, immo aperte suffragatur si admittas lectionem יהוה, de qua cf. laudatus De-Rossi.

28. *propter quadraginta quinque* — Angelus Rocca l. c. scribit: « Prius legebatur *quia,* » nunc autem reposita est particula *propter,* » quae in omnibus editionibus et in omni » textu legitur. » At si in omnibus edd. legebatur *propter,* ubinam prius legebatur *quia?* Nempe Rocca editionem Sixti V. innuere vult, quam numquam expresse compellat in suis adnotationibus. Itaque quum Sixtus posuerit *quia,* gregoriani restituerunt *propter.* Ceterum etsi nova videri possit lectio Sixti, tamen non nisi audacter a Bukentopio p. 138. et 468. eadem inter vitia typographica eiusdem editionis adnumeratur. Nam ex fortuito casu ortum illam habuisse non facile cuiquam suadere poteris. Alia praeterea est huius loci quaestio. Latini codd. alii legunt *propter quinque,* alii vero *propter quadraginta-quinque.* Correctores Pii V. utramque inter lectionem ancipites haerebant; at tamen plerique priorem praeferendam censuerant; quam dein admiserunt sixtini; his suffragantur

codd. A, H, L 4., N, O, Q, T, Bibl. Reg. et Rob. Steph. ed. 1532., Ven. 1538., hebr. et veteres interpretes omnes, praeter graecum, de quo infra dicetur. Pro eadem lectione in cod. O legitur: « Hebr. et antiqui legunt *pro-* » *pter V.;* graeci *XLV.* » Cod. N notat: « Cer- » tissime hebr. et antiqui habent *quinque,* » non *XLV.,* quae littera est LXX. in graeco. » Si enim esset ibi *XLV.,* nil esset interro- » gare utrum *propter XLV. deleret;* cum po- » tius dicendum fuerat: Nonne *propter XLV.* » *parces?* Est ergo sensus: Cum de L. con- » cesseris parcendum, nunc si quinque mi- » nus fuerint, ita ut inveniantur XLV., si » non his parcis, iam videris delere totam » urbem propter quinque. Est enim piissima » et efficacissima pro peccatoribus allegatio. » Eadem ferme aetate Rogerius Bacon *(Opus maius p. 139.)* scripsit: « Hebraeus et anti- » qui libri latini habent *propter quinque;* mo- » derni autem posuerunt *XLV.* propter sen- » sum pleniorem: sed non licet sine Sede » Apostolica mutare textum quem ipsa rece- » pit et iussit per omnes Ecclesias servari. » Cf. Lucas Brugensis, a quo vetus Epanorthotes excitatur, qui non est alius quam noster cod. N. Aliam vero, seu hodiernam lectionem probavit Sixtus, et reliqui correctores retinuerunt: hanc tuentur codd. B, C, D, E, F (in quo mendose *LV.*), G, N *, R, S, et fere omnes veteres edd. Adeoque Toletus scribit: « In hebr., Compl., Reg. et aliquot » mss. habetur *propter quinque:* in graeco au- » tem, Ordin., Lovan. et multis impressis » *propter quadraginta quinque;* et hanc le- » ctionem admisit Congregatio. Sensus idem » est, nempe si desint quinque numero quin- » quagesimo, aut si fuerint quadraginta quin- » que. » Quoad hermeneuticam quaestionem non repugno; nam orationis series eumdem sensum necessario definit. Sed quod spectat ad graecam versionem, quam circa quaestionem de re critica Toletus heic laudat, itemque Rocca l. c., animadvertendum illos inspexisse graecam ed. Complutensem, cui accedunt viginti duo codd. holmesiani, codex nuper editus a Tischendorfio *(Monum. Sacr. t. 2. p. 216. Lipsiae, 1857.)*, et slavonica moscuensis versio; at graeca sixtina editio et reliqui graeci codd., inter quos sunt antiquiores omnes, alteram sequuntur lectionem, quam retinent vetustissimi latini plerique cum sacro textu, caeterisque interpretibus. Unde vehementer miramur Toletum heic quoque, uti alias saepe, usurpasse graecam Complut. editionem, utique minus puram, prae vaticana, quam paullo ante Sixtus praeclarissime exornari curaverat.

Ibid. *ibi quadraginta* — Cod. H addit *et;* item hebr.

29. *Sin autem* — Codd. G, R, Brev. Goth. l. c., Biblia Reg., all. *Si autem.* Cf. infra ad XLIII, 5.

Ibid. *quadraginta ibi* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 6., T, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus omittunt *ibi;* item non pauci codd. holmesiani. Cod. O monet antiquos et Glossam non legere *ibi,* hebraeum et graecum legere: in sequentibus nullibi deesse.

30. *Ne quaeso, inquit* — Cod. A tacet *inquit.* Cod. F *Ait rursum: Ne quaeso.* Pro *Ne,* Brev. Goth. l. c. *Nec.*

Ibid. *si ibi inventi fuerint* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, T, Bibl. Ordin., Hugo *si inventi fuerint ibi.*

Ibid. *faciam* — Cod. B *facio.*

Ibid. *invenero ibi* — Sixtini et cod. A tacent *ibi.*

31. *Dominum meum* — Cod. G *Dominum Deum.* Concinunt codd. Kennic. 109. et 686. Cf. supra ad vers. 27.

Ibid. *ibi inventi fuerint* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, T, Bibl. Ordin., Hugo *inventi fuerint ibi.* Cod. E *inventi ibi fuerint.* Cod. S tacet *ibi;* item versio slavon. ostrogensis, et cod. Kennic. 150.

Ibid. *Ait* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo *Dixit.*

32. *Obsecro, inquit* — Cod. B *obsecro, igitur.*

Ibid. *Et dixit* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F 1. m., G, R, S, T, Brev. Goth. l. c.,

Bibl. Ordin., Reg., et aliae plures edd. tacent copulam. Beda II, 173. legit *Et dixit Dominus;* item cod. 72. holmes.

33. *Abiitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Reg. aliaeque plures edd., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus, Rupertus, Petrus Com. *Abiit.*

Cap. XIX, 1. *Veneruntque* — Angelomus, Rupertus *Venerunt.*

Ibid. *vespere, et sedente* — Latini codd., veteres edd. et patres magno consensu legunt *vespere, sedente.* Romani correctores nil addiderunt; at, nescio quo auctore, in editione Sixti particula *et* interiecta fuit. Haec vel gregorianae Congregationis sollertiam fugit, vel nil officere visa est. Toletus autem vidit notavitque additam particulam, de qua scripsit: « *Et* non habetur in latinis codd., est » tamen in hebr. et graeco. » Idque verissimum est; immo et reliqui interpretes habent coniunctionem, licet ea in latina versione syri et arabici in polyglottis omittatur. Sed animadvertere potuisset Toletus aliam esse in hac periodo syntaxim apud hebr. et graecum. Nescio quid sibi velit Angelus Rocca dum scribit (I, 289.): « Particula *et* in hebraico » textu iuxta s. Hieronymi translationem non » legitur; nec item in graeco textu iuxta Se» ptuaginta interpretum translationem; in eo » enim legitur: *Lot autem sedebat.* »

Ibid. *Qui cum vidisset eos* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, L 4., N, Q, T, Beda II, 174., Dungalus CV, 481. tacent *eos;* item hebr., graecus, Onkelos et Ionathanus. E contra pronomen exprimunt codd. F, R, S, veteres Vulgati edd., syrus, arabs, Targum Hierosolym., slavon. ostrog., semel Augustinus; quibus accedunt cod. O et Eucherius qui habent *Quos cum vidisset.*

Ibid. *adoravitque* — Codd. C, D, G, R, T, Bibl. Ordin., Hugo, Dungalus l. c., Rupertus, Petrus cantor l. c. *et adoravit;* item itala. Eucherius tacet nexum.

Ibid. *in terram* — Codd. A, D, Brev. Goth. p. 148., Eucherius, Beda l. c. *in terra;* hanc lect. primo sixtini admiserant; cumque secunda manus accusandi casum restituisset, tertia rursum priorem lectionem instauravit. Cf. ad XVIII, 2. et XXIV, 52.

2. *domini* — Correctores Pii V. notarunt codd. 31. cum graeco legere *domini;* codd. 12. cum hebr. *domine* (sic). Hanc lect. sequuntur codd. nostri D, E, Beda l. c., Rabanus: priorem vero, quam plerique latini retinent, comprobarunt correctores Pii V., itemque reliqui; licet primo sixtini scripsissent *domini mei,* uti habent Bibl. Rob. Steph. 1532., Antuerp. et Ven. 1538., versio copt. et cod. holmesianus 72.; immo hebraicum textum אֲדֹנָי recte acceperunt plerique veterum pro *domini mei.*

Ibid. *proficiscemini* — Codd. A, B, D, F, T, Eucherius *proficiscimini.* Margo Bibl. Lugd. 1550. *consurgetis, et proficiscemini,* uti hebraeus et graecus.

3. *diverterent* — Codd. A, C, F *deverterent,* et cod. O testatur ita legere omnes antiquos libros, licet moderni scribant *diverterent.* Cf. Forcellini ad voc. *deverto.*

Ibid. *ingressisque* — Codd. D, F, R, Bibl. Reg. (non item Complut.), Petrus cant. CCV, 325. *ingressique;* item Isidorus Clarius.

Ibid. *domum illius* — Cod. R, Bibl. Reg., Ven. 1476. 1480., all. *domum eius.* At cod. O notat veteres legere *illius.*

Ibid. *et coxit azyma* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., all., Brev. Goth. l. c., Hugo, Eucherius, Guibertus tacent *et.* Pro *azyma,* cod. E legit *azymum.* Animadverte vaticanas edd. Sixti V. 1590., Clementis VIII. 1592. et 1593. mendose heic legere *azima,* item Antuerp. 1603., Rom. 1768., all.; at tertia editio vaticana Clem. VIII. anno 1598. errorem emendavit.

4. *irent cubitum* — Cod. B *inirent cubitum.*

Ibid. *domum* — Codd. F, S, Bibl. Ord., Reg., Rob. Steph., Ven. 1476., all. *domum illius;* cod. R, Guibertus *domum eius.* At cod. O notat hebraeum, graecum, antiquos et Glossam non legere *eius.* Rupertus II, 107. *domum ipsius ipsa nocte.* Pronomen additur in

slavonica; mendose autem exprimitur in latina versione syri in polyglottis londinens.

Ibid. *omnis populus* — Cod. F *omnisque populus;* concinit syrus et decem codd. hebr. apud De-Rossi (quibus addes cod. 69. Kennic.), armenus 1. apud Holmes, et chaldaeus 419. derossian.

5. *introierunt* — Cod. E *venerunt;* Rabanus *ingressi sunt;* hebr. בּאוּ, graec. εἰσελθόντες.

Ibid. *educ illos huc* — Cod. G, Guibertus *educ eos huc.* Nonnulli addunt *ad nos;* sed Vulgatus id expressit per adverbium *huc.*

6. *ad eos* — Cod. F *est ad eos;* Brev. Goth. l. c. *ad illos.*

Ibid. *occludens ostium* — In priori verbo magna est apud veteres discrepantia; nam codd. A, C, E, T legunt *adcludens;* codd. F, G *adclaudens;* cod. D *adducens* (super rasuram); cod. S *ac claudens;* cod. R, vett. edd. fere omnes, Guibertus *accludens;* cod. H, Bibl. Lugd. 1535., Francofurti ad Moenum 1566., al. ex offic. Commelin. 1586. *occludens.* Hanc autem lectionem propter latini sermonis proprietatem merito sixtini praetulerunt; nam, teste Forcellini, *accludo,* vel *adcludo* latinum non est. In principe editione Clementis VIII. mendose legitur *hostium,* quod aliae editt. vaticanae emendarunt.

Ibid. *ait* — Cod. E *et ait.* Item hebr. et graecus; sed isti superius cum nostro cod. F legunt *egressus est;* item Isidorus Clarius.

8. *necdum* — Priores edd. Rob. Steph., all., Guibertus *nondum;* item August. *quaest. 42. in Gen.*

Ibid. *virum* — Cod. E *viros;* uti semel Augustinus l. c. et non pauci graeci codd.

Ibid. *educam eas* — Bibl. Ordin. 1590. 1634. tacent pronomen.

Ibid. *et abutimini eis* — Bibl. Paris. 1566. tacent *et;* it. August. l. c. Codd. E, F 2. m. legunt *eas,* pro *eis.*

Ibid. *vobis placuerit* — Codd. A, E, H, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Beda II, 175., Guibertus *placuerit vobis;* item Augustinus apud Sabatier.

Ibid. *mali faciatis* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Beda l. c., Guibertus *faciatis mali.*

Ibid. *sub umbra culminis mei* — Sixtini, codd. A, E *sub umbraculum tegminis mei;* codd. H, P, margo Ordin. *sub umbraculum culminis mei.*

9. *rursus* — Non pauci codd. et Bibl. Ordin. *rursum.*

Ibid. *Ingressus es, inquiunt* — Codd. C, D, F, G, N, O, T *Inquiunt, ingressus es.* Bibl. Reg. mendose, ut puto, *est;* licet hebraeus favere videatur.

Ibid. *te ergo ipsum* — Codd. G, S, Guibertus tacent *ipsum.* At cod. O notat graecum, antiquos et Glossam legere *ipsum;* at graecus legit tantum νῦν οὖν σε.

Ibid. *Vimque* — Rabanus *Vim quoque.*

Ibid. *iamque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, N, O, R, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucher., Guibertus *iam;* Gregor. M. I, 198. IV, 27. *et iam.*

Ibid. *prope erat* — Codd. E, G, H, T, Bibl. Ven. Franc. de Hailbrun, 1480. 1483., Rupertus *prope erant.* Codd. N, O adnotant: « Hebr., et antiqui, et graecus habent non » in singulari *erat,* sed in plurali *erant.* » Gregor. M. l. c. *proximum erat.*

Ibid. *effringerent* — Sixtini ex cod. A eleganter *refringerent.* Codd. C, D, H, N, O, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus, Rupertus *infringerent;* Gregor. M. l. c., Rabanus *frangerent.*

Ibid. *fores* — Post hanc vocem sixtini alia exemplaria tum mss. tum edd. secuti, abraso puncto, commatis notam, seu minorem interpunctionem posuerant.

10. *Et ecce* — Gregor. M. l. c. tacet *ecce.*

Ibid. *manum* — Cod. T *manus;* it. graecus.

Ibid. *introduxerunt* — Cod. B *intromiserunt.*

Ibid. *clauseruntque* — Brev. Goth. l. c. *clauserunt.* Cod. A *cluseruntque.*

11. *foris erant* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Gregorius M. l. c., Beda II, 175., Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus *erant foris:* Eucherius *erant foras.*

12. *autem* — Brev. Goth. l. c. *ergo.*

Ibid. *quempiam tuorum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Guibertus, Rupertus *tuorum quempiam*. Notam interrogationis, quam post haec verba habent edd. Lovan. aliaeque plures, sixtini transtulerunt post verbum *sunt;* Sixtus vero cum Bibl. Ordin., Reg., all. eamdem notam statuit post *filias*. Postremis romanis correctoribus, uti ex schedis Angeli Rocca apparet, placuit interpunctio a Lovaniens. probata.

Ibid. *aut filios* — Cod. B *aut filium;* item tres codd. holmesiani.

Ibid. *qui tui* — Primo sixtini *quicumque tui,* mox communem lect. restituerunt.

Ibid. *educ* — Cod. T addit *tecum*.

13. *perdamus illos* — Cod. H *perdamus illum;* alii quoque interpretes pronomen, non ad homines, sed ad locum, vel ad civitatem cum sacro textu referunt. Conf. Holmes. et Sabatier.

14. *Egressus itaque Lot, locutus* — Eucherius *Egressus est itaque Lot, et locutus*.

Ibid. *accepturi erant* — Cod. E *acciperunt*. Itala ex graeco *acceperant;* sed Hieronymus III, 333. ex hebr. *accepturi erant*.

Ibid. *filias eius* — Cod. B, Brev. Goth. l. c. *filias suas*.

Ibid. *et dixit* — Cod. T addit *eis;* item syrus, coptus et arabs.

Ibid. *egredimini* — Praemittunt particulam *et* Sixtus, codd. F, G, N *, R, S, edd. pleraeque, Eucherius, Guibertus. Toletus scribit: « Non legunt *et* hebr., Ordin., et multa mss.: » legunt tamen graeci, Compl. et Reg.; Con» gregatio abstulit. » Nempe sixtini et gregoriani ad fidem omnium antiquiorum codd. particulam *et* expunxerunt. Verissime enim adnotant codd. N, O hebraeum et veteres non interponere nexum. Cf. Holmes.

Ibid. *visus est eis* — Cod. G, Beda l. c. tacent pronomen.

15. *tolle* — Codd. C, E, F, G, L 6., O, R, S, T, Bibl. Ordin., Rabanus, Guibertus *et tolle;* item arabs 1. apud Holm. Mendosa est latina versio Onkelosi in polyglottis.

Ibid. *duas filias* — Cod. B addit *tuas;* item hebr. et veteres interpretes, exceptis multis graecis codd. apud Holmes.

16. *Dissimulante* — Cod. N * 1. m., Rupertus addunt *autem;* suffragantur hebr. et vett. interpp.

Ibid. *uxoris* — Codd. L 6., *uxoris eius;* concinunt Augustinus, hebr. et graec.

17. *Eduxeruntque eum, et posuerunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Beda l. c., Rabanus, Rupertus *Et eduxerunt eum, posueruntque*. Cod. T item, sed legit *illum,* pro *eum*. Cod. H *Et eduxerunt eum, et posuerunt*. Guibertus legit tantum *Posueruntque*.

Ibid. *ibique locuti sunt* — Sixtini, codd. A, B, E, H, Beda II, 175., margo Ordin. *ibi locutus est;* Guibertus *ubi locutus est;* cod. P, margo Ordin. *ibique locutus est*. Hebr. et chaldaeus *et dixit*. Codd. C, D, F, G, O, R, T, Eucherius, Rabanus *ibi locuti sunt;* pro hac lect. Hentenius quinque codices protulerat; sed in Bibl. hentenianis a Brugensi restauratis nil adnotatum video.

Ibid. *ad eum, dicentes* — Sixtini, codd. A, B, Eucherius, Beda l. c. *ad eum,* tantum; codd. E, H, P, margo Ordin. *Dominus ad eum;* Guibertus *ad eum Dominus*.

Ibid. *post tergum* — Codd. N * 1. m., R, S addunt *tuum*. Cod. O notat antiquos, Glossam et graecum non legere *tuum*.

18. *Dixitque* — Cod. B, Rupertus II, 310. *Dixit quoque*.

19. *quia invenit* — Cod. A *si invenit*.

Ibid. *gratiam* — Cod. P *gloriam;* vide lect. seq.

Ibid. *magnificasti misericordiam* — Bibl. Ordin., Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. p. 159. *magnificasti gloriam et misericordiam*. Duplex haec videtur eiusdem verbi interpretatio. Codd. R, S habent *Magnificasti gratiam et misericordiam;* cod. O (it. Corr. sorbonic.) monet heic hebraeum, graecum, antiquos et Glossam tacere *gratiam;* at graecus, pro eo quod in superiori hemistichio Vulgatus legit

*

gratiam, habet ἔλεος, et quidam codices holmesiani χάριν.

Ibid. *salvari, ne* — Sixtini *salvari: ne.*

Ibid. *et moriar* — Eucherius et Beda l. c. tacent.

20. *civitas haec* — Codd. G, N *, R, S, Bibl. Ven. 1476. 1480, Paris. 1566., posteriores edd. Rob. Steph., all., Gregorius M. II, 80. IV, 27., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Guibertus, Rupertus *civitas hic.* At codd. N, O notant hebraeum, graecos et antiquos legere *haec*, non *hic.*

Ibid. *numquid non modica est* — Haec verba sixtini intra parenthesim clauserant.

Ibid. *anima mea* — Eucherius, Gregorius M. l. c., Isidorus V, 306., Beda IV, 315., Rabanus, Angelomus, Atto vercell. CXXXIV, 351. addunt *in ea.*

21. *Dixitque* — Cod. G addit *Dominus.*

Ibid. *ut non* — Codd. A, F 1. m. *et non.*

Ibid. *urbem* — Cod. G *urbem hanc.*

22. *salvare ibi* — Cod. B, Bibl. Antuerp. Plantini in 4° et 16°. ann. 1565., Francof. ad M. 1566., Lugd. 1569. *salva te ibi.* Rabanus *salvare in ea.*

23. *est Segor* — Cod. C 1. m. *est Sogor.* Codd. A, E *est in Segor.* Cf. Sabatier.

24. *Dominus pluit* — Cod. C, Angelomus, Remig. antiss., Rupertus, Petrus Com. *pluit Dominus;* ita plures apud Sabatier.

25. *et subvertit* — Codd. C, D, F tacent *et.* Apud Hard. Conc. I, 89. III, 330. *et evertit;* item Sabatierius ex Vigilio taps.

26. *Respiciensque* — Codd. B, E *Respiciens.*

Ibid. *uxor eius* — Rabanus *uxor illius.*

27. *steterat prius* — Cod. E *prius steterat.*

29. *Cum enim* — Sixtus *Cum autem;* quae lectio multo commodior visa est quibusdam interpretibus. Conf. De Vence. Attamen gregoriani ad codicum fidem restituerunt *Cum enim*, de qua lectione Toletus scribit: « Ita » Compl., Reg., Ordin., Lovan. et omnia fere » impressa; et Congregatio. » Guibertus *Cum ergo.*

Ibid. *subverteret Deus* — Codd. C 1. m., D, F, Bibl. Ordin., Ven. 1476. 1480., Rob. Steph. 1528., all., Rabanus *subverteret Dominus;* it. semel Augustinus, cod. 199. Kennic., et plures codd. holmesiani.

Ibid. *recordatus Abrahae, liberavit* — Codd. C, D, E, F, G, H, R, S, T, vett. edd. fere omnes, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Remigius antiss., Rupertus *recordatus est Abrahae: et liberavit;* item Augustinus, hebr., graecus et reliqui interpretes. Sixtini ad fidem aliorum codd., ac potissimum A, B, hodiernam lectionem induxerunt, quam Sixtus recepit, et clementini servarunt. Toletus notat: « Multa impressa legunt *recordatus est* » *Abrahae, et liberavit;* tamen mss. non ha» bent *est . . . et.* »

30. *Ascenditque Lot de Segor, et* — Cod. E *Ascendit Lot de Segor.*

Ibid. *et duae filiae eius cum eo* — Codd. A, B, C, D, F, G, L 4., T, Bibl. Lugd. 1522., Hugo, Eucherius, Rabanus, Rupertus tacent *cum eo.* Cod. O diserte notat hebraeum et antiquos non legere *cum eo;* item chald., syrus, arabs et duo codd. holmesiani. Verum pro hodierna lectione, quam habent pleraeque edd., stant samaritanus textus et graecus.

32. *ex patre nostro* — Beda l. c. *ex patre nobis.*

33. *Dederunt itaque* — Cod. B, Eucherius *Dederuntque;* codd. R, T *Dederuntque itaque.*

Ibid. *ingressa est* — Eucherius addit *ad eum.*

Ibid. *nec quando* (bis) — Cod. E, Hugo de s. Vict. *neque quando.*

34. *quoque die* — Eucherius *quoque nocte.*

Ibid. *ut salvemus* — Cod. B *et salvemus;* favent hebr. et graecus. Cod. S *et ut salvemus.* Eucherius *ut servemus.*

35. *Dederunt etiam et illa* — Hanc lectionem Sixtus invexit, eamdemque gregoriani et clementini intactam dimiserunt. Veteres edd. fere omnes legunt *Dederuntque etiam et illa.* Sixtini, codd. B, C, D, F, G, H, N, O, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph. aliaeque paucae habent *Dederunt et illa;* cod. A *Dederunt et in illa;* codd. E, L 4., S, T *Dederuntque et illa;* cod. R *Dederuntque etiam illa.*

Ibid. *patri suo bibere vinum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, N, O, T, Bibl. Ordin., Hugo tacent verba *suo bibere;* codd. P, N * tacent *bibere.* Hodierna lectio, quae et communior est in antiquis edd., consentit cum superiori versic. 33.

Ibid. *minor filia* — Cod. N tacet *filia;* nec legunt hebr. et graecus.

Ibid. *et ne tunc quidem* — Antiquiores edd. cum Bibl. Reg. habent *et nec quidem tunc;* aliae plures cum Bibl. Ordin. et Lov. *et nec tunc quidem.* Hanc postremam lect. exhibent plures codices nostri. Eamdem admiserunt sixtini, mutato *nec* in *ne,* uti habent cod. F, Bibl. Lugd. 1550. 1567., Paris. 1566.; idque Sixtus ceterique correctores servarunt.

Ibid. *concubuerit* — De Vence, collato versic. 33., censet legendum *accubuerit;* hebr. enim et graecus idem verbum utroque loco usurpant. At invitis codd. nil innovandum.

Ibid. *vel quando* — Cod. B *nec quando;* sic enim legitur vers. 33.

Ibid. *surrexerit* — Pleraeque edd. veteres, et pauci codd. minus antiqui, uti G, R, legunt *surrexit,* prout habetur supra ad versic. 33. At sixtini, consentientibus antiquioribus omnibus codd., prioribus edd. Rob. Steph., all., hodiernam lect. praetulerunt, quam reliqui correctores confirmarunt.

37. *maior* — Cod. T addit *filia.*

Ibid. *et vocavit* — Cod. F *vocavitque.*

38. *idest filius populi mei* — Tacent cod. G, Goth. legion., Eucherius.

Ibid. *Ammonitarum* — Codd. C 1. m., O, T cum graeco legunt *Ammanitarum.*

Ibid. *usque hodie* — Cod. E *usque in hodiernum diem;* fortasse ex graeco, seu ex itala.

Cap. XX, 1. *Profectus* — Cod. E addit *est.*

Ibid. *Sur* — Ioh. Scotus CXXII, 848. *Assur.*

Ibid. *et peregrinatus* — Brev. Goth. p. 161. tacet nexum.

Ibid. *in Geraris* — Cod. P *in terra.*

2. *uxore sua* — Brev. Goth. l. c. tacet *sua.*

Ibid. *Gerarae* — Cod. A *terrae.*

3. *nocte* — Sixtini, codd. A, B, E, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Beda II, 182. *noctis.*

Ibid. *ait illi* — Cod. A, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Guibertus *ait ei;* Rabanus *dixit illi.*

Ibid. *morieris* — Sixtini ex cod. A *morere,* hebr. הנך מת. Martin. legion. CCVIII, 220. *moriere.*

4. *tetigerat* — Eucherius *tetigit.*

Ibid. *ignorantem et iustam* — Bibl. Ordin. tacent copulam. Atto vercell. CXXXIV, 526. *iustam et ignorantem;* item quidam graeci codd. et armenus. Ceterum latini et graeci unius eiusdemque vocis duplicem interpretationem heic habere videntur. Profecto ex Origene compertum habemus prius verbum in Hexaplis obelo confixum fuisse. Cf. Montfauc. *Hexapla,* et Holmes.

5. *Nonne* — Cod. A *Non.*

Ibid. *dixit mihi* — Eucherius, Guibertus *dixit.* Brev. Goth. l. c. *ait;* item syrus et quidam graeci apud Holmes.

Ibid. *et ipsa ait* — Cod. E *et ipsa dixit mihi;* Rupertus *et haec dixit mihi;* cod. S *et ipsa mihi ait;* consentit graecus et cod. 109. Kennic.

Ibid. *et munditia* — Cod. G *et in munditia.*

Ibid. *manuum mearum* — Sixtini, cod. A, Eucherius, Beda l. c. tacent pronomen. Concinit graecus.

6. *custodivi te ne* — Alcuinus C, 543., Angelomus *peperci tibi ut non.* Cod. C legit *custodivi te non.* Cf. Sabatier.

Ibid. *dimisi* — Brev. Goth. l. c. *admisi.* Alii cum cod. A scribunt *demisi.* Cod. C habet hanc vocem super rasuram.

7. *Nunc ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus II, 17. *Nunc igitur.*

Ibid. *viro suo uxorem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus l. c. *uxorem viro suo.* Cod. S *viro uxorem suam.* Cf. Holmes.

Ibid. *quia propheta est: et orabit pro te, et* — Sixtus cum Lovan. aliisque plurimis edd. legit *et orabit pro te: quia propheta est, et.*

« Sic legunt, ait Toletus, Compl., Reg., et » aliquot impressa; sed in hebr., graeco, et » Ordin. *quia propheta est: et orabit pro te,* » *et:* sicque legendum censuit Congregatio; » nempe ad fidem omnium antiquiorum codd. ac veterum patrum et interpretum, priorumque edd. Rob. Stephani ita legerunt sixtini; itemque gregoriani, uti ex cod. Column. patet; nam mendose, ut reor, in schedis Angeli Rocca legitur *et quia propheta est orabit pro te, et.* Attamen copula ante verbum *orabit* deest quoque in Brev. Goth. p. 162.

8. *universa verba* — Cod. F *universa.*

9. *quia* — Cod. G *qui.*

10. *Rursumque* — Cod. A, all., et non paucae edd. vett. *Rursusque.*

Ibid. *expostulans* — Codd. C, D, P, T, Hugo *postulans;* margo Ordin., all. *explorans.*

12. *alias autem et vere* — Sixtini, codd. B, F, G, H, L 8., Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Beda II, 183., Angelomus tacent particulam *et.* Augustinus et Hieronymus cum graeco legunt *etenim vere.*

Ibid. *patris mei* — Codd. C, E, F, T addunt *est.*

Ibid. *duxi eam in uxorem* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, O, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus *duxi eam uxorem;* cod. B *accepi eam uxorem;* cod. E *eduxi eam uxorem.*

13. *Postquam autem* — Brev. Goth. l. c. tacet *autem.*

Ibid. *facies* — Codd. C, N, T *facias.* Alex. *ποίησον.*

Ibid. *dices* — Codd. C, D, F, N, Bibl. Ordin. *dicens.*

14. *et servos* — Eucherius, Guibertus tacent *et;* it. plures codd. graeci, et cod. 260. Kennicott.

Ibid. *reddiditque* — Cod. E *reddidit.*

15. *Terra* — Margo Ordin. addit *mea;* item hebr. et graec., at cf. Holmes.

16. *mille argenteos dedi* — Eucherius, Guibertus *dedi mille argenteos.*

Ibid. *in velamen* — Cod. E *velamentum;* Remigius quoque tacet *in.* Beda II, 184., Rabanus, Rupertus *in velamentum.*

Ibid. *ad omnes* — Cod. E *et omnes;* Brev. Goth. l. c. *et ad omnes;* pro hac lectione De-Rossi laudat samaritanum textum eiusque versionem, et graecum; additque nullum hebraicum cod. legere ולכל; attamen eidem lectioni favet Onkelos, et cod. 9. Kennicott. qui habet ואת כל.

Ibid. *sunt, et quocumque* — Cod. C, Bibl. Reg., Lov., all. *sunt: et quocumque.* Hodiernam interpunctionem ex codd. et Bibl. Ordin. hauserunt sixtini. Beda l. c., Rupertus *sunt. Quocumque.*

Ibid. *perrexeris: mementoque* — Sixtus, veteres edd., codd. G, N *, R, S, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus, Hugo a s. Vict., Petrus Com. legunt *perrexeris, memento.* Rursum hodiernam lect. ad fidem antiquiorum codd., praesertim A, B, C, D, all. sixtini praetulerunt; eamdemque gregoriani instaurarunt.

Ibid. *te deprehensam* — Bibl. Rob. Steph. 1532., Antuerp. et Ven. 1538., margo Ordin. *te reprehensam;* hanc lect. cod. N ex hebr. collaudat, itemque De Vence, eamdemque sequitur Isidorus Clarius. Ex correctoribus Pii V. quatuor hanc, quatuor illam lect. comprobarunt. Eucherius, Angelomus, Guibertus, Rupertus *te esse deprehensam;* Hugo a s. Vict. *esse te deprehensam.*

17. *uxorem* — Cod. E addit *eius;* it. hebr., graec. et reliqui interpp.

Ibid. *ancillasque* — Cod. G, Rupertus *ancillamque;* cf. Sabatier. Cod. S, Brev. Goth. l. c., Bruno ast. *et ancillas.*

18. *concluserat enim* — Codd. B, C 1. m. tacent *enim;* cod. S *concluserat autem.*

Ibid. *Dominus* — Legunt *Deus* codd. A, B, E, F, G, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, priores edd. Roberti Steph., all., Breviar. Goth. l. c., Guibertus, Bruno ast.; immo in cod. N legitur: « Et antiqui et novi habent *Deus,* li- » cet hebraei habeant tetragrammaton, quod » dicitur *Adonai:* » Conf. Sabatier. At textus samarit. habet אלהים, cui adstipulantur undecim codd. holmesiani, graeca ed. Compl., et versio copt.

Ibid. *vulvam domus* — Brev. Goth. l. c. tacet *domus*.

Ibid. *Abrahae* — Codd. A, C, F, G, aliique plures *Abraham*.

Cap. XXI, 1. *Dominus* — Codd. P, R, Bibl. Ordin., Guibertus *Deus*. Quidam graeci codd. utrumque nomen exprimunt.

Ibid. *promiserat* — Beda II, 185. addit *ei;* idem pronomen rursus additur ibidem post verbum *locutus est;* item Ionathanus.

Ibid. *quae* — Cod. C 1. m. *quod.*

3. *nomen filii sui* — Eucherius, Beda III, 402. *filium suum.*

4. *octavo* — Cod. D, Eucherius, Beda l. c. *octava.*

5. *centum esset* — Bibl. Reg., Ven. 1476., Paris. 1566., all. *esset centum.*

6. *fecit mihi* — Eucherius, Guibertus, Rupertus cum itala *mihi fecit.* Eamdem lectionis varietatem exhibet Holmes.

Ibid. *quicumque* — Cod. R, Bibl. Reg., Ven. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., all. praemittunt *et;* graec. ὃς γάρ. Verum cod. O notat antiquos et Glossam non legere hanc particulam.

7. *Quis auditurum* — Egregia haec est lectio, quam, suffragantibus codd. A, H, invexerunt sixtini: hanc Sixtus recepit; eamdemque gregoriani et clementini comprobarunt. Perperam igitur Angelus Rocca in editis adnotationibus I, 289. scribit: « *Quis audito-* » *rum* etc. Prius legebatur *Quis auditurus.* » Utraque lectio censetur bona, sed prior » magis probatur, quia ita legit Glossa in- » terlinearis in ed. vulgata, et ita in multis » legitur codd. mss. Mendose autem ex er- » rore typographiae in aliquot exemplaribus » editionis recentioris (nempe clementinae) » reperitur *auditurum,* pro *auditorum.* Haec » enim lectio *auditurum* sensum bonum ul- » lum non habet. » Idem Rocca, ut videtur, in suis exemplaribus editionum Sixti V. et Clementis VIII., quae in Bibliotheca Angelica Romae adservantur, eamdem sententiam expressit: immo ad calcem huius postremae, ubi adnotavit menda typographica eiusdem editionis, diserte asserit Congregationem legendum censuisse *auditorum.* At vero id falsum esse nostra documenta demonstrant. Quoad exemplaria clementinae ed., id unum asserere possumus, nos plura contulisse exempla trium edd. quae iussu Clementis VIII. e vaticana typographia prodiere, reliquas quoque romanas edd., quae sequutae sunt, usurpasse, nullumque novae correctionis indicium deprehendisse. Nulla item huius loci mentio occurrit in triplici catalogo emendationum pro vaticanis edd. digesto. Ceterum codd. C, D, F, G, I, R, S, T, omnesque veteres edd. quas vidimus legunt *Quis auditurus:* praeter Glossam interlinearem, de qua Rocca, habent *Quis auditorum* codd. L 5., E, aliique plures apud Martianaeum ad calcem *tom. I. Opp. s. Hieron.* Utraque autem lectio, quidquid dicat Angelus Rocca, profecto mendosa, latinaeque syntaxi parum consentanea videtur. E contra hieronymianae versionis proprium est verba sacri textus activo sensu elata מי מלל לאברהם, τίς ἀναγγελεῖ τῷ Ἀβραάμ, passive reddere *auditurum esse Abraham.* Cur autem Rocca negaverit haec verba bonum sensum reddere, alii viderint. Denique animadverte hanc ipsam clementinam lectionem in margine positam fuisse in Bibliis editis Francofurti ad Moenum anno 1566., quae, inter hentenianas edd., veluti emendatissima habentur, itemque in Lugdun. 1569.

8. *igitur* — Eucherius, Guibertus *itaque.*

9. *Agar Aegyptiae* — Cod. E, Angelomus *Aegyptiae Agar.*

Ibid. *cum Isaac filio suo* — Haec verba in sacro textu non haberi testatur Hieronymus III, 335.; immo a nullo ex antiquis interpretibus, excepto graeco et versionibus a graeco derivatis, leguntur. Hieronymi verba recitant Braulio LXXX, 696. et Beda II, 186. IV, 316. aliique sequiori aetate. Cod. M notat: « Hieronymus dicit quod hoc non est in » hebraico; nec est in pluribus libris anti- » quorum. » Cod. O monet eadem non legi in hebr., antiquis et Glossa. His consentiunt

codd. C, D, G, H, L 6., N, N * 2. m., Thomas. I, 7., Nicol. de Lira, Isidorus Clarius. Legunt autem *cum Isaac* tantum, codd. E, F, S, T, et codd. Vallarsii, quibus accedunt Biblia Rob. Stephani 1528. 1532., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538., Eucherius, Beda II, 243., Rabanus, Angelomus, Guibertus, Bruno astensis. Cod. B legit tantum *cum filio suo*. Cod. A et Brev. Goth. p. 162. legunt *cum Isaac filio eius;* Rupertus, itemque Ambrosius, *cum filio suo Isaac*. Isidorus V, 309., Beda II, 241. ponunt Isaacum *ludentem cum Ismael*. Toleti scholion in h. l. sic se habet: « Hieronymus in *tradit. hebr.* testatur haec » verba non esse in hebraeo ; et in ms. » s. Paulli non habentur. Sunt tamen apud » LXX., et in omnibus impressis codd., et » in ms. Montis Amati. Leguntur etiam ab » Orig. *hom. 21. in Gen.*, a Chrysost. *hom.* » *46. in Gen.*, ab Ambrosio *lib. 1. de Abrah.* » *c. 7.* et ab August. *libr. quaest. in Gen.* » *c. 53.;* et quae sequuntur indicant ea le- » genda esse: *Non erit,* inquit, *haeres filius* » *ancillae cum filio meo Isaac.* Nec ea po- » suissent LXX. nisi tunc in eorum codd. » hebraeis scripta fuissent. Utraque Congre- » gatio ea reliquit. » Eadem fere ex Toleto descripsit Rocca I, 290. Nemo prudens suggillabit romanos censores, qui lectionem iamdiu tot seculorum usu apud graecos latinosque consecratam, a doctissimis quoque viris saepius propugnatam, retinendam censuere. Neque tamen omni exceptione maius esse ducimus argumentum ex graeca versione a Toleto petitum ad illorum verborum authenticam originem adserendam. Non enim tantum Hieronymus, sed et ipsimet romani censores alias plus semel admittunt quaedam esse apud graecos addita, quae nusquam in hebraicis codd. fuere; quaeque proinde ipsi censores tamquam spuria reiecerunt. Fortasse non longe a veritate abesset qui huius additamenti originem ex interpretatione praecedentis verbi מצחק, atque ex collatione epist. ad Galat. IV, 29. peteret. Quum enim Paullus dixisset Ismaelem persecutum fuisse (ἐδίωκε) Isaacum; primis temporibus multi existimarunt Apostolum id collegisse ex hoc Geneseos loco, potius quam ex totius narrationis serie, vel ex alio fonte; unde quamvis verbum hebr. מצחק rectissime graeci et latini interpretati fuissent παίζοντα, *ludentem,* tamen illi maluerunt intelligere *illudentem,* immo *persequentem;* adeoque necessario ex Paulli epistola supplendum fuit persecutionis obiectum, nempe Isaac. Vulgatus autem noster verba illa, dixerint alii utrum auctore Hieronymo, ex veteri itala retinuit. Cf. Ric. Simonius *Hist. Crit. V. T. l. 2. c. 12.*

10. *Eiice ancillam hanc* — Codd. B, C 1. m., Isidorus V, 309., Beda II, 242. 681., Guibertus, Bruno ast., Rupertus II, 387., Petrus Com. omittunt pronomen; item plures graeci codd. apud Holmes, et veteres patres apud Sabatier., et Hard. Conc. I, 1762. Cf. Gal. IV, 30.

Ibid. *et filium eius* — Alcuinus C, 543., et Hieronym. l. c. *cum filio suo.*

Ibid. *non enim* — Cod. E tacet *enim;* it. ed. Sixti ad Gal. IV, 30., et arabs apud Holmes.

Ibid. *erit heres* — Isidorus l. c., Beda II, 186. 190., Rabanus *heres erit;* item Gal. l. c. et itala.

Ibid. *filius ancillae* — Cod. B *filio ancillae.*

11. *accepit hoc* — Rabanus, Rupertus, Petrus Com. *hoc accepit.*

12. *puero, et super ancilla tua* — Eucherius *puerum, et super ancillam tuam.*

Ibid. *quae dixerit tibi* — Brev. Goth. p. 162., Guibertus *quae tibi dixerit.* Pro *quae,* alias Guibertus *quaecumque.* Cf. Sabatier.

14. *panem* — Isidorus l. c., Alcuinus C, 544. *panes.* Item itala ex graeco.

Ibid. *imposuit* — Cod. E addit *super* (licet sequatur *scapulae*); cf. Sabatier.

Ibid. *tradiditque* — Codd. L 5., Bruno ast., Petrus Com. addunt *ei.*

15. *arborum, quae ibi erant* — Hanc lectionem ad fidem antiquorum codd. A, C, D, E, F, H, all. praetulerunt sixtini et gregoriani. Sixtus vero, codd. B, G, N *, R, veteres edd. fere omnes, Rabanus, Guibertus,

Rupertus, Brev. Goth. l. c. habent *arborem, quae ibi erat;* graec. ἐλάτης. Minus recte Angelus Rocca l. c. pro hac lectione profert hebr. et chaldaicum, nam ille habet שׂיחם, vel ut samar. [illegible], iste vero אילניא.

16. *morientem puerum* — Cod. G *mortem pueri;* Hieron. *mortem parvuli mei;* August. *mortem filii mei;* Rabanus ex Hieron. *mortem pueri mei.* Pronomen a graecis additur.

Ibid. *contra* — Cod. B *e contra.*

Ibid. *vocem suam* — Eucher. tacet *suam.*

17. *autem Deus* — Codd. N *, R, Rabanus, Remigius antiss., Guibertus *autem Dominus:* Hilarius utrumque habet.

Ibid. *angelus Dei*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Rob. Steph. 1528., all., Isidorus l. c., Guibertus, Rupertus, Brev. Goth. l. c. *angelus Domini;* his accedunt pauci graeci codd. et graeca ed. Complut.; mendose latina interpretatio samaritani in polygl. legit *Domini.* Bibl. Antuerp. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. habent tantum *angelus.* 2ª et 3ª editio clem. *Angelus Dei.*

Ibid. *enim Deus* — Codd. N *, R, Guibertus *enim Dominus.* Cod. F *autem Deus.*

18. *tolle* — Codd. C, E, R, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., R Beda II, 242., Rabanus, Remigius antiss., Brev. Goth. l. c. *et tolle;* consentit itala et graecus vat., sed plures graeci codd. omittunt copulam.

Ibid. *manum illius* — Codd. G, R *manum eius;* item Hilarius et Hieronymus.

19. *videns* — Cod. E *vidit;* item itala.

20. *Et fuit cum eo* — Codex Sangermanensis laudatus a Roberto Stephano, indeque a Lovaniensibus legit *Et fuit Deus cum eo.* Hanc lectionem praeseferunt edd. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugd. 1535., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538., margo Ordin.; eamdemque probaverant correctores Pii V. et Bukentopius, qui pag. 138. scribit: « Optarem re» stitutam fuisse in Bibliis Clem. VIII. ali» quorum Vulgatae librorum hanc lectionem: » *Et fuit Deus cum eo;* quandoquidem in he» braeo, chaldaeo, samaritano, syro, arabi» co, graeco addatur nomen *Deus.* Ita etiam » tolleretur aequivocatio et periculum ne de » Agar dici putetur. » Et certe ad Agar id spectare nonnulli minus recte censuerunt: quibus accedere videtur cod. F qui legit *Et fugit cum eo.* At vero ex codicibus qui fuerunt ad manus romanorum correctorum nullus habet illud additamentum; immo cod. N, quem possidebat Praefectus Congregationis sixtinae, expresse notat interponi quidem *Deus* in hebr. et graeco, sed in latinis codd. subintelligi, adeoque *non esse supplendum nisi in exponendo.* Hinc mirum non est si neque sixtinis, neque iis qui sequuti sunt censoribus illud additamentum arriserit.

Ibid. *moratus est*—Codd. N, O, S *moratus.*

Ibid. *factusque est* — Sixtini, codd. A, E, N, Petrus Com. *et factus est.* Codd. D, G *factus est;* cod. O testatur hanc esse antiquorum codd. lectionem. Guibertus tacet *est.*

Ibid. *iuvenis* — Cod. B, Petrus Com. *vir.* Non male. Ceterum vox a Hieronymo adiecta videtur.

22. *Eodem* — Cod. G *Eodemque;* nexum agnoscunt hebr. et veteres.

23. *per Deum* — Codd. A, B, C, D, E, F, S, T, Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Rupertus *per Dominum.* Guibertus *mihi per Dominum;* Petrus Com. *mihi per Deum.* Pronomen legitur in hebr. graeco et reliquis.

Ibid. *iuxta misericordiam* — Cod. E *secundum misericordiam.*

Ibid. *versatus* — Cod. P, margo Hugonis *conversatus.*

25. *quem vi* — Cod. B 1. m. tacet *vi.*

Ibid. *servi eius* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus *servi illius.*

26. *Responditque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, T, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus *Respondit.*

27. *Tulit itaque* — Rabanus *Tulit ergo;* Rupertus *Tulit igitur;* cod. S *Tulitque.*

30. *agnas* — Cod. E *agnos*. Eucherius addit *has;* cf. Sabatier., Holmes. et Kennic.

Ibid. *accipies* — Cod. D *accipiens*.

Ibid. *mihi in testimonium* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus *in testimonium mihi;* item Hieronymus III, 336. Cf. Holmes.

Ibid. *quoniam ego* — Cod. G *quia;* Guibertus et Hieronym. *quia ego*.

Ibid. *fodi* — Cod. A *fodii*.

31. *iuravit* — Codd. E, G, H *iuraverunt;* item Hieronym. Verbum plurale habent veteres interpp. cum sacro textu.

33. *Surrexit* — Cod. G *Surrexerunt*. Mendose hanc lect. habet latina versio syri in polyglottis; nam syrus legit ܩܡܘ.

Ibid. *princeps exercitus* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, O, R, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *princeps militiae*. Cod. S habet utrumque *princeps exercitus militiae*.

Ibid. *Palaestinorum* — In sacro textu tum hoc loco, tum sequenti versiculo legitur פלשתים, in graeca versione Φυλιστιείμ; utroque loco sixtini scripserunt *Philistinorum;* heic autem habent consentientes codd. A, E, F, H, S; sequenti versiculo, praeter laudatos, accedunt codd. C, D, G, O, P, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus. Sed alibi *Palaestinorum* nomen sixtini intactum reliquerunt. Magna porro exstat codicum varietas in horum nominum orthographia; immo hac in re editiones vaticanae non satis sibi constant; habent enim *Palaestini, Palaestinorum* Gen. h. l. et XXVI, 1. 8. 14. Exod. XXIII, 31. Ezech. XVI, 27. 57. XXV, 15. 16. Alias vero *Palaesthini, Palaesthinorum* uti I Paral. X, 1. Ier. XLVII, 1. 4. Ioel III, 4. Amos VI, 2. IX, 7.: hinc legunt *Philisthaea, Philisthiim* etc. Verum multo probabilior videtur prior scribendi ratio. Etenim a romanis *Palaestina*, a graecis Παλαιστίνη appellata fuit ea regio, quam nos *Philistaeam* dicimus. Conf. Hadr. Relandi *Palaest. lib. 1. c. 7. et 13.*

Ibid. *Abraham vero* — Codd. F, G *Abraham autem*.

Ibid. *Domini Dei* — Legunt *Dei* tantum, codd. N *, R, Bibl. Ven. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., all., Guibertus. At codd. N, O testantur hebr. et antiquos legere *Domini Dei*.

Cap. XXII, 1. *Abraham, Abraham* — Semel tantum legunt *Abraham* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, L S., Q, T, codd. Thomas. I, 7., Isidorus Clarius. Hanc lectionem tuentur codd. M, N, O, et Correct. sorbonicum auctoritate sacri textus et veterum mss. Sunt qui hanc nominis repetitionem in nostris codd. derivatam autument ex sequenti versic. 11. Duplicatur tamen istud nomen in graeco, adeoque in itala, quibus concinunt cod. Kennic. 69. et deross. 16.

Ibid. *At ille* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, N, O, R, S, Thomas. l. c., Rabanus, Bibl. Paris. 1566. tacent *At*. Cod. T, Rupertus *Et ille*. Cf. Sabatier.

2. *Ait illi* — Sixtini abiecerunt pronomen, quod non legitur in hebr., graeco et reliquis interpretibus, excepto syro. Legunt autem Augustinus, Hieronymus, Cyprianus et armenus. Codd. C, D, E, G, N, S *Ait ei*. item apud Harduin. Conc. IV, 166.

Ibid. *in terram visionis* — Hebraeus אל־ארץ המריה *ad terram Moriae*, hoc est ad regionem illi monti proximam. Vulgatus in II Paral. III, 1. ipsius montis *Moriae* nomen retinet. Heic vero princeps editio Clem. VIII. habet cum Sixto et Lovan. *in Terram visionis*, ad innuendum nomen proprium: at posteriores edd. litteram maiusculam non exhibent; aut ex editorum ingenio ponunt *in terram Visionis*. Clarius *in terram Moria*.

Ibid. *ibi offeres eum* — Sixtini, codd. nostri paene universi, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus, Rupertus, Miss. rom. ed. vatic. 1609. in Sab. S., Harduin. l. c. *offer eum ibi;* Beda II, 747. *offer eum;* Greg. M. III, 760., et Brev. rom. in respons. III. in Quinq. *offer illum ibi;* cod. E *offeres ibi eum*, Miss. Moz. p. 450., Haymo CXVIII, 133.,

Martin. legion. CCVIII, 231. *offeres eum ibi;* pro *ibi,* legunt *mihi* cum Ambrosio Rabanus, Bruno ast. CLXV, 935., Bernardus II, 654., Miss. Moz. p. 254., Petrus Com. Cf. August. *tom. V, Append. col. 15.* et Holmes.

Ibid. *in holocaustum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, N, T, Gregorius M. l. c., Beda l. c., Rabanus, Miss. Moz. p. 254. tacent particulam *in;* cod. O monet hanc particulam legi apud graecos, non apud vett. latinos. Cf. Sabat. et Holm. Pro *montium,* cod. E *montem.*

Ibid. *monstravero* — Miss. Moz. l. c. *ostendero;* cf. supra ad XII, 1.; Greg. M. l. c. et Brev. rom. l. c., ex itala, *dixero.*

3. *Deus* — Cod. B *Dominus.*

4. *elevatis* — Cod. T *levatis.*

5. *ego et puer* — Sixtus cum Lovan. aliisque *ego autem et puer.* Sixtini ad fidem omnium antiquiorum codd. particulam *autem* expunxerunt, itemque gregoriani. Toletus scribit: « Hebr., Complut., Reg., Ordin. non » habent *autem;* habetur tamen in graeco. » Congregatio abstulit. » Rocca I, 290. asserit quoque particulam illam deesse in hebraico textu; verum absque ulla codicum varietate hebraeus perspicue habet ואני והנער, eique consentiunt omnes veteres interpretes; et noster cod. R ad litteram *et ego et puer.*

Ibid. *postquam adoraverimus* — Bibl. Ordin. *cum adoraverimus;* item Ambrosius.

6. *in manibus* — Codd. C, D, F, G, L 7., O, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius addunt *suis;* item hebr., chald., syrus.

Ibid. *duo pergerent* — Bibl. Rob. Steph. 1532. *ambo pergerent;* cod. H, Eucherius *pergerent duo.*

7. *fili* — Cod. R, Guibertus addunt *mi;* it. hebr., samar. (licet non exprimatur in latina vers.), et reliqui, excepto graeco.

8. *Dixit autem Abraham* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, L 12., R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Miss. rom. l. c. tacent *autem.* At veteres omnes interpp. copulam habent, etiam syrus, licet in eius latina versione non exprimatur.

9. *et venerunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Miss. Moz. p. 450., Miss. rom. l. c. *veneruntque.*

Ibid. *aedificavit altare* — Miss. Moz. p. 254., margo Ordin. *aedificavit Abraham altare;* item hebr., graecus et reliqui vett.

Ibid. *cumque alligasset* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus, Miss. rom. l. c., Miss. Moz. p. 450. *cumque colligasset;* Harduin. l. c. *Cumque ligasset.* Ambrosius *et colligatis.*

Ibid. *in altare* — Sixtini cum Bibliis Ordin. antiquioribusque codd. rectius legendum censuerant *in altari.* In sexto casu editiones vaticanae alibi perpetuo efferunt *altari,* exceptis duobus aliis locis, nempe II Paral. XXIX, 19. 24. Id vero adnotamus quia quum post editam principem ed. Clem. VIII. an. 1592. correctores deprehendissent in eam irrepsisse *coram altare* ad II Paral. XXXII, 12., sollicite admonuerunt in correctorio edito an. 1598. id factum fuisse ex mendo typographico, atque legendum *coram altari,* prout revera imprimendum curarunt in secunda et tertia vaticana editione. At si in laudato loco haec lectio pro mendo typographico habenda est, cur non etiam in aliis?

10. *filium suum* — Codd. A, B, Eucherius, Haymo CXVIII, 133. tacent *suum.*

12. *Dixitque ei* — Codd. A, S tacent *ei;* item hebr., chald., graecus et itala apud Sabatier; sed legitur in *Speculo* August. edito a Card. Maio, *Biblioth. patr. t. 1. par. 2. p. 2.,* et in syro, et arab. holmes. Eucherius legit *Et ait ei.*

Ibid. *Non extendas* — Cod. C *Non extendes;* Gregor. M. III, 760., Brev. rom. l. c., Eucherius, Rabanus, Haymo, Guibertus, Miss. rom. l. c. *Ne extendas.*

Ibid. *facias illi* — Codd. A, R, S, Rabanus *facias ei.* Cod. N notat: « *facies illi,* secun- » dum antiquiores; vel *facias illi,* secundum » alios. » Cf. Sabatier.

Ibid. *nunc cognovi quod* — Toleti scholion

*

heic habemus: « Hebraeus et graecus habent » particulam causalem *quia ;* scilicet *quia* » *nunc cognovi quod* (vel *nunc enim cognovi* » *quod*): et sic legunt Hilar. *lib. IX. de Trin.*, » et *in Psal. 1.*, et Ambros. *l. 1. de Abrah.* » *c. 8.*, et Cyprian. *l. 2. contra Iud. c. 5.* » At latini codd. tam impressi quam mss. » non habent. » Cf. Sabatier.; adde Cassian. *Collat. XIII. c. 14.* Non pauci ex latinis, qui usurpant Vulgati editionem, legunt *nunc cognovi quia.*

Ibid. *times* — Hanc lectionem Toleto, seu clementinis correctoribus adscribendam ducimus. Quum enim veteres codd. et edd. maximo consensu legerent *timeas*, superiores correctores nil immutaverant: Toletus autem scribit: « Latini codd. legunt *timeas;* graeci » vero *times;* et ita habent Hilar. et Cyprianus » ll. cc. Hebraeum verbum admittit utramque » lectionem, magis tamen eam, quae est in- » dicativi modi. » In primis animadverto Toletum fortasse ex contextu asseruisse graecos legere *times ;* nam φοβῇ aeque referri potest ad indicativum modum vel ad subiunctivum. Dein ad veteres patres quod spectat, ex iis qui italam usurparunt, quique proinde minus ad rem nostram faciunt, etsi haud desint qui alterutram lectionem sequantur, uti videre est apud Sabatierium, fatemur tamen illos plerumque legere *times ;* immo hanc ipsam putamus veram esse italae lectionem, quam, praeter auctores a Sabatierio excitatos, sequitur et Gregorius M. I, 898. II, 1069. III, part. 2, 576., et, ex Gregorio, Taio LXXX, 773. At vero ipsemet Gregorius I, 610. 683. et, ex eodem, Garnerius CXCIII, 170. legunt *timeas;* hanc autem censemus hieronymianam esse lectionem, quam, praeter vett. codd., innumeri post Gregorium scriptores exhibent, quorum nomina et loca recitare supersedemus, ne in minima re nimii videamur. Haud tamen praeterire licet Miss. rom. in Sabb. S., excepta novissima ed. rom. an. 1856., adhuc legere *timeas*. Ea quae de hac quaestione habet Rocca l. c. nullam refutationem requirunt.

Ibid. *Deum* — Sixtus, codd. E, F, Bibl. Ven. 1476. 1480., Lovan., all., Cassian. l. c., Beda V, 157., Rabanus I, 422., Haymo CXVII, 907. 964., Garnerius l. c., Petrus Com. *Dominum;* concinit Augustini *Specul.* a Maio editum l. c. Eucherius modo hanc, modo illam lectionem exprimit. Ad Sixti lectionem Toletus adnotat: « Corrige *Deum*. Ita hebr., » graecus, Complut., Reg., Ordin. et mss.; » et sic censuit Congregatio. Ambros. autem » *lib. 1. de Abrah. c. 8.* et Cyprianus *lib. 2.* » *contra Iud. c. 5. et lib. 3. c. 20.* legunt » *Deum tuum;* Hilarius vero *lib. 9. de Trin.* » *et in Psal. 1.* legit *Dominum Deum tuum.* » Hodiernam lectionem induxerunt sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum codd. A, B, C, D, H, aliorumque. Rocca l. c. notat Bibl. Ordin. legere *Dominum*, ita enim habet ed. Ven. 1588.; at plures edd. Bibl. Ordin. alteram lect. praeseferunt, quam eis tribuit Toletus.

Ibid. *pepercisti*—Sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, E, G, N, O, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Haymo CXVIII, 714., Guibertus, Philippus de harv. CCIII, 916. *peperceris*. At vero clementini lectionem lovaniensium, quam exhibuerat Sixtus, restituerunt. Hinc Toletus scribit: « Bibl. Ordin. legunt *et non* » *peperceris:* at ceteri omnes impressi legunt » ut in textu (nempe in ed. Sixti, 1590.); » sic etiam hebr., et graecus, et similiter » Hilar., Cyprianus, Ambros. ll. cc.; et est » particula causalis *et non pepercisti*, id est » quia non pepercisti. » Heic quoque Toletus italae lectionem instaurasse videtur. Cf. Sabatier.

Ibid. *unigenito filio tuo* — « Sic legunt, ait » Toletus, omnes latini codices. In hebr. au- » tem habetur *filio tuo, unico tuo;* quae le- » ctio convenit cum latinis codicibus. Graeci » vero legunt *dilecto filio tuo*, et sic Hilarius » *lib. IX. de Trin. et in Psal. 1.* At Cyprianus » *lib. 2. contra Iud. c. 5. et lib. 3. c. 20.*, » et Ambros. *lib. 1. de Abrah. c. 8.* legunt » *dilectissimo filio tuo.* » Cf. Sabatier. et Cassian. l. c. Codd. A, C, D, E, F, G, N, O, R, S,

Bibl. Ordin., Hugo, Miss. Moz. l. c., Rabanus; Haymo l. c., Guibertus, Petrus ven. CLXXXIX, 521., Philippus de har. l. c. *filio tuo unigenito.*

13. *Levavit* — Cod. B, Miss. Moz. p. 450. *Levavitque* (idem Miss. p. 254. *et elevans*): egregia lectio, pro qua stant hebr., graecus et reliqui omnes veteres interpretes. Hieron. III, 338. *Et elevavit.*

Ibid. *oculos suos* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, O, T, Miss. rom. l. c., Miss. Moz. p. 254. et 450., Eucherius, Guibertus, Philippus de har. l. c. tacent pronomen; item Chrysostomus IV, 478.

Ibid. *post tergum arietem inter vepres haerentem* — Vetustissimum hoc loco mendum vel in sacro textu hebraico, vel in samaritano exstat; inde insignis interpretum varietas. At quum Vulgati lectio profecto hieronymiana sit, textuique hebraico consentanea, non est cur heic varias criticorum sententias proferamus. Ceterum de אחר vide De-Rossi *Varr. Lectt.* ad h. l., eiusque *Supplem.*, Gesen. *de Pentat. samar. pag. 63.*, Lengerke *Comm. de Ephraemo, p. 59.* De בסבך cf., si lubet quae edidimus in ephemer. *Annali delle scienze rel. Roma 1845. vol. 1. p. 329.*

Ibid. *cornibus* — Codd. B, H, Miss. Moz. p. 450. et Hieronymus l. c. *cornibus suis;* item hebr., chald., syrus, arabs, Aquila Symmachus (Montfauc. *Hexapl. I, 663.*), Athanasius et tres codd. holmes.

Ibid. *pro filio* — Codd. E, H, Eucherius addunt *suo;* it. Augustinus: concinunt hebr., graecus et reliqui veteres interpretes.

14. *videt* — Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538. *videbit.* Hanc lect. probaverant plerique ex correctoribus Pii V.; Alcuinus C, 545., Rupertus *vidit,* ex itala.

15. *Angelus Domini* — Cod. B, Miss. Moz. p. 450. *Dominus;* item duo codd. holmes.

Ibid. *secundo* — Alcuinus C, 546. *iterum.* Cf. Augustinus apud Sabatier.

16. *hanc rem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Miss. Moz., Miss. rom. ll. cc., Eucherius, Gregor. M. III, 213., Alcuinus l. c., Rabanus, Florus Diac. CXIX, 57. aliique plures *rem hanc.*

Ibid. *propter me* — Haec delenda visa sunt correctoribus Pii V. et sixtinis; neque enim leguntur in codd. A, C, D, E, F, G, H, L 16., Q, T; cod. N notat: « Antiqui hic secundo » non subiungunt *propter me,* quia forte sa» tis dictum est. » Nempe supra ad vers. 12. Cod. O addit hebr., graecum, antiquos et Glossam non legere: eadem omittunt Bibl. Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Hugo, Rabanus, Paschasius radb. CXX., 46., Guibertus, Rupertus; item Hieronymus l. c., hebraeus, pauci codd. holmesiani. At vero eadem habent samaritanus textus, graecus, syrus, cod. Kennic. 673.; idque Grotio et Houbigantio probatur; Schultio autem videtur glossema.

17. *benedicam* — Hebraicam formulam servat hoc loco Miss. rom. in Sab. S. ed. vatic. 1609. legens *benedicens benedicam;* item itala ex graeco. Eadem lectio et apud veteres frequentatur, sed illam petere videntur ex ep. ad Hebr. VI, 14.

19. *Reversus* — Codd. S, T *Reversusque.* Hanc lectionem, nescio quo auctore, praeferunt recentiores quaedam Vulgati edd., uti Paris. 1827. 1837., Londin. 1843., Taur. 1851. Nexum exprimunt hebr., graecus et reliqui vett. interpretes.

Ibid. *simul* — Beda II, 246. tacet.

20. *His ita gestis* — Sixtus, codd. A, E, G, R, S, vett. edd. plures, Rabanus, Angelomus *His itaque gestis;* ad haec verba adnotat Toletus: « Sic legunt Compl., Reg., Ordin., Lo» van. et multi impressi codd.; sed aliquot » mss. habent *ita,* cui lectioni hebraeus et » graecus magis conveniunt, eamque Congre» gatio probavit. » Nimirum sixtini et gregoriani, quibus suffragantur reliqui codd. et paucae edd. uti Paris. 1566. Cf. Rocca l. c. Cod. O legit *His ita transactis.* Ab hoc loco usque ad XXV, 10. cod. B deseruit sixtinos; integrum namque in eo folium desideratur.

Ibid. *Abrahae* — Sixtini, codd. A, C, D, E,

F, G, H, R, S, T, Bibl. Reg., Ven. 1476., Rob. Steph. 1528., all., Eucherius, Raban., Rup. *Abraham;* item Hieronymus. Cf. infra versic. 23.

21. *Hus*—Cod. E *Hur;* quaedam vett. edd. ut Bibl. Paris. 1566. *Huz;* hebr. עוּץ. Mendose quaedam edd., uti Antuerp. 1563. 1565., Francof. ad M. 1566. legunt *His*. Conf. quae adnotavimus ad Gen. X, 23.

Ibid. *et Camuel* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, R, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus tacent nexum. Codd. F, S, Eucherius, Rabanus legunt *Camuel quoque*.

Ibid. *patrem Syrorum* — Cod. A 1. m. *fratrem Syrorum*. Rabanus *Syrorum patrem*.

22. *Cased* — Cod. D *Ased*. Eucherius *Chesdet*.

Ibid. *Pheldas* — Rabanus *Phildas;* hebr. פִּלְדָּשׁ. Eucherius pro *Iedlaph*, corrupte *Gethlafach*.

23. *ac Bathuel* — Codd. R, S, Eucherius, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et Bathuel*.

Ibid. *de quo* — Rabanus *de qua;* it. cod. F 1. m.

Ibid. *Abrahae* — Sixtini, codd. et edd. plures *Abraham*. Latini scriptores in huius nominis exitu mire variant; neque magis sibi constant vaticanae Vulgati editiones. *Abraham* saepe pro quolibet casu usurpatur; sed quandoque pro secundo et tertio legitur *Abrahae;* idque potissimum in N. T. Huius inconstantiae specimen petere licet ex Gen. XXV, ubi vers. 12. legitur *generationes Ismael filii Abrahae;* et vers. 19. *generationes Isaac filii Abraham*.

24. *Roma* — Alias legebatur *Rema*, teste Petro Com. CXCVIII, 1105.; quaedam vett. edd. *Ruma;* hebr. רְאוּמָה.

Ibid. *Gaham* — Codd. A, C, F, G, R, S, T, Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all. *Gaon*. Cod. E, Bibl. Reg. *Gaom*. At melior Vulgati lectio. Pro *Tahas*, multi vett. codd. minus recte scribunt *Thaas;* Sixtus *Thahas;* cod. F *Thaal*.

Cap. XXIII, 1. *viginti septem*—Sixtini cum cod. A hebraeum imitati scribunt *viginti et septem*: Isidorus V, 313., Beda II, 246. tacent *septem*. Pro *annis*, Guibertus *annos*.

2. *Arbee* — Hieron. III, 130. et 340. « Nomen civitatis *Arboc* paulatim a scribentibus legentibusque corruptum est. Neque enim putandum est LXX. interpretes nomen civitatis hebraeae barbare atque corrupte, et aliter quam in suo dicitur, transtulisse. *Arboc* enim nihil omnino significat; sed dicitur *Arbee*. » Cf. Beda IV, 321., Rabanus V, 376., Angelomus CXV, 197. 337.

3. *surrexisset* — Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., margo Ordin. addunt *Abraham;* item hebr., graecus et reliqui.

4. *ut sepeliam* — Cod. O testatur antiquos codd. cum hebr. et graeco legere *et sepeliam*. Cf. Sabatier.

5. *Responderunt* — Sixtini codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius, Guibertus, Petrus Cant. CCV, 79. *Responderuntque;* concinunt hebr. et vett. interpretes.

Ibid. *dicentes* — Codd. N, O testantur istud verbum non haberi apud veteres; neque legunt sixtini, codd. A, C, D, F, G, L 5., T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Cant. l. c. Concinunt arabs holmesii et cod. 18. Kennic. Utrum ex itala illud verbum profluxerit alii iudicent.

6. *apud nos* — Cod. N laudat veteres nescio quos codices latinos legentes cum sacro textu *inter nos*.

Ibid. *nullusque te prohibere* — Sixtini, gregoriani, et prima manu schedae Toleti et Angeli Rocca habent *nullusque prohibere te*, consentientibus codd. A, C, D, E, F. At dein Toletus communem lectionem restituit scribens: « *te prohibere;* ita legunt Compl., Reg., Ordin., Lovan. et fere omnes. » Rocca vero aliquid humani passus est dum in editis adnot. I, 290. scripsit: « *nullus te prohibere;* ita legitur in Bibl. Compl. et Reg., Lovan. et Ord., coniunctione *que* sublata. Et ita Congregatio id legendum censuit, forma illa loquendi non immutata, quae est: *nullusque te prohibere*. » Rabanus tacet pronomen.

7. *Surrexit* — Cod. R, Eucherius *Surrexitque;* item hebraeus, graecus et reliqui interpretes.

Ibid. *populum* — Primo sixtini scripserant *coram populo;* dein adnotarunt hanc lectionem pertinere ad versic. 12.

8. *dixitque* — Cod. E *dixit.*

Ibid. *audite me* — Cod. F tacet *me.*

Ibid. *pro me* — Haec non leguntur a sixtinis, quibus suffragantur codd. A, C, D, G, L 6., Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus; immo codd. N, O diserte asserunt veteres codd. non legere illa verba, licet adsint in hebr., graeco et modernis codicibus.

Ibid. *Seor* — Codd. A, C, D, G, P, plures mss. apud Martianaeum, Hugo, margo Ord. *Soor;* cod. H *Sohar;* cod. N notat: « Antiqui » habent *Seor;* sed plus hebraeo *Soar* conve» nit, quam *Seor.* » Eadem varietas occurrit ad Gen. XXV, 9. Idem nomen צֹחַר legitur quoque Gen. XLVI, 10. et Exod. VI, 15. at priori loco Vulgatus recte *Sohar,* altero *Soar.*

9. *eam mihi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *mihi eam.*

10. *Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth* — Haec a sixtinis intra parenthesim clauduntur. Cod. E *Habitavit.*

Ibid. *Responditque Ephron* — Sixtini, codd. A, D, N, O, P, margo Ordin., Hugo tacent *Ephron.* E contra cod. H, priores edd. Rob. Steph., all. cum hebr., graeco et reliquis interpretibus legunt *Responditque Ephron Hethaeus.* Cf. Gen. XLIX, 29. 30.

Ibid. *portam* — Codd. S, T *portas.*

11. *fiat* — Hanc lectionem induxerunt sixtini, eamque probant codd. A, F, H; nam vett. edd. legunt *fiet,* itemque plures codd.

Ibid. *sed tu* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, S, T, Hugo, Guibertus tacent *tu.*

Ibid. *loquor* — Primo sixtini, ex codd. A, T, scripserant *loquar;* at mox abrasa fuit correctio.

Ibid. *trado* — Cod. E, Guibertus *tradam.*

Ibid. *in eo est* — Codd. F, R *est in eo.* Cod. G tacet *est.*

Ibid. *mortuum tuum* — Cod. D tacet *tuum.*

12. *coram populo* — Codd. E, R, S, T, Bibl. Ven. 1476. 1480., Rob. Steph. 1528. 1540. 1545., Paris. 1566., all. *coram Domino et populo.* Cod. O aperte recteque notat expungenda verba *Domino et,* quia non habentur in hebr., graeco, antiquis et Glossa; concinit Correctorium sorbon.

13. *plebe* — Codd. R, S, Sixtus cum Lovan. edidit *plebe eius;* ad quam lectionem apposite Toletus: « Sic Compl., Reg.; sed Ordin. » non habent *eius;* et sic censuit Congrega» tio. In hebr. et graeco legitur *circumstante* » *populo terrae.* » Nempe sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd. latinorum illud pronomen expunxerant. Conf. Rocca l. c.

Ibid. *Quaeso, ut audias* — Sixtini, forte collato cod. A, expunxerant particulam *ut.* Aliam huius loci interpretationem sequuntur samar., graecus, Onkelos et Saadias, contra quos Vulgatum tuetur ipsemet Gesenius *de Pent. samar. p. 57.*

Ibid. *Dabo* — Cod. A addit *tibi;* item syrus et arabs.

Ibid. *in eo* — Codd. R, S, Sixtus cum Lovan. *in agro.* At sixtini et gregoriani scripserunt *in eo;* unde Toletus: « Bibl. Reg. et » Compl. *in agro;* in hebr. et graeco legitur » *illic;* Ordin. autem *in eo,* quod probavit » Congregatio. » Ita enim habent antiquiores libri, prout bene testantur codd. M et O, quorum prior notat: « Hebr., Rabanus, an» tiqui *in eo;* alii *in agro.* » Alter vero: « An» tiqui et Glossa *in eo;* at hebr. et graecus » *ibi;* et non habent *in eo.* » Hebr. שָׁמָּה; graec. ἐκεῖ.

14. *Responditque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus *Respondit;* item armenus.

15. *audi me* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, L 3., M, O, S, T, Hugo, Rabanus, Guibertus; quibus accedit graecus; at is habet ἀκήκοα γάρ.

Ibid. *Terra* — Codd. A, H *Terram.*

Ibid. *quadringentis siclis argenti* — Sixtus,

cod. R, et vett. edd. *quadringentos siclos argenti;* codd. G, H, S *quadringentos argenti siclos.* « Congregatio, ait Rocca I, 291., verbo » *valet* pretium in ablativo reponendum censuit; quoniam pretium in sexto casu cuicumque verbo frequentius dari solet. » Hinc Toletus scribit: « Lege *quadringentis argenti* » *siclis;* sic Congregatio: quamvis Compl., » Reg., Ordin. aliaque impressa legant ut in » textu (Sixti V.). Itaque legendum; nam » hebr. et graecus ita legunt » (sic). Haec eadem Toleti verba adscripta sunt ad oram exemplaris Bibl. 1592. quod fuit Angeli Rocca. Verum sixtini, cod. P, Glossa interlinearis habent *quadringentis siclis argenti.* Gregoriani autem, codd. A, C, D, E, F, N, T, Hugo, Rabanus, Guibertus *quadringentis argenti siclis;* et ita scripserat Rocca ad marg. Bibl. 1590.; sed ibidem secunda manu rescriptum « *quadringentis siclis argenti.* P. Toletus. »

16. *Ephron*—Hieronym. l. c. « In hebraeo » primum scribitur *Ephron,* heic autem *Ephran.* Postquam enim pretio victus est, ut » sepulcrum venderet argento, licet cogente » Abraham, *vau* littera, quae apud illos pro » *o* legitur, ablata de eius nomine est; et pro » *Ephron,* appellatus est *Ephran.* » Ex hoc Hieronymi testimonio (quod recitant quoque Beda IV, 321., Rabanus, Angelomus, Remigius antiss., Rupertus) auctor Correctorii quod habemus in cod. M legendum contendit *Ephran;* atque ita legunt codd. H, S. At repugnat cod. N, nec supervacaneum ducimus eiusdem criticam notam heic recitare: « Hebraeus, et antiqui, et graecus habent » *Ephron,* non *Ephran:* nec cogit notula Hie» ronymi communem litteram, quam postea » ipse transtulit, destruere; alioquin cum su» perius (XIII, 2.) dixerit quod hebraica ve» ritas non habet *erat Abraham dives,* sed » *gravis,* destruimus quod dicitur *dives,* quod » ipse postea transtulit; et alia infinita. Re» quire in originali huius operis. Notandum » est autem quod hebraeus pro *o* littera, uti» tur *vau* littera: verumtamen penes puncta » residet totus sonus; unde quando ad col» lum litterae punctum aptatur sonat in *o.* » Propter quod cum in isto verbo, propter » imperfectionem Ephronis, *vau* littera sub» trahatur nomini eius, remansit tamen pun» ctum vocale *o* ad collum *resc* litterae; unde » et hebr., et graecus, et antiqui habent hic » *Ephron.* Probatur etiam quod sonus non » immutatur hic, quia infra XXV. (v. 9.) » legitur *Ephron,* licet subtracta *vau* scriba» tur; similiter infra XLIX. (v. 29.) »

Ibid. *quadringentos siclos argenti* — Cod. R, Bibl. Ordin., Rupertus *quadringentos argenti siclos.* Cod. P, Hugo, margo Ordin. *quadringentis siclis argenti.*

Ibid. *probatae monetae publicae* — Hisce verbis praemittunt particulam *et* codd. A 2. m., H, R, S, Hugo, Rupertus. Legunt *et probati monetae publicae* codd. A 1. m., C, D, E, F, N, N * 2. m., O, T 1. m. (habent quoque *probati* codd. L 4.) Ad hanc lectionem cod. N adnotat: « Potest quod dicitur » *monetae publicae* esse non solum genitivi » casus, sed etiam dativi; quia hebraeus ha» bet *argenti transeuntis ad negotiatorem,* id » est currentis apud negotiatores; unde anti» qui bene habent *probati.* Coniunctio autem » *et* potest ibi apponi sicut Parab. XI. (v. 17.) » antiqui habent *qui crudelis est, et propin» quos abiicit,* id est *etiam.* » His fere similia sunt quae habet cod. O. Duo codices vaticani laudati in schedis Card. Sirleti legunt cum Angelomo luxov. *probati et monetae publicae.* Cod. G habet tantum *et monetae publicae.* Petrus cant. CCV, 79., Alfonsus Tostatus *probatae monetae et publicae.* Guibertus in comm. dicit monetam publicam fuisse et probatam. Testes recitavimus, quorum arduum videtur varias aestimare lectiones: at in idem fere omnes recidunt. Ceterum vix est quod moneamus Hieronymum hoc loco *monetam* commemorasse per prolepsim; qua de re praeclare nuper disseruit cl. Coelestinus Cavedoni in opere *Numismatica biblica art. 1.*

17. *Confirmatusque* — Cod. S, Bibl. Paris. 1566. *Confirmatus.*

Ibid. *terminis eius* — Tacent pronomen six-

tini, codd. A, C, D, E, F, G, H, L 7., O, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus, Rupertus; accedit syrus et cod. Kennic. 80.

19. *duplici* — Codd. F 2. m., G 1. m., L 6., cod. memmianus apud Martianaeum, palatinus a Vallarsio usurpatus, Rupertus habent *duplicis*. De hac lectionis varietate disputat Franciscus Lucas Brugensis in suis *Notationibus*. At nobis longe probabilior illorum sententia videtur, qui hebraicam vocem *Machpelah* מכפלה pro nomine proprio huius speluncae habent tum hoc in capite, tum infra XXV, 9. XLIX, 30. L, 13.

Ibid. *quae respiciebat* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, R, S, cod. memmianus, Urbinas apud Vallarsium, Guibertus, Rupertus *qui respiciebat;* it. margo Bibl. Rob. Steph. 1545.

Cap. XXIV, 1. *dierumque* — Cod. F *dierum;* item hebr. et graecus; minus recte nexus exprimitur in latina versione samaritani, Onkelosi et Ionathanis in polyglottis.

2. *Dixitque* — Cod. E *Dixit.*

Ibid. *ad servum* — Eucherius addit *suum;* item hebr. et veteres interpretes omnes.

Ibid. *subter* — Codd. E, I, Alcuinus C, 546., Rupertus I, 338., Anonymus sec. XII. in Patrol. CCXIII, 761. *super.* Hanc ipsam lectionem sequitur Hieronymus I, 378.; eamdemque graecus scholiastes apud Montfauconium *Hexapl.* tribui perhibet *Syro et Hebraeo;* fallitur autem ibidem Montfauc. qui eamdem versionem adscribit Vulgato et Septuaginta: sunt tamen apud Holmes octo graeci codd. legentes ἐπί. Eucherius, Beda II, 246. IV, 321. 323., Angelomus, Haymo CXVII, 1176. CXVIII, 334., Hincmarus CXXV, 660., Remigius antiss., Petrus Com. *sub;* cf. vers. 9. sed horum plerique subdunt *femore meo;* immo in fragmento s. Gregorii M. apud Paterium *c. 53. in Gen.,* cuius verba repetita leguntur apud Eucherium, Rabanum, Angelomum, Remigium antiss., Martinum legion. CCVIII, 366., aperte scribitur: « Non *super* » femur, sed *sub* femore manum ponere iube» tur. » Cf. Sabat. et August. *App. t. V. c. 16.*

3. *ut adiurem te* — Isidorus VI, 18., Alcuinus, Haymo ll. cc., Petrus Com., Anonymus cit. aliique patres *et iura.* Cf. Sabatier.

Ibid. *per Dominum, Deum* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Rob. Steph. 1540., Paris. 1566., all., Isidorus, Beda ll. cc., Haymo CXVIII, 334., Angelomus, Guibertus, Godefridus CLXXIV, 1060., Petrus Com., Martinus legion. CCVIII, 747. legunt *per Deum;* cf. Holmes. et Sabatier. Paterius *cap. 53. in Gen.* (ubi nonnulla habet, quae apud Gregorium exciderunt) memorat vetustam translationem legentem *per Dominum Deum;* unde colligi potest vel ipsum aliter in suis codd. legisse, vel corruptum esse ipsius textum. Profecto hunc Paterii locum profert Martinus legion. CCVIII, 365. qui in primis legit tantum *per Dominum* (uti Haymo CXVII, 1176.), mox vero subdit: « Et, sicut habet antiqua » translatio *per Dominum Domini.* » Ubi fortasse pro *Domini,* legendum est *Deum.* Codd. M, N diserte notant vulgatam lectionem consentaneam esse hebr., graeco et antiquis codd., adeoque non esse sollicitandam.

Ibid. *habito* — Sixtini ex cod. A *ego habito;* concinunt Augustinus, hebr. et graecus.

4. *ad terram* — Cod. H, Martinus legion. CCVIII, 747. addunt *meam,* ut hebr., graecus et reliqui interpp., excepto slav. ostrog.

Ibid. *et cognationem* — Codd. A, E, F, G, H, N *, R, Bibl. Lugd. 1535., Paterius, Guibertus, Garnerius CCV, 726., Martinus leg. CCVIII, 365. *et ad cognationem.*

Ibid. *accipias* — Cod. F, Beda IV, 321., Garnerius l. c., Petrus Com. *accipies.* Cf. Sabatier. Accedunt hebr. et vett. interpp.

5. *numquid* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, N, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus, Rupertus, Godefridus l. c., Brev. Goth. p. 163. habent *num.*

Ibid. *debeo* — Cod. P, margo Hugonis *habeo.*

Ibid. *filium tuum* — Brev. Goth. l. c. tacet *tuum.*

Ibid. *tu egressus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, N, S, T, Bibl. Ven. 1538., Guibertus, Rupertus tacent pronomen; item hebr. et graecus.

6. *Dixitque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, N, R, S, T, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c. *Dixit;* at refragante hebr. et graeco. In cod. F 2. m. *Et dixit.*

Ibid. *filium meum illuc* — Sixtini, codd. A, E, H, R, S, Guibertus *illuc filium meum.* Hodiernae lect. concinit Augustinus.

7. *Dominus Deus caeli* — Codd. L, S, plures vett. edd. cum Bibl. Reg. et Rob. Steph. addunt *et terrae;* at vero ex his quaedam ut Ven. 1476., posteriores Rob. Steph., all. tacent *Deus.* Hinc ex correctoribus Pii V. plerique legebant *Dominus Deus caeli et terrae;* alii vero *Dominus caeli* tantum. Ambrosius cum graeco *Dominus Deus caeli et Deus terrae,* ut vers. 3. Cod. O verissime adnotat hodiernam lectionem hebraeo antiquisque latinis codd. consentaneam esse.

Ibid. *iuravit mihi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Thomas. V, 419., Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus, Brev. Goth. l. c., itemque Ambrosius tacent *mihi.* Cod. O asserit antiquos et Glossam non legere istud pronomen, etsi in hebr., graeco et modernis latinis legatur (Bibl. Ordin. ed. Ven. 1588. *locutus est, et iuravit mihi*).

Ibid. *ipse mittet* — Quaedam edd. Bibl. Ordin. uti Lugd. 1545. 1590. *immittet.*

8. *mulier noluerit sequi te* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, O, R, S, T, Brev. Goth. l. c., Rupertus, itemque Augustinus *noluerit mulier sequi te.* Cod. H, Guibertus *mulier sequi te noluerit.*

Ibid. *filium meum tantum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, T, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Brev. Goth. l. c., Guibertus, Rupertus *filium tantum meum.* Cod. O notat quosdam modernos perperam legere *tamen,* pro *tantum;* et ita habent codd. R, S.

9. *manum sub femore* — Cod. E *manum super femorem.* Cf. vers. 2. et Holmesius. Rupertus interponit *suam;* ut itala, cum hebr. et graeco.

10. *Tulitque* — Godefridus l. c., Petrus Com. *Tulit ergo.*

Ibid. *de grege* — Cod. H, Guibertus *de gregibus;* hebr., graecus et vett. *de camelis.*

Ibid. *ex omnibus* — Cod. E praemittit *et;* item Augustinus, graecus et veteres omnes (mendose tacet nexum latina versio syri) cum sacro textu, excepto Ionathane.

Ibid. *in Mesopotamiam* — Expungunt particulam *in* sixtini, quibus suffragantur codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, Bibl. Ord., Hugo, Paterius l. c., Rabanus, Guibertus, Rupertus, Petrus Com.

Ibid. *ad urbem* — Bibl. Antuerp. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566. all. *in urbem.* Isidorus V, 314., Beda IV, 323., ex August., *in civitatem.*

11. *camelos fecisset* — Cod. F, Rabanus *fecisset camelos.*

Ibid. *tempore* — Codd. nostri omnes, atque edd. ante sixtinam legunt *eo tempore.* Pronomen *eo* expunctum quidem conspicitur in codice carafiano, quo correctiones sixtinae Congregationis servantur; at potius ab aliena manu quam a sixtinis id factum videtur. Quidquid sit de auctore huius correctionis, certum est illud pronomen a Sixto praetermissum fuisse: qua de Sixti lectione nil adnotatum reperio a gregorianis et clementinis; adeoque eadem ad clementinas edd. propagata fuit. Neque obstant hebr. et graecus; quamquam horum suffragium nimis urgere Rocca l. c. videatur.

Ibid. *dixit* — Codd. L, S, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c. *oravit Dominum, dicens* (cod. R *adoravit Dominum, dicens*). At recte cod. O animadvertit hanc lectionem nonnisi in recentioribus codd. occurrere, atque hebraeum, graecum et antiquos latinos legere *dixit.* Conf. Rocca l. c. Syrus tamen in polygl., et arabs apud Holmes. legunt *oravit dicens.*

12. *obsecro, mihi hodie* — Sixtini, codd. A, E, R, Rabanus *obsecro, hodie mihi;* codd. C, D, F, G, S, T, Bibl. Ordin., Hugo *hodie, obsecro, mihi;* Eucherius *mihi, obsecro, hodie;* Rupertus *mihi hodie, obsecro.*

Ibid. *misericordiam* — Bibl. Ordin. addunt *tuam*.

13. *prope fontem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, N, Rabanus, Guibertus *propter fontem;* cod. O notat antiquos et Glossam legere *propter,* hebr. et graecum *super*. Eucherius, Beda l. c., Alcuinus C, 555., cum Augustino, *super fontem*. Cf. Gen. XVIII, 2. Lev. I, 16.

14. *cui ego dixero* — Codd. G, R, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., all., Eucherius, Gregor. M. III, 761., Guibertus, Godefridus l. c. *cui dixero;* item hebr. et reliqui veteres, excepto graeco, qui pronomen exprimit.

Ibid. *Inclina hydriam tuam* — Gregor. M. l. c., Brev. rom. respons. VIII. in Quinq., Rupertus *Da mihi aquam de hydria tua*. Guibertus tacet *tuam*.

Ibid. *responderit* — Gregor. M. l. c., Brev. rom. l. c., Rupertus *dixerit*. Cf. vers. 44.

Ibid. *et per hoc* — Rabanus, Godefridus l. c. *ac per hoc*.

Ibid. *cum domino meo* — Codd. L, R, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., posteriores edd. Rob. Stephani, all., Brev. Goth. p. 164. addunt *Abraham;* item samaritanus textus, et graecus. Sed Congregatio, teste Rocca l. c., istud nomen censuit non adponendum; nec legitur in hebr., chald. et in antiquioribus latinis codicibus. Guibertus addit *Isaac*.

15. *in scapula sua* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, T, Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1545., Hugo, Guibertus: cod. N notat: « Antiqui non interponunt *sua,* » quia aliter non potest intelligi. » Ambrosius quoque omittit, licet graeci codd. plerique illud legant. Cf. Holmes. et infra vers. 45.

16. *virgoque* — Cod. E *virgo;* item hebr. et graecus.

Ibid. *descenderat autem* — Bibl. Ordin. omittunt *autem*.

Ibid. *hydriam* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *aqua;* Bibl. Reg. *aquae;* it. Chrysost. III, 223.

17. *Pauxillum* — Sixtini ex cod. A scripserunt *Pauxillulum*. Cf. vers. 43.

Ibid. *aquae mihi ad bibendum praebe* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, S, T *mihi ad sorbendum praebe aquae;* item cod. G, sed tacet *ad;* it. codd. N, O, excepta voce *aquam,* pro *aquae;* cod. N * *mihi aquae ad sorbendum praebe;* Guibertus *mihi praebe ad sorbendum aquae;* denique pro *bibendum,* legunt *sorbendum* codd. L 8., P, R, Bibl. Ordin., priores edd. Roberti Steph., Hugo, all.: Aquila legit βρόχισόν με.

18. *super ulnam* — Cod. E *super scapulam*.

19. *et camelis* — Codd. E, H *etiam et camelis*.

Ibid. *hauriam aquam* — Brev. Goth. l. c. *hauriam;* hebr. אשאב, graec. ὑδρεύσομαι.

20. *Effundensque* — Margo Ordin. addit *festina,* ut hebr., graecus et reliqui. Conf. vers. 18. et 46.

Ibid. *recurrit* — Codd. C, F, O, T *recucurrit;* sed cod. N testatur veteres legere *recurrit*. Cod. E tacet verbum *dedit*.

21. *Ipse autem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Brev. Goth. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, priores edd. Rob. Steph., all., Guibertus *Ille autem*.

Ibid. *scire volens* — Cod. G *volens scire*.

Ibid. *iter suum fecisset Dominus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo *fecisset iter suum Dominus;* cod. H, Guibertus *fecisset Dominus iter suum*. Hodierna lectio ex eo orta est, quod quum Sixtus cum Lovan., all. edidisset *iter suum fecisset Deus,* gregoriani pro *Deus,* restituerunt *Dominus*. Ad Sixti lectionem Toletus scribit: « Corrige *Dominus:* sic hebr., graecus, Com- » plut., Reg., Ordin. et mss.; licet in Lova- » niens. sit *Deus*. » Brev. Goth. l. c. *fecisset iter suum Deus*. Rocca autem l. c. hallucinatus est adscribens textui hebr. אלוה (sic), quum ibi legatur יהוה.

22. *Postquam autem* — Codd. C, D, E, F, G, H, R, S, T, Guibertus *Postquam ergo;* cod. A *Postquam vero*.

Ibid. *biberunt* — Codd. A, C, G, T *biberant*.

Ibid. *protulit vir* — Cod. T *protulit ei;* codd. quoque G, S tacent *vir*.

*

Ibid. *siclos duos* — Quum exploratum sit verbum בקע denotare *dimidium siclum*, Mariana profitetur se non videre cur Vulgatus ponat *siclos duos*. Martianaeus suspicatus fuerat legendum *semisiclos*, item Malvenda, Calmetus, Clarius, aliique. Vallarsius, collato Hieron. in Ezech. XLV, 12., asserit siclum fuisse semiuncialem, atque stetisse quatuor drachmis; idque Martianaeus quoque adnotaverat ad calcem sui voluminis in *Addend.*: at quomodo id quaestionem solvere possit non video; nisi supponatur (prout asseruisse videtur Hieronymus in *Quaest. hebr. in h. l.*) בקע esse semiuncialem; quod viri docti pernegant. Cornelius a Lapide, cum Iansenio, censet duplex fuisse siclorum genus, atque duos siclos minores aequasse unum siclum maiorem. Id vero satis probabili testimonio demonstrari nequit. Nos animadvertimus Hieronymum, prout ipsemet testatur l. c., pro בקע, apud graecos legisse δίδραχμήν, prout adhuc legitur in nonnullis codd. holmesianis: porro quum alias saepe graeci vocem שקל reddant δίδραχμον (quod equidem de drachmis alexandrinis, non de atticis intelligi debet), fortasse hinc ille occasionem habuit ponendi *siclos duos*. At in tanta obscuritate nil certi adfirmare possumus.

23. *in domo* — Cod. A 1. m. *in domum*.

Ibid. *ad manendum* — Bibl. Lugd. 1522. *ad manducandum*.

24. *Filia sum Bathuelis* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus *Filia Bathuelis sum;* idem verborum ordo in hebr. et graeco. Cf. infra ad XXV, 20.

Ibid. *filii Melchae, quem peperit ipsi Nachor* — Sixtus, codd. R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lovan., aliaeque plures edd., Rabanus, Guibertus, Brev. Goth. l. c. *filii Nachor, quem peperit ei Melcha*, prout legitur infra vers. 47. (conf. supra v. 15. et XI, 27. 29.) Hanc ipsam lectionem cod. M modernis codicibus tribuit, atque testatur veteres libros legere *filii Melchae, quem peperit Nachor*, et ita legunt sixtini, codd. A 2. m., E, H, L 15., N, N * 2. m., O, Q, T, Correctorium sorbon. a Rob. Stephano laudatum, alterum Parisiense apud Ric. Simon., Bibl. Ordin., Hugo, Rob. Stephani priores edd., et Isidorus Clarius; idque probat Lucas Brugens. qui scribit: « Quod dicitur *peperit Nachor*, » intelligendum est *ipsi Nachor*, uti etiam » hebr., chald. et graeca expresse habent. » Quia vero id paullo obscurius erat, quidam » ad hunc modum mutarunt *peperit ex Na-* » *chor:* quidam hoc modo vitiarunt *peperit ei* » *Nachor.* » Nempe legunt *ex Nachor* cod. D et Rupertus; *ei Nachor* codd. A 1. m., C, F, G, et ita scripserunt gregoriani. Difficultatem alia ratione declinarunt Bruno ast. et Petrus Com. legentes *filii Nachor et Melchae*. Ex his patet non omnino falsam, at satis insolenter conceptam esse notam editam in Bibl. Paris. 1837. ubi legitur: « Istud pronomen *ipsi* ad » intelligentiam textus a scribis interiectum » est, ut infra v. 47.; nec habent vett. mss., » sed prae consuetudine noluimus expun- » gere. » Hodiernam enim lectionem debemus Toleto, qui primo quidem scripserat: « Lege » *filii Melchae, quem peperit Nachor*. Ita ha- » bent hebr., graecus et 15. mss. Impressa » vero ut in textu (seu in ed. Sixti V.). Con- » gregatio (sixtina) priorem lectionem ele- » git: sed idem sensus est. Melcha enim di- » citur peperisse *ipsi Nachor*, id est *ex Na-* » *chor*. Igitur hoc eodem capite paullo infe- » rius (v. 47.) legitur ut in textu (Sixti V.), » tam in hebr. et graeco, quam in omnibus » codd. latinis, quia idem est sensus. » At dein idem Toletus, teste Angelo Rocca *(in notis ms. ad ed. Sixti)*, ad tollendam ambigendi facultatem, tum ex margine Bibl. Ordin., tum ex laudatis Lucae Brugens. *Notationibus*, praeclare pronomen *ipsi*, annuente Clemente VIII., in textum intulit. Cf. Rocca I, 291., Bukent. p. 5.

25. *spatiosus* — Bibl. Reg., Lovan., all. addunt *est;* hoc autem verbum, consentientibus antiquioribus codd., Bibl. Ordin., all., expunxerunt sixtini, quibus reliqui correctores adhaeserunt.

27. *itinere me* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, S, T, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c. *me itinere.*

Ibid. *in domum* — Cod. E *in domo.*

28. *in domum* — Codd. E, R, S, Bibl. Ordin. *in domo.*

29. *ad hominem, ubi erat fons* — Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. et Ant. 1538. (forte ex hebr. et graeco) habent *ad hominem foras, ubi erat fons.* Codd. R, S *ad hominem, ubi erat foris;* hanc autem lectionem modernis adscribunt, eamque reiiciunt codd. M, O.

30. *et prope fontem aquae* — Sixtini ex cod. A *propter fontem aquae;* copula deest quoque in hebr., graeco (exc. cod. Kennic. 196. et duobus holmes.) et reliquis interpretibus. Cod. H tacet *aquae,* eique concinunt hebr., graecus et reliqui. Cf. infra ad vers. 42.

31. *et locum camelis* — Codd. R, S, veteres edd. plures, Brev. Goth. l. c. addunt *tuis;* quod pronomen ad fidem veterum librorum expungendum esse recte admonet cod. O. Toletus vero scribit: « Bibl. Compl., et Reg. » addunt *tuis;* sed non habetur in hebr., » graeco, Ordin. et mss. Prior Congregatio » abstulit. » Seu potius, propositam additionem non admisit, ut ait Rocca l. c. Neque enim legebatur in edd. Lovan.

32. *introduxit eum in* — Cod. A 1. m. omittit *eum in;* cod. E tacet *in.*

Ibid. *et foenum* — Cod. H addit *camelis,* uti hebr., graecus, chald. et syrus. Conf. nota seq.

Ibid. *pedes eius* — Singulare mendum hoc loco iam a vetustissimis temporibus obrepserat, latinosque codd. occupaverat, quod scite romani correctores castigarunt. Nostri enim codd. et vett. edd. habent *pedes camelorum:* nec mirum; nam eamdem lectionem scholiastes seculi XIII., in cod. N, testatur se in omnibus latinis antiquisque codd. reperiisse; unde miratur latinos codd. commemorare lotionem pedum camelorum, de qua silent hebraeus et graecus, nullamque mentionem facere de servo principali, de quo in sacro textu et in graeca versione sermo est. Cum latinis codd. faciunt veteres scriptores, Paterius, Guibertus, Hugo de s. Victore, Martinus legion., Brev. Goth. ll. cc.; itemque recentiori aetate Alfonsus Tostatus, Dionysius Carthus., Steuchus Eugubinus, Caietanus, aliique plures. Neque nobis plane compertum est utrum, ex iis scriptoribus, qui Vulgatum nostrum interpretem usurparunt, quis aliter hunc locum aperte excitaverit. Huius mendi ortum ex veteri alia lectione, quae apud Dionysium Carth. occurrit, non absurde peti posse videtur; nam quidam legebant: *et foenum in pabulum camelorum, et aquam ad lavandum pedes* etc. Fortasse errore oculorum librarius ex superiori membro vocem hoc loco additam transposuit. At vero Isidorus Clarius, Bellarminus *(Diss. de Vulg. ed.),* Lovanienses *(in marg. suarum edd.)* antiquum errorem notarunt; Martianaeus quoque in sua editione emendavit, at nobis non constat utrum ad fidem alicuius latini codicis id fecerit, prout innuere videtur nota, quam ad calcem sui voluminis adiecit, ubi asserit *mss. fere omnes* legere *camelorum:* emendarunt sixtini, eorumque correctionem probavit Sixtus: quumque veterem latinorum lectionem rursum sufficere gregoriani cogitassent, sapienter Toletus illam abiecit: « Lege, inquit, *pe-* » *des eius;* sic hebr. et graecus. Sed Com- » plut., Reg., Ord., Lovan. aliaque impressa » habent *camelorum;* et sic censuit Congre- » gatio (gregoriana). At vero August. *lib. de* » *locut. in Gen. c. 83.* legit *ipsius,* sicut ha- » betur in hebr. graeco et mss. latinis (uti- » nam illos designasset); et sic censuit prior » Congregatio (nempe sixtina) et Xistus: et » etiam ita legit Chrysostomus *hom. 48. in* » *Gen.* Petrus Com. c. 60. legit tantum la- » visse pedes hospitum, nihil dicens de pe- » dibus camelorum. » Cf. Rocca l. c.

Ibid. *et virorum* — In cod. carafiano *et eorum;* dubium nobis est an sixtinorum sit haec lectio.

33. *appositus est* — Cod. F tacet *est.*

34. *Servus, inquit* — Ex cod. A sixtini *inquit: Servus.*

35. *et Dominus* — Cod. F addit *inquit*.

Ibid. *magnificatusque* — Vett. edd. non paucae cum Bibl. Reg. *et magnificatus*. Cod. C 1. m. et Brev. Goth. l. c. tacent nexum; item ante verbum *dedit* Brev. Goth.

37. *uxorem filio meo* — Cod. R, Brev. Goth. l. c. *filio meo uxorem*. Cf. Holmes.

39. *Quid* — Codd. C 1. m., D, G *Quod*.

Ibid. *venire mecum mulier* — Cod. T *mulier venire mecum*.

40. *Dominus, ait* — Cod. S, Brev. Goth. l. c. *Ait: Dominus*.

Ibid. *et de domo* — Cod. E *et domo*.

41. *a maledictione* — Cod. E tacet particulam *a*.

Ibid. *ad propinquos meos* — Hanc lectionem invexerunt sixtini ad fidem antiquiorum omnium codd. et Bibl. Ordin.; nam Bibl. Reg., Lovan., all. minus recte legunt *ad proximos meos*. Cf. Rocca I, 292. et Lucas Brugens.

Ibid. *dederint* — Sixti editio habet *dederit*, quod Bukentopius p. 387. probabile censuit ex mendo impressorum ortum fuisse. Toletus emendavit, sed nihil adnotatum reliquit. Cf. Rocca l. c. Bibl. Paris. 1566. tacent pronomen *tibi*, quod sequitur.

42. *ergo hodie* — Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. tacent *hodie*; immo priores edd. legunt *ego*, pro *ergo*.

Ibid. *ad fontem aquae* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, L 9., M, N, O, T, Bibl. Ord., Hugo tacent verbum *aquae*, nec legitur in hebr. et antiquis interpretibus; fortasse ex sequenti versiculo petitum fuit.

43. *pauxillum* — Sixtini ex cod. A *pauxillulum*, uti supra ad vers. 17.; Bibl. Ordin., et Hieronymus III, 341. *paululum*; sed cod. O testatur veteres codd. legere *pauxillum*.

Ibid. *ex hydria* — Sixtus, Bibl. Reg., Lovan., all., Brev. Goth. l. c., Hieronym. et Augustinus *de hydria*. Sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem antiquiorum codd. et Bibl. Ordin. hodiernam lect. comprobarunt. Conf. Rocca l. c.

44. *hauriam* — Margo Ordin. *tribuam*.

45. *Dumque* — Sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin. *Dum*; neque obstant hebr. et veteres. Cod. R, Bibl. Reg. aliaeque plures edd. *Cumque*.

Ibid. *tacitus mecum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, O, S, T, Hugo *mecum tacitus*.

Ibid. *descenditque* — Cod. G *descendit* (item armenus); mox pro *paululum*, legit *pauxillum*.

46. *Quae festinans* — Sixtini, codd. A, G *Quae festina*; cod. F *Quae festinata*; cod. E *Quae festinavit*. Cf. vers. 20.

Ibid. *deposuit* — Cod. F *deposita*.

Ibid. *tribuam potum* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo *potum tribuam*.

Ibid. *adaquavit* — Codd. C, E, F, R, S, T *adaquavi*; at codd. N, O monent veteres legere *adaquavit*. Mendose, ut reor, syrus in polygl. habet primam personam.

47. *ei Melcha* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, Biblia Ord., Hugo *illi Melcha*.

Ibid. *in manibus eius* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, L 5., O, T, Bibl. Ordin., Hugo non legunt pronomen *eius*; cod. N testatur non legi in antiquis codd. quia paullo ante expressum est. Attamen hebr. et veteres interpp. legunt.

48. *perduxit me* — Sixtini ex cod. A *perduxisset me*; melior sane lectio videtur.

49. *dicite mihi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, T, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus tacent *mihi*; cod. O notat antiquos latinos non legere heic pronomen, licet non desit in hebr., graeco et modernis latinis. At sixtinis adstipulatur cod. Kennicott. 95.

50. *Responderuntque* — Sixtini, codd A, C, D, F, G, S, Bibl. Ordin., Ven. 1476., aliaeque plures edd., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Com., Brev. Goth. l. c. *Responderunt*. Margo cod. H « hebr. *Respondit*. »

Ibid. *non possumus* — Praemittunt particulam *et* codd. C, D, F, G, N, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus. Veteres refragantur.

Ibid. *loqui tecum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Raba-

nus, Guibertus, Rupertus, Petrus Com. *tecum loqui.*

51. *filii* — Codd. E, G *filio;* graec. τῷ υἱῷ.

Ibid. *locutus est* — Cod. E *praecepit.*

52. *procidens* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, L 9., O, T, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus, Petrus Com. omittunt hoc verbum; quod veteres ignorant: « Complura » mss., ait Brugensis, eaque fide digna omit» tunt *procidens.* » Attamen sunt qui censeant Hieronymum potuisse reddere וישתחו *procidens adoravit.*

Ibid. *in terram* — Sixtini, Sixtus, codd. A, C, D, E, F, H, O, R, S, T, Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., Hugo, Guibertus, Brev. Goth. l. c. *in terra.* Gregoriani communem lectionem restituerunt; unde Toletus ait: « Lege » *in terram;* sic Compl., Reg., Ordin., Lo» van. et mss.; Congregatio censuit. » Conf. Rocca l. c. et superius ad XVIII, 2. XIX, 1.

53. *dedit ea Rebeccae pro munere* — Lovanienses notant hebr., chald., graecum et unum cod. latinum legere tantum *dedit Rebeccae.* Cod. E integrum versiculum sic effert *Prolatisque munera Rebeccae fratribusque et matri eius obtulit.* Pro *ea,* codd. C, D, F, G, O, T, Rupertus legunt *eas;* item cod. N ubi adnotatur: « Sicut supra cap. I. (v. 17.) » quod dicitur *eas* supponebat relatum non » solum ad *stellas,* sed ad *luminaria;* sic et » hic quod dicitur *eas* ad omnia refertur: si» militer prorsus Deut. XXVIII. (v. 15.) *man» data eius et ceremonias, quas ego praecipio.* »

Ibid. *fratribus* — Petrus Com. *fratri;* margo Bibl. Lovan. notat ita legi in hebr., chald. et graeco; idque confirmari videtur ex vers. 29. Hinc correctores Pii V. inter se discrepantes haerebant. Attamen Vulgati lectio confirmatur a syro, atque Schultio probatur. Conf. vers. 55. et 60., et XXVIII, 2., et Holmes. Latina interpret. samaritani textus in polyglottis exprimit num. plur.

54. *Inito* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Guibertus *Initoque;* concinunt hebr., graecus et reliqui.

Ibid. *Dimittite* — Ita emendarunt sixtini ad fidem plurimorum codd. et edd. At vero codd. G, H, R, Bibl. Lovan., priores edd. Rob. Steph., Guibertus, Rupertus legunt *Dimitte;* Rocca l. c. scribit: « Si in aliqua editione » verbum singulare *Dimitte* inveniatur, erro» rem typographicum, vel chirographicum » esse dicas oportet. »

Ibid. *ut vadam* — Cod. C *ut pergam;* cod. O monet hoc verbum spectare ad versic. 56. Animadverte sacrum textum heic nullum exprimere verbum; at cum Vulgato faciunt graecus, syrus et cod. deross. 1289. Cf. De-Rossi *Mss. codices hebr., vol. III. p. 136.* Cod. E tacet *ut.*

55. *Responderuntque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, all., Guibertus *Responderunt.*

Ibid. *fratres* — Heic iterum correctores Pii V. ipsi sibi discrepabant. Codd. L, M, N *, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., all., Brev. Goth. l. c. *frater;* item hebraeus. Nicolaus de Lira scribit: « Si autem aliqui libri » habent hic *fratres,* falsa est littera. » At reliqui codd. et multae edd. cum graeco et syro pluralem numerum praeseferunt. Conf. vers. 53.

Ibid. *saltem decem dies* — Egregia haec est Hieronymi interpretatio, quam contra alios plures veteres interpretes praeclare tuentur boni critici, atque ipsemet Gesenius *de Pentat. samar. p. 31.* Cod. E tacet *dies.* Guibertus legit *saltem decem diebus.*

56. *me retinere* — Bibl. Ordin. *me tenere.*

Ibid. *dimittite* — Codd. D, R, Bibl. Ordin. *dimitte.* Cf. v. 54.

57. *Et dixerunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, N, T, Bibl. Ordin., Hugo tacent *Et.*

58. *sciscitati sunt* — Guibertus addit *dicentes;* quod in cod. N respuitur.

59. *nutricem illius* — Cod. L, posteriores edd. Rob. Steph., margo Bibl. Lugd. 1550. *nutricem illius Deboram;* codd. N * 1. m., R, S, Bibl. Lugd. 1513. 1522. all. *Delboram nutricem illius.* Cod. O notat hebraeum, grae-

cum, antiquos et Glossam non legere *Delboram;* Nicolaus de Lira scribit: « Aliqui libri » habent *Delboram*, sed non est de textu; » sed tamen subintelligitur. » Cf. Lucas Brugens. De varia huius nominis scribendi ratione conf. ad Gen. XXXV, 8.

60. *imprecantes* — Rabanus *et imprecantes;* hebr. et graecus admittunt nexum, sed alia est periodi ratio. Cod. O notat quosdam codd. recentes perperam legere *valde imprecantes.* Glossa interlin. *valde precantes.*

Ibid. *nostra es* — Cod. H tacet verbum *es.*

Ibid. *in mille millia, et possideat* — Alcuinus C, 547., Rabanus, Angelomus *in millia millium, et hereditatem obtineat;* ex Augustino.

61. *puellae illius* — Cod. G, Remigius ant., Guibertus, Rupertus *puellae eius.* Cod. E *puella eius.* Cod. S *ancillae illius;* graecus αἱ ἄβραι αὐτῆς.

62. *eo autem tempore* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ord., Hugo, Guibertus, Rupertus tacent *autem.* Rabanus legit *Eodem tempore.*

Ibid. *deambulabat Isaac* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus *Isaac deambulabat.* Cod. E legit *Isaac stabat super viam.*

Ibid. *Viventis, et videntis* — Cod. H *Viventis, videntis.* Bibl. Ordin., Rupertus *Videntis, et viventis.* Cf. ad XVI, 14. et XXV, 11.

Ibid. *habitabat enim* — Rabanus *habitabat autem.*

63. *ad meditandum* — Alcuinus l. c., Angelomus *ad se exercendum.* Remigius antiss. « Quidam codd. habent *ad exercitandum;* alia » quoque translatio dicit *ut loqueretur.* » Cf. Hieronym. III, 342. Petrus Com. ait aliam litteram legere *ad se exercitandum.* Cod. C ex vitiosa correctione habet *ad metendum.* Guibertus ait: « luxta quaedam exemplaria » *ad metandum.* » Mirum quam varie verbi hebraici לשׂוח notionem torserint interpretes, praesertim recentiores (cf. Gesen. *Thesaur. p. 1322.*, Glaire *Lex. hebr.*, Drach *Cathol. lex hebr.*, Winer *de vers. samar. p. 35.*). At vero egregiam Hieronymi interpretationem, quam exhibet Vulgatus, fere omnes veteres interpretes tuentur, qui ad piam meditationem et orationem illud verbum referunt: ita samaritanus, Onkelos, Ionathanus, Saadias, persa, graecus ven.; atque ad hanc ipsam notionem revocandos esse Alexandrinum, Aquilam et Symmachum facile demonstratur (cf. Gesen. l. c., Schleusner *Lex. τῶν LXX. t. 1. p. 60.*, Holmes. *App. ad Gen.*). Neque praetermittendum est Ephraemum, qui utebatur versione syriaca (in qua legitur *ad deambulandum*), perspicue adnotasse (I, 173.) hebraeum legere *ad orandum.* Ex recentioribus quoque non pauci Vulgati interpretationem propugnandam censuere. Conf. Maurer *Comm. in V. T.*, Schroeder *Ianua V. T.*, all.

Ibid. *elevasset* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Remigius ant., Guibertus, Rupertus *levasset.*

Ibid. *oculos* — Codd. E, H, L 2., Guibertus, margo Bibl. Ordin. addunt *suos;* item hebr., chald. et multi graeci codd.

Ibid. *venientes procul* — Toletus adnotat: « *Procul* non legitur in hebr. et graeco; est » tamen in omnibus codicibus latinis. »

64. *conspecto* — Princeps editio Clementis VIII. ex mendo typographico habet *conspectu,* quod in sequentibus editionibus, et in correctorio edito anno 1598. emendatum fuit. Cod. S *aspecto.*

65. *ille homo* — Rabanus *homo ille.*

Ibid. *in occursum* — Cod. N *et in occursum.*

Ibid. *Dixitque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, N, T, Rupertus *Dixit.* Rabanus *Dicitque.*

Ibid. *pallium* — Addunt *suum* Sixtus, Bibl. Reg., Lovan., all., Brev. Goth. p. 165.; cf. Bukentop. p. 387. it. versio coptica. At vero consentientibus antiquis codd., Bibliis Ord., Hugone, Rabano, itemque Hieronymo, pronomen abiecerunt sixtini, gregoriani et Toletus, qui notat: « Hebr., graecus et Ordin. » non legunt. » At Rocca I, 292. asserit in Bibl. Ordin. legi *suum;* nempe inspexit ed. Ven. ann. 1588. in qua, contra fidem aliarum

edd., legitur. Cod. P, Beda IV, 322. Alcinus I. c., Angelomus, Petrus Com. legunt *theristrum;* nempe, uti aperte notat Rabanus, ex alia editione: de hac voce vide ad Gen. XXXVIII, 14. cf. Sabatier.

Ibid. *operuit* — Bibl. Paris. 1566. *cooperuit.*

66. *narravit Isaac* — Cod. R, Sixtus, Bibl. Reg., Lovan., Rob. Steph., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c. *narravit domino suo Isaac.* Sixtini et gregoriani expunxerunt verba *domino suo,* quae ab antiquis codd. absunt, uti recte animadvertit cod. O; et Toletus scribit: « Haec non extant in hebr., graeco et Bibl. » Ordin. » (Rursum excipienda est ed. Ven. Ordin. an. 1588.) Immo iamdiu Nicolaus de Lira scripserat: « Quod interponitur in ali- » quibus libris, non est de textu. » Pro verbo *narravit,* legitur *narraverat* in Bibl. Antuerp. 1565., Francof. ad M. 1566., Lugd. 1569.

67. *eam uxorem . . . dilexit eam . . . matris eius* — Tria haec pronomina abiecerunt sixtini, codd. A, C, D, G, N, O, T, Bibl. Ordin. (excepta ed. 1588.), Hugo, Eucherius, Rabanus, Paterius, Guibertus, Rupertus, Martinus legion. ll. cc. Primum et tertium tacent Brev. Goth. l. c. et Bruno astens.; secundum et tertium codex F, Petrus ven. CLXXXIX, 211.; tertium tantum codd. E, R, S, V, Remigius antiss., Petrus Com. Verum in hodierna lectione nil supra textum abundat.

Cap. XXV, 1. *Ceturam* — Codd. A, C, all. *Cetthuram;* alii, et plures edd. antiquae *Cethuram;* minus recte.

2. *Zamran* — Mendose codd. et edd. plures *Zamram;* alii mendosius *Iamram,* vel *Iemram:* sixtini ad fidem meliorum codd. emendarunt, consentientibus hebr. et graeco. Cod. N notat: « *Zamran* scribitur per *n* fina- » lem, sicut tria sequentia nomina. » Conf. Rocca l. c., et Lucas Brugensis. Incaute mendum restaurarunt quaedam edd. clementinae, ut Rom. 1624., et Sabatierius.

Ibid. *Iecsan* — Codd. A, C, N, P, R, S, T, V, Bibl. Ordin. *Iexan;* cod. F *Iaxan;* cod. E *Texam.* Pro *Madian,* cod. A *Mazian.* Ante *Iesboc* Beda IV, 322. tacet *et.* Pro *Sue,* cod. P *Iesue;* margo Ord. *Iesua.*

3. *Saba et Dadan* — Codd. A, S *Saban et Dodan;* graeci quoque plures codd. legunt Σαβάν. Mox Rupertus addit *et,* uti hebraeus et vett. interpp.

Ibid. *Latusim* — Bibl. Rob. Steph. et Lovan., all., *Latussim;* Reg., Ord., all. *Lathusim.* Hodiernam lectionem ex optimis codd. sixtini, consentientibus hebr. et graeco, hauserunt. At clementini dimiserunt *Latussim* I Paral. I, 32.

Ibid. *Loomim* — Vett. edd. pleraeque et nonnulli codd. *Laomim;* graec. Λαωμείμ; hanc lectionem retinent clementinae edd. ad I Paral. l. c. At sixtini, codd. A, C, D *Loommim;* cod. N dicit: « Secundum hebraeum et » antiquos *Laommim* per duplicem *m* in me- » dio. » Est enim לאמים; cod. L *Laummim.* Auctor schedae adnexae cod. vatic. 6879. scribit: « Forte legendum *Laomim*: at vetusti » codd. habent *Loomim.* »

4. *Opher* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Lovan., all. *Epher;* Lugd. 1522., all., cum graeco, *Apher.* Hodiernam lect. ex bonis codd. et ex Bibl. Ordin. derivarunt sixtini. At edd. clem. ad I Paral. I, 33. legunt *Epher.* Alteruter locus castigandus videtur, nisi dixeris hac ratione denotatam fuisse variam samaritani textus lectionem אבף pro עפר.

Ibid. *et Eldaa* — Bibl. Ven. 1476. 1480., all. tacent *et;* item cod. 667. Kennic. Codd. C, T *et Telda.* Margo Ordin. *et Celda.*

5. *Deditque* — Cod. G *Dedit quoque;* Beda II, 247. *Dedit ergo;* Rabanus, cum Augustino, *Dedit autem;* Rupertus, cum Hieronymo III, 343. *Et dedit;* cod. T tacet nexum.

Ibid. *possederat, Isaac* — Beda l. c., Rabanus, Bruno ast. *possidebat, Isaac filio suo;* addunt quoque *filio suo,* samarit., graec. et syrus. Veteres codd. pro *possederat,* scribere solent *possiderat.* Rupertus *habebat, Isaac;* Hieronym. l. c. *habuit, Isaac.*

7. *vitae Abrahae* — Sixtini, codd. A, E, G, Guibertus *vitae eius;* at cod. O animadvertit

hebraeum, graecum et antiquos legere *vitae Abrahae*. Eucherius tacet *vitae*.

Ibid. *anni* — Cod. A, Guibertus *annorum;* cod. E *annis*.

8. *Et deficiens mortuus est* — Cod. M « *Et* » *mortuus est*. Male in LXX. interpretibus ad- » ditum est *et deficiens mortuus est;* quia non » convenit Abrahae deficere et imminui. » Haec verba petita sunt ex Hieron. III, 344. Cod. T 2. m., cum Rabano, legit *Et mortuus est Abraham* (nomen *Abraham* legitur quoque in hebr. et reliquis interpretibus); et in margine antiqua manu descripta leguntur eadem Hieronymi verba. At praeclare scholiastes codicis N scribit: « Quod dicitur quod Abrahae » non est deficere, ad mysterium, non ad » litteram referendum est: alias autem et » hebraeus, et antiqui, et novi, et graecus » habent hic *deficiens;* et est idem hebrai- » cum verbum quale dicitur infra de Ismaele » (v. 17.); et similiter de Isaac sancto viro » XXXV. (v. 29.); et Iobi XXIX. (v. 18.) » Cave ergo ne mutes litteram propter tales » Hieronymi disputationes. » Quum igitur Hieronymi verba ad mysterium non ad litteram referenda videantur, non erat cur Iohannes Pearsonius *(Praef. ad Bibl. graeca)* in Hieronymum tam acriter inveheretur. Conf. Martianaeus et Vallarsius.

Ibid. *plenus dierum* — Hebraicus textus omittit vocem *dierum,* quae iam inde ab aetate Hieronymi, prout ipse testatur III, 344. ab hebraicis codicibus exciderat; his accedunt graecus venetus, arabs Erpenii, et quaedam edd. Onkelosi et Saadiae. Cod. M ex Hieronymo l. c. haec habet: « Illud quod di- » citur *plenus dierum,* sumptum est a graeco; » quia hebraeus simpliciter habet *plenus:* » quod cum sensum videatur exponere eo » quod lucis (Alcuinus quoque C, 548. haec proferens ex Hieronymo legit *lucis;* item Angelomus; non autem ut habent Hieronymi editores *luce*) et diei operibus plenus occu- » buerit, tamen magis ad anagogem facit, si » simpliciter ponatur *plenus.* » Eadem fere leguntur in margine codicis T, ubi pro *anagogem,* scribitur ΑΝΔΡωCTIN (quod an sit ortum ex corruptione vocis ΑΝΑΓωΓΗΝ, viderint alii). At rursum scholiastes codicis N animadvertit: « Notula cuiusdam super » haec varia est, quae dicit, quod hoc quod » dicitur *dierum* de graeco sumptum est, quo- » niam hebraeus non habet. Immo ab inter- » prete est, sicut et alia millia. Unde Nahum » III. *Quis movebit super te,* Hieronymus: » *caput,* quod hebraeus non habet, propter » sensus evidentiam apposui. Sic ab interpre- » te omnes hebraicorum nominum interpre- » tationes apponuntur; ut cum dicitur *Benoni,* » *id est filius doloris mei* (Gen. XXXV, 18.); » *Manaiim, id est castra* (Gen. XXXII, 2.). » Cum Vulgato faciunt sex codd. hebr., samaritanus textus, graecus, syrus, arabs, persa, Onkelos in codd. a De-Rossi prolatis, quibus Brunsius *(in Repertor. Orient. tom. XV. p. 169.)* addit Targum sex codicum Kennicotti; idemque Brunsius *(ibid. t. XIII. p. 218.)* scribit: « Mirum hanc variam lectionem in » paucis reperiri mss. hebraicis, quum haec » completa locutio exstet Gen. XXXV, 29. » I Chron. XXIII, 1. XXIX, 28. II Chron. » XXIV, 15. Iob. XLII, 17. Egregie eam ex » latinis auctoribus illustravit Mazochius in » *Spicileg. Bibl.* » Pro eadem lectione stant Houbigantius, Kennicottus, Geddesius, Vaterus: obstant vero Tellerus, Ravius. Cf. Gesen. *de Pentat. samar. p. 31.*, De-Rossi *Varr. Lectt.*, Du Contant *Essai sur l'Ecrit. p. 143.* Mire hallucinatur Iahnius in notis criticis ad *Bibl. hebr. ed. Vien. 1806.* ubi asserit hanc phrasim alias quoque sine huius vocis additamento occurrere; idque confirmat ea proferendo loca, quae superius ex Brunsio recitavimus, in quibus profecto numquam desideratur ימים.

Ibid. *ad populum suum* — Consentiunt samaritanus textus, graecus, Onkelos, arabs, syrus. At hebraicus textus habet אל עמיו, *ad populos suos*. Eadem phrasis, eademque varietas occurrit Gen. XXV, 17. XXXV, 29. XLIX, 33. Num. XXVII, 13. XXXI, 2. quibus in locis iterum Vulgatus noster samaritanum

textum sequitur. At Num. XX, 24. Deut. XXXII, 50. idem Vulgatus cum hebraico textu habet numerum pluralem.

9. *Seor* — Codd. A, D, F, G, O, P, V *Soor*. Cf. ad XXIII, 8.

Ibid. *e regione* — Cod. G *in regione*. Pro *Mambre*, codd. A, H *Mamre*. Cf. ad XIII, 18.

10. *quem emerat* — Sixtus, codd. C, D, R, S, Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph., Lovan. *quam emerat*. Sixtini et gregoriani ad fidem plurimorum codd. praetulerunt *quem emerat*. Cod. O notat antiquos et Glossam legere *quem;* graecum et modernos *quam*. Cf. Rocca I, 292., Bukentop. p. 387. Nec desunt graeci codices Vulgato faventes, cui nemo ex reliquis interpretibus refragatur. Abraham enim non emerat praecise speluncam, sed agrum una cum spelunca.

11. *puteum nomine Viventis et videntis* — Sixtini *puteum Viventis et Videntis;* nam cod. B, Guibertus, hebr. et graecus tacent *nomine*. Cod. H tacet *et*, item hebraeus. Lovanienses et Sixtus habent *Puteum nomine Viventis et videntis;* aliae quaedam edd., etiam ex recentioribus, uti Taurin. 1851., *Puteum nomine Viventis et Videntis*. Cf. supra ad XVI, 14. Cod. F *puteum nomine Videntis et Viventis*. Pro *obitum illius*, cod. V, Bibl. Paris. 1566. *obitum eius*.

12. *Abrahae* — Sixtini, codd. A, E, Eucherius, all. *Abraham*. Cf. supra ad XXII, 23.

13. *in vocabulis* — Rabanus *in nominibus suis;* item Hieronym. l. c. ex hebr.

Ibid. *Nabaioth* — Vide infra ad XXVIII, 9.

Ibid. *deinde Cedar* — Cod. A *dein Cedar*.

Ibid. *Adbeel* — Codd. et edd. veteres plures *Adbehel*. Codd. C, D, F, G, R, S, V, mss. Martianaei, Bibl. Ord., Rupertus *Abdeel;* graecus Ναβδεήλ. Pro *Mabsam*, cod. B *Mabsar*.

14. *Masma* — Cod. A *Masfa*. Bibl. Rob. Steph. 1545. *Mabsma*.

Ibid. *Duma, et Massa* — Sixtini copulam expunxerunt; item cod. holm. 106. Cod. B legit *Massan;* all. *Masa*.

15. *Hadar* — Codd. et edd. veteres fere omnes *Hadad*, vel *Adad*. Eadem lectionis varietas est in hebraico textu; nam textus receptus habet הדר; sed maximum in mss. et edd. hebraicis habet praesidium altera lectio חדד; hanc enim praeseferunt plusquam tercenti codd., plurimaeque edd., samaritanus, graecus ven., arabs, armenus, coptus, persa, et plures codd. chaldaici; immo eidem lectioni favet et alexandrinus, licet hoc nomen aliter corrumpat legens Χοδδάν, vel Χολδάδ, vel Χοδδάδ: ipsaeque edd. clementinae in I Paral. I, 30. legunt *Hadad*. Attamen sixtinis cum recepto hebraico textu placuit scribere *Hadar*, de quo dubitarunt gregoriani, sed illud intactum reliquerunt; eamdem lect. habent Martianaei codd. et Biblia Lugd. 1535. (cod. E *Adda*. Biblia Lugd. 1542. *Adab*.) Pro *Massa, Hadar*, codd. F, T *Masadad*.

Ibid. *et Iethur* — Particulam *et* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, S, T, hebr. et chald. Quoad nomen *Iethur* mira est lectionis varietas in nostris libris. Bibl. Ord. et pleraeque edd. seculi XV. *Iachur;* Bibl. Reg. *Iatur;* Antuerp. 1563. *Getur;* Lugd. 1535. *Latur;* sixtini, Sixtus, codd. A, C, D, E, G, H, P, R, S, T, V, Bibl. Paris. 1566. *Itur* (ex laudatis codd. quidam *Ithur*); gregoriani, Bibl. Rob. Steph., Lovan., all. *Ietur*, item edd. clementinae ad I Paral. I, 31. Quum vero non solum gregoriani, sed et Rocca et Toletus scripserint *Ietur*, haud temere concludi posse nobis videtur, hoc loco vaticanas edd. ex mendo typographico legere *Iethur;* nec enim hebr. nec graecus admittunt adspirationem. Cf. Bukentopius p. 387.

Ibid. *et Naphis* — Sixtini delent copulam, quae in hebr. et chald. non legitur.

16. *Ismaelis* — Sixtini, codd. A, C, D, all., Bibl. Reg. aliique multi libri *Ismael*. Cf. ad XVI, 11. XVII, 23.

17. *Et facti sunt anni* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, T, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus tacent *Et facti sunt;* cod. N notat: « Cum dicitur *anni;* subintelligitur *fuerunt;* » nec de hebraeo oportet apponi hoc. » Cod. O habet: « Antiqui legunt *anni;* hebr. et grae-

» cus *et isti anni;* moderni *et facti sunt anni.* » Cod. E legit *Anni vero.*

Ibid. *Ismaelis* — Rursum sixtini, ut fere omnes codices, *Ismael.* Cf. versic. 16.

Ibid. *septem* — Codd. C, G, N, S, T *et septem.* Cod. N monet particulam *et* a quibusdam interponi; uti habet hebr.

Ibid. *deficiensque* — Sixtini, codd. A, C, D, G, N, N *, O Guibertus *deficiens.* Cod. H, Bibl. Ordin., Hugo *et deficiens;* item Hieron. VI, 677.

Ibid. *appositus* — Codd. E, F, N *, R, T *appositus est.* Fortasse hanc lectionem invehere cogitabant sixtini, qui supposita lineola vocem notaverant. Cf. Hieronym. l. c.

18. *Habitavit* — Alcuinus C, 548., Rabanus, Angelomus *Habitaverunt;* item Hieronymus III, 345., hebr. et reliqui, excepto graeco.

Ibid. *Aegyptum* — Cod. E *ad Aegyptum.* Pro *introeuntibus*, cod. F *intrantibus.*

Ibid. *Assyrios* — Cod. V, Eucherius *Assyriis.* Cod. O notat graecos legere *ad Assyrios*, quia ex hebr. est accusativi casus motum significantis. Rabanus *in Assyrios*, uti Hieronym. l. c.

Ibid. *obiit* — Non inficiamur hebr. נפל, commodius heic, collato XVI, 12., reddi *castra posuit, consedit;* at Vulgati lectionem esse hieronymianam dubitari nequit. Cf. eiusdem *Quaest. hebr. in h. l.* Hinc perperam cod. S legit *abiit.* Ceterum hebraici verbi notionem per se non abludere a Hieronymi interpretatione compertum est.

19. *Hae quoque sunt* — Cod. E tacet *sunt.*

20. *Bathuelis* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, S, T, Hugo, Rupertus *Bathuel.* Nota editiones clementinas heic et Gen. XXIV, 24. 47. habere *Bathuelis* pro secundo casu; at Gen. XXIV, 15. et XXVIII, 5. pro eodem casu legere *Bathuel*, itemque pro quarto casu Gen. XXII, 23.

21. *Deprecatusque est Isaac* — Tacent nomen *Isaac* codd. A, B, Eucherius, Remigius antiss., Martinus legion. CCVIII, 234. Tacent nexum Bibl. Reg. et Remigius antiss.

22. *concipere* — Cod. L, seu s. Dionysii ms. a Stephano laudatus, priores edd. Rob. Steph., margo Bibl. Ordin. *me concipere;* nec obstant hebr. et graecus.

Ibid. *perrexitque* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Brev. Goth. p. 166., Rabanus, Martinus legion. l. c. addunt *Rebecca.*

23. *sunt in utero tuo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Isidorus V, 318., Beda II, 247., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Remigius ant., Petrus Damian. CXLIV, 626., Guibertus, Rupertus, Martin. legion. l. c. *in utero tuo sunt;* item Ambrosius. Bruno ast. tacet *sunt.* Cf. Sabat.

Ibid. *ex ventre tuo* — Faustus rheg. LVIII, 822., Isidorus, Petrus Dam. ll. cc. *de ventre tuo;* conf. Sabatierius. Rabanus *ex utero tuo.* Beda l. c. *in tuo ventre.* Cf. Holmes.

Ibid. *dividentur* — Cod. B, Beda l. c. *dividuntur.*

Ibid. *serviet minori* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, T, V, Rupertus *minori serviet.*

24. *Iam* — Eucherius *Iamque;* bene.

Ibid. *advenerat* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, N, O, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rupertus *venerat.* Cod. E *venerat ei;* favent hebr. et graecus.

Ibid. *in utero eius* — Sixtini, codd. A, B, E tacent pronomen; item Eucherius.

25. *Qui prior* — Codd. A, B, E, F, G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lovan., all., Brev. Goth. p. 167., Eucherius, Rabanus *Qui primus;* codd. D, P, T, Bibl. Ordin., Rupertus *Qui prius.* Hodiernam lectionem invexerunt sixtini, consentientibus codd. C, H; hanc, teste Luca Brugensi, praeseferunt antiqua exemplaria. « Proprie, inquit Rocca l. c., » *prior* de duobus dici solet, de pluribus au- » tem *primus.* »

Ibid. *in morem pellis hispidus* — De Vence, collato hebr. כאדרת שער *sicut pallium pilosum*, censet legendum *in morem pallii hispidi;* eadem hebraica verba Vulgatus ad Zach. XIII, 4. interpretatur de *pallio saccino.* At censeo Hieronymum heic graecos imitatum fuisse; adeoque nil innovandum.

Ibid. *vocatumque est* — Ad fidem codicis A sixtini verbum *est* tamquam inutile sustulerunt. Codd. B, S, V legunt *vocavitque*, uti graecus, syrus, et cod. 178. Kennicottianus primo. Reliqui habent *vocaveruntque*, etiam samaritanus, cuius proinde mendosa est latina versio in polyglottis.

Ibid. *manu* — Cod. E *in manu*.

Ibid. *appellavit eum* — Eucherius *appellatus est;* Bruno ast. *vocatus est;* Guibertus *appellavit nomen eius;* item hebr. et graecus.

26. *sunt ei* — Tacent pronomen *ei* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius; nec obstant hebr. et graecus.

27. *et homo* — Brev. Goth. l. c. tacet copulam, uti hebr., graecus et reliqui.

Ibid. *vir simplex* — Legunt tantum *simplex* codd. C, D, T, Beda l. c., Remigius antiss., Petrus Dam. CXLV, 272., Rupertus, Hugo de s. Vict. CLXXVI, 1213. Cod. N notat: « Novi » interponunt quod dicitur *vir*, quod subin- » telligitur. » Cod. O. « Antiqui *simplex;* hebr. » et moderni *vir simplex;* graecus *homo sim-* » *plex*. »

29. *Iacob* — Cod. B tacet. Mox cod. R, Eucherius legunt *lassus de agro*.

30. *Quam ob causam* — Eucherius, Petrus cell. CCII, 779. *Quam ob rem*.

31. *Vende mihi* — Margo Bibl. Ordin. addit *hodie*, uti hebr., graecus et reliqui.

32. *Ille* — Eucherius *At ille;* optime.

33. *Iura ergo* — Cod. E tacet *ergo;* item hebr. et graecus.

Ibid. *Iuravit ei Esau* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus, Petrus cellens. l. c. omittunt pronomen. Cod. O « *Iuravit ergo Esau;* antiqui et Glossa » expungunt *ergo* » quod legitur in cod. S.

Ibid. *primogenita* — Cod. S, Petrus cellens. l. c. addunt *sua*. Concinunt hebr. et veteres, excepto graeco, de quo conf. Holmes.

34. *comedit* — Cod. F *et comedit;* item Hieronymi edit. Paris. 1845. seu Patrol. XXVIII, 196.; consentiunt hebr. et veteres interpp. Guibertus habet *vendiderit*, pro *vendidisset*.

Cap. XXVI, 1. *Orta autem* — Beda II, 248. *Orta dehinc*. Cod. A scribit *accederat*... *Phalestinorum*.

2. *Apparuitque ei* — Codd. F, R, S tacent *ei;* Brev. Goth. p. 167. *Apparuit ei*.

3. *in ea, eroque* — Cod. E *in eam, et ero;* cod. S *ibi, eroque*. Cod. O notat veteres legere *in ea*, hebr. et graecum *in terra*.

Ibid. *iuramentum* — Eucherius addit *meum;* item Augustinus ex graeco. Cod. A pro *spopondi*, legit *spondi*.

4. *regiones has* — Cod. F *has regiones*.

5. *praecepta* — Codd. A, G, R, V, Bibl. Paris. 1566. addunt *mea* (sed codd. G, R, tacent pronomen post *mandata*), uti August. ex graeco, cui consentit hebraeus. Cod. O monet illud pronomen in antiquis libris non legi.

6. *Mansit itaque* — Brev. Goth. l. c. *Mansit autem*. Pro *Geraris*, Guibertus *Gerara*.

8. *pertransissent* — Cod. F *transissent*.

Ibid. *et ibidem moraretur* — Cod. A *et ibi demoraretur*. Cod. B tacet *et;* nec legitur in hebraeo et graeco, sed alia ibi est periodi forma.

Ibid. *rex Palaestinorum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius *Palaestinorum rex*. Guibertus tacet. — Lector monitus esto, hinc usque ad initium capitis XXX. sixtinorum correctiones nos latere, cum in codice Carafiano integra duo folia desiderentur.

9. *accersito eo* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, T, V, Hugo, Guibertus tacent *eo*. Praeterea ex his codices fere antiquiores, uti A, C, E legunt *arcessito;* Isidorus VII, 408. *arcersito*.

Ibid. *es eam sororem* — Codd. A, B, C, D, F, G, R, S, T, V, Eucherius iterum tacent pronomen; cod. O aperte testatur hebr., graecum et antiquos non legere *eam*. At ex hebraeo nil confici posse videtur.

Ibid. *Respondit* — Eucherius *Qui respondit*. Cod. S *Respondit Isaac;* item hebr., graecus et reliqui.

10. *Dixitque* — Cod. A addit *ei;* item graecus et syrus.

Ibid. *Praecepitque* — Margo Bibl. Ord. addit *Abimelech,* uti hebr. graecus et reliqui.

11. *hominis huius* — Codd. E, S *huius hominis;* Guibertus *hominis istius.* Pro *morietur,* cod. C et Petrus Com. *moriatur.*

12. *Sevit* — Cod. A *Seruit;* cod. E *Crevit;* codd. B 2. m., R, S, Bibl. Ordin., Reg., all., Eucherius, Petrus Com. *Seminavit;* item Hieronym. III, 346. At codd. M, O monent veteres legere *Sevit.*

Ibid. *in ipso anno* — Cod. B *in illo anno;* item Petrus Com., sed, ait, ex alia translatione. Rupertus *in anno isto.* Cf. Hieron. l. c.

Ibid. *centuplum* — Praeclara haec est Hieronymi interpretatio, quam tuetur Gesen. in *Thesauro p. 1461.;* huic accedunt samaritanus interpres, chaldaeus, Saadias, arabs Erpenii, Aquila, Ephraemus, graecus ven. At vero Angelomus scribit: « In quibusdam codd. » invenitur: *Seminavit post haec hordeum, et* » *invenit centuplum.* » Petrus Com. legit *centuplum aestimatum,* et subdit: « Alia trans- » latio habet *invenit in illo anno centuplum* » (videtur supplendum *hordei*). » In nostro cod. M scholiastes habet *centuplum hordei,* et, prolatis Hieronymi verbis III, 346., perperam concludit: « Ex his additionibus patet » quod aliquando habemus LXX., aliquando » alios. » Hieronymus enim perspicue adnotaverat graecos minus recte legisse שערים, quos imitantur syrus, Symmachus et Theodotio, unde habent *centuplum hordei* De hac autem lectione cf. De-Rossi *Suppl. ad Varr. Lectt.*

Ibid. *Dominus* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Bruno ast. *Deus;* item Chrysost. et versio slavon.

13. *proficiens atque* — Cod. A, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482., Rob. Steph. 1532. *proficiscens atque;* hebr. והלוך. Eucherius, Bruno ast. *proficiens ac.*

14. *habuit quoque* — Ita gregoriani et Toletus cum mss. antiquioribus A, B, C, D, all., Bibl. Ordin., Ruperto. Cf. Rocca l. c. At Sixtus, cod. O, Bibl. Reg., Lovan., aliaeque plures edd., Brev. Goth. l. c. *habuitque.*

Ibid. *possessiones* — Codd. A, B, C, D, E, G, O, T, Eucherius, Guibertus, Rupertus *possessionem;* hebr. מקנה. Eadem lectio mendose irrepsit in rom. ed. Bibl. 1671.

Ibid. *Ob hoc* — Codd. A, B, C 2. m., D, T, Bibl. Ord., Hugo, Rupertus *Ob haec.* Cod. E *Ab hoc.*

15. *illius Abraham, illo tempore obstruxerunt* — Bruno ast. *sui Abraham, obstruxerunt.* Cod. D pro *Abraham,* legit *Abrahae.* Guibertus quoque pro *illius,* habet *sui;* et pro *obstruxerunt,* legit *obstruserunt.* Animadverte verba *illo tempore,* vel ut habet cod. E *in illo tempore,* in hebraico textu et antiquis interpretibus referri ad id quod praecesserat, nempe *foderunt,* non vero ad verbum *obstruxerunt;* quare reformanda videtur nostrarum editionum interpunctio. Isidorus Clarius habet *eius, in diebus Abrahae obstruxerunt.*

16. *potentior nobis factus es* — Codd. A, C, E, G, H, R, T, V, Hugo, Guibertus, Rupertus, Petrus Com. *potentior nostri factus es;* Bruno ast. *nobis potentior factus es.* Bibl. Ordin. tacent *nobis,* item cod. O « iuxta grae- » cum, antiquos et Glossam. »

17. *Et ille discedens* — Cod. I addit *festinavit.* Codd. A, B, E, Bibl. Brix. 1496., Antuerp. 1537. 1538. *Et ille descendens.* Bibl. Ven. 1480. Oct. Scoti tacent *ille.*

Ibid. *ut veniret* — Cod. E *ut iret.*

Ibid. *ad torrentem* — Hieronymus l. c. animadvertit graecum (cui syrus consentit) pro *torrentem,* habere *vallem;* atque priorem interpretationem praeferre videtur: eius verba recitantur et in nostro cod. M. Hebr. נחל utramque notionem exhibet; hinc quandoque incerti haeremus utra eligenda sit. Cf. Gesen. *Thesaur. p. 872.* Recte quidem observat Relandus p. 298. in locis ambiguis priorem significationem praeferendam esse. Adde Sozomenum *H. E. VI, 32. IX, 17.* mentionem fecisse torrentis prope Geraram. At tamen plures interpretes heic *vallem,* non *rivum* commemorari censent. Horum sententiam ita

amplectimur, ut ad illos non accedamus qui propterea de Hieronymo detrahendum existimant. Cf. Simon. *Hist. Crit. V. T. l. 2. c. 12.*

18. *rursum fodit alios* — Codd. H, V, Bibl. Lugd. 1522., Guibertus *rursumque fodit alios.* Correctores Pii V. adnotant quosdam legere *illos*, pro *alios;* hebr. et graecum neutrum habere.

Ibid. *servi* — Ita samaritanus textus, et graecus: at vero hebr. בימי, item Onkelos, persa, graec. ven. et arabs. Syrus et Ionathanus utrumque exhibent, nempe *servi in diebus.* Cf. v. 15. Cod. G tacet *olim.* De nomine *Philistiim* vide ad XXI, 33.

19. *Foderuntque* — Codd. A, B, C, D, G, M, R, T, V, Bibl. Ordin., Remigius antiss. *Foderunt;* it. cod. 135. holmesianus. Cod. S *Foderunt autem.*

Ibid. *repererunt* — Cod. B addit *ibi.* Hieronym. III, 347. *invenerunt ibi;* concinunt hebr. graecus et reliqui. In priscis codd. legitur *reppererunt.*

20. *Sed et ibi* — Cod. V, Bibl. Ord. tacent *et.* Pro *adversus,* cod. O notat antiquos legere *adversum,* et ita habent codd. A, C, D, all.

21. *Foderunt autem et* — Codd. A, C, E, G, H, O, R, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus tacent *autem.* Cod. B *Foderuntque,* uti hebraeus et reliqui. Cf. Hieronym. l. c.

22. *fodit* — Cod. A *fodiit.* Mox cod. C legit *pro eo,* non *pro quo.*

Ibid. *nomen eius* — Codd. A, E *nomen illius;* Eucherius, Isidorus V, 317., Rabanus *nomen loci illius.*

23. *Ascendit autem* — Cod. L, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c. addunt *Isaac.*

Ibid. *ex illo* — Cod. E, Eucherius, Angelomus *ab illo.*

24. *ei Dominus* — Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1414. *ei Deus.* Pro *Ego sum,* Beda II, 249. *Ego.*

Ibid. *timere, quia ego tecum sum* — Codd. A, C, D, E, G, H, O, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Conc. Aquisgr. l. c. *metuere, quia tecum sum;* Eucherius *timere, tecum enim sum;* item graecus. Cod. R *timere quia tecum sum.* Cf. Sabatier.

Ibid. *benedicam* — Cod. E *benedicamque;* codd. C, G, H, R, T, V, Conc. Aquisgr. l. c., margo Ordin. *et benedicam;* cod. O testatur antiquos, hebr. et graecum addere nexum. Eucherius *et benedixi;* item Augustin.

25. *aedificavit ibi* — Concil. Aquisgr. l. c., Petrus Com. tacent *ibi.*

Ibid. *altare* — Codd. R, S, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., posteriores edd. Rob. Steph., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius addunt *Domino;* item pauci codd. graeci apud Holmesium: at cod. O notat id non legi in antiquis libris.

Ibid. *invocato nomine* — Cod. B, Guibertus *invocato ibi nomine;* Petrus Com. *invocavit ibi nomen* (Eucherius cum hebr. et graeco addit *ibi* post *extendit*); cod. E *invocavit nomen;* cod. A *invocato nomen.*

Ibid. *puteum* — Codd. G, R, S *puteos:* at cod. O notat hebr., graecum et antiquos legere *puteum.*

26. *de Geraris Abimelech, et* — Beda l. c. *Geraris et Abimelech.* Rabanus quoque tacet *et.* Pro *venissent,* Bibl. Paris. 1566. *venisset;* hebr. quoque et veteres habent num. sing.

Ibid. *Ochozath amicus illius* — Codd. C, G, M, N, O, R, T, V, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482. 1483., Paris. 1566., Eucherius, Angelomus, Guibertus, Rupertus *Ochozath amici illius.* Hieronymus enim l. c. notat hebraeum legere *collegium amicorum eius;* et subdit: « ut non tam hominem significet, quam ami» corum turbam, quae cum rege venerat, in » quibus fuit et Phicol princeps exercitus » eius. » Hanc ipsam sententiam expressit Onkelos. Cod. M notat: « Hebraeus *amicorum il*» *lius,* et dicit quod *Ochozath* non est no» men proprium, sed significat *partem,* vel » *collegium,* ut dicit Hieronymus. » Cod. N. « *Ochozath amici illius;* sic habent antiqui » iuxta Hieronymum et hebraeum. *Ochozath* » secundum Hieronymum est *collegium,* seu » apprehensio de amicis illius. LXX. autem, » prout est in graeco, habent *pronubus,* idest

» *amicus*, quam litteram Hieronymus non ap- » probat. » Mendose legitur apud Remigium antiss. « Septuaginta pro *Ochoza*, *collegium* » ponunt. » Nos vix dubitare possumus Hieronymum in sua versione sensum expressisse quem praefert Vulgatus et reliqui interpretes.

Ibid. *militum* — Margo Bibl. Ordin. addit *eius*, ut hebr., graecus et reliqui veteres.

27. *est eis*—Codd. C, G, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. tacent pronomen, ut cod. 130. holmes. Beda l. c. legit *est illis*.

28. *idcirco nos* — Codd. A, C, E, G, H, I, L 10. (mendose quaedam edd. hentenianae, uti Antuerp. et Ven. 1572. habent *20.* pro *10.*), S, T, V, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *idcirco nunc*. Cod. O notat: « An- » tiqui *idcirco nunc;* hebr. et graecus non ha- » bent *nos*. » Angelomus tacet pronomen.

29. *attigimus* — Codd. A 1. m., G *attingimus;* cod. E *adtetigimus*.

Ibid. *auctum benedictione* — Codd. B, S *ac cum benedictione*. Cod. P pro *Domini*, habet *Dei*.

30. *et potum* — Cod. A *vel potum*.

31. *in locum suum* — Codd. L 5., Rupertus *in domum suam*.

32. *in ipso die* — Cod. G *ipso die*. Pro *foderant*, cod. N, Rabanus *foderunt;* item Hieronym. III, 347.

Ibid. *Invenimus aquam* — Omnino credibile est quod Bellarminus aliique plures doctores affirmant, graecos errare dum legunt *non invenimus aquam;* licet enim pro hac lectione stent codex Kennicotti 69., et primo deross. 340., tamen non solum reliqui codd. et interpretes refragantur; sed et graeca ed. complut., armenus et duo codd. Ambrosii. Conf. Holmesius *Append. ad Gen.*, Ephraem. I, 174.

33. *Unde appellavit* — Cod. T, Rupertus *Unde et appellavit*.

Ibid. *eum, Abundantiam* — Bibl. Reg. *eam, Abundantiam*. Ceterum Hieronymum, cum Aquila, Symmacho et syro, reddidisse *Abundantiam* hebr. vocem שבעה (legebat שָׁבְעָה), quam graecus interpretatus est *iuramentum*, manifeste patet ex iis, quae ipse profert III, 347. 366.

34. *uxores* — Sixtus, cod. R, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lovan., all. plures edd. *uxores duas*. Codd. C, D, E, L (seu Q), S *uxorem*. Cod. O notat hebraeum, graecum, antiquos, Glossam legere *uxorem;* modernos *uxores duas*, quibus, ait, nullus concordat. Hodiernam lectionem restituerunt gregoriani ad fidem plurimorum codd. et Bibl. Ordin. Conf. Rocca I, 293.

Ibid. *eiusdem loci* — Bibl. Ordin. *eius loci*. Cf. Bukentop. p. 6.

Cap. XXVII, 1. *vocavitque* — Cod. T, Rupertus *vocavit autem;* mox Rupertus tacet *maiorem*.

Ibid. *dixit ei* — Cod. A *ait ei*. Cod. O notat graecum et antiquos legere *ei;* hebraeum et modernos *ad eum;* et ita legit cod. R.

Ibid. *respondit* — Cod. G addit *ei;* it. hebr., chald. et pauci graeci codd. Mendose tacet pronomen latina interpretatio samaritani textus in polygl.

3. *pharetram*—Cod. A *faretra*. Plures vett. edd. cum Bibl. Reg. et posterioribus edd. Rob. Steph., Brev. Goth. p. 169. *et pharetram*. Augustinus *pharetramque*, ex graeco.

Ibid. *apprehenderis* — Eucherius *comprehenderis*.

5. *in agrum* — Eucherius *in agro*.

Ibid. *impleret* — Codd. C, D, G, H, O, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *expleret*.

6. *dixit* — Cod. G, Thomas. V, 301. addunt *Rebecca;* item hebr., graecus et reliqui.

Ibid. *et dicentem* — Brev. Goth. l. c. tacet nexum; item hebr., graecus et reliqui.

7. *de venatione tua* — Codd. A, B *venationem tuam;* it. Augustinus apud Sabatierium.

8. *consiliis meis* — Cod. B *sermonibus meis;* hebr. בקלי לאשר אני מצוה אתך.

9. *et pergens ad gregem, affer* — Cod. G tacet *et*. Beda II, 250. legit *vade ad gregem, et affer;* Isidorus V, 320. (ut Hieron. I, 170.) *vade ad gregem, et accipe;* item hebraeus; Guibertus *perge ad gregem, affer;* Brev. Goth. l. c. *et perges ad gregem, afferque*.

Ibid. *escas* — Cod. B *escam*; Brev. Goth. l. c. *cibos;* ut vers. 7. 14. 25.

Ibid. *libenter vescitur* — Codd. C 1. m., V, *libenter vescetur*. Brev. Goth. l. c. *ille vescetur*.

10. *priusquam* — Eucherius, Guibertus *antequam*.

11. *pilosus sit* — Cod. E *pilosus est;* item Augustinus.

Ibid. *lenis* — Hieronymus III, 348. legit *levis*. Xaverius Matthaei in *Exercit. per saturam, p. 18.* multus est in hac tuenda lectione; falso tamen asserit in omnibus Vulgati editionibus mordicus retentum fuisse *lenis;* nam habent *levis*, aut *laevis* Bibl. Ven. Oct. Scoti 1480., Rob. Steph. 1528. 1532., Ven. 1533. 1538., Antuerp. 1537. 1538., Lugd. 1542.; item Miss. rom. in Sabb. ante III. Dom. Quadr. (ed. vatic. 1609.) Cf. Mariana et Isidorus Clarius. Hinc, ex novem correctoribus Pii V., sex hanc lectionem probarunt. E contra Estio communis lectio unice arrisit. Nos utramque lectionem bonam esse censemus, aeque enim respondet hebr. חלק, graece λεῖος. Conf. Mazochi *Spicil. Bibl. I, 98.*

12. *timeo ne* — Brev. Goth. l. c. tacet *ne*.

Ibid. *me sibi voluisse* — Codd. B, D, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482. 1483., all., Brev. Goth. l. c. *sibi voluisse me*. Codd. A, R *sibi me voluisse*. Codd. C, E, G, T, codd. Martianaei, Guibertus tacent *me;* cod. O testatur veteres et Glossam non habere hoc pronomen.

Ibid. *inducam* — Sixtus, codd. plerique, et vett. edd., Brev. Goth. l. c., Guibertus, Bruno ast. CLXV, 1124. *inducat*. Ad hanc lect. Toletus adnotat: « Lege *inducam*, ut hebr., » graecus, mss. et utraque Congregatio, » nempe sixtina et gregoriana, quibus praeiverant correctores Pii V., itemque vetus Miss. rom., prout lovanienses adnotaverant, et margo Ordin. Cf. Rocca I, 293., Bukent. p. 138. Samaritani textus codices alii primam, alii cum syro, secundam personam exhibent. In polyglottis londin. latina interpretatio samaritani a suo textu ibidem impresso discrepat.

13. *sit, ait, ista* — Brev. Goth. l. c. tacet *ait*.

Ibid. *et pergens, affer quae dixi* — Codd. A, E, T *et perge afferque quae dixi;* quoad verbum *perge* consentiunt codd. B, C, Bibl. Ordin., Guibertus. Sirletus quoque adnotaverat quosdam codd. vatic. legere *perge*. Conf. ad vers. 9. Pro *quae*, Brev. Goth. l. c. legit *ut*.

14. *matri* — Cod. O adnotat veteres latinos cum graecis legere *matri suae;* ex nostris, ita legunt codd. R, S; concinunt hebraeus et veteres interpretes, praeter graecum, de quo cf. Holmes.

Ibid. *velle noverat patrem illius* — Codd. A, C, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *noverat velle patrem illius;* Brev. Goth. l. c. *velle patrem illius noverat*.

15. *domi* — Cod. E *in domo*. Mox pro *colli*, legit *collo*.

17. *Deditque* — Codd. A, B, C, D, E, G, H, T, Brev. Goth. l. c., Guibertus *Dedit*.

18. *At ille* — Codd. A, E, R *Et ille;* verum cod. O notat antiquos legere *At ille*.

Ibid. *es tu* — Codd. A, D, E *tu es;* cod. R tacet pronomen; item Basil. I, 243.

19. *primogenitus tuus Esau* — Codd. A, C, D, E, G, H, R, S, V, Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c., Miss. rom. l. c., Guibertus *Esau primogenitus tuus;* item hebr. et graecus.

Ibid. *feci* — Codd. A, C 1. m. *fecit*. Cod. R, Bibl. Ven. 1476. 1480., posteriores edd. Roberti Steph., all. *feci tibi;* cf. Holmes.

Ibid. *sede* — Tacet hoc verbum cod. E. Cf. vers. 31.

20. *Rursumque* — Codd. A, B, C, D, E, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, all. *Rursum*.

Ibid. *invenire . . . respondit* — Cod. A *venire . . . respondit ei*. Alfonsus Tostatus quoque legit *venire;* immo Hieronym. ipse I, 170. hanc lectionem supponit dum ait: « Isaac quaerit » ab Iacob, cur tam cito venerit. » Consentiunt codd. arab. in tom. VI. polygl. londin.

Ibid. *cito occurreret mihi* — Codd. A, C, D, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Miss. rom., Brev. Goth. ll. cc., Eucherius, Remigius antiss., Guibertus *cito mihi occurreret*. Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. tacent *cito*, nec legunt hebr. et graec.

21. *Dixitque* — Cod. A *Dixitque ei;* hebr. et vett. *Dixitque Iacobo.* Eucherius *Dixit.*

Ibid. *Accede huc*—Sixtus, posteriores edd. Rob. Steph., Bibl. Lovan., all. *Accede ad me.* Ad hanc vero lectionem Toletus adnotat: « Le» ge *huc;* ita Compl. et Reg. In hebraeo est » *nunc:* in graeco autem, Ord. et Lovan. *ad* » *me.* Congregatio censuit legendum *huc,* et » hebraeo congruit. » Nimirum gregoriani ad fidem veterum codicum A, B, C, D, E, aliorumque plurimorum, hodiernam lectionem admiserunt. Cf. Brugensis. Ex laudatis Toleti verbis Rocca l. c. occasionem habuit asserendi hebraicum legere *huc;* at profecto hebraica particula נָא pro loci adverbio haberi nequit. Quoad Biblia Ordin., ed. Ven. 1588. legit quidem *ad me;* at reliquae edd. quas contulimus habent *huc.* Denique animadvertendum est Vulgatum nostrum ad vers. 26., ubi rursum in hebr. et graeco eadem phrasis occurrit, habere *Accede ad me.* Eucherius legit tantum *Accede.*

Ibid. *utrum tu sis* — Codd. B, S, *utrum sis.*

22. *sed manus, manus* — Eucherius cum Ambrosio et Hieron. *manus autem, manus;* cod. E *sed manus,* tantum, ut pauci codd. holmesiani.

Ibid. *sunt Esau*—Priores edd. Rob. Steph., all. *Esau sunt.*

23. *maioris* — Guibertus *fratris maioris;* nec obstant hebr. et vett. interpretes.

24. *Respondit* — Cod. C addebat *ei.*

25. *Affer mihi, inquit* — Codd. R, V, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., all., Miss. rom. l. c. *Affer, inquit, mihi;* codd. A, B, C, N, T *Offer, inquit, mihi;* codd. E, G, H (perperam edit. a Vallarsio), P, Guibertus, Brev. Goth. l. c. *Offer mihi, inquit;* cod. O testatur hebraeum, graecum, antiquos, Glossam legere *Offer;* cod. N notat: « Non est ibi *Affer,* » secundum hebr. et antiquos: tale est hic » hebraeus, quale infra ubi legitur *quos cum* » *oblatos.* » Verum hebr. הגִּשָׁה utroque modo reddi potest; graec. προσάγαγε favet vulgatae lectioni.

Ibid. *obtulit ei* — Codd. R, S tacent pronomen; item Chrysost. IV, 517.; at cod. O monet antiquos legere.

Ibid. *etiam vinum* — Codd. B, R, S *etiam et vinum;* Brev. Goth. l. c. *et vinum.*

27. *vestimentorum illius*—Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Eucherius, Guibertus cum Ambrosio *vestimentorum eius.* Mox codd. A, C, all. legunt *flagrantiam.*

Ibid. *benedicens illi* — Codd. A, B, C, E, G, H, L 10., S, T, V, Bibl. Ord., Brev. Goth. l. c., Guibertus, Rupertus tacent pronomen. Eucherius *benedicens eum.*

Ibid. *agri pleni* — Toletus in h. l. scribit: « Non habetur *pleni* in hebr., nec in Compl., » Reg. et aliquot mss.; legitur tamen in LXX., » Lovan. et in multis codd. latinis: legitur » etiam ab Ambrosio *lib. de Virgin., lib. de* » *Isaac c. 5., et lib. 3. Hexaem. c. 17.* et » Cypr. *lib. 1. cont. Iud.,* Gregor. *hom. VI.* » *in Ezech.,* Hilar. *in Ps. 121.,* Athanas. *in* » *lib. Quaest. ad Antioch. q. 100.,* Chrysost. » *hom. 53. in Gen.,* et Origen. *in tract. 29.* » *in Matth.* » Eadem affert Rocca l. c. Alios quoque ex antiquis latinis Patribus profert Sabatierius. Hi autem testes demonstrant illam vocem haud defuisse in graeco et itala, de quo dubitari nequit. Hisce consentiunt samaritanus textus, et scholiastes apud Montfaucon. *Hexapl.* et Holmesii *Append.* qui syrum laudat. Hinc Grotius et Houbigantius existimarunt illam vocem in hebraeo excidisse: idem censuisse videntur correctores Pii V.; gregoriani vero incerti haeserunt. At veteres reliqui interpretes cum hebraeo consentiunt, a quo Hieronymus recessisse non videtur; nam tacent *pleni* codd. A, B 1. m., C, D 1. m., L 5., M, N, N *, O, P, Q, T, V 2. m., praeter laudatas edd., Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535. 1550. 1569., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538., Bibl. Isidori Clarii, margo Ordin., Vigilius taps. LXII, 115. 117., Bedae codd. II, 104., Haymo CXVII, 924.; scholiastes cod. M notat: « Hebr. et » antiqui non habent *pleni;* sed Gregorius » super Iob (fortasse dicere voluit *super Eze*» *chiel.* I, 1214.) exponit. » Cod. O animad-

vertit hebraeum et antiquos non legere; sed tantum graecum et modernos; et subdit Hieronymum in *sermone de assumpt. B. M. V.* exponere illam vocem secundum LXX. Conf. ed. Vallars. XI, 100. 102. et animadverte hunc sermonem ab auctore ignoto conscriptum fuisse post VIII. seculum, falsoque Hieronymo adscriptum. Ob has rationes probabile nobis videtur ex itala in nostros codices controversam vocem manavisse. Nisi enim a Hieronymo praetermissa fuisset, nullibi apud latinos desideraretur.

Ibid. *cui benedixit Dominus* — Eucherius, Vigilius taps. l. c., Paschasius radb. CXX, 504., Bruno ast. *cui benedixit Deus;* Beda IV, 332. utrumque habet; Rupertus alterutrum. Cf. Sabatierius. Pro *cui,* legunt *quem* cod. E, Gregor. M. III, 765., Paschasius l. c. p. 1005. 1021., Rupertus; item itala.

28. *Deus* — Cod. A, Brev. Goth. p. 98. (non item p. 161. et 169.), Vigilius taps. l. c., Taio LXXX, 866. (non item p. 876.) *Dominus;* item semel Augustinus, et pauci graeci codd. apud Holmes.

Ibid. *et vini* — Addunt *et olei* codd. B, D (sed uterque manu recentiori), G, L, N *, R, S, V, Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476., pleraeque edd. Rob. Steph., all., Miss. rom. l. c., Brev. Goth. p. 98. 161. 169., Eucherius (at in ipso Comm. videtur non habuisse additamentum), Beda II, 252., Vigilius taps. l. c., Rabanus VI, 938., Remigius antiss., Petrus Dam. CXLIV, 669., Guibertus, Bruno ast., Rupertus (non ubique), Aelredus CXCV, 373., Petrus Com., Petrus cellen. CCII, 720. 902., Henricus Card. CCIV, 327., Petrus Bles. CCVII, 1042., Innocentius III. CCXVII, 1106.; correctores Pii V. pro hac lectione plus quam viginti codd. proferunt. Ex laudatis testibus quidam tacent nexum ante vocem *vini.* Illud porro additamentum, etsi apud latinos iam ab aetate Cypriani propagatum, ad fidem vetustiorum Vulgati codicum, sacri textus antiquorumque interpretum expungendum esse diserte docent codd. M, N, O, quibus recte subscripsere lovanienses, Sirletus aliique romani correctores; haud enim dubium ex aliis multis Bibliorum locis, in quibus *frumenti, vini et olei* mentio facta est, a librariis in hunc locum intrusum olim fuisse.

29. *maledixerit tibi* — Cod. A *maledixerit te;* cf. Sabatier.

Ibid. *sit ille maledictus* — Codd. A, B, E, G, H, Guibertus *sit maledictus;* codd. C, D, N, T, Bibl. Ordin., Hugo, Bruno ast., Henricus Card. l. c. *maledictus erit;* item itala: Rabanus *maledictus est.* Cod. O notat: « Antiqui *maledictus erit;* hebr. et graecus tacent *erit;* moderni *sit ille maledictus.* »

Ibid. *benedixerit tibi* — Codd. B 1. m., E, Rabanus tacent *tibi;* cf. Holmes.

30. *impleverat: et* — Cod. E tacet *et;* Rupertus habet *compleverat: et.*

31. *ut benedicat* — Rupertus *et benedicat.*

32. *Dixitque illi* — Codd. L 7., R, S, Brev. Goth. p. 169., Isidorus Clarius omittunt pronomen; item versio georg., et cod. 72. holmesianus; nec legisse videtur Augustinus. At cod. O notat hebr., graecum et antiquos legere; nec dissentit samaritanus, etsi in latina eius versione omittatur.

Ibid. *filius tuus primogenitus* — Cod. A *primogenitus filius tuus;* Brev. Goth. l. c. *primogenitus tuus;* hebr. בנך בכרך.

33. *igitur ille est* — Brev. Goth. l. c. *ille igitur est;* Bibl. Paris. 1566. *igitur est ille.*

34. *irrugiit* — Codd. D, G, Glossarium editum a Card. Maio *(Scriptt. class. VIII, 518.) irruit;* cod. N notat: « Antiqui legunt *irruit,* » et est habitus vehementer dolentis, dum » etiam vel in murum irruit, vel in terram, » vel ipse subitus clamor est quaedam irruitio vocis: hebraeus enim non habet nisi » hoc *clamavit clamore magno,* quem sequitur graecus. Unde moderni corrigunt pro » *irruit, irrugiit.* » Cod. B *rugiit;* cod. O *rrugiit* (sic); cod. C legit cum Vulgato, sed ex correctione.

Ibid. *consternatus* — Cod. G, Brev. Goth. p. 170. addunt *in terra.* Cod. E tacet *ait.*

Ibid. *etiam et mihi* — Codd. A, E, H, T,

V, Brev. Goth. l. c., Eucherius *etiam mihi*. Augustinus *et me*. Sollemni mendo ed. Roberti Steph. 1528. pro *pater*, legit *mater*. Eucherius tacet *mi;* item graecus: sed reliqui cum sacro textu legunt; mendose enim in lat. vers. samaritani omittitur in polygl.

36. *At ille*—Haec desunt in Brev. Goth. l. c.

Ibid. *en altera vice* — Cod. B *en alia vice;* pro *en*, Bibl. Antuerp. 1563. 1565. 1583., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1567. 1569., Ven. 1572. 1599., Eucherius, Rabanus V, 38., Guibertus, Rupertus II, 457. legunt *in*. Cod. G, Bibl. Ordin. *altera vice;* Isidorus III, 326. *ecce secundo;* uti Hieronym. III, 348.

Ibid. *ante tulit* — Cod. B *en ante tulit*.

Ibid. *reservasti* — Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1528., all., Brev. Goth. l. c. *servasti*. Cod. B tacet *mihi*.

37. *Dominum* — Brev. Goth. l. c. *Si dominum;* graec. εἰ κύριον.

Ibid. *fratres eius*—Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *fratres suos;* codd. R, S *fratres tuos;* mox pro *servituti illius*, legunt *servituti eius*. Sed Correctoria M, N, O pro lect. vulgata faciunt.

Ibid. *et vino* — Rursum ut supra ad v. 28. addunt *et oleo* codd. L, N *, R, S, V, Miss. rom. l. c., Bibl. Ven. 1476., pleraeque edd. Rob. Steph., all.; sed heic vel ipsi correctores Pii V. id abiecerunt.

Ibid. *et tibi* — Codd. A, E, G, Brev. Goth. l. c. tacent copulam.

38. *Cui Esau* — Codd. C, N, O, R, T, Thomas. V, 332., Bibl. Ordin. *Cui Esau ait;* Brev. Goth. l. c. *Cui dixit Esau*. Animadverte laudatos testes retinere quod sequitur *Num unam, inquit;* immo cod. N adnotat: « Sic ha- » bent antiqui; sed quia hebraeus non ha- » bet nisi semel, quidam delent *ait*, quidam » delent *inquit:* sed Deut. I. (v. 8.) et Ezech. » XXXIV. (v. 6.) interpres supplevit *inquit*, » excitando auditorem. » Cod. D 2. m. delet *inquit*.

40. *Vives in gladio* — Particulam *in* tacent codd. A, B, C, D, E, G, O, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Isidorus V, 321., Beda II, 251. IV, 333., Rabanus, Guibertus, Bruno ast., Rupertus, Honorius aug. CLXXII, 1261., Petrus Com., Martinus legion. CCVIII, 753.; Toletus scribit: « In » mss. latinis non habetur *in;* at omnes im- » pressi codd. illud legunt. In hebraeo au- » tem et graeco est praepositio; apud hebr. » עַל, apud graecos ἐπί. Ambros. *lib. 2. de* » *Iac. cap. 3.* legit *super gladium*. Retenta est » praepositio *in* cum codices impressi con- » formes sint hebraeo et graeco. Sensus idem » est, nempe armis comparabis tibi victum. » Latine sine praepositione dicitur; hebraei » tamen solent addere eam casui instrumen- » ti: nisi dicas *per gladium*, ut magis sonant » hebr. et graecus. » Cf. Rocca l. c. et Sabatier. Animadvertat lector non omnino verum esse omnes edd. habere *in;* nam haec particula desideratur in Bibl. Ordin. (licet non in omnibus edd.) et in Hugone.

Ibid. *excutias, et solvas iugum eius*—Beda II, 251. *excuties iugum illius;* Bruno ast., Martinus leg. l. c. *excuties et solves iugum eius*. Cf. Sabatier.

41. *Oderat ergo semper* — Eucherius *Oderat autem semper;* Bibl. Reg. *Oderat ergo ipse;* Bruno ast. *Oderat ergo;* hebr. et graecus non habent *semper:* attamen Chrysost. (IV, 520.) interpretatur ἐνεκότει, *insidebat, perdurabat odium*.

Ibid. *benedixerat* — Cod. R, Eucherius *benedixit*.

Ibid. *Venient* — Codd. A, B, C 1. m., E, N, O, T, Glossa interlinearis *Veniant;* codd. N, O addunt ita legi in graeco et antiquis. Cod. L, Brev. Goth. l. c. *Veniat*.

Ibid. *et occidam*—Legunt *ut occidam* codd. A, B, C, G, L 7., O, T, V, cod. Palat. apud Vallars., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Haymo CXVII, 924., Guibertus, Rupertus II, 273. 380., Petrus cellens. CCII, 701., Glossa interlinearis; itemque Hieronymus ex graeco. Martianaeus quoque testatur ita legi in antiquioribus mss.

Ibid. *Iacob fratrem meum* — Cod. A *fratrem meum Iacob*.

42. *haec* — Codd. L 4. addunt *verba*, uti habetur in hebr., graeco et reliquis.

Ibid. *quae mittens*—Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Glossa interlin. *quae timens*.

Ibid. *Iacob filium suum* — Cod. C, Guibertus *filium suum Iacob*.

Ibid. *ut occidat te*—Angelomus *occidere te*.

43. *Nunc ergo, fili mi, audi* — Pronomen *mi* desideratur in codd. A, C 2. m., D, E, G, H, R, S, T, V, Rabano, Ruperto, Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476., aliisque; item in graeco. Eucherius legit *Nunc ergo audi, fili mi;* Brev. Goth. l. c. *Nunc audi ergo, fili mi.*

44. *dies paucos* — Haec desunt in codd. C, D. Cod. O notat antiquos id non legere etsi in hebr. et graeco sit *dies quosdam*. Cod. N habet sequens scholion: « Antiqui non sub- » iungunt *dies paucos*, sed moderni ponunt, » quia hebraeus habet *dies quosdam*. Suspi- » cor antiquos siluisse ne videretur falsum » dicere, quia fuit cum eo annos viginti. » Cod. R *paucos dies*.

Ibid. *requiescat* — Cod. H, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Com. *quiescat;* item auctor Operis imperf. apud Sabatierium.

45. *cesset* — Brev. Goth. l. c. *cessabit*.

Ibid. *postea* — Cod. V, Eucherius *et postea;* ut hebr. graecus et reliqui.

Ibid. *adducam te*—Brev. Goth. l. c. tacet *te*.

Ibid. *in uno die* — Codd. C, G, T, V, Brev. Goth. l. c., Guibertus *in una die;* codd. A, B, Bibl. Ordin., tacent *in*.

46. *Dixitque* — Codd. A, B, C, D, E, G, H, T, Bibl. Ord., Brev. Goth. l. c. *Dixit quoque*.

Cap. XXVIII, 1. *Vocavit itaque* — Codd. G, R, Eucherius *Vocavitque;* Brev. Goth. p. 170. *Vocavit autem*.

Ibid. *benedixit eum* — Cod. H, Brev. Goth. l. c., Guibertus *benedixit ei;* tacent pronomen codd. A, B, C, D, E, G, O, T, Bibl. Ordin., Hugo, Thomas. I, 7., Eucherius, Rabanus, Rupertus, et versio slavon. ostr.

Ibid. *de genere*—Rupertus II, 187. *de terra*.

2. *in Mesopotamiam* — Cod. E tacet *in*.

Ibid. *ad domum* — Brev. Goth. l. c. *in domum;* item itala apud Sabatierium.

Ibid. *patris matris tuae* — Codd. A, C, V, alii duo codd. vatic. laudati in schedis Sirleti, Bibl. Ord., Roberti Steph., aliaeque editiones, Rabanus *patrem matris tuae;* cod. D, Guibertus *fratrem matris tuae;* cod. R *fratris matris tuae;* sunt enim qui censeant praeter Labanum, alium fratrem fuisse Rebeccae nomine Bathuelem. Cf. ad Gen. XXIV, 29. 50. 53.: Brev. Goth. l. c. *patris matrisque tuae*, de qua lect. cf. Sabatier.

Ibid. *tibi inde* — Cod. G *inde tibi*.

3. *crescere te faciat* — Codd. D, G, Gregor. M. III, 756. *crescere faciat*.

Ibid. *in turbas populorum* — Brev. Goth. p. 98. 161. 170. *in turmas populorum*. Augustinus *in congregationes gentium*. Cf. ad Gen. XLVIII, 4.

4. *benedictiones* — Codd. H, S, Rabanus et Augustinus *benedictionem*, uti hebr., graecus et reliqui; nam castigandus est syrus qui in polyglott. habet num. pluralem. Pro *Abrahae*, multi codd. *Abraham*.

5. *venit* — Sixtus, cod. R, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., all. *pervenit:* gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd. et Bibl. Ordin. emendarunt. Cf. Rocca I, 294.

6. *misisset eum* — Codd. C, D, N, O, Guibertus tacent pronomen; item graecus.

Ibid. *et quod post* — Bibl. Reg. *et post;* cod. E *eo quod post*.

Ibid. *accipies uxorem* — Codd. A, C 2. m., D, G, R, S, V, Bibl. Ord., Hugo *accipies coniugem;* cod. H *accipias coniugem;* Guibertus legit tantum *accipies*.

7. *parentibus suis*—Codd. A, C, D, E, G, H, L 8., O, T, Bibl. Ord., Hugo tacent pronomen. E contra cod. B 1. m. legit tantum *suis*.

8. *libenter* — Cod. G addit *ullas*.

9. *duxit* — Codd. E, R *adduxit;* cod. O monet hanc esse recentiorum lectionem.

Ibid. *Maheleth* — Codd. A, G, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. *Melech;* cod. O vult veteres legere *Maelech;* cod. H *Mahelath;* alii aliter. Nota editiones nostras ad II Paral. XI, 18., ubi idem nomen in hebraico occurrit, legere *Mahalath*.

Ibid. *Nabaioth* — Cod. B *Nabeoth*, ut graecus; alii *Nabaoth;* at bona est lectio quam perpetuo servat Vulgatus, et Hieron. III, 345.

10. *egressus* — Cod. E addit *est*. Pro *Haran*, cod. P *Tharan;* alii *Aram;* cf. ad Gen. XI, 31.

11. *de lapidibus qui iacebant* — Eucherius *de lapidibus qui ibi iacebant;* Bruno ast. *unum lapidem* (sed fere ad sensum Bruno hunc locum recitat); Sacram. gallic. LXXII, 532. *de lapidibus*, mox subdit *quos subponens*.

12. *scalam* — Cod. T in margine notat: « Quamvis grammatica imperitat *scalas* tan- » tum pluraliter dici, tamen absit divinae Scri- » pturae grammaticorum ferulas dominari. » Veteres grammatici asserentes hoc nomen semper plurali num. usurpari proferuntur a Forcellini in *Lexico*, qui tamen animadvertit haud deesse testimonia pro singulari; hisce addere potuisset auctores, quos in h. l. laudat Sabatierius.

Ibid. *et cacumen illius* — Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *et acumen illius;* cod. V, Sacram. gallic. l. c., Guibertus *et cacumen eius;* Bruno ast. *cuius cacumen*. Pro *caelum*, Gregor. M. IV, 38., Paterius c. LXI., Bruno ast. *caelos*.

Ibid. *angelos quoque Dei* — Gregor. M. et Paterius ll. cc., Bruno ast., Rupertus tacent *Dei;* Sacram. gallic. l. c. praemittit *et;* Bruno ast. *et Angelos Dei*. 2ª. et 3ª. editio vat. clem. habent *Angelos* cum priori littera maiuscula; at non item ubique.

13. *Dominus Deus* — Eucherius, Beda III, 356., Rabanus, Angelomus, Guibertus, Petrus Com. tacent *Dominus;* item graecus. Cf. Sabatier.

Ibid. *patris tui, et Deus Isaac* — Eucherius *et Deus Isaac patris tui;* cf. Holmes.

Ibid. *Terram* — Cod. D 2. m. *Et terram*. Augustinus semel *Terram enim*.

14. *semen tuum* — Codd. A, B, C, E, G, I, N, O, P, T, V, cod. Palatin. apud Vallarsium, plures mss. Martianaei, Rabanus, Angelomus, Guibertus, Franco abb. afflig. CLXVI, 733., Gualterus de Cast. CCIX., 439.; Glossa interlin. habent *germen tuum*. Quum vero cod. M adnotasset legendum *semen*, non *germen*, scholiastes codicis N monet antiquos codd. legere *germen*, et subdit: « Sicut supra XXVI. » (v. 34.) quia praemiserat interpres quod » dicitur *Ethaei*, ne statim post replicaret » quod dicitur *Ethaei*, quomodo hebraeus re- » petit, pro secundo posuit q. d. *eiusdem loci;* » sic et hic, quia praemiserat q. d. *semini*, » ne dictio deformis esset si statim poneret » *semen*, sub alio nomine idem repetens po- » suit *germen*. Sic et III Reg. XI. (v. 11.) de » eodem hebraeo ait *disrumpens scindam:* sic » II Reg. XIV (v. 14.) *retractat cogitans*, pro » quo hebraeus habet *cogitat cogitationes:* sic » I Reg. XIX. (11. 14. 15. 20.) ubi dicitur » quod misit nuncios Saul ad ducendum Da- » vid, cum hebraeus semper habeat *nuncios*, » interpres tamen modo ponit *satellites*, modo » *lictores*, modo *apparitores*, modo *nuncios*. »

Ibid. *quasi* — Bibl. Ordin., Hugo, Angelomus, Gualterus l. c. *sicut;* item Augustinus.

Ibid. *dilataberis* — Cod. G praemittit *et;* item August., hebr., graecus et reliqui.

Ibid. *ad Occidentem, et Orientem* — Sixtus cum antiquis edd., paucis codd., Eucherio, Remigio antiss. *ad Orientem, et Occidentem*. Alium atque alium ordinem sequuntur graeci, de quibus conf. Holmes. Postremi romani correctores hodiernam lectionem ex antiquioribus codd. sacroque textu induxerunt.

Ibid. *et Septentrionem* — Tacent nexum codd. B, C, D, E, G, H, S, T, Sacram. gallic. l. c., Eucherius, Rabanus, Gualterus l. c., Franco l. c., Rupertus; concinunt quidam codd. hebr. Kennic.

Ibid. *et in semine* — Codd. B, C *et semini;* Sacram. gallic. l. c., Eucherius *et semine*.

16. *Cumque* — Rabanus *Cum*.

17. *est, inquit* — Codd. A, D, H, S, Sacram. gallic. l. c., Guibertus, Bruno ast., Conc. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1414. *inquit, est*.

Ibid. *non est hic* — Codd. B, G *non hic*. Pro *porta* codd. A, B *portae*.

18. *ergo Iacob* — Nomen *Iacob* tacent codd. A, B, C, D, E, G, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Gerardus camer. CXLII,

1288., Guibertus, Bruno ast., Rupertus, Sacram. gallic. l. c., Concil. Aquisgr. (quod praeterea legit *vero*, pro *ergo*) l. c.

19. *urbis* — Bibl. Lugd. 1526. 1535. et margo Ordin. *loci;* Eucherius addit *illius;* hebr. המקום ההוא. Cod. E tacet *prius*. Cf. Hieronym. l. c. et Sabatier.

20. *Deus* — Sixtus cum Bibl. Ord., Lovan., aliisque plurimis edd., Petro Dam. CXLIV, 906. CXLV, 520., Ruperto, Conc. Troslei. ed. Hard. VI, 521. *Dominus;* cf. Holmesius. Toletus adnotat: « Lege *Deus;* ita hebr., Compl., » Reg., mss. et utraque Congregatio. Graeci » legunt *Dominus Deus.* » Cum graeco faciunt cod. G, Gregor. M. III, 765., Brev. rom. Resp. IV. in Dom. II. Quadr., Petrus cell. CCII, 747. Conf. Rocca l. c.; Rabanus legit *Deus meus*. Cf. Sabatier.

Ibid. *in via, per quam ego* — Tacent pronomen *ego* codd. A, B, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Conc. Aquisgr. et Troslei. ll. cc., Ionas aurel. CVI, 205., Rabanus, Rupertus. Praeterea cod. B legit *in viam, per quam;* Sacram. gallic. l. c. Guibertus *in via, qua;* Gregor. M., et Brev. rom. ll. cc. *in via ista, qua ego,* graec. ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ, ᾗ ἐγώ. August. *in Speculo* c. LVIIII. *(Nova patrum Bibl. t. I.) in hac via qua ego.*

Ibid. *panem* — Codd. B, R, Petrus cell. l. c. *panes*. At cod. O notat hebr., graecum et antiquos legere *panem*.

Ibid. *vestimentum* — Codd. A, E, R, S, Bibl. Ordin., Gregor. M. I, 756., Sacram. gallic., Guibertus, Concil. Troslei., Ionas aurel. ll. cc. *vestem;* item Ambrosius et semel Hieronym. apud Sabatier.

Cap. XXIX, 1. *Profectus ergo* — Eucherius *Profectusque inde*. Rupertus *Profectus igitur*.

Ibid. *in terram* — Codd. A, E, G, H, V, Thomas. I, 13., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus *ad terram*.

2. *tres quoque* — Codd. A, B, C, E, G, R, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus *tresque*.

3. *Morisque* — Cod. B *Moris quippe;* codd. R, S, Bibl. Lugd. 1513., Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. p. 171. *Mosque;* sed cod. O testatur veteres cum vulgata lect. facere.

6. *grege suo* — Cod. H tacet pronomen uti hebr., graecus et reliqui.

7. *date ante* — Codd. C, D, G, T, V, Rupertus *ante date*. Pro *ovibus*, cod. G *gregibus*.

Ibid. *eas ad pastum* — Codd. C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus, Brev. Goth. l. c. *ad pastum eas;* cod. I *ad caulas eas*.

9. *loquebantur* — Codd. A 1. m., G, Bibl. Ordin. *loquebatur*. Nec obstant hebr. et vett. interpretes, qui legunt *loquebatur cum eis*.

10. *suam* — Eucherius addit *esse*. Pro *amovit*, Guibertus *submovit*.

11. *et elevata* — Codd. A, C, D, E, G, H, T, V, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus *elevataque*.

12. *patris sui* — Codd. A, C, E, G, O, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus *patris eius;* item Hieron. apud Sabatierium. Quod autem Iacobus se dicit *fratrem* (אחי) patris Rachelis, denotat illum fuisse *filium sororis* patris eius, prout recte declarat Calmetus, atque heic expresserunt Onkelosus et Saadias.

Ibid. *nunciavit* — Cod. C addit *haec;* accedit graecus.

13. *cucurrit obviam ei* — Codd. A, B, C, E, O, R, S, T tacent pronomen. Sixtus, cod. V, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., pluresque vett. edd. *occurrit obviam ei;* unde Toletus scribit: « Lege *cucurrit;* ita graecus, Ordin., » mss. et utraque Congregatio. » Conf. Rocca I, 294.

Ibid. *et in oscula ruens* — Cod. E *osculaverunt se*.

Ibid. *Auditis autem* — Eucherius addit *Laban;* quod heic hebr., graec. et reliqui exprimunt. Cod. V legit *Auditisque*. Vallarsius adnotavit Vulgatum legere *Auditis tamen*, quia prae manibus habebat mendosam Vulgati editionem cum comm. Calmeti, Lucae 1730., in qua ed. plura huius generis vitia occurrunt, quae doctissimum virum saepius fefellerunt.

14. *respondit* — Eucherius addit *Iacob;* it. arabs et codd. 150. Kennicotti.

Ibid. *impleti sunt* — Codd. A, C, D, E, G, H, P, R, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius *expleti sunt;* cod. B, Guibertus *completi sunt.*

15. *servies* — Cod. B *servias.* Post *dic,* Rupertus addit *ergo;* item slavon. ostrog.

Ibid. *accipias* — Legunt *accipies* codd. R, S, T, V, Eucherius, Guibertus, Rupertus, Petrus cellens. CCII, 883.; (at Vallarsius adfirmare non debuisset hanc esse Vulgati lectionem) accedunt slavon. ostrog. et cod. 20. holmes.

16. *Habebat vero* — Rabanus, Brev. Goth. l. c., margo Ordin. addunt *Laban;* uti hebr., graecus et reliqui interpp.

Ibid. *duas filias* — Codd. A, C, D, E, G, H, T, V, Rabanus *filias duas.*

Ibid. *minor vero* — Codd. A, B, C, D, E, G, O, S, T, Bibl. Ordin., Rabanus, Rupertus, Petrus cell. l. c., Brev. Goth. l. c. tacent *vero;* Eucherius habet *minor autem.*

17. *venusto* — Codd. G, R *venusta;* nec obstant vett.

19. *tibi eam dem* — Brev. Goth. l. c. *tibi illam demus;* item cod. 3. arabs holmesii. Hebraicus textus infra vers. 27. ubi Vulgatus habet *dabo,* legit. ונתנה.

Ibid. *alteri viro* — Codd. A, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus *viro alteri;* idem ordo in hebr. et graeco.

20. *Servivit ergo* — Codd. A, C, D, E, G, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus *Servivit igitur;* cod. V *Servivit itaque.*

Ibid. *videbantur illi* — Cod. S, Angelomus, Guibertus *videbantur ei.*

21. *quia iam* — Cod. R, Rabanus, Guibertus tacent *iam;* nec habent hebr. et graecus.

Ibid. *impletum* — Codd. A, C, D, G, H, K, O, P, T, V, Hugo, Bibl. Paris. 1566., all., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Brev. Goth. l. c. *expletum.*

Ibid. *ad illam* — Codd. A, E, R, Eucherius, Rabanus, Brev. Goth. l. c. *ad eam.*

23. *Et vespere* — Cod. E tacet nexum.

Ibid. *Liam filiam suam* — Codd. A, C, D, E, G, H, T, V, Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Brev. Goth. l. c. *filiam suam Liam.*

24. *Zelpham nomine* — Eucherius *nomine Zelpham.* Codd. A, C, T *Zelphan nomine;* cod. N affirmat ita legere antiquos, more graecorum.

Ibid. *Liam* — Sixtus heic tantum edidit *Lian,* graeca usus inflexione. Bukentopius p. 388. 468. censet id esse mendum typographorum; non item Rocca l. c.; gregoriani emendarunt.

25. *ad socerum suum* — Tacent pronomen codd. A, B, C, D, E, G, L 6., N, O, T, Eucherius. Vallarsius rursum deceptus a mendosa Calmeti editione affirmat Vulgatum tacere *suum.* Hebr., graecus et reliqui interpretes legunt *ad Laban.*

Ibid. *Quid est* — Codd. L 5. addunt *hoc;* idque fere accedit hebraeo et graeco. Cod. S, Bibl. Ordin. ed. Paris. 1590. mendose *noluisti,* pro *voluisti.*

Ibid. *quare imposuisti mihi* — Codd. L 8., I marg., T 2. m., Bibl. Ven. 1498., Guibertus *quare Liam imposuisti mihi?* codd. E, G, V *quare imposuisti mihi Liam?* Hanc lectionem commemorat atque iure damnat Card. Bessarion *(in illud Ioh. XXI, 22.),* et Rocca l. c. Codd. M, O refutant alios legentes *quare Liam supposuisti mihi?* uti habent codd. R, S; unde Nicolaus de Lira notat: « Aliqui libri » habent sic: *Quare Liam supposuisti mihi?* » sed falsa est littera. » Conf. Beda I, 136. 184., qui posteriori loco legit *quare autem imposuisti mihi?* Eucherius tacet.

26. *in loco nostro consuetudinis* — Eucherius, Isidorus ex Augustino *moris in loco nostro;* Martinus leg. CCVIII, 760. *nostri moris in hoc loco;* Gregor. M. I, 210. *consuetudinis in terra nostra.*

27. *hebdomadam dierum* — Codd. A, C 1. m., N *ebdomadem dierum;* Remigius antiss. tacet *dierum;* cf. Hieron. III, 349., hebr. et graecus. Mox Eucherius *copulae huius.* Vers. seq. cod. N *ebdomade transacto.*

29. *tradiderat* — Codd. A, B, C, D, E, G, H, K, T, V, Hugo, Eucherius, Rabanus, Glossa interlin. *dederat;* cod. O notat: « An» tiqui *dederat;* moderni *tradiderat.* »

30. *Tandemque* — Cod. B *Tandem.*

32. *Dominus* — Cod. E, Eucherius, Isidorus III, 326., Rabanus V, 43., Angelomus, Guibertus, Rupertus *Deus;* it. syrus et georg.

Ibid. *vir meus* — Cod. K addit *et respexit afflictionem meam, et misertus est mei.*

33. *audivit me Dominus haberi* — Codd. A, B, C, D, E, G, N, O, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Guibertus, Rupertus *audivit Dominus haberi me.* Hunc locum ex itala cum Hieronymo habent Isidorus l. c., Rabanus, Angelomus, qui legunt *exaudivit me Dominus;* recteque codex M notat hanc esse graecorum lectionem. Pro *audivit,* codd. I, R, aliusque cod. vatic. a Sirleto collatus habent *vidit;* item Bibl. Brix. 1496., Ven. 1497. 1498. 1501., Lugd. 1513. 1522. 1526., all., sed mendose, uti recte adnotavit Nic. de Lira.

Ibid. *nomen eius* — Codd. A, E, V *nomen illius.*

34. *Concepitque* — Codd. A, B, C, D, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Eucherius, Guibertus *Concepit;* Hieronym. enim adiecit *tertio.*

Ibid. *alium filium* — Codd. A, B, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus tacent *filium;* Eucherius, Rabanus, Rupertus non legunt *alium,* item Hieron. l. c. cum hebr. et graeco.

Ibid. *maritus meus* — Eucherius, Isidorus l. c., Rabanus, Angelomus, Guibertus cum itala *vir meus.*

Ibid. *pepererim* — Codd. E, G *peperi,* uti laudati scriptores ex itala. Guibertus *genuerim.*

Ibid. *ei tres* — Codd. A, C, D, E, G, S, T, Bibl. Ordin., Hugo *illi tres.*

Ibid. *et idcirco* — Codd. A 1. m., V tacent nexum; item Hieronym. III, 350. cum hebr. et graeco.

35. *et ob hoc* — Cod. B *ob hoc;* item hebr. et graecus; at Hieronym. l. c. *et ob id.*

Ibid. *vocavit eum, Iudam* — Cod. O notat ita legere veteres; at recentes cum hebraeo et graeco habere *vocavit nomen eius Iuda;* et ita legunt Hieronym. l. c., cod. R, Rabanus, Guibertus.

Cap. XXX, 1. *sorori suae* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, O, S, T, Thomas. I, 8., Bibl. Ord., all., Guibertus tacent pronomen. Pro *infecunda,* cod. E legit *fecunda.* Blanchinius mendose tribuit codici B *invidet.*

Ibid. *moriar* — Eucherius *morior;* cui favet hebraeus.

2. *Num* — Cod. E *Numquid.*

Ibid. *privavit* — Codd. R, S, Bibl. Ordin. *privavi;* codd. N, O monent hebr. et vett. legere in tertia persona.

3. *At illa* — Cod. G, Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538. *Ait illa* (licet mox sequatur *inquit*). Cod. E *Et illa;* mox tacet *Balam;* cf. Holmes.

Ibid. *ad illam* — Codd. A, E, Guibertus *ad eam.*

Ibid. *ex illa* — Sixtini, codd. A, C, D, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius *ex ea.*

4. *illi Balam* — Cod. A *ei Ballam;* graecus αὐτῷ Βαλλάν.

6. *Dixitque* — Cod. H, Rabanus ex Hieronymo l. c. *Et dixit;* Guibertus *Dicit ergo.*

Ibid. *Iudicavit mihi* — Isidorus l. c., Beda II, 262., Rabanus V, 44., Rupertus, Petrus Com. cum Hieronymo l. c. *Iudicavit me.* Nonnulli codd. ut G, R, V, et plures edd. seculi XV. mendose habent *Indicavit mihi.*

Ibid. *Dominus* — Codd. H, M, Bibl. Reg., all., Beda l. c. *Deus;* item hebr. et graecus; attamen Hieronymus legit *Dominus.*

Ibid. *dans mihi* — Cod. H, Rabanus, Rupertus cum Hieronymo *et dedit mihi;* item hebr. et graecus. Eucherius tacet pronomen.

Ibid. *nomen eius* — Sixtini, codd. A, C 2. m., D, E, H, V *nomen illius.*

7. *alterum* — Eucherius *filium;* Hieronymus cum hebraeo et graeco *filium secundum.*

8. *Deus* — Sixtus, codd. C, D, G, R, T, V, Bibl. Ord., Rob. Steph., Lovan., all., Rupertus *Dominus.* Toletus vero scribit: « Corrige » *Deus;* sic Complut., Reg., hebr., graecus.

» et Congregatio. » Revera sixtini et gregoriani hanc lectionem probarunt; concinit Hieronymus.

Ibid. *vocavitque eum* — Rupertus *vocavitque nomen eius;* cf. Hieronym. l. c., et Rabanus: item hebr. et graecus: sed cod. O recte testatur vetustos codd. habere vulgatam lectionem.

Ibid. *Nephthali* — In hoc nomine editiones clementinae, praeeunte Rob. Steph., et Lovan., hanc perpetuo servant scribendi rationem in V. T.; nec Gesenius in *Thesauro p. 1140.* adscribere Vulgato debuisset *Naphtali.* In Novo autem T. ad Matth. IV, 13. 15. edd. vatic. habent *Nephthalim;* sed ad Apoc. VII, 6. *Nephtali:* quae postrema lectio, etsi magis accedere videatur sacro textui, tamen quum plantiniani editores illam pro mendo typographico habuerint, atque restituerint *Nephthali,* fere ab omnibus editionibus exulavit. Lectionem *Nephthalim* non solum graeci codices Matthaei servant, sed et plures graeci et latini codd. in V. T. retinent. Ceterum praeter laudatas lectiones Biblia latina mss. et edd. alia habent *Neptali,* vel *Neptalim,* vel *Nepthalim.*

10. *edente filium*—Cod. B *edente filio;* Guibertus *edente foetum.*

11. *vocavit* — Cod. C, Eucherius *vocatum est.*

12. *Peperit quoque* — Eucherius, Rupertus *Peperitque.*

13. *beatitudine* — Codd. D, T *benedictione;* item cod. N in quo legitur: « Licet hebraeus » non variet, tamen interpres loco *beatitudi-* » *nis,* ponit exponendo *benedictionem,* quae » est prolis multiplicatio, quae beatitudo tem- » poralis a mulieribus reputatur. Variat etiam » modus dicendi sicut supra XXVIII. (v. 14.) » et, ut in hac ipsa oratione ostendatur quod » non est litterae adhaerendum, *mulieres* po- » nit, cum hebraeus habeat *filiae.* Sed et Io- » sue XVII. cum saepe hebraeus habeat haec » civitas, vel illa *et filiae eius,* interpres ta- » men dicit modo *et viculi eius,* modo *cum* » *villis,* modo *cum villulis,* modo *cum oppi-* » *dis suis,* ut delectet varius dicendi modus. » Sic et hic eadem ratione. » At vero multo rectius cod. O notat: « Quidam pro *beatitu-* » *dine,* legunt *benedictione;* sed id patet vitio » scriptorum factum; quod manifestum esse » patet per hebraeum, graecum et antiquos, » et per interpretationem *Aser,* qui *beatus* in- » terpretatur. »

Ibid. *Beatam quippe me* — Cod. A *Beata quippe me;* cod. B tacet pronomen.

Ibid. *mulieres* — Codd. L, N * 1. m., R, S, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Rob. Steph., Paris. 1566., all., margo Ord., Petrus Com. *omnes mulieres;* concinunt quidam graeci codd., et versio slavon. ostrog. At cod. O testatur veteres non legisse illud *omnes.*

Ibid. *appellavit eum* — Cod. T tacet pronomen. Cod. B legit *appellavit nomen eius;* Rabanus ex Hieronymo *vocavit nomen eius;* item hebr., graecus et reliqui. Pro *Aser,* quidam mendose *Azer,* alii *Asser.*

14. *in agrum* — Eucherius *in agro.*

15. *Illa* — Eucherius *At illa;* ut hebr. et veteres interpretes.

Ibid. *Ait Rachel* — Codd. R, S *At illa.*

16. *Iacob de agro* — Codd. A, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Eucherius, Beda II, 256., Guibertus *de agro Iacob;* cod. B tacet *de agro.* Cod. T tacet *ad vesperam.*

Ibid. *in occursum eius*—Sixtini, codd. A, B, D, E, T, Hugo, Eucherius tacent pronomen; nec enim illud postulat latinae periodis ratio.

Ibid. *et ad me, inquit* — Sixtus cum antiquis edd., et codd. C, D, E, R, S, T, V *et ait: Ad me, inquit.* Sirletus iam adnotaverat antiquissimos quosdam codd. expungere vel *ait,* vel *inquit,* quia alterutrum verbum otiosum est: dein sixtini et gregoriani, ad fidem codd. A, B, G, H, primum verbum abiecerunt. Cf. Rocca l. c., Bukentop. p. 388.

Ibid. *pro mandragoris* — Cod. A, Beda l. c. *pro mandragora.*

Ibid. *Dormivitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, all., Guibertus *Dormivit.*

17. *exaudivit Deus* — Cod. B *exaudivit*

Dominus. Cod. G tacet *Deus;* mox legit *concepit.*

18. *Deus mercedem mihi* — Cod. T, Beda II, 262., Rupertus *mihi Deus mercedem;* Guibertus *mercedem Deus mihi.*

Ibid. *nomen eius* — Sixtini, codd. A, C, D, O, R, T, V *nomen illius;* Guibertus *eum.*

Ibid. *Issachar* — Multi codd. et pleraeque edd. *Isachar;* at Hieronymus III, 351. animadvertit legendum esse cum duplici littera; idque expresse notat cod. O. Miramur Lucam Brugensem ad marginem ed. hentenianae adnotasse alios codices, teste Rabano, addere cum graeco *quod est merces:* hoc enim additamentum nonnisi apud graecos legitur; nec aliud affirmat Rabanus, qui in h. l. recitat Hieronymi verba, nihilque praeterea de suo addit.

19. *Rursum* — Codd. C, T *Rursumque;* item hebr. et vett.

Ibid. *concipiens* — Cod. B, Rabanus ex Hieronymo *concepit;* item hebr. et graecus.

20. *Dotavit* — Codd. A, B, C, D, E, G, I, N, N *, P, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus, Rupertus *Ditavit.* Cod. N subdit: « Quidam corrector in libello cor- » rectionum posuit *ditavit,* in Biblia vero » suae correctionis *dotavit,* delens quod ve- » rum erat, nempe *ditavit.* » Verbum זבדני hoc tantum loco occurrit in V. T., omnesque consentiunt significare *donavit, dotavit* (cf. Gesen. *Thes. p. 401.*), nec ab hac notione longe abest verbum *ditavit.*

Ibid. *me Deus* — Codd. G, N *, R, Rabanus, Guibertus *me Dominus.*

Ibid. *nomen eius* — Eucherius *nomen huius;* Guibertus *eum.*

21. *Post quem peperit filiam, nomine Dinam* — Eucherius, Rabanus, Rupertus *Et post haec* (al. *hoc*) *peperit filiam, et vocavit nomen eius Dina;* ex Hieronym. l. c.

22. *Recordatus quoque* — Cod. B *Recordatus est;* codd. G, S, V, Bibl. Reg., Ven. 1476. 1480., all. *Recordatusque.*

Ibid. *Dominus* — Codd. H, N, Bibl. Reg. *Deus;* item hebr., graecus et reliqui. Immo codex N latinos veteres ita legere testatur.

Ibid. *Rachelis* — Non pauci codd. legunt *Rachel;* vide infra ad XLVI, 25.

Ibid. *vulvam eius* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, R, S, T, Thomas. I, 8. *vulvam illius.*

24. *nomen eius* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., all. *nomen illius.*

25. *in patriam* — Cod. E *ad patriam.* Sixtus, codd. R, S 2. m., Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., all. addunt *meam,* quod Bukentopio p. 388. probatur. At Toletus scribit: « *meam* » non habetur in Ordin., et Congregatio ex- » punxit, licet sit in Complut., et Reg. In » hebraeo autem et graeco legitur *in locum* » *meum.* » Sixtini et gregoriani ideo pronomen illud expunxerunt, quia in nullo legitur ex antiquioribus codicibus. Mirum porro est Angelum Rocca l. c. scribere potuisse in hebraico textu illud non reperiri.

26. *tu nosti* — Sixtus, cod. R, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., all. *tu vero nosti.* At rursum sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem omnium antiquiorum codd. et Bibl. Ordin. confodiendum censuerunt *vero.*

27. *Ait illi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, R, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus *Ait ei.* Cod. B, Rupertus *Et ait;* coniunctionis particulam praemittunt hebr., graec. et reliqui, excepto armeno.

Ibid. *quia benedixerit* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ord., Eucherius, Guibertus *quod benedixerit;* Rupertus, Petrus Com. *quod benedixit;* cf. Sabatier.

Ibid. *mihi Deus propter* — Cod. G *Deus mihi pro.*

29. *respondit: Tu nosti* — Eucherius *Tu nosti, inquit.* Cod. I addit *servitutem,* quod est petitum ex vers. 26. cf. Holmes. Mox cod. E pro *quanta,* legit *quantum.*

Ibid. *fuerit* — Cod. G, Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all. legunt *fuit;* nec abludit hebraeus.

30. *venirem ad te* — Expungunt *ad te* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, L 7., M, O, T, Bibl. Ordin., Hugo. Nec obstant hebr. et veteres interpretes.

*

Ibid. *Dominus* — Sixtus, cod. R, Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph., Lovan., all., Eucherius *Deus*. Ad hanc lectionem Toletus notat: « Le- » ge *Dominus;* sic hebr., graecus, Complut., » Reg., Ord. et Congregatio. » Nimirum sixtini et gregoriani, consentientibus omnibus priscis codd. et Eucherio, ita legendum duxerant. Cf. Rocca l. c. Ad graecum quod pertinet, adnotandum vaticanam ed., multosque codd. utrumque nomen exhibere.

Ibid. *aliquando provideam etiam domui meae* — Hanc lectionem sixtinis debemus. « Prius, » inquit Rocca l. c., legebatur sine particula » illa *etiam*, quam sacra Bibliorum Congrega- » tio apponendam esse censuit. » Et merito; nam ei suffragantur meliores codd., Bibl. Ord., aliaeque edd., hebr. et graecus. Cod. G *provideam etiam aliquando domui meae;* codd. C, T, Hugo, Rupertus *provideam aliquando etiam domui meae;* Guibertus *et ego aliquando domui meae provideam.*

31. *tibi dabo* — Codd. A, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus *dabo tibi.*

Ibid. *At ille ait: Nihil volo* — Cod. B 1. m. *At ille: Nihil prorsus volo;* Rabanus *At ipse respondit: Nihil volo.*

32. *furvum* — Hanc lect. extulerunt Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., indeque edd. henenianae; eademque respondet hebraeo חוּם, quod est *niger, fuscus, furvus;* conf. Gesen. *Thes. p. 455.* At plerique codd. et reliquae edd. legunt aut *fulvum*, aut *rufum;* priorem vocem habent codd. A, G, H, R, S, margo V, Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph. 1528. 1532., aliaeque plures edd., Eucherius, Rabanus, Rupertus. Alteram vero codd. C, D, M, O, P, T, V, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482. 1483., aliaeque paucae edd., Guibertus, Bruno ast., margo Ordin. Nec mirum est veteres permutasse *fulvum* in *rufum;* nam Isidorus VII, 435., Beda I, 133. docent *fulvum* denotare *nigro-rubeum.* De *furvo* autem cf. Isid. VII, 409. et Mai *Class. auct. VIII, 219.*

33. *Respondebitque* — Cod. B *Responditque.* Beda III, 493. cum Hieronymo *Et exaudiet;* conf. Sabatier. Remigius tacet *mihi* quod sequitur.

Ibid. *furva* — Rursum, ut versic. superiori, ita posteriores edd. Rob. Steph. et Bibl. Lovaniensia. Alii legunt *fulva*, ut codd. A, G, R, S, Bibl. Reg., Paris. 1566., all., Eucherius. Alii vero *rufa*, uti codd. C, D, H, O, P, M, T, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., all.

Ibid. *furti* — Codd. A, T *furtim;* item legunt ad XXXI, 32.

Ibid. *arguent* — Sixtus, codd. C, D, G, R, S, T, V, et veteres edd., Hugo de s. Vict. *argues.* Sixtini, gregoriani, codd. A, B, E, H, L 5. (ita princeps edit. Lovan. 1547.; aliae plures notant 3.) praeferunt *arguent.* Conf. Rocca l. c. Hebraeus et graecus, etsi alia utantur periphrasi, tertia persona hanc sententiam efferunt.

34. *Dixitque* — Codd. A, B, C, D, E, S *Dixit;* cod. N notat: « Graecus cum antiquis » non habet coniunctionem *que.* » At graecus legit Εἶπε δέ. Cod. N * legit *Responditque.*

35. *die illa* — Sixtini, codd. A, C, D, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, all. *die illo.*

Ibid. *et hircos* — Expunxerunt copulam sixtini, nec legunt codd. A, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Guibertus. Hebr. et graecus aliam periodi formam exhibent.

Ibid. *et arietes* — Cod. B tacet nexum.

Ibid. *atque maculosos* — Cod. S, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Eucherius, Guibertus *et maculosos.* Pro *cunctum autem*, cod. B *ac cunctum.* Cod. G tacet *gregem.*

Ibid. *unicolorem* — Huic verbo gregoriani lineolam supposuerant; quae fortasse admonitio erat rei melius perpendendae. Nec mirum; dum novimus Ariam Montanum contendisse legendum *bicolorem*, aut *varicolorem;* Bellarminum *Diss. de Vulg.* existimasse particulam negationis hoc loco e latinis codd. excidisse, atque scribendum *non unicolorem;* alios *omnicolorem*, vel *multicolorem;* cf. Nicolaus de Lira, Alfonsus Tostatus, Caietanus, Malvenda. Nostrum non est famosam hanc

definire quaestionem, quae interpretum ingenia diu exercet. At non abs re erit adnotare romanos correctores nil contra fidem omnium codicum, ex critica coniectura immutandum, sapientissime censuisse: praesertim quum non desint docti expositores, qui receptam lectionem cum totius narrationis contextu sibi visi sunt egregie composuisse. Cf. Calmetus, Iansenius, Pererius, Corn. a Lapide. Editor Bibl. Paris. 1837. admonet manifestum Vulgatae editionis errorem facile corrigi si pro *filiorum suorum* reponeretur *filii sui*, nempe Iacobi. Mittimus neminem posse absque aliqua temeritatis nota affirmare manifestum heic esse Vulgati errorem: at profecto correctio illa, quae proponitur, nullo critico argumento firmata videtur. Ceterum a Vulgati sensu non recedit Eucherius legens *unius coloris*.

Ibid. *albi, et nigri* — Interpunctionem omiserat Sixtus, apposuit Rocca. Priores edd. Rob. Steph., all. *albi, aut nigri;* item margo Ordin. Cod. E *albi, et nigri, et.*

Ibid. *tradidit* — Cod. B *et tradidit;* item hebr. et veteres interpretes.

Ibid. *in manu* — Cod. G, Eucherius, Guibertus *in manus;* latina versio samaritani textus perperam habet *in manus.*

36. *trium dierum inter se et generum*—Sixtini, codd. A, C, D, E, G, R, S, T, V, Guibertus *inter se et generum dierum trium;* cod. M, Bibl. Ordin., Hugo *dierum trium inter se et generum;* Bibl. Paris. 1566. *inter se et generum trium dierum;* Eucherius *inter generum et se dierum trium.* Cod. B addit *suum.* Mox cod. E tacet *reliquos.* Codd. R, S *pascebant.* At cod. O notat hebr., graecum, antiquos et Glossam legere *pascebat.*

37. *Tollens ergo* — Gregorius M. I, 677. IV, 41., Garnerus CXCIII, 104., Rabanus in h. l. tacent *ergo;* sed Rabanus V, 562. *Tollens itaque;* Bibl. Ordin., Hugo *Tollens igitur.*

Ibid. *et ex platanis*—Cod. B *et plataninas;* item ex graeco Hieronymus III, 353.

Ibid. *ex parte* — Codd. A 2. m., G, Bibl. Lugd. 1522. *et ex parte;* cod. C 1. m. *et parte.* Concinunt hebr. et graecus, sed isti pro *tollens*, legunt *tulit* in principio versiculi.

Ibid. *decorticavit* — Codd. E, V 1. m. *decoriavit.*

Ibid. *spoliata fuerant, candor apparuit* — Cod. B *scoriata fuerint, candore paravit.* Pro *spoliata* Rupertus II, 1103. *excoriatae* (conf. Forcellini *Lexicon*, ed. Prati, 1839. ad voc. *excorio*); cod. G, Gregorius M. l. c., Guibertus *expoliata.*

Ibid. *illa vero quae integra fuerant, viridia permanserunt: atque in hunc modum color effectus est varius* — Collato hebraico textu, sixtini omnia haec tamquam adscititia de medio sustulerant, ut ex cod. Carafiano apparet; at postea 2ª manus ibidem eadem restituit. Nam in universa hac pericopa vix aliquid pro re critica, ad germanam Vulgati lectionem asserendam, faciunt hebraicus textus et veteres interpretes; Hieronymus enim heic sensum magis quam litteram exprimere nisus est. Hinc temerarias esse censemus plures illas correctiones, quas hoc loco, proprio marte, Clarius extulit. Re quidem vera a calamo Hieronymi quae heic legimus profecta esse non mediocriter suadet quod idem scribit in *Quaest. hebr. l. c.*, quamvis ad graecam versionem respicere illum potuisse non diffitemur. Garnerus l. c. *illae vero quae integrae erant, virides permanserunt* etc.; idem Garnerus p. 303., et cod. R *illa vero quae integra erant, virida permanserunt* etc. Pro *fuerant*, habent *erant* codd. A, B, C, D, E, G, T, V, Bibl. Ordin., Gregorius l. c., Eucherius, Rupertus l. c.; legunt *fuerunt* Bibl. Lugd. 1522., Paris. 1566., all.; Lugd. 1522. *permanserant.*

38. *ubi effundebatur* — Gregor. M. l. c. et Garnerus p. 303. *in quibus effundebatur.*

39. *Factumque est*—Codd. G, O tacent *est.* Cod. R addit *ita;* at cod. O ad fidem veterum expungit hoc additamentum.

Ibid. *ut in ipso calore coitus* — Cod. E, Eucherius *in ipso calore coitus, ut.* Pro *maculosa*, cod. A *maculosae.*

Ibid. *respersa* — Codd. B, D *dispersa;* Eucherius *sparsa.*

40. *in canalibus* — Haec non leguntur in codd. A, B, C, D, E, G, H, O, T, aliisque mss. quos fide dignos vocat Brugensis; neque habentur in Bibl. Ordin. et Guiberto; hisce concinunt hebraeus, graecus et reliqui veteres interpretes : unde sixtini censentes eadem ex amanuensium ingenio in hunc locum e versic. 38. vel e 41. derivata fuisse, expungenda decreverant. Sixtus cum codd. R, S, et fere omnibus antiquis edd. eadem restituit. At rursum gregoriani sixtinorum sententiam secuti eadem confixerant. Verum quum ea demum in vaticanis editionibus legantur, dicendum est aliter visum fuisse clementinis correctoribus, licet Toletus et Rocca hoc loco sileant.

Ibid. *et nigra quaeque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Guibertus *quaeque et nigra.*

41. *primo tempore*—Cod. T *tempore primo;* cod. E tacet *primo,* ut graecus.

Ibid. *ascendebantur* — Bibl. Reg., Lugd. 1522. 1535., Paris. 1566., all., Eucherius, Rupertus *ascendebant;* item cod. C 1. m.

42. *admissura erat* — Codd. B, C, D, E, I, R, T, V *admissura erant;* cod. G *admissurus erat.* Obscurum plerisque librariis atque ambiguum fuisse videtur nomen substantivum *admissura.*

43. *Ditatusque est* — Bibl. Ord. tacent *est.* Ante *ancillas,* Rabanus praemittit *et,* item cod. G ante *camelos;* utroque loco nexum addunt hebr. et graecus, de hoc tamen conf. Holmes.

Cap. XXXI, 1. *fuerunt* — Codd. H, R, V, Rupertus *fuerant;* cod. B *fuit.*

Ibid. *et de illius* — Bibl. Ordin., all. *et illius.*

2. *nudiustertius* — Cod. A scribit *nudustertius;* item alii vett. codd. non pauci.

3. *maxime* — Cod. B *maximeque;* copulam habent hebr. et graecus, sed alia ibi est syntaxis.

Ibid. *eroque* — Bibl. Lugd. 1522. *ero.*

4. *Misit* — Codd. L, Q, priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin. addunt *Iacob,* ut hebr. (excepto cod. 17. Kennic.), graecus et reliqui.

Ibid. *pascebat* — Codd. G, R *pascebant;* at cod. O adnotat veteres refragari; nimirum refragantur si istud verbum ad uxores Iacobi referas; secus vero si illud accipias de Iacobi gregibus, qui pascebant in agro ubi ipse morabatur.

6. *viribus meis* — Bibl. Lovan. 1547. aliaeque plures edd. hentenianae usque ad annum 1572. tacent pronomen; item slavon. ostrog.

7. *Sed et* — Sixtini, codd. D, E, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Rupertus tacent *et:* e contra Hieronymus III, 355. ignoravit *Sed;* nec in hebr. legitur.

Ibid. *mutavit mercedem meam decem vicibus* — Remigius antiss. *decem vicibus mutavit mercedem;* et subdit: « subauditur *meam.* » Ergo in eius codice deerat pronomen, uti in cod. 181. Kennicotti. Cod. M notat graecos pro *decem vicibus,* legere *decem agnabus;* quod August. (*Quaest. 95. in Gen.*) exponit: id est decies in partu agnarum et ovium. Petrus Com. dicit graecos legere *decem annis,* quem refutat scholiastes in cod. O scribens: « In historiis (nempe in *Historia scholastica*) » corrupte ponitur *annis,* pro *agnis;* August. » *agnabus,* secundum litteram LXX.; patet » ergo quod vitiose *n* scribitur pro *g.* » Cf. Hieron. l. c. Quamvis vero plures cum Grabio contendant in graeca versione legendum esse μνῶν, pro ἀμνῶν, tamen haud desunt qui hanc ipsam lect. tueantur. Conf. Branca *de Vulg. ed. t. 2. pag. 293.* et Schleusneri *Lexic. in LXX. t. 1. p. 191.*, qui accuratissimam vocat Augustini interpretationem, eamdemque cum sacri textus atque Vulgati sensu egregie conciliat.

8. *mercedes tuae* — Cod. G *merces tua;* item Hieronym. l. c., nec obstant hebr. et vett.

Ibid. *greges alba* — Cod. B *greges albae.* Cod. E, omissis intermediis, legit *quando vero e contrario, greges alba pepererunt.*

9. *Tulitque Deus* — Cod. P, Bibl. Ordin., Hugo tacent *Deus.*

10. *varios* — Posteriores edd. Rob. Steph. addunt *respersos*. Cod. E tacet *ascendentes mares super feminas*.

11. *angelus Dei* — Codd. B, C, D, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Ven. 1476., all., Rupertus *angelus Domini;* item Cyprianus, et August. in *Speculo c. 2. (Nova Patrum Biblioth. tom. 1.)* Mendosa latina versio samaritani in polyglottis. Cod. 1. Kennic. utrumque nomen connectit.

12. *universos masculos*—Cod. B *omnes masculos;* Bibl. Ordin. *universos maculosos*.

Ibid. *maculosos, atque respersos* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, R, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo *respersos atque maculosos;* Rupertus *respersos et maculosos*. Versic. seq. cod. E omittit *Deus*.

14. *Responderuntque*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Petrus Com. *Responderunt*. Praeterea cod. E tacet *domus;* it. syrus in polygl., sed mss. Uss., Lee et Ephraemus legunt ܒܝܬ.

16. *eas tradidit nobis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, K, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Rupertus *nobis eas tradidit*. Codd. E, V pro *opes*, legunt *oves*, mendose.

Ibid. *praecepit tibi Deus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, O, T tacent *tibi Deus;* cod. B tacet *Deus*. Codd. G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., all., Rabanus, Rupertus, Petrus Com. pro *Deus*, habent *Dominus*.

17. *Surrexit itaque* — Codd. L, R, Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Roberti Steph., all. *Surrexit autem;* item graecus. Guibertus *Surrexit igitur*. At cod. O testatur veteres legere *itaque*. Pro *impositis*, cod. E habet *positis*.

Ibid. *ac coniugibus* — Sixtini, codd. A, C, D, G, H, O, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus, Miss. Moz. p. 310. *et coniugibus*. Eucherius tacet *suis* quod sequitur.

Ibid. *abiit* — Codd. D, T, Miss. Moz. l. c. *et abiit*.

18. *substantiam suam* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, O, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Com. tacent pronomen; item plures graeci codd. holmesiani. Montfauconius in *Hexapl. I, 666*. perperam illud omittit.

Ibid. *acquisierat* — Cod. E, Miss. Moz. l. c. *quaesierat;* eodem sensu usurpatur.

Ibid. *in terram* — Codd. C, D, R, S, T, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Lugd. 1522., all., Miss. Moz. l. c. *in terra;* Eucherius *ad terram*.

19. *ierat Laban* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus, Miss. Moz. l. c. *Laban ierat*. Notandum sixtinos hunc et sequentem versiculum primo uncis inclusisse. Post *oves*, Rabanus addit *suas;* item hebr. et vett. interpretes.

20. *Noluitque* — Sixtini, cod. A, Beda II, 259. *Noluit*.

Ibid. *confiteri socero suo* — Sixtini, codd. A, B, E, R tacent pronomen; Miss. Moz. l. c. *socero confiteri;* Rupertus *indicare socero suo*.

21. *iuris sui erant* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, O, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus, Miss. Moz. l. c. *iuris eius erant;* cod. G *iuris erant eius*. Pro *ipse*, Miss. Moz. l. c. *ille*.

Ibid. *pergeret*—Codd. B, V, Miss. Moz. l. c. *pergerent*. Tacent hoc verbum Bibl. Ord. ed. 1590. 1634.

22. *nunciatum*—Cod. G, Petrus Com. *nunciatumque;* item hebr. et veteres.

23. *diebus septem* — Cod. E, Guibertus *septem diebus;* Miss. Moz. l. c. *dies septem*.

Ibid. *comprehendit eum* — Expungunt pronomen sixtini, codd. A, B, E, G, V.

24. *Deum* — Codd. A, B, G, N *, R, S, V, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., Ven. 1476., all. *Dominum*. Hodiernam lect. induxerunt sixtini, suffragantibus codd. C, D, E, H, N, T, Bibl. Ordin. Conf. Rocca I, 295.; consentiunt hebr. et graecus.

25. *cumque ille* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, N, O, P, T, V, Miss. Moz. l. c., Hugo, Guibertus, margo Ord. *cum ille;* pauci habent *tum* (vel *tunc*) *ille*. Pro *Iamque*, cod. E *Iam*.

Ibid. *fuisset eum* — Sixtini, codd. A, B, C,

D, E, G, O, P, T, Hugo tacent verbum *fuisset;* Miss. Moz. l. c., Bibl. Ordin., Guibertus legunt *eum fuisset;* cod. V *est eum.* Paulo aliter Eucherius, qui periodum claudit hisce verbis: *quando ille consecutus est eum cum fratribus suis.* Mox pergit: *In eodem monte fixit* etc.

26. *ad Iacob: Quare ita egisti*—Cod. E *ad eum: Quare ita gessisti.*

Ibid. *captivas gladio* — Cod. B 2. m. *captivas ducens.*

27. *ignorante me* — Cod. S, Rupertus, Petrus Com. *me ignorante.* Post *prosequerer,* cod. E tacet *te.*

Ibid. *citharis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, O, T, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *cithara;* item hebr.

28. *filios meos et filias* — Sixtini, codd. A, C, D, G, H, R, T, Miss. Moz. l. c., Rabanus, Hugo *filios meos ac filias;* Guibertus *filias meas,* ut Chrysost. IV, 556.; cod. V habet utrumque *filios meos et filias meas;* Bibl. Ord. *filios ac filias.*

28. 29. *et nunc quidem valet* — Sixtini, codd. A, B, G, Miss. Moz. l. c., Eucherius, Guibertus *et nunc valet quidem.* At hebraicus textus refert verba *et nunc quidem,* ad praecedentia, nempe *stulte operatus es;* unde Rob. Steph. in Bibl. ann. 1540. 1545. all. habet *et nunc quidem. Valet* etc. Graecus interpres neutrum respuit; nam legit: νῦν δὲ ἀφρόνως ἔπραξας. Καὶ νῦν ἰσχύει: huic lect. adstipulatur cod. 184. Kennic. Cf. De Vence.

29. *patris vestri* — Sixtus, codd. C, D, G, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Reg., Lov., et fere omnes veteres edd., Eucherius *patris tui;* huic lectioni adstipulantur samaritanus textus, graecus, et cod. Kennic. 129. primo, idque probatur Houbigantio. Verum sixtini, gregoriani, codd. A, B, E, H, L 4., Guibertus, priores edd. Rob. Steph., aliaeque paucae, praetulerunt *patris vestri;* prout legunt cum hebraico textu reliqui interpretes; idque confirmavit Toletus. Cf. Rocca l. c.

Ibid. *contra Iacob* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, L 10., O, Q, S, T, Hugo, Eucherius, Miss. Moz. p. 311., Glossa interlin. *cum Iacob.* « Item, ait Toletus, hebr., et » graecus. Sed omnes impressi legunt *contra;* » et sensus idem est. » Conf. Rocca l. c. et supra vers. 24. Cod. P legit tantum *Iacob.*

30. *Esto* — Cod. E *Tu;* cod. V, Bibl. Ord., Lugd. 1513., all., Rupertus *Et si;* cod. B, Miss. Moz. l. c. *Et si tu.*

Ibid. *erat tibi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rupertus, Miss. Moz. l. c. *tibi erat.*

31. *Quod inscio* — Bibl. Ord., Hugo *Quia inscio.*

Ibid. *auferres* — Cod. L addit *mihi,* ut hebraeus, graecus et reliqui. Mendose latina versio samaritani *rapiat mihi filias suas.*

32. *necetur coram fratribus nostris. scrutare* — Bibl. Rob. Steph. 1545. habent *necetur. coram fratribus nostris scrutare.* Hanc autem interpungendi rationem sequitur hebraeus; illam graecus. Cf. Holmes. Pro *nostris,* Guibertus *suis;* uti copt. et arabs holmes.; mendose et contra fidem sui textus hanc lectionem exhibet latina versio samaritani.

Ibid. *et aufer* — Ita sixtini, suffragantibus codd. A, B, E, G, H, L 7., R, S, aliisque cum hebr. et graeco. Nam veteres edd. et pauci codd. uti C, D, N, Guibertus particulam *et* omittunt. Codd. T, V legunt *et quidquid tuorum apud me inveneris, aufer.*

33. *Ingressus* — Cod. A addit *est.*

Ibid. *tabernaculum* — Codd. E, I, N *, R, S, V, Miss. Moz. l. c., Petrus Com. *tabernacula;* sed cod. N adnotat: « Codices novi, » quia hebraeus habet ter *tabernaculum,* po» nunt heic *tabernacula;* sed quod dicitur » *tabernaculum,* ad singula zeumatice repe» titur. »

Ibid. *famulae* — Codd. E, I, R, V 1. m., Miss. Moz. l. c. *familiae.* Pro *intrasset,* Petrus Com. *intraret.*

Ibid. *tentorium* — Cod. G, Guibertus *in tentorium;* cod. E *in tentorio;* Miss. Moz. l. c., Petrus Com. *tabernaculum.*

34. *idola* — Miss. Moz. l. c. *idolum;* ut arabs.

Ibid. *stramenta* — Codd. A, E, G *stramen*. Hebr. בֶּבֶר (graec. ven. τῷ σάγματι); non quidem *stramen* camelis substratum, sed *stramentum*, vel *stratum* eisdem impositum significat. Cf. Gesen. *Thesaur. p. 715.*

Ibid. *desuper* — Cod. P, Glossa interlin., margo Hugonis *super*.

Ibid. *scrutantique omne tentorium, et nihil invenienti* — Cod. E *scrutansque omni tentorio nihil invenienti*. Pro *invenienti*, cod. F *inveniens*. Vide an sit alterius lect. vestigium.

35. *ait* — Cod. F addit *Rachel;* it. syrus, et cod. 274. derossianus, et armenus apud Holmes. Pro *coram te*, Rupertus *coram eo*. Pro *assurgere*, Miss. Moz. l. c. *surgere*. Pro *accidit*, cod. B *accedit*.

36. *Tumensque* — Mendose quaedam edd. et codices nonnulli *Timensque*.

Ibid. *peccatum meum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F 1. m., G, O, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Miss. Moz. l. c., Guibertus tacent *meum*. Mox cod. E tacet *post*.

38. *annis* — Codd. D, E, G, T, Miss. Moz. l. c., Rupertus *annos*. Pro *caprae*, cod. E *capri tui;* pronomen agnoscunt hebr. et vett. interpretes. Miss. Moz. l. c. *non fuerunt steriles*.

39. *furto peribat* — Quoad priorem vocem, fere omnes vett. edd. et pauci codd. habent *furtim;* codd. B, R, V, Miss. Moz. l. c. *furti;* sixtini ad fidem omnium antiquiorum codd. et Bibl. Ordin. emendarunt. Quoad alteram, sixtini, codd. B, E, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, priores edd. Rob. Steph., all., Miss. Moz. l. c., Greg. M. II, 963., Hard. Concil. I, 772. III, 342. IV, 99. *perierat;* codd. A, C, D, F, G *periebat*.

40. *urebar* — Cod. R, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *urgebar*. « Quaedam » exemplaria, ait Estius, habent *urgebar*, id » est premebar; sed correctiora legunt *ure*» *bar*. » Cf. Hieronym. I, 122. Miss. Moz. l. c. *arebam*. Remigius antiss. scribit: « Uno ver» bo, quod est *urebar*, ad duo contraria re» spondit, ad aestum et ad gelu, quia unus » effectus est caloris et frigoris. » Pro *noctuque*, cod. E *nocteque*.

Ibid. *fugiebatque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, N, T, V, Gregor. M. l. c., Concil. ll. cc., Petrus Dam. CXLV, 466., Guibertus *fugiebat;* item syrus.

41. *Sicque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, T, V, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Miss. Moz. l. c., Petrus Dam. l. c., Petrus cellens. CCII, 431. *Sic*. Nullum habent nexum hebraeus et veteres.

Ibid. *gregibus tuis* — Cod. B tacet *tuis*. Ante *sex*, Miss. Moz. l. c. tacet *et*.

42. *Nisi Deus* — Cod. B, Miss. Moz. l. c. *Et nisi Deus;* item syrus et arabs holmesianus. Pro *Abraham*, non pauci *Abrahae*.

Ibid. *timor Isaac* — Cod. B *timoris Isaac;* Alcuinus C, 551., Martinus legion. CCIX, 110. *timor patris mei Isaac*. Cf. Sabatier.

Ibid. *forsitan modo nudum* — Cod. B, Miss. Moz. l. c. tacent *modo;* cod. R *forsitan nudum modo*. Pro *mearum*, cod. I primo *vestrarum*.

Ibid. *respexit Deus* — Cod. R, Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *respexit Dominus*.

43. *Respondit ei Laban* — Cod. B, Miss. Moz. l. c. tacent *ei;* cod. R *Respondit Laban ei;* item quaedam edd.

Ibid. *Filiae meae* — Sixtini, codd. A, B, E, F, G, S, V, Miss. Moz. l. c., Guibertus tacent *meae;* sed codd. N, O asserunt legi in antiquis codicibus.

Ibid. *et filii* — Bibl. Ordin. tacent. Miss. Moz. l. c. legit *filii et filiae*.

Ibid. *greges tui, et* — Cod. E *omnes greges tui;* sixtini delent *tui*, fortasse ob quamdam cum hebr. textu, qui hoc secundae personae reciprocum heic non agnoscit, conformitatem servandam, ita corrigere visum est cum cod. A.

Ibid. *quid* — Codd. L 7., Petrus Com. *sed quid;* cod. V *et quid;* nexum agnoscunt hebraeus et plerique veterum.

44. *in testimonium* — Particulam *in* omittunt codd. A, C, D, E, F, G, I, R, S, T, V 2. m., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Miss. Moz. l. c., Guibertus.

45. *Tulit itaque Iacob* — Beda II, 258., Petrus Com. *Tulitque Iacob;* Eucherius tacet *Iacob*. Cod. S post *lapidem*, addit *angularem*.

Ibid. *illum in titulum* — Rupertus tacet *illum;* Miss. Moz. l. c. non legit *in titulum;* Petrus Com. addit *foederis.*

46. *fecerunt* — Cod. V, Miss. Moz. l. c. *feceruntque;* item hebr. et graecus.

47. *Tumulum* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, O, T, Miss. Moz. l. c., Beda l. c., Angelomus, Rupertus *Tumulus;* cod. N habet hoc scholion: « Quia in nominativo casu, et in » accusativo potuit dici, propter hoc, ut mo» dus variet dicendi, primum ponit in nomi» nativo casu; secundum in accusativo (nem» pe *Acervum*). Hieronymus utrumque in no» minativo casu sic: *et vocavit illum Laban* » *acervus testimonii, et Iacob vocavit illum* » *acervus testis.* Quod sequitur (v. 48.) *id est* » *et tumulus testis;* et quod dicitur *uterque* » *iuxta proprietatem linguae suae,* totum ap» posuit interpres. Quod autem post accusa» tivum in nominativo ponatur, sic extat Io» sue XVIII. (v. 16.) *descendit Gehennom, id* » *est vallis Ennom.* » Attamen pro *Acervum,* habent *Acervus* cod. O, et Rupertus.

Ibid. *uterque iuxta proprietatem linguae suae* — Haec verba a Hieronymo inserta, uti monet laudatus scholiastes, primo expunxerant sixtini; at dein restituerunt. Pro *uterque,* Guibertus et Rupertus *unusquisque.*

48. *erit testis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476., all., Rabanus, Miss. Moz. l. c. *testis erit.*

Ibid. *et idcirco* — Cod. D tacet copulam; nec legitur in hebr. et graeco.

Ibid. *id est, Tumulus testis* — Heic quoque sixtini haec verba, a Hieronymo, ut videtur, declarationis gratia addita, expunxerant primo, dein restituerunt. Conf. versic. superiori.

49. *Intueatur et iudicet Dominus* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus, Miss. Moz. l. c. *Intueatur Dominus et iudicet.* Codd. L, M, R, S, V 2. m., Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., all. praemittunt *Et adiecit Laban;* sed cod. O monet haec non legi in hebr., graeco, antiquis et Glossa. Bellarminus l. c. vult haec verba posita esse pro eo quod hebr. legit *Maspha* והמצפה; at vero hebraeus habet quoque אשר אמר.

Ibid. *a nobis* — Bibl. Ordin., Hugo, Miss. Moz. l. c. *a vobis.*

50. *alias uxores* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Miss. Moz. l. c., Rabanus, Guibertus, Rupertus *uxores alias;* Eucherius *uxores alienas.* Pro *respicit,* Rabanus habet *aspicit.*

51. *Dixitque* — Miss. Moz. l. c. *Dixit;* mox tacet *ad,* ante *Iacob.*

Ibid. *inter me et te* — Plures edd. seculi XV. connectunt haec verba cum sequentibus, non cum praecedentibus.

52. *sint* — Cod. E tacet. Miss. Moz. l. c. *sit.*

Ibid. *in testimonium* — Codd. A, C, F, G, O, T, V, Hugo *in testimonio.* Pro *praeterieris,* cod. A *praeteriens,* cod. O *pertransieris.*

53. *et Deus* — Miss. Moz. l. c. tacet *et;* item slavon. ostrog.

Ibid. *Iuravit ergo* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Angelomus, Miss. Moz. p. 312. tacent *ergo.* Cod. H legit *Iuravitque;* Rabanus cum Augustino *Et iuravit.* Mendose Blanchinius edidit *Intravit.*

54. *comedissent* — Codd. F, R, S *edissent;* at cod. O hanc lect. respuit.

55. *filios, et filias* — Cod. G *filias,* tantum; sixtini, cod. A, Rabanus, Miss. Moz. l. c. *filios ac filias.* Conf. vers. 28. Guibertus *filios suos et filias;* it. plures graeci apud Holmes.

Ibid. *reversusque est* — Cod. B *reversus;* cod. E *reversusque;* codd. R, S, V, Guibertus *revertens.*

Cap. XXXII, 1. *Iacob quoque* — Sixtus, codd. F, O, R, S, et vett. edd. *Iacob autem;* cod. I *Iacob vero.* Hodiernam lectionem sixtini et gregoriani ex antiquioribus mss. hauserunt, nempe ex codd. A, B, C, D, E, G, H, L 7., all. « Ita censuit Congregatio, ait Tole» tus; in hebr. et graeco legitur *et Iacob.* » Cf. Rocca I, 295.

Ibid. *itinere* — Sixtus, cod. R, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan.; aliaque plura, Rabanus *in itinere;* sixtini, gregoriani et Toletus ad

fidem antiquiorum omnium codd. et Bibl. Ordin. particulam *in* expunxerunt.

Ibid. *quo coeperat* — Sixtus, Bibl. Rob. Steph., Lovan., all. *quod coeperat*. Ad haec Toletus: « Corrige *quo;* ita Compl., Reg., Ord. » et Congregatio; » nimirum sixtini et gregoriani ita scripserunt, adstipulantibus melioris notae codicibus. Pro *fueruntque*, cod. F *veneruntque*. Pro *Dei*, cod. R *Domini;* at cod. O notat hebr., graecum et antiquos legere *Dei*.

2. *vidisset* — Codd. E, V *audisset;* mox cod. E tacet *et*.

Ibid. *Mahanaim* — Non pauci codd. et pleraeque edd. vett. habent *Manaim*. Clementina lectio ex Bibliis Lovan. et Rob. Stephani derivata fuit; atque, habita ratione sacri textus legentis מחנים, egregie se habet: sed alias perpetuo tum Stephanus, tum qui illum secuti sunt, legunt *Manaim*. Cf. Ios. XIII, 26. 30. XXI, 37. III Reg. IV, 14. I Paral. VI, 80.

Ibid. *id est, Castra* — Apposite s. Hieronymus nominis proprii *Mahanaim* interpretationem adiecit hisce verbis, quae sixtini primo deleverant, dein restituerunt. Cod. M adnotaverat hebraicum textum non legere haec verba; hinc nonnulli eadem e suis codd. expunxerant. Idque innuere videtur scholiastes codicis N dum scribit: « Notula quod non ha» bet hebraeus hoc *id est Castra*, occasio fuit » erroris. » Animadvertendum porro est Hieronymum alibi, suppresso nomine *Mahanaim*, posuisse *Castra;* quod nomen idcirco cum priori littera maiuscula recte scribitur in clementinis edd. ad II Reg. XVII, 24. 27. XIX, 32. III Reg. II, 8.; eademque ratione scribendum fuisse videtur II Reg. II, 8. 12. 29. (hoc postremo loco rectam orthographiam exhibet ed. vatic. 1592.)

3. *et nuncios* — Particulam *et* tacent codd. B, S, V, Eucherius, Guibertus; item ex graeco Augustinus.

Ibid. *in terram Seir* — Codd. F, S, T, Bibl. Reg., Brev. Goth. p. 174. *in terra Seir*. Eucherius tacet haec verba.

Ibid. *in regionem* — Sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, H, O, P, S, T, V, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Guibertus *regionis;* cod. R, Bibl. Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c. *in regione;* cod. A *in regionibus*.

4. *praecepitque* — Bibl. Lugd. 1526. in 8°. et in fol. *praecepit;* concinunt armen. et georg.; Lucas Brugens. monet alios minus recte legere *praecipitque*, quod mendum nullo in libro nobis obvium fuit. Cf. Gen. II, 16.

Ibid. *frater tuus* — Hebr. עבדך; item graecus et alii vett. interpretes; unde sixtini primo fecerant *servus tuus:* verum quum nullum huius lect. vestigium reperiissent in latinis codd., rescripserunt *frater tuus*.

5. *et oves* — Sixtini, codd. A, C 2. m., D, E, G, H, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus tacent copulam; quibus consentit hebraicus textus. Verum duo codices derossiani legunt וצאן cum samaritano textu, cui favent graecus, syrus, arabs, et, in altero ex laudatis codd. derossianis, Targum. Codd. F, R inverso ordine legunt *oves, et boves, et asinos;* cod. S *oves, et asinos, et boves*.

Ibid. *et ancillas* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus *atque ancillas*. Eucherius tacet *nunc;* cui favent hebr. et vett.

6. *Reversique sunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, T, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus *Reversi sunt*, item codd. a Sirleto collati. Codd. B, V tacent *sunt*.

Ibid. *tibi in occursum* — Haec lectio ab editione Sixti V. inducta fuit. Quum enim prius pleraeque edd. cum Bibl. Reg., Lovan., Brev. Goth. l. c., Eucherio, cod. R legerent *in occursum tuum;* quumque sixtini, ad fidem omnium antiquiorum codd., Bibl. Ordin., all., Rabani, Guiberti, scripsissent *in occursum tibi;* editio Sixti protulit *tibi in occursum:* haec vero lectio, intacta a gregorianis dimissa, ad clementinas editiones transiit; de qua non satis accurate scribit Rocca l. c. « Ita le» git Rabanus; ita etiam in aliquot Bibliis » mss.; et ita denique sacra Bibliorum Con» gregatio legendum esse censuit. »

7. *Timuit* — Cod. H *Timuitque;* it. hebr., graecus et reliqui, excepto armeno.

*

Ibid. *et boves* — Sixtini, cod. A tacent *et*.

Ibid. *in duas turmas* — Codd. R, S *in duas divisit turmas*. At cod. O monet antiquos illud verbum non addere.

8. *Esau ad unam turmam* — Eucherius *ad turmam primam frater meus*. Augustinus *ad castra prima frater meus*.

9. *Domine qui* — Rupertus II, 182. *Domine tu*. Eucherius tacet *Domine;* cf. Holmes.

Ibid. *benefaciam* — Cod. G *benedicam;* item Hieronymus III, 356.

10. *minor sum* — Cod. A, Breviar. Goth. p. 101. *memor sum;* cod. G addit *in*.

Ibid. *miserationibus tuis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, O, T, V, Eucherius tacent pronomen; quibus consentiunt hebraeus et vett., excepto syro et Hieronymo l. c. Correctores Pii V. hoc loco, itemque in sequenti membro, censuerant retinendum pronomen, quod tacere non debuisset Montfauconius referens Vulgati lectionem in suis *Hexaplis*.

Ibid. *veritate tua* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, O, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rupertus l. c. omittunt pronomen; item hebraeus, graecus et reliqui. Sed Hieronymus l. c. illud habet.

Ibid. *explevisti* — Codd. fere omnes, plures edd., Brev. Goth. p. 101. 174., Eucherius, all. *explesti*.

Ibid. *regredior* — Cod. B, Rupertus semel *egredior*.

11. *de manu fratris mei* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, M, N *, O, T, Hugo, Rabanus ex Augustino *de manu fratris mei, de manu;* it. hebr., chald., graecus et arabs; sed plurimi graeci codd. holmesiani, syrus, armenus, slav. omittunt additamentum. Cod. N legit *de manu fratris mei, et de manu;* in qua lect. habet consentientes nonnullos codd. Kennic., et cod. ~~arab.~~ holmesianum: sed idem cod. N in notis ad Psal. LXX, 4. hunc locum profert absque coniunctione *et,* asseritque pulcriorem esse dicendi modum si copula reiiciatur. Eucherius tacet quod sequitur *Esau*.

Ibid. *matrem* — Sixtini primo, Rabanus et graecus *me et matrem;* codd. F, P, R, S, V, Bibl. Ven. 1480. 1482., Ordin., all. *matres;* item plurali numero multi graeci codd., August. aliique apud Holmes. Sed profecto melior est Vulgati lectio, magisque textui consentanea. Conf. Gesenii *Thesaurus p. 1027.*, Roorda *Gramm. hebr. tom. 2. p. 129.* Graec. ven. βάλη τέ μοι μητέρα.

12. *Tu locutus* — Brev. Goth. p. 101. *Tu enim locutus;* Rabanus ex Augustino *Tu autem dixisti;* copulam hebr., et veteres habent.

Ibid. *benefaceres mihi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo *bene mihi faceres*. Cod. P legit *ut,* pro *quod,* item margo Ordin.

13. *dormisset... separavit de his* — Cod. B *obdormisset... separavit*. Eucherius *separabat*. Ibid. Codd. E, T tacent *Esau*.

14. *et arietes* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, T, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. tacent nexum; item graecus.

15. *camelos* — Codd. A, B, all., Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1572. *camelas;* de qua inflexione conferendus Forcellini ad h. v.

Ibid. *pullis* — Cod. B *filiis;* cod. D *pupillis*.

Ibid. *tauros viginti* — Cod. H *tauros decem;* item Isidorus Clarius: notat quidem Martianaeus in editis corrupte legi *viginti;* attamen tum eius cod. memmianus, tum omnes codd. a Vallarsio et a nobis collati legunt *viginti;* quibus consentiunt duo codd. holmesiani et ed. Compl. legens εἴκοσι; consentiret et syrus si accurata esset eiusdem latina interpretatio in polyglottis londin., at tam in edd. quam in mss. habet عشرة, *decem;* unde castigandus Calmetus, qui syrum cum Vulgato consentire asserit.

17. *fratrem meum Esau* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, T, V, Bibl. Ordin., Eucherius, Guibertus *Esau fratrem meum;* idem ordo in hebr. et graeco. Cod. S tacet *Esau;* cf. Holmes.

Ibid. *aut, Quo* — Sixtini, codd. A, C, E, N, O, S, T, Bibl. Ordin., Hugo *et, Quo;* item quidam latini codd. a Luca Brugensi memorati, et, ex graeco, Augustinus. Cf. Sabatier.

Ibid. *aut, Cuius sunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, N, O, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Guibertus *et, Cuius sunt;* item codd. laudati a Brugensi, et, cum graeco, Augustinus. Cod. B tacet *sunt*. Pro *sequeris*, cod. E *persequeris*.

18. *meo Esau* — Sixtus, codd. E, R, S, Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph., all., Brev. Goth. p. 174., copt. et arabs apud Holmes *suo Esau;* at Toletus: « Corrige *meo;* ita hebr., » graecus, mss. et Congregatio. At Compl., » Reg., Ordin. et Lovan. *suo*. » Sixtini enim et gregoriani ad fidem nobiliorum, plurimorumque codd. hodiernam lectionem probaverant. Cf. Rocca l. c.

Ibid. *venit* — Cod. A *sequitur*.

19. *Similiter* — Codd. F, I, V addunt *quoque;* accedunt hebr. et plerique vett.

Ibid. *dedit mandata* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius *mandata dedit;* cod. E tacet haec verba, sed mendose, ut puto.

Ibid. *et tertio* — Codd. A, C, F, G, R, S, T, V, Bibl. Ord., Eucherius *ac tertio*. Pro *et cunctis*, priores edd. Rob. Steph., all. *ac cunctis*.

20. *addetis* — Cod. A *additis*.

Ibid. *servus tuus Iacob* — Cod. D 1. m. tacet *tuus*. Eucherius omittit *Iacob;* item cod. Kennicott. 196., et tres codices holmesiani cum graeco Complut.

Ibid. *insequitur* — Cod. E *sequitur;* Guibertus *prosequitur*. Mox cod. G *cum muneribus*.

Ibid. *videbo illum* — Sixtini, codd. A, B, E tacent pronomen; codd. C, D, F, G, S, T, V, Eucherius legunt *eum videbo;* cod. H, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *videbo eum*.

22. *mature surrexisset* — Codd. B, L, Q, priores edd. Rob. Steph., all. *mane surrexisset;* cod. E *matutine resurrexisset;* Rupertus *matutine surrexisset;* cod. F addit *Iacob*.

Ibid. *uxores suas* — Codd. D, G, Petrus cellen. CCII, 876. tacent *suas;* item ex graeco Augustinus: at conf. Holmes.

Ibid. *vadum Iaboc* — Codd. A, E, F, G, Guibertus, Hugo de s. Vict. CLXXVI, 1171., Petrus cellen. l. c. et quaedam editiones tam latinae (etiam ex recentioribus uti Londin. 1843.), quam graecae *vadum Iacob;* diserte pro hac lectione Petrus Com. scribit: « Forte » autem vitio scriptoris pro *Iacob* legitur *Ia-* » *boch;* et ex transitu illo sortitum est hoc » nomen *Vadum Iacob*. » At contra stant reliqui codd. et plures edd. Praeclare quoque Angelomus: « *Vadum Iaboc;* non enim legen- » dum est, ut falso in quibusdam codicibus » invenitur *Vadum Iacob*, sed *Iaboc*, quod est » proprium nomen ipsius vadi. » Cf. Alfonsus Tostatus. Item antiqua manus ad marginem codicis T adnotavit: « *Iaboc* dici debet, et non » *Iacob*, quia *Iaboc* fluvius est Mevoim, cuius » vadum transiit Iacob. » Cf. Hieronym. III, 227. Eucherius legit *torrentem Iaboch*. Mire autem variant libri in huius nominis orthographia; nobis adnotasse sufficiat quae ad vaticanas edd. propius spectant. Sixtus ediderat coniunctim *Vadumiaboc;* gregoriani scripserunt *vadum Iaboc*, quod clementinae edd. receperunt. Toletus habet *Vadum iaboc;* Rocca ad marg. ed. 1592. *Vadum Iabot*, alias cum gregorianis facit. Nec est praetermittendum clementinas edd. legere *Iaboc* ad Ios. XII, 2. Iudic. XI, 13. 22.; sed idem nomen efferre *Ieboc* ad Num. XXI, 24. Deut. II, 37. III, 16.

23. *Traductisque* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482., Rob. Steph. 1528., all., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus *Transductisque*. « Ita habent, teste cod. O, antiqui et mo- » derni: sed secundum Prisc. dicitur *tradu-* » *ctis;* in usu autem antiquorum fuit *transdu-* » *cere*, et *traducere:* de primo patet II Reg. » XIX. (v. 31.) *transduxit regem Iordanem;* » de secundo Matth. I. (v. 19.) *et nollet eam* » *traducere*. » Cf. Forcellini ad v. *traditus*.

24. *mansit* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, Q, R, S, T, V, Hugo, Eucherius, Isidorus V, 332., Beda II, 259., Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus, Hugo de s. Vict., Petrus cell. ll. cc. *remansit*. Cf. Sabatier.

25. *videret quod* — Bruno ast. tacet.

26. *iam enim ascendit aurora* — Gregor. M. III, 765., Bruno ast., Brev. rom. in resp. VII.

Dom. II. Quadr. *aurora est.* Mox Bruno ast. tacet *te,* ut versio georg.

27. *Quod nomen est tibi*—Bibl. Reg., Ven. 1476. 1480., all., Brev. Goth. l. c. *Quod est nomen tibi;* Hugo de s. Vict. l. c. *Quod est nomen tuum.* Cf. Sabatier. et Holmes.

28. *At ille*—In cod. B haec addita sunt a 2. m.; Hugo de s. Vict. l. c. *Ait ille.* Bruno ast. tacet *inquit.* Cod. G legit *appellabitur nomen tuum Iacob.* De nomine *Israel,* conf. ad Exod. VI, 14. Pro *Deum,* cod. T *Dominum;* item August. *tom. V. Append. col. 26.*

29. *appellaris*—Cod. A *appelleris;* cod. F *appellaberis.*

Ibid. *nomen meum*—Codd. L, K, N * 1. m., R, S, editiones Bibliorum ante hentenianas fere universae, Brev. Goth. l. c., Eucherius, codd. Brunonis ast., Petrus Bles. CCVII, 715. addunt *quod est mirabile;* Guibertus quoque legisse videtur; sic enim interpretatur: « *no-* » *men meum,* quod nec audire, nec si audire » valeas, capere possis. » Cf. Sabatier. Augustinus, in *Speculo* edito a Card. Maio l. c., habet *et ipsud est mirabile.* Notum porro est hoc additamentum ex Iudic. XIII, 18. derivatum fuisse; adeoque expungendum notarunt Robertus Steph., Lindanus, Steuchus Eugubinus, Card. Sirletus, correctores Pii V., atque critici pene omnes sequentis aetatis; immo iamdiu illud abiecerant correctoria M, N, O; et merito; nec enim legitur in antiquissimis latinis codd. Graecum scholion memorat Montfauconius, in quo affirmatur ea verba apud nullum interpretem in Hexaplis legi; id vero demonstrat apud aliquos graecos codd. iam olim lecta fuisse, prout etiam hodie in quibusdam holmesianis codd. habentur, inter quos recensetur cod. vaticano-reg. 10. a cl. Card. Maio heic in sua Biblior. editione expressus. Ex antiquis graecis haec verba agnoscunt Theodoretus I, 100. 651. II, 235., Cyrill. Alex. V, 379.; itemque georg. et slav. ostrog. Cf. Flam. Nobilius, et Holm. *Append. ad Gen.*

Ibid. *benedixit ei*—Codd. F, S, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Bruno ast. *benedixit eum;* item Hieronym. III, 357. et Augustinus l. c.

30. *Vocavitque*—Cod. B *Vocavit.*

Ibid. *Deum*—Sixtus habet *Dominum;* unde Toletus adnotat: « Corrige *Deum;* ita hebr., » graecus, Complut., Reg., Mss., et utraque » Congregatio. Bibl. Ordin., et Lovan. legunt » *Dominum.* » Re quidem vera sixtini et gregoriani ad fidem codicum melioris notae ita emendarunt, ut dicit Toletus. Ceterum antiquissima est huius loci varia lectio, quod ex notis Rocca I, 295. et Sabatierii constat. Cum Sixto faciunt codd. B, F, R, S, T, V, pleraeque edd. vett., Brev. Goth. l. c., Greg. M. I, 600. 765. IV, 43., Taio LXXX, 769., Isidorus III, 326., Eucherius, Beda V, 29., Rabanus, Guibertus, Bruno ast., Rupertus, Petrus ven. CLXXXIX, 294. 524., Petrus Com., Conc. ed. Hard. IV, 162. V, 124., all.; immo cod. N testatur ita legere antiquiores. E contra cod. M notat hebraeum, graecum, Hieronymum et veteres latinos legere *Deum;* et cod. O monet antiquos codd. legere *Deum,* etsi in Ecclesia in quodam Respons. dicatur *Dominum.* (Cf. *Resp. VIII. Brev. rom. Dom. II. Quadrag.*)

Ibid. *salva*—Cod. E *sana.*

31. *ei statim*—Cod. G tacet *statim;* cf. Sabatierius; accedunt hebr. et vett. Hugo omittit pronomen, it. cod. S, et Guibertus; cf. Holm.

32. *comedunt*—Cod. B *comedent.*

Ibid. *nervum filii Israel*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus, Bruno ast., Rupertus *filii Israel nervum;* item ex graeco Ambrosius.

Ibid. *qui emarcuit*—Bibl. Paris. 1566. *quia emarcuit;* Rupertus *qui exaruit.* Pro *tetigerit,* cod. F *tetigerat.*

Cap. XXXIII, 1. *Elevans*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Brev. Goth. p. 174. *Levans.*

Ibid. *oculos suos*—Tacent pronomen cod. R, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Guibertus, Petrus Comestor.

Ibid. *venientem Esau*—Sixtini cum cod. A et Guiberto *Esau venientem.* Pro *ambarumque famularum,* Rabanus *famularumque ambarum.*

2. *utramque ancillam* — Guibertus *utrasque ancillas*.

Ibid. *et filios eius* — Codd. C, D, F, O, P, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *et liberos eius*. Pro *novissimos*, codd. E, V *novissimo*.

3. *progrediens* — Codd. A, E, M, N *, R, S *praegrediens;* cod. M adnotat aliam translationem cum hebraeo legere *transiens ante eos*. Hieronymus nempe III, 358. legit *transivit ante eos*. Errat autem scholiastes codicis N qui scribit: « Antiqui legunt *progrédiens;* alii » ponunt *praegrediens*, quod fictitium est po- » tius verbum, quam alicuius auctoris. Et hoc » totum quod hebraeus habet: *ibat ante eos;* » seu sicut legitur in libro *Derivationum* (Hu- » gutionis?) hebraice est *progrediens*, quasi » *procedens*, et *ante gradiens*, vel *procul gra-* » *diens*. » Errat, inquam, dum negat latinum esse verbum *praegrediens*, quod plus semel a Cicerone usurpatum novimus.

Ibid. *in terram* — Cod. V, Eucherius, Rabanus *in terra;* item Ambrosius. Cf. XIX, 1.

4. *collum eius* — Sixtini primo expunxerant pronomen, quod tacent codd. B, E, Eucherius et Guibertus. Cod. G legit *eius collum*. Cod. V Bibl. Ven. 1480. 1483. all. addunt *eum*, post *osculans*.

Ibid. *flevit* — Primo sixtini scripserant *fleverunt*, uti hebr., graecus et reliqui, excepta versione samaritana, quae singularem numerum praefert. Saadias vero recte numero duali utitur, itemque graecus venetus qui interpretatur κἀκλαυσάτην.

5. *pertinent* — Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph. aliaeque plures, Brev. Goth. p. 175. *pertineant*. Pro *parvulos*, Eucherius habet *liberos*.

7. *Accessit quoque* — Codd. A, B, C, E, G, P, T, Bibl. Ordin., Hugo *Accessitque*.

Ibid. *pueris suis* — Codd. A, B, C, E, F, G, H, O, P, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Dungalus CV, 481. *liberis suis;* Eucherius *filiis suis*. Pro *adorassent*, Bibl. Ordin. *adorasset;* cod. V legit *eum similiter adoravit*.

8. *Dixitque Esau: Quaenam sunt* — Heic verba nonnihil turbata fuisse constat ex mira lectionis varietate in antiquis codicibus, quam iam adnotaverat in suis schedis Card. Sirletus. Tacet nomen *Esau*, uti hebr. et vett. (excepto syro, et duobus codd. holm.), codex E, qui legit *Quaenam, inquit, sunt;* sixtini cum cod. D habent *Et Esau, Quaenam sunt, inquit;* codd. B, V, Bibl. Ordin., Rabanus *Et ait Esau: Quaenam sunt*, it. codd. F, G, et Hugo, sed addunt in fine *inquit;* hisce accedunt codd. A, C, O legentes *Ait Esau: Quaenam sunt, inquit;* item, sed suppresso *inquit*, cod. T.

Ibid. *obviam* — Sixtini, codd. A, B, G, V, Rabanus *obvias;* post *domino*, cod. B 1. m. tacet pronomen.

9. *At ille* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, O, S, T, V, Bibl. Ordin., Eucherius, Petrus cantor CCV, 79. *Et ille*.

Ibid. *ait: Habeo* — Sixtini, codd. A, B, C, D, G, O, T, V 1. m., Rabanus *Habeo, ait;* cod. E tacet *ait;* cod. F legit *ait, habeo, ait* (sic); Brev. Goth. l. c. *illi ait: Habeo;* cod. S *Habeo, inquit*.

10. *Dixitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, T, V, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus *Dixit;* item syrus et arabs.

Ibid. *Noli ita* — Eucherius addit *facere*. Pro *in oculis*, codd. F, V *coram oculis*.

Ibid. *viderim* — Codd. F, S, T, Bibl. Ord., Paris. 1566., Hugo, all., Alcuinus l. c., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Petrus cantor l. c. *viderem;* quod Augustinus *Quaest. 105. in Gen.* respuit.

Ibid. *vultum Dei* — Cod. S, Alcuinus l. c., itemque Augustinus l. c. *faciem Dei;* Eucherius *vultum angeli Dei;* syrus quoque et Ionathanus habent *vultum angeli;* nec longe absunt Onkelos et arabs.

11. *omnia* — Cod. A *omnia haec*. Istud *omnia* non refertur ad munera, quae Iacobus obtulerat, sed ad reliquam substantiam quae large ei suppetebat.

12. *eroque* — Codd. C, D, E, F, T, Eucherius *et ero*.

13. *Dixitque* — Sixtini, codd. B, E, Eucherius *Dixit;* item syrus et arabs. Pro *parvulos habeam*, cod. F *habeam parvulos*.

Ibid. *et boves* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, R, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus *ac boves*. Quod sequitur *foetas*, heic intellige *partu levatas*, prout ex hebraeo constat; neque latinum verbum obstat. Conf. Malvenda, Calmetus, all. Pro *una die cuncti*, cod. G *cuncti una die*, item in *Nova patrum biblioth.* Maii tom. VII, par. 3. pag. 57.

14. *Praecedat* — Bibl. Lugd. 1550. 1567., margo Ordin. addunt *quaeso;* item ed. Vatabli; hebr. נא.

Ibid. *parvulos meos posse* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, V, Eucherius, Rabanus et Guibertus *posse parvulos meos;* item, ut videtur, cod. B.

15. *de populo* — Cod. B addit *meo*. Pro *viae tuae*, Brev. Goth. l. c. *vitae tuae*.

Ibid. *Non est, inquit* — Cod. F *Respondit Iacob: Non est, inquit;* cod. B in marg. *Dixitque Iacob: Non est;* item syrus. Cod. V legit *Necesse, inquit, non est.*

Ibid. *uno tantum indigeo* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, P, T, Bibl. Ord., Hugo, Guibertus tacent *tantum;* cod. E legit *unum indigeo.*

Ibid. *in conspectu tuo domine mi* — Sixtini, codd. A, E, F, G, H, P *in conspectu domini mei*, item margo Ordin., et hebraeus.

17. *ubi aedificata* — Cod. E *ubi aedificavit;* Angelomus *et aedificata*. Correctoribus Pii V. oblata fuerat quaestio utrum legendum heic foret *ubi aedificata sibi domo, et fixis gregi suo tentoriis;* prout cum hebraeo textu et vett. interpp. habent margines Bibl. Ord. all. edd. Verum communi sententia ab illis huiusmodi lectio reiecta fuit. Pro *appellavit*, Brev. Goth. l. c. *appellavitque;* item slavon. ostrog.

Ibid. *Socoth* — Tum mss. codd., tum edd., in huius nominis scriptione discrepant; immo vel ipsae edd. clementinae parum sibi constant; nam exhibent *Socoth* hoc loco, et Exod. XII, 37. XIII, 20. Ios. XIII, 27. XV, 48.; *Soccoth* Num. XXXIII, 5. 6. Iudic. VIII, 5. seqq.; *Sochoth* III Reg. VII, 46. IIII Reg. XVII, 30. Hebraice est סֻכּוֹת, quod Vulgatus in Psal. LIX, 8. CVII, 8. interpretatur *tabernaculorum*. Cod. A et plerique antiquiores habent *Soccoth*. Cf. Thomasii *Opp. I, 8.*

Ibid. *idest tabernacula* — Haec de more sixtini primo expunxerant; at dein restituerunt, quia ab ipso interprete declarationis caussa addita sunt. Eadem habet et slavon. ostrog. Cod. M notat haec non legi in hebraico textu; at cod. N subdit non ideo esse expungenda.

18. *in Salem* — Cod. E, Eucherius, Beda II, 262. IV, 342. cum Hieronymo l. c. tacent *in;* cod. Urbinas apud Vallarsium tacet *Salem*. Non pauci interpretes censent hebraicam vocem שלם hoc loco non denotare antiquam urbem *Salem*, uti cum Vulgato habent graecus et syrus, sed significare redditam Iacobo *sanitatem*, a qua sententia non longe abesse videtur ipsemet Hieronymus l. c. In Gesenii *Thesauro p. 1422.* hic locus redditur *et venit Iacobus incolumis ad urbem Sichemi*. Cf. Mazochi *Spicileg. bibl. t. 1. p. 115.*, Calmetus, Rosenmuller. in h. l., quibus praeter reliquos veteres adstipulatur graecus venetus. Pro *Sichimorum* codd. A, C, D, all. legunt *Sicimorum;* item in sequentibus, quod semel monuisse sufficiat.

Ibid. *reversus est* — Codd. A, E, V *regressus est;* Concil. Aquis. ed. Hard. IV, 1415. *egressus est Iacob;* Guibertus *regressus est Iacob*.

19. *in qua fixerat* — Codd. E, V, Eucherius *in quo fixit*. Pro *tabernacula*, cod. A legit *tabernaculum;* conf. Sabatier. Cod. G *tentoria, et tabernacula*.

Ibid. *a filiis Hemor patris Sichem centum agnis* — Quum prisci testes nullam de huius loci integritate suspicionem nobis iniiciant, hoc unum animadvertimus, haec verba non esse sollicitanda. Si quae vero difficultates ex Act. VII, 16. exurgere videntur, in praesens nobis non sunt praeoccupandae. Quod vero spectat ad pretium emptionis agri, iam monuimus ad Gen. XXIII, 16. nullos aetate Iacobi numos cusos extitisse.

Cap. XXXIV, 1. *Egressa est autem* — Cod. T *Egressa autem est;* Isidorus V, 333., Beda IV, 343., Angelomus tacent *autem*, itemque mox *filia Liae*.

2. *adamavit eam* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, L 8., N, O, P, T, V, Hugo, Isidorus l. c., Beda II, 261. IV, 343., Rabanus, Petrus Dam. CXLIV, 245., Guigo carth. CLIII, 818., Rupertus, Hugo de s. Vict. CLXXVI, 639. 1087. tacent pronomen. Praeterea pro *Hevaei*, Eucherius legit *Ethaei* (cf. Holmes.); pro *et dormivit*, Isidorus l. c. *dormivitque;* pro *illa*, cod. G *ea;* item Augustinus.

3. *conglutinata* — Isidorus l. c. §. 3., Rabanus V, 42., Angelomus *agglutinata*. Pro *eius*, Beda l. c. *illius*.

Ibid. *delinivit blanditiis* — Legunt *blanditiis delinivit* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Gregor. M. II, 85. IV, 44., Isidorus l. c., Beda ll. cc., Rabanus, Angelomus, Remigius antiss., Petrus Dam. l. c., Guigo l. c., Guibertus, Hugo a s. Vict. l. c.

4. *Accipe, inquit, mihi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, T *Accipe mihi, inquit;* Eucherius, Petrus Com. *ait: Accipe mihi*. Idem Eucherius tacet *Hemor;* nec legitur in samaritano textu; cf. Holmes.

5. *pecorum occupatis* — Codd. A, C, D, E, F, G, T, V, Guibertus *occupatis pecorum*.

7. *ecce* — Guibertus *et ecce*.

Ibid. *operatus esset* — Codd. A, C, E, F, G, H, R, S, T, V legunt *esset operatus*.

8. *Hemor ad eos* — Cod. H addit *et dixit;* concinunt hebr., graecus et reliqui. Cod. E tacet *Hemor*.

Ibid. *adhaesit anima* — Codd. B, C *adhaesit animae*. Cod. T 2. m. habet *anima Sichem filii mei adhaesit animae*. Post *date*, Biblia Lugd. 1550. 1567., margo Ordin. addunt *quaeso;* item hebr., sed latini mss. refragantur.

9. *et iungamus . . . connubia* — Nescio quid dubii habuerint sixtini, a quibus haec verba primo subnotata fuerant. Cod. G *et coniungamus;* cod. T *ut iungamus*. Pro *tradite*, cod. B *contradite*.

11. *ad patrem et ad* — Cod. G *et ad patrem et ad;* cod. E tacet *ad* secundo loco. Pro *quaecumque*, codd. F, V *quodcumque;* graec. ὃ ἐάν.

12. *et munera* — Tacent nexum sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, T, V, Bibl. Ord., Hugo; item cod. 155. Kennicotti.

Ibid. *et libenter* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, S, T, V *libens;* codd. H, R, Bibl. Ordin., Hugo *et libens;* codd. B, C *libenter*. Mox cod. G tacet *mihi*.

13. *in dolo, saevientes* — Guibertus *saevientes in dolo;* cod. G *dolose aientes;* huic lect. favent hebraeus, graecus et reliqui.

15. *volueritis esse* — Codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo *esse volueritis;* cod. E habet *esse vos volueritis*.

Ibid. *similes nostri* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin. *nostri similes*. Pro *et circumcidatur*, cod. B *ut circumcidatur;* hebr. להמל. Pro *in vobis*, cod. E *ex vobis*.

Ibid. *omne masculini sexus* — Sixtus, codd. R, S, T, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., all. plura *omnis masculini sexus*. Toletus scribit: « Corrige *omne;* sic Ordin. et Congregatio. In » hebr. autem et graeco *omne masculinum*. » Nempe sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum fere omnium codd. legendum censuerant *omne*. Conf. Rocca I, 296. et Lucas Brugens. cui haec lectio valde probatur.

16. *vestras, ac nostras* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, I, R, S, T, V 1. m., Bibl. Ordin., Hugo *nostras, ac vestras;* codd. G, V 2. m. *nostras, ac filias vestras;* accedunt hebr., graecus et reliqui.

17. *si autem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, T, V, Bibl. Ordin., Hugo *sin autem;* quum vero huic particulae inesse possit negandi potestas, hinc Bibl. Ordin. edd. 1590. 1634. pro *nolueritis*, legunt *volueritis*.

Ibid. *tollemus . . . recedemus* — Codd. A, E, F 2. m. *tollimus . . . recedimus;* non male.

19. *et ipse erat* — Cod. R, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., all. *et erat*. Hebraeus והוא.

20. *ad populum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *populo*. Vers. seq. cod. G tacet *et*, ante *volunt;* cui accedit graecus.

22. *quo differtur* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, S, T, V *quod differtur;* cod. R *quod differt*.

23. *efficiemus* — Sixtus, codd. F, R, S, V, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., all. plura, *efficiamus*. Toletus notat: « Lege *efficiemus;* sic » graecus, Ordin., mss. et Congregatio. » Revera sixtini et gregoriani, adstipulantibus antiquis codd., hodiernam lect. praetulerunt. Rocca qui l. c. tribuit lectionem Sixti Bibliis Ordin., deceptus fuit ab edit. Ven. 1588., quae, uti alias monuimus, a reliquis dissentit. Scholiastes cod. M heic monet alios codd. legere *ut habitantes simul, unus efficiamur populus;* hebraeum autem *et habitabunt nobiscum*. Guibertus *efficiemur unus populus*. At Correctoria N, O pro Vulgato faciunt. Valkarsium fefellit mendosa editio Biblior. Calmeti, Lucae 1730. ad cuius fidem adnotavit Vulgatum tacere *et pecora*.

24. *Assensique* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, N, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus *Assensi*. Mox Rabanus legit *maribus cunctis*.

25. *vulnerum dolor est* — Eucherius, Petrus Com. *est dolor vulnerum;* Rabanus *dolor vulnerum est;* cod. V, Guibertus *dolor est vulnerum*.

Ibid. *filii Iacob* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus *Iacob filii*. Mox cod. G tacet *sunt;* Eucherius tacet *urbem;* Guibertus legit *cunctis masculis*.

26. *Hemor* — Cod. H *Et Emor;* hebraeus ואת חמור, item vett. interpretes.

Ibid. *et Sichem* — Cod. H *et Sichem filium suum*, consentiunt hebraeus (excepto cod. Kennic. 171.), graecus et reliqui.

27. *irruerunt* — Eucherius *introierunt;* mox idem post *stupri*, addit *sororis suae;* quod et vett. cum hebr. legunt. Mox margo cod. H notat hebraeum, omisso *ceteri*, legere *filii Iacob venerunt super occisos*. Versic. seq. Rabanus legit *in agris et in domibus*.

29. *quoque eorum et uxores* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo *quoque et uxores eorum;* hebraeus, graecus et reliqui utroque loco habent pronomen; quod Rabanus tacet.

Ibid. *duxerunt* — Sixtini, cod. A, Rabanus, Guibertus *duxere;* cod. C *duxerant*.

30. *patratis* — Ita sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur prisci codd. omnes et Bibl. Ord., uti notat Toletus. Cf. Rocca l. c. At Sixtus de more lectionem secutus in antiquis edd. magis pervulgatam habet *perpetratis;* item codd. R, S, et, semel, Rabanus. Cod. V *peractis*.

Ibid. *Iacob dixit* — Cod. E *Iacob ait;* Guibertus *dixit Iacob*.

Ibid. *fecistis me* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Gregor. M. II, 679., Rabanus tacent pronomen. Cod. H, Guibertus, Petrus Com. legunt *me fecistis;* Cf. Sabatier. Singularis est cod. E qui pro *Pherezaeis*, legit *omnibus;* graecus, etsi alio ordine, habet utrumque; sed conf. Holmes.

31. *Responderunt* — Rabanus *Responderuntque filii Iacob;* nexum agnoscunt hebr. et vett. plerique; Targum Hier. ענין תרין בנוי דיעקב; Ionathanus ענין שמעון ולוי. Pro *sorore nostra*, codd. A, F, T *sororem nostram*.

Cap. XXXV, 1. *Deus ad Iacob* — Codd. C, D, E, F, N, T, Thomas. I, 8., Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Rupertus, Petrus Alph. CLVII, 610. *Dominus ad Iacob;* item Cyrillus Alex. VII. par. 2. 295.; itemque codd. F, S, V, sed isti addunt *dicens*.

Ibid. *et ascende* — Cod. S, Rupertus tacent *et;* nec legunt hebr. et vett. plerique. Cod. G, Petrus Com. addunt *in;* graecus εἰς τὸν τόπον. Post *facque*, Rabanus, et margo Ordin. addunt *ibi;* ut hebr., graecus aliique apud Sabatierium, et August. in *Speculo*, ed. cit.

Ibid. *Deo* — Codd. B, F, R, T, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566. *Domino;* item nonnulli codd. holmesiani. Mox tacent *Esau* Eucherius et Petrus Alph. l. c.; Hilarius, ad quem provocat Holmesius, tacet quidem *lib. IV. de Trin. §. 30.*, at vero legit *ibid. lib. V. §. 20.*

2. *domo sua* — Plerique ex correctoribus Pii V., collato hebr. et graeco, censuerant adiiciendum *et omnibus qui cum eo erant;* margo Ord. legit *et omnibus qui erant secum*.

Conf. August. *Quaest. 111. in Gen.* Animadverte codices Kennic. 109. 184. cum Vulgato consentire.

Ibid. *Abiicite*—Alcuinus l. c. *Proiicite.* Mox Eucherius *et mutate.* Cod. B tacet *vestra.*

3. *ut faciamus*—Cod. H, Bibl. Rob. Steph. 1528., Eucherius *et faciamus;* concinit graecus. Bibl. Robert. Steph. 1532., Antuerp. et Ven. 1538., all. *et faciam,* hebr. ואעשׂה, item reliqui praeter graecum et arabem.

Ibid. *Deo*—Codd. C, F, R, S, T, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Paris. 1566., all., Eucherius, Rabanus *Domino;* item Eusebius apud Holm.

Ibid. *et socius fuit*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Conc. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1415. *et fuit socius.*

4. *Dederunt ergo ei*—Angelomus *Et dederunt ei postea.* Mox pro *erant in auribus eorum,* Alcuinus l. c. *in auribus eorum erant;* pro *eorum,* legunt *earum* codd. L 5., Remigius antiss., et, ut videtur, cod. B.

Ibid. *ea subter*—Sixtus cum antiquis Vulgati edd., paucisque codd. uti F *eas subter;* cod. E et Petrus capuan. in *Spicileg. solesm. III, 160. eas sub,* hancque lectionem Blanchinius tribuit codici Gothico, sed mendose; nam Palomares scribit *ea sub;* quae lectio occurrit et in cod. A. Pauci alii cum cod. R, Rabano et Ruperto *eos subter;* atque ita in edit. Erasmi legit Hieronymus adv. Helvid. §. 7.; at Victorius, Martianaeus, Vallarsius II, 211. ibidem legunt *ea.* Itaque hodiernam lectionem, consentientibus plerisque codd., admiserunt correctores Pii V., eamdemque comprobarunt sixtini et gregoriani; et sane si integrum contextum inspexeris, haud dubitabis genus neutrum congruentius esse. Conf. Bukentop. p. 388. et Mariana in h. l.

Ibid. *Sichem*—Cod. I addit *et perdidit eos usque in praesentem diem;* item Hieronymus l. c. ex graeco, excepto *eos;* nam habet *ea,* ut superius dictum est. Praeter graecum, nullus veterum habet hoc additamentum.

5. *terror Dei*—Codd. C, D, P, S, T, Bibl. Ord., Eucherius, Petrus Dam. CXLIV, 787., Rupertus *terror Domini;* consentiunt pauci codd. holmesiani. Cod. F *timor Domini;* Augustin. *Quaest. 112. in Gen.* ex graeco *timor Dei;* cod. E tacet *Dei.*

Ibid. *per circuitum civitates*—Eucherius *circa regiones;* Remigius antiss. *per circuitum nationes.* Pro *persequi,* Guibertus *prosequi.* Pro *recedentes,* codd. B, G *cedentes,* it. Glossa edita ab Arevalo inter Opp. Isidori VII, 409.

6. *Venit igitur*—Codd. S, V, Guibertus *Venit ergo;* cod. A tacet *igitur.* Pro *cum eo,* Eucherius *cum illo.*

7. *loci illius*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, P, T, Bibl. Ord., Eucherius, Rabanus, Petrus Alph. l. c., Rupertus tacent pronomen; neque legitur in hebr., graeco (at cf. Holmes, qui non paucos profert graecos codd. legentes, itemque slavon. et georg.) et reliquis, excepto syro, et uno cod. derossiano, cui accedit Fulgentius apud Sabatierium.

Ibid. *Domus Dei*—Primo sixtini *Bethel;* at dein adnotarunt hanc lectionem pertinere ad vers. 15. Hebr. et vett. utroque loco idem nomen habent. Vallarsium fefellit mendosa editio dum heic adnotavit Vulgatum tacere *suum.*

8. *Eodem tempore*—His verbis in hebraeo et antiquis respondet simplex coniunctionis particula; frustra igitur Bibl. Reg. habent *Eodem autem tempore.*

Ibid. *Debora*—Codd. R, S, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., aliaeque plures vett. edd. *Delbora;* alii *Debbora.* Cf. supra ad XXIV, 59.

Ibid. *sepulta est*—Codd. B, C, E, O, Eucherius, Rabanus, Guibertus tacent *est.*

Ibid. *super quercum*—Ita quidem mendose legunt tres editiones vaticanae Clementis VIII., et quae inde prodierunt romanae edd. ann. 1618., 1624., 1671., itemque *Concord. Bibl. ed. Rom. 1627. p. 825. et 2. parte, p. 181.* At vero typographi plantiniani admoniti a Francisco Luca Brugensi iure emendarunt *subter quercum.* Conf. *Prolegomena* Ungarellii §. *XV. et XXIV.,* Bukentop. *p. 139.* Eademque correctio recepta fuit a reliquis fere omnibus editoribus, itemque in romanis Biblior. edd. ann. 1765. 1768. 1784.

*

Ibid. *loci illius* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus tacent pronomen, uti supra ad vers. 7. At heic non eadem est ratio in hebr. et graeco.

9. *Mesopotamia Syriae* — Codd. R, S, Bibl. Ven. 1476. 1480., posteriores edd. Robert. Steph., Paris. 1566., Hugo, all. addunt *et venit in Bethel*, quod profecto ex marginali glossemate ortum videtur. Antiquiores mss. legunt *Mosopotamiam Syriae*.

11. *Ego Deus*—Cod. G *Ego Dominus Deus;* item Euseb. apud Holmesium. Rabanus *Ego Dominus;* Rupertus *Ego sum Deus;* it. slav., armen. et georg. Pro *cresce*, codd. D, R, T, V, *crescere*. Ante *populi*, Eucherius addit *omnes*.

Ibid. *ex te erunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, V, Eucherius, Rabanus, Rupertus, Concil. Aquisgr. l. c. *erunt ex te;* item Augustinus apud Sabatierium.

12. *et Isaac* — Tacet copulam cod. F; item octo codd. hebr. Kennic., et unus samaritanus. Cf. Bruns. in *Repertor. Or. t. XII.* Conc. Aquisgr. l. c. tacet *post te*.

14. *locutus fuerat ei* — Sixtini, codd. A, C, D, E, S, T, Thomas. I, 8., *locutus ei fuerat;* Rabanus *ei locutus fuerat*.

15. *loci illius* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, T, U, tacent *illius;* cod. O testatur illud non legi in hebr., graeco, antiquis et Glossa. Cf. Holmes. et vers. 7., ubi tamen hebr. legit למקום; at hoc loco המקום. Cod. F tacet *loci*.

16. *Egressus autem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, L 6., S, T, U, Rupertus tacent *autem;* item armenus. Cod. F legit *Egressus est autem*.

Ibid. *Ephratam* — Ita hoc nomen efferunt edd. clementinae hoc loco, et infra vers. 19. XLVIII, 7. Psal. CXXXI, 6. Mich. V, 2. At non pauci vett. scribunt *Ephratham;* hanc autem saniorem scribendi rationem sequuntur edd. clementinae ad Ruth IV, 11. I Paral. II, 19 (at heic secunda et tertia ed. clem. rursum mendose). 24. 50. IV, 4.; indeque recte habent *Ephrathaeus* Iudic. XII, 5. Ruth I, 2. I Reg. I, 1. (tertia heic mendose) XVII, 12. III Reg. XI, 26. Pro *parturiret*, cod. E legit *parturisset*. Idem cod. versic. seq. tacet *ei;* et pro *et hunc*, legit *adhuc*.

18. *filii sui Benoni, id est filius doloris mei . . . id est filius dextrae* — Ex laudatis verbis primo sixtini legebant tantum *filii Benoni*, nimirum utriusque nominis interpretationem de more expunxerant, et pronomen *sui* ad fidem codicis A pariter abiecerant; at dein verba ablata restituerunt. Cod. M adnotat illam nominis expositionem non esse de textu; at cod. N hoc habet scholion: « Notula super » hoc, quod istae interpretationes vel ex vi- » tio temporum, vel ob intelligentiam sint » appositae, errorem facit, eo quod ab inter- » prete sunt in textu. Lege Deut. XII. (v. 15.) » ubi dicitur *sive immundum fuerit*, interpres » addidit exponendo hoc: *hoc est maculatum* » *et debile;* sequitur *sive mundum;* addit in- » terpres sic: *hoc est integrum, sine macula,* » *quod offerri licet*. Quanto magis addit bre- » vissimas barbarorum nominum expositio- » nes? Graecus tamen nullas habet tales ad- » ditiones, nec heic, nec supra, nec dicit » *vocavit eum Benoni;* sed sic *vocavit eum fi-* » *lius doloris mei;* nam ipsi graeci LXX. in- » terpretes saepius hebraea propria nomina » interpretantur quasi appellativa, scilicet po- » nendo solam interpretationem sine inter- » pretato. » Scholiastes quoque codicis O asserit additamenta illa ab ipso latino interprete interiecta fuisse. Beda, ex graeco, II, 261. legit *illius, dolores* . . . ; Eucherius habet *filium dextrae*, pro *filius dextrae*. Houbigantio, Ravio aliisque qui hebraicum textum aeque ac Vulgatum interpretem carpunt, opponimus, praeter Hieronymum III, 361., Symmachum, et Gesenium *de Pent. Samar. p. 32.* et *Thesaur. p. 219*. Quaedam vett. edd. ut Ven. 1476. all. habent *Bennoni*, sed cod. N adnotat hoc verbum scribendum esse cum simplici *n*. Post verbum *appellavit*, cod. B tacet *eum*, ut cod. 95. Kennicott.

19. *est ergo* — Codd. C, D, F, T 2. m., U, V, Rupertus *est autem;* item Ambrosius. Cod. T 1. m. et Guibertus tacent *ergo*.

Ibid. *sepulta est*—Tacent verbum *est*, six-

tini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus.

Ibid. *Ephratam, haec est Bethlehem* — Cod. A *Ephrata, id est Bethlehem;* cod. memmianus apud Martianaeum, notat in marg. alios legere *Ephratam, haec est quae ducit Bethlehem;* et ita legit cod. B 2. m.; nam 1. m. pro *Bethlehem,* iterum ponebat *Ephratam.*

20. *Iacob titulum* — Guibertus addit *lapideum;* Eucherius tacet *Iacob.* Ad vocem *monumenti,* cod. N notat: « Id est *sepulcri,* se» cundum hebraeum et antiquos. »

21. *Egressus inde* — Bibl. Lugdun. 1550. 1567., margo Ord. addunt *Israel;* item hebr. et veteres interpretes.

Ibid. *Turrem gregis* — « Alia translatio, ita Eucherius, *Torrentem Hader.* » Codd. E, V legunt *Torrentem gregis;* sed cum hebraeo Hieronymus l. c. et Petrus Com. habent *Turrim Ader* (עדר, *gregis*), unde patet superiorem lectionem esse mendosam. Plures vett. habent *Turrim;* de quo cf. supra ad XI, 4.

23. *et Iudas* — Cod. B, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. tacent nexum; item graecus. De nomine *Iudas* adnotasse sufficiat Vulgatum saepe pro primo et secundo casu efferre *Iuda;* sed haud raro usurpasse *Iudas* (Ἰούδας) pro primo, et *Iudae* pro secundo casu.

25. *Bale*—Licet omnes vaticanae edd. Clementis VIII., et romanae ann. 1618., 1624., 1671., Antuerp. 1599., 1603., aliaeque paucae hoc loco exhibeant *Bale,* atque nuspiam inter typographica menda id fuerit recensitum, tamen editiones fere omnes, post plantinianam ann. 1608. ponunt *Balae,* prout legebat cum all. plurimis editio Sixti; idque iure factum videtur ex collatione Gen. XXXVII, 2. XLVI, 25. ubi edd. vaticanae cum reliquis in hoc nomine consentiunt.

26. *hi sunt filii* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Remigius antiss. *hi filii;* cod. E legit tantum *filii.*

27. *Venit etiam*—Bibl. Lugd. 1550., 1567., Guibertus, margo Ordin. addunt *Iacob;* item hebr. et vett. Cod. F *Venit autem;* Hieronymus l. c. *Et venit Iacob.*

28. *octoginta annorum* — Rabanus *et octoginta anni;* conf. Sabatierius.

29. *Consumptusque* — Cod. N, Alcuinus l. c., Angelomus *Et consumptus.*

Ibid. *appositus est* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Alcuinus, Rabanus, Angelomus, Guibertus tacent verbum *est.* Mox Bibl. Paris. 1566. mendose tacent *eum.*

Cap. XXXVI, 1. *Hae sunt autem* — Cod. S, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., Paris. 1566., all. *Hae autem sunt.*

2. *filiam Anae* — Cod. F, et Kennic. 82. tacent. Codd. D, P *filiam Annae;* cf. Holmes; codd. H, O *filiam Ana.* Multa nomina propria, quae in hoc capitulo occurrunt, innumeris modis in codd. corrupta cernuntur. Nobis, ne infiniti simus, propositum est praecipuas tantum, quaeque alicuius momenti pro re critica visae sunt, lectionum varietates heic exhibere.

Ibid. *filiae Sebeon* — Codd. G, L 14., R, Bibl. Ordin., Reg. omnesque antiquiores edd. quas inspeximus usque ad secundam Roberti Steph. legunt *filii Sebeon* (exceptis Bibl. Brix. 1496., Ven. 1497. 1501. quae legunt tantum *Sebeon;* et ed. Ven. 1498. quae habet *filii Esebeon;* quae lectio conf. cum Beda II, 147.). Igitur Robertus Steph. anno 1532. extulit *filiae Sebeon;* quem secuti sunt non pauci editores, uti apparet ex Bibl. Antuerp. 1537. 1538. 1559., Ven. 1538., Lugd. 1550. 1567. At vero idem Stephanus anno 1540. et seqq. iterum antiquarum editionum lectionem admisit, admonens in marg. veteres codd. legere *filiae Sebeon.* Hanc autem marginalem lectionem quum optimam censuisset Hentenius, in textum editionis Lovan. anno 1547. recepit, indeque innumerae editiones hentenianae retinuerunt. Quas quidem miramur nullam heic lectionis varietatem in margine adnotasse usque ad Lucam Brugensem qui anno 1574. monuit alios codices legere *filii;* et anno 1581.

adnotavit hanc lectionem superesse in quatuordecim codd., quibus suffragantur Eucherius, Beda l. c. et Rabanus; alios vero tres codices, quibus accedunt nostri H, M (de quo vide infra ad vers. 14.), O, legere *filiam;* hancque postremam lectionem in suis *Notationibus* propugnandam suscepit, eique plures subscripserunt. Conf. Estius et De-Rossi. Varias expositorum sententias, quas profert Calmetus, expendere nostrum non est: neque tamen facile concederemus Lucae Brugensi hodiernam lectionem sensum non habere nisi aut nugacem, aut falsum. Haec autem Lucae Brugensis verba incaute nuper sua fecit anonymus qui criticas notulas subiecit *Bibliis sacris* ed. Paris. 1837., qui praeterea turpiter erravit adiiciens: « Omnes edit. hic et infra » 14. habent *filiae*. At ms. latini multo plures » ac potiores legunt *filii*, quibus et graeci suf- » fragantur. » Quod enim ibi de edd. et mss. latinis affirmatur manifeste falsum est. Ceterum huius loci controversiam antiquissimam esse ex eo patet, quod samaritanus quoque textus legit *filii Sibeon*, de quo recte Gesenius *(de Pentat. Samar. p. 45.)* scribit: « Pro *filia* » *Zibeonis*, critici samaritani, haud dubie » falsi ex parallelo vers. 14., legunt *filium* » *Zibeonis*. Non magis considerate in easdem » partes, praeeunte etiam Alexandrino, olim » discessere Houbigantius, Kennic. *Diss. 1.* » *p. 356.*, I. D. Michaëlis in *Or. Bibl. t. IX.* » *p. 202., Append. ad XII, p. 28.* Sed confer » eiusdem Michaëlis curas secundas *Suppl.* » *ad Lex. hebr. p. 191.*, De-Rossium, Ilge- » nium, Vaterum ad h. l., qui textum hebrai- » cum bene habere abunde demonstrant. » Cf. infra ad vers. 14. Licet autem syrus in polyglottis (heic; non item vers. 14.) legat ﺣﻮ, tamen Ephraemus I, 175. aperte cum hebr. et chald. habet ﺣﻮﻳ; graecus ven. τῆς θυγατρός. Ex hisce quae hactenus protulimus prudens quisque fatebitur romanos censores sapienter se gessisse dum lovaniensem lectionem, pro qua faciunt plerique ex antiquioribus latinis codicibus, in tanta rerum perplexitate intactam dimiserunt.

5. *genuit Iehus*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius *edidit Iehus*. Cod. G tacet *genuit*.

Ibid. *Ihelon*—Hanc lectionem habent edd. vaticanae hoc loco et infra vers. 14. et 18. ex edit. Antuerp. 1583., quae contra fidem editionis Lovan. et reliquarum fere omnium, necnon veterum codicum, ita legit pro *Ihelom*, prout habet Vulg. I Paral. I, 35. et veteres interpretes, excepto syro: samaritanus quoque ⱱⱠ▽ⱱ, licet eius latina interpretatio in polyglottis londin. mendose habeat *Ihelon*. Cod. H cum hebr. *Ialam*.

6. *alteram regionem*—Cod. E *aliam regionem;* cod. V legit *regionem alteram*. Vallarsius mendose notat Vulgatum tacere *alteram;* quae quidem vox desideratur in hebraico textu; sed cf. Gesen. de *Pent. samar. p. 38.*

7. *simul* — Cod. G *insimul*. Dein Biblia Paris. 1566. tacent *eorum;* conf. Holmes.

9. *Hae autem sunt*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, M, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *Hae sunt*. Copula deest quoque in duobus codd. Kennic., et in quatuor holmesianis, in copt. et slavon. Codd. F, H, S, V legunt *Hae sunt autem*.

10. *filiorum eius*—Cod. B tacet pronomen. Hebr. et vett. habent *filiorum Esau*.

Ibid. *Rahuel quoque filius* — Codd. A, G *Rahuhel filius;* cod. B *Raguel filius:* item hebraeus et chald. nullam habent coniunctionis particulam. Ceterum cod. F legit it. *Raguel;* codd. C, P, R, S, V *Rauhel;* quamvis autem Vulgatus hoc capite, et in primo Paralipom. istud nomen reddat *Rahuel*, tamen Exod. II, 18. et Num. X, 29. legit *Raguel*, quod a graeco Ῥαγουήλ derivatum est; it. cod. E ad v. 17.

11. *Eliphaz filii*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, M, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus II, 760. *filii Eliphaz*. Extat apud graecos codd. eadem lectionis varietas; cf. Holmes. Pro *Omar*, cod. A *Omor;* cod. O *Emar*.

Ibid. *Sepho*—Mire discrepant libri in huius nominis lectione; nam codd. F, V, vett. edd. plures habent *Sephua;* Bibl. Ordin. et

pauci codd., inter quos C, D, U, *Sephuc*, alii aliter. Verum plerique ex antiquioribus codd., nec pauci ex recentioribus habent *Sephu*, uti codd. A, B, E, H, O, R, S, T (item infra ad vers. 15.). Heic porro animadvertendum est idem nomen apud Vulgatum in I Paral. I, 36. scribi *Sephi;* quae quidem lectionis varietas temere damnanda non est. Nam ab ipso sacro textu manare videtur, in quo hoc Geneseos loco habetur צפו, et Paralip. l. c. צפי. Cf. Auctor *Quaestt. in Paral.* inter Opp. Hieronymi III, 789. Hinc apparet variam scribendi rationem horum nominum propriorum antiquissimam esse, eamdemque a latino interprete accuratissime servatam fuisse. Hieronymus enim integra fide, uti par erat, quod in hebraicis codicibus legebat expressit: adeoque constat, quod saepius insinuamus, vehementerque urgemus, nil umquam ex coniectura quantumvis probabili immutandum esse tum in hebraico tum in Vulgati hodierno textu, qui saepe multo purior fluit quam vulgo censetur. Hanc autem utriusque laudem hoc ipso in capite plura exempla confirmant. Cf. infra vers. 22. *Heman;* v. 23. *Alvan;* v. 26. *Hamdan;* v. 27. *Acan;* v. 39. *Adar*. Conf. Richard Simon *Histoire Critiq. du V. T. l. 1. c. 3.*, Buxtorf. *Anticrit. par. 2. c. 2.*

Ibid. *Cenez*—Priores edd. Robert. Steph. *Senez;* cod. G, Bibl. Reg., all. *Chenez*. (item versic. 15. et 42.) Codd. B, F, L, R, S, U 2.m., V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Lugd. 1550., Paris. 1566., posteriores edd. Rob. Steph., Ordin., Hugo, all. addunt *et Core;* id vero superfluum esse iure censuit Lucas Brugens.; neque enim legitur hoc loco in plerisque ex antiquioribus codicibus, quod testatur cod. O, itemque Correctorium sorbonicum, nec in hebr. aut ullo ex vett. interpp.

12. *Amalech*—Item vers. 16. At vero heic plerique codd. et edd. vett. habent *Amalec*, prout legunt vel ipsae edd. clementinae Exod. XVII, 8. et seqq., quae quidem rectior scribendi ratio videtur, magisque consentanea hebr. et graeco. Pro *Ada*, codd. A, B, C, D, all. legunt *Adae;* item fere ad versic. 16. ubi hanc lect. admittunt priores edd. Rob. Steph., all. Conf. Gen. IV, 23.

13. *Samma*—Codd. A, B, C, D, all. plures cum Bibl. Reg., Ven. 1476., all. *Semma;* (item vers. 17.) hancque lect. exhibet Vulgatus II Reg. XXIII, 11. 25. 33. licet alias perpetuo legat *Samma*, exceptis locis in quibus variat hebraicus textus, de quibus conf. II Reg. XIII, 3. Pro *Meza*, cod. H cum hebr. *Miza;* alii plures *Maza*.

14. *filiae Anae*—Biblia henteniana a Francisco Luca Brugensi revisa, atque edita a Christophoro Plantino Antuerpiae 1574. et 1583. in 8° et in fol., itemque Ven. 1588. aliaque ex eodem fonte petita legunt *filii Anae*. Quum autem novam hanc lectionem proferens nil adnotaverit Lucas Brugensis, illam non data opera invectam, sed ex typographi mendo ortam censerem, nisi aliquod praesidium haberet in nostro cod. R, aliisque paulo antiquioribus codd., quos aperte refutant tum Correctorium dominicianum parisiense a Richardo Simonio laudatum, tum nostrum in cod. M. Quidquid vero sit de huius lectionis auctore, illam castigarunt sixtini consentientibus reliquis codd., edd., hebraico textu antiquisque interpretibus. Conf. Rocca I, 296. Mitto paucissimos codd. et nonnullas edd. legentes *Ana*, vel *Annae*, pro *Anae;* conf. supra ad vers. 2.

Ibid. *filiae Sebeon*—Hanc rursus lectionem, uti supra adnotavimus ad vers. 2., primus invexit Robertus Steph. anno 1532., ex cuius editione eamdem lectionem (etsi illam idem Stephanus postea deseruerit), praeter alios, lovanienses receperunt; unde ea propagata fuit ad innumeras edd. hentenianas: eamdemque confirmant nostri codd. omnes (mitto enim codd. C, D, G, P, T, U legentes *Seboin*, vel *Seboim*, pro *Sebeon*), novemdecim mss. a Luca Brugens. laudati, et alii ab aliis excitati. Conf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Verum alii duodecim codd. Lucae Brugens., veteres reliquae edd. Vulgati omnes, cum Bibl. Ordin. et Reg., habent *filii Sebeon;* item samaritanus textus (cuius latina versio in po-

lyglottis mendosa est), et graecus. Quam lectionem ad fidem veterum codd. respuit scholiastes in cod. O, alter vero in cod. M praeclare adnotat: « *filiae Sebeon;* item habent » hebraeus et antiqui; non quod Ana sit fe- » minini generis, sed masculini, ut patet in- » fra, quod filius fuit Sebeon (v. 24.). Haec » autem geminatio *filiae* refertur ad Oolibama » sicut *uxoris:* sed Ana, et Sebeon pater eius, » dicuntur fuisse patres Oolibama forte pro- » pter mysterium; sicut infra in eodem cap. » Matred et Mezaab patres dicuntur Meeza- » bel (v. 39.), ut dicit Hieronymus; ita au- » tem est in principio capituli *Oolibama filiam* » *Ana, filiam Sebeon.* » Haec quidem sententiam Lucae Brugensis mire corroborant. Post *genuit*, codd. F, S tacent pronomen *ei*. Cod. G tacet *et Core*.

16. *filii Eliphaz* — Cod. H *duces Eliphaz;* item hebr. et veteres omnes.

17. *hi autem duces* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, S, T, U, V *hi duces;* item hebr. et reliqui vett.

Ibid. *isti filii Basemath uxoris Esau*—Codd. L 3. tacent haec verba; quae tamen, ut recte ait Brugensis, minime redundant; codd. T, U tacent *uxoris Esau*.

19. *Isti sunt filii* — Tacent verbum *sunt* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Beda II, 147., Rabanus; quibus consentiunt Hieronymus l. c., hebr. et graecus. Scriptoris vitio codex B totum membrum omittit.

20. *Isti sunt filii* — Rursum verbum *sunt* omittunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, M, O, S, T, U, Bibl. Ord., Hugo, Beda l. c., Rabanus, Angelomus; itemque cum hebr. et graeco Hieronymus.

Ibid. *Horraei* — Edit. vaticana anno 1593. ex typographi oscitantia habet *Horrei;* quod mendum restaurare non debuissent edd. romanae ann. 1671. et 1768. Angelomus scribit: « *Horraei*, seu, sicut in quibusdam co- » dicibus invenitur *Corraei.* » De hoc autem nomine cf. infra ad vers. 22.

Ibid. *habitatores* — Codd. C, F, L, O, U, posteriores edd. Rob. Steph., Ordin., Paris. 1566., all., codd. Bedae l. c. *habitatoris;* graecus τοῦ κατοικοῦντος.

Ibid. *Ana*—Codd. A, B, C, D, all., et multae edd. cum Bibl. Ord. et Reg. legunt *Anan*; item versio georgiana. Cod. F heic et v. 24. legit *Onan*, uti Bruno ast., Petrus Dam. et non pauci graeci codd. holm., et itala apud auctorem *de Geneal. Patriarch.* l. c.

21. *et Dison*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, S, T, U, Rabanus tacent *et;* cf. Holmes. Praeterea pro *Dison*, cod. B cum graeco legit *Deson;* et pro *Disan*, habet *Desan;* item in seqq. versiculis.

Ibid. *et Eser* — Ex posterioribus edd. Rob. Stephani lovanienses aliique habent *et Aser;* graecus καὶ Ἀσάρ. Sixtini ex testimonio plurimorum codicum et edd., quibus consentit hebr., emendarunt. Codd. C, D, S, T, U, V, corrupte *et Esebon*. Idem nomen *Eser* recte scribitur a Rob. Steph. aliisque infra ad v. 30.

22. *Hori* — Codd. A, C, D, E, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all. *Horraei;* codd. B, F, M, O, P *Horri;* Hieronymus III, 362. ex graeco (Χορῥοί) *Chorri*, ex quo hunc locum recitat Angelomus, licet in editis comment. sit corruptus: hebr. חֹרִי. De hoc autem nomine animadvertimus Vulgatum in vaticanis edd. non satis sibi constare. Nam Gen. XIV, 6. scribit *Chorraeos* (Sixtus *Chorrhaeos*); XXXVI, 20. 21. 29. 30. *Horraei* et *Horraeorum;* 22. et I Paral. I, 39. *Hori;* Num. XIII, 6. *Huri* (vide utrum legerit חוּרִי, uti est I Paral. V, 14.); denique Deut. II, 12. prima edit. Clem. VIII. *Horraei*, secunda et tertia *Horrhaei;* ibid. v. 22. *Horrhaeos*. Conf. supra ad Gen. XIV, 6.

Ibid. *Heman*—Vulgatus I Paral. I, 39. legit *Homam;* duplex autem distinguenda est huius nominis varietas. Quae ad primam syllabam pertinet ab ipso latino interprete profectam censeo; non item alteram. Ratio est quia heic hebraicus textus habet הֵימָם; at in Paral. l. c. legit הוֹמָם: quod quidem post Hieronymum (seu potius auctorem *Quaestt. in Paral. l. c.*) adnotavit cod. M. Cf. Buxtorf.

l. c. Attamen graecus utroque loco exhibet Αἰμάν, et unus cod. Kennic. in Gen. et alter in Paral. habent *nun* finalem. Mendosa autem est latina versio samaritani textus in polyglottis londin.; reliqui enim testes exprimunt *mem;* nec desunt latini; Bibl. Reg. all. *Emam;* Hieronymus l. c. *Aemam;* codd. A, B, C, E, O, R, T, U habent *Themam,* vel *Theman* ut pauci holmesiani.

23. *Et isti* — Rabanus addit *sunt.*

Ibid. *Alvan* — Quaedam vett. edd. et Sixtus paucique codd. habent *Alvam;* quod recte emendarunt gregoriani. Conf. Rocca l. c.; alii cum cod. B *Aluhan;* hinc cod. N notat: « Notula quae dicit *Alvan* esse trisyllabum » falsa est vel vana; est enim iuxta hebr. » *vau,* vel *v* ibi consonans, sicuti in hac di- » ctione *salva:* quod si etiam in hac dictione » *Sarvia* (I Reg. XXVI, 6.) littera *vau* apud » hebraeos ut vocalis pronunciatur, non ta- » men oportet propter hoc quod ita sit apud » nos, cum nos ut vocalem *u* litteram profe- » ramus in hoc nomine *Darius,* hebraeus ve- » ro pronunciet illam ut consonantem dicens » *Dariavcs.* » Conf. infra ad vers. 40. *Alva.* Praeterea animadvertendum est hoc nomen a Vulgato in I Paral. I, 40. scribi *Alian;* quae diversa scribendi ratio hebraico textui consentanea videtur; nam in Gen. legitur עלון, in Paral. l. c. עלין (conf. auctor *Quaestt. in Paral. l. c.*); graecus corrupte priori loco Γωλάμ, altero Ἀλώη (cod. vat. Σωλάμ.)

Ibid. *Manahat* — Non dubito quin legendum sit hoc loco uti habemus I Paral. I, 40. VIII, 6. *Manahath;* id enim requirunt melioris notae codd. et edd. (quibus consentiunt hebr. et graecus), licet ex iis plerique aliam praeseferant varietatem legentes *Maneeth,* vel *Maneheth;* uti codd. A, B, C, D, all., Bibl. Ordin., Reg. aliaque.

Ibid. *et Ebal* — Sixtini, cod. G tacent nexum. Circa hanc correctionem aliquod mihi subest dubium; fere enim crediderim illam scriptoris vitio ortam, sixtinosque voluisse expungere coniunctionis particulam non ante, sed post *Ebal,* nimirum ante *Sepho;* ubi re- vera illam tacent antiquissimi codices, quos sixtini magni faciebant, maximeque sectabantur. Utrum id recte an temere suspicatus sim, alii dixerint. Multi scribunt *et Hebal,* de qua lectione conf. dicta ad Gen. X, 28.

Ibid. *et Sepho* — Prima quaestio est circa particulam coniunctionis, quam tacent codd. A, B, C, D, E, F, G, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1479., Paris. 1566., all.; item hebr., chald., graecus ven. et multi codices holmesiani. At illam particulam legunt textus samar. et reliqui interpretes. Cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Altera quaestio est de nomine, quod licet non sit confundendum cum *Sepho,* de quo egimus ad vers. 11. (ubi est צפו; heic vero שפו), eamdem tamen exhibet varietatem. Nam I Paral. I, 40. Vulgatus legit *Sephi,* quia hebraicus textus habet שפי, et graecus Σωφί. Hinc quamvis sixtini cum laudatis codd. multisque edd. hoc Geneseos loco scripsissent *Sephi,* tamen caute gregoriani hanc correctionem neglexerunt.

24. *Aia et Ana* — Haec quidem cum hebraico textu consentiunt; verum paene quot codices contulimus, tot varias lectiones in his duobus nominibus deprehendimus; nec vacat singulos testes heic proferre. Generatim monuisse sufficiat illos pro primo nomine has fere lectt. exhibere *Achaia, Ahaia, Achia;* pro altero autem *Anan, Anam, Onan;* conf. Beda II, 147., Petrus Dam. CXLIV, 280. CXLV, 856., Bruno ast. Cod. M adnotat: « Quidam » habent *et Aia et Ana,* et dicit hic cantua- » riensis quod *et* ponitur expletive more hebr. » non copulative. » De hac lect. cf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

Ibid. *aquas calidas* — Robertus Steph. ad calcem edit. 1528. monuit legendum *equas calidas,* aut si mavis *mulos,* sive mulorum usum; hinc in sua Bibl. editione 1532. posuit *equas calidas,* quem nonnulli sequuti sunt. Isidorus Clarius suffecit *mulos,* quod aliis quoque placuit. Conf. Steuchus eugub., Natalis Alex. l. c., Mazoch. *Spicil.* I, 120., all. plures apud Malvenda. At vero haec criticorum deliramenta fuere. Ex antiquis inter-

pretibus, habent *mulos* Ionath., persa, graecus ven., Saadias, Kimchius aliique Rabbini; versio samarit. et Onkelos *gigantes;* ad hanc notionem Rosenmullerus Saadiam quoque revocat. Conf. De-Rossi *Lexic. Parchon.* p. 7. et 22. Alexandrinus, Aquila, Symmachus et Theodotio ipsam hebraicam vocem retinuerunt. Syrus, in notis hexaplaribus commemoratus, cum nostro Vulgato consentit. Cf. Flam. Nobilius et Montfauconius. Ad latinos autem quod pertinet, germanam egregiamque Hieronymi interpretationem in hodierna Vulgati lectione servari demonstrat veterum codicum consensus; eamdemque nostrae aetatis doctissimi viri luculenter propugnant. Conf. De-Rossi *Append. ad Varr. Lectt.*, Rosenmulleri *Schol.*, Gesenii *Thesaur. p. 586.*

Ibid. *asinos* — Sixtus, codd. R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lovan., Paris. 1566., all., cod. Bedae l. c., Petrus Com. *asinas;* sixtini et gregoriani ad fidem omnium antiquiorum codd., multarumque edd. emendarunt; quibus consentiunt Hieronymus, hebr., nec obstant veteres; perperam enim Montfauconius tribuit Aquilae τὰς ὄνους, quem Holmesius in *Append. ad Gen.* castigavit, asserens legendum τοὺς ὄνους; et ita habet quoque graecus venetus. Hinc Nicolaus de Lira notavit: « Aliqui libri habent *asinas*, sed falsa est lit- » tera. » Cf. Rocca l. c. et Bukentop. p. 388.

25. *Dison* — Codd. A, C, D, F, G, H, N, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476. all., Beda l. c. *Disan;* item vers. sequenti. Cod. B *Desan;* cf. supra ad vers. 21. Auctor *de Geneal. patriarch.* LIX, 528. *Deson*, ut graecus.

26. *Hamdan* — Idem nomen in Vulgato I Paral. I, 41. scribitur *Hamram;* (conf. auctor *Quaestt. in Paral. l. c.*) hebraeus in Gen. חמדן, in Paral. חמרן; censet tamen Gesenius in *Thesauro p. 487.* longe praeferendam esse priorem lectionem. Conf. De-Rossi ad Paral. l. c. Plures edd. venetae seculi XV. corrupte habent *Abdaz;* edd. lugdunenses veteres legunt *Abdam*, all. *Abdan:* huius et sequentis nominis hodiernam lectionem e codicibus eruit, ut alia multa, Robertus Stephanus; eamdemque retinent omnes vaticanae edd., unde arguendus est Leander Van Ess, qui in Bibl. editis Tubingae 1824. posuit *Hamdam*, et in substratis lectionibus ex Bibliis vaticanis inter se variantibus adnotavit: « ed. 1590. *Hamdan.* » Perinde ac si reliquae edd. vatic. non hanc, sed illam lect. sequerentur. Sed alia plura oscitantiae documenta dedit Van Ess. Pro *Eseban*, cod. B, Bibl. Paris. 1566., all. *Esban;* antiquiores edd. *Iesban.*

Ibid. *Iethram* — Bibl. Reg., Rob. Steph., aliaeque plures edd. *Iethran;* ita habet Vulgatus I Paral. I, 41. VII, 37. itemque legunt heic hebr. et veteres omnes; unde haud dubitaverim hanc praeferre lectionem.

27. *Zavan* — Codd. C, F, all., Bibl. Reg., Ven. 1476., Paris. 1566., all. *Zevan*, cod. B, Bibl. Ordin. *Zephan.* Pro *Balaan*, antiquiores edd. venetae *Balaannan;* all. *Balaaman.*

Ibid. *Acan* — Vulgatus I Paral. I, 42. *Iacan;* item hebr. in Gen. עקן, in Paral. יעקן; quod quidem demonstrat utramque Vulgati vocem mendo vacare. Conf. tamen De-Rossi *Varr. Lectt.* ad Paral. l. c.

28. *Aram* — Codd. B, C, F, S, U, V, Bibl. Ven. 1476., Roberti Steph., Lugd. 1550., all. *Aran;* et ita legit Vulgatus I Paral. I, 42. Neutra autem lectio temere damnanda; quamvis enim hebr. et graecus utroque loco habeant *Aran*, tamen De-Rossi in *Varr. Lectt.* in Gen., et in *Supplem.*, et Holmesius in Gen. plurimos hebraicos et graecos codd., antiquosque interpretes proferunt legentes *Aram;* unde saltem probabile videtur hanc quoque lectionis varietatem Hieronymum e suis hebraicis codd. derivasse.

29. *Hi duces* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin. *Isti duces.*

32. *Bela* — Ita hebraicum nomen בֶּלַע Vulgatus effert quoque infra vers. 33. XLVI, 21. Num. XXVI, 38. 40. I Paral. VII, 6. 7.; at vero heic legunt *Balach* (vel *Balac*) codd. C, D, F, M, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all., Eucherius, Rabanus, itemque Augustinus cum graeco; Remigius antiss. *Balaach*, item slav. ostrog.: legunt autem *Bale*

codd. A, B, E, G, Gregor. M. I, 7.; et ita habet Vulgatus I Paral. I, 43. 44. VIII, 1. 3.; idem Vulgatus legit *Bala* I Paral. V, 8. ubi idem hebraicum nomen occurrit.

Ibid. *nomenque* — Cod. G *nomen quoque.* Pro *Denaba*, cod. E, cum hebraeo, *Dinaba;* Rabanus *Donaba.* Conf. Hieronym. III, 195.

33. *filius Zarae de Bosra* — Haec primo deerant in cod. A.

34. *Themanorum* — Codd. C, D, G, T *Thamaneorum;* armenus *Thamanorum.*

35. *Badad* — Codd. A, C, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1535., Paris. 1566., all. *Badadi.* Pro *Avith*, cod. B *Aahit.*

36. *Masreca* — Plures vett. edd., paucique codd. legunt *Maserecha.*

37. *Rohoboth* — Bibl. Ordin., Reg., all. *Roboth;* item itala apud auctorem *de Geneal. patriarch. LIX, 528.* ex quo multas Sabatierii lacunas explere possumus. Conf. Holmes. et supra ad X, 11. Animadvertendum porro est Hieronymum in I Paral. I, 48., ubi eadem hebraica verba occurrunt quae heic reddidit *de fluvio Rohoboth*, magis dilucide interpretatum fuisse *de Rohoboth quae iuxta amnem sita est;* haec enim urbs iuxta fluvium, uti notat idem Hieronym. III, 259., sita erat.

38. *et hic obiisset* — Cod. F *obiisset et hic.* Mox cod. T *in regno.* Dein cod. B *Balaanan.*

39. *Adar* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. *Adad;* item Vulgatus I Paral. I, 50. Etsi autem nil innovandum censeamus, tamen posteriorem hanc lectionem longe probabiliorem esse ducimus. Nam hebraicus quoque textus legit quidem in Gen. הדר, et in Paral. הדד; verum, praeter paucos codd. Kennicotti, duo supra quinquaginta derossiani codices hebraici, et non paucae edd., quibus accedunt nonnulli chaldaici mss., samaritanus textus, interpres syrus et graecus ven. legunt hoc loco Geneseos *Adad.* Cf. De-Rossi *Varr. Lectt., Suppl.* et *Append.* Laudatus auctor *de Geneal. patriarch.* l. c. legit *Arad*, ut graecus.

Ibid. *nomenque* — Codd. A, G, V *nomen quoque.*

Ibid. *Phau* — Codd. C, R, S, T *Phoa;* codd. B, E, F, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all. *Phou.* Vulgatus legit *Phau* tam hoc loco quam I Paral. I, 50.; at hebr. in Gen. פעו, in Paral. פעי, idque adnotavit scholiastes in cod. M, qui provocat ad Hieronymum (intellige auctorem *Quaestt. in Paral.*, inter Opp. Hieronym. III, 790.) asserentem latinos heic legere *Phau*, et in Paralip. *Phou.*

Ibid. *uxor eius* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, M, O, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo *uxor illius.*

Ibid. *Meetabel* — Codd. C, D, E, F, G, M, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *Meezabel;* cod. B *Methezabel.* Itala apud laudatum auctorem *de Gen. patriarch.* l. c. *Metebel.* Pro *Matred*, cod. B *Matrahid*, graecus Ματραὶθ, cod. E *Matrea.*

Ibid. *filiae Mezaab* — In primis adnotamus heic codd. A, C, E, H, M, O, T, U, V, Bibl. Ven. 1538. pro *filiae*, legere *filia;* huius autem praeclarissimae lectionis, quae hanc vocem refert ad Meetabel, non ad Matred, praesidium in hebraico textu extat: itala vero, uti ex laudato anonymo constat, cum graeco et syro legebat *filii*, eidemque lectioni adstipulari videtur cod. D. Mox pro *Mezaab*, codd. A, C, E, T, U, Bibl. Lugd. 1522. 1526. 1535. legunt *Mizaad;* sixtini rectius cum codd. F, O, V, Bibl. Ven. 1476., Reg. all. *Mizaab:* cod. D, Bibl. Ordin. *Amizaad*, quae lectio inde fortasse orta est quod librarius litteram *a*, qua praecedens vox terminabatur, in principium huius vocis transtulit.

40. *Haec ergo* — Codd. G, R, U *Haec quoque.* Mox codd. B, E tacent *ducum;* dein cod. E habet *et in locis.*

Ibid. *Alva* — Cod. B *Aluhan;* plures vett. edd. *Aluha*, unde mendose in Bibl. Reg., all *Aluba;* cod. O notat: « In *Alva*, secundum » hebr. *v* est consonans, sicut et supra in » *Alvan* (v. 23.), utrumque est disyllabum. » Mox cod. B *Iethetheth.*

41. *Phinon* — Codd. C, D, T, U *Phison;* cod. armenus apud Holm. *Pheson.* Conf. ad Num. XXXIII, 42.

*

42. *Mabsar* — Cod. B *Mabzar;* Bibl. Ord., Lugdun. 1550. aliaque *Mapsar;* mendosius non paucae aliae edd. *Maspar.*

43. *Magdiel* — Codd. A, C, F, S, U, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Lugd. 1522., all. *Mabdiel;* mendose hanc pro Vulgati lectione habent polyglotta londinensia. Cod. B *Maldiel.* Pro *habitantes*, codd. F, R *habitatores.* Pro *in terra*, codd. A, O *in terram.* Mox cod. B *pater Esau, pater.*

Cap. XXXVII, 1. *pater suus peregrinatus est* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *peregrinatus est pater suus;* cod. E *peregrinatus pater eius.*

2. *Ioseph cum sedecim* — Ab hisce verbis multi codd. et pleraeque edd. vett. cum graecis incipiunt caput XXXVII; ea autem quae praecedunt ad superius capitulum adnectunt. Pro *sedecim*, Rogerius Bacon l. c. asserit antiquos codices cum hebraeo et graeco legere *septendecim;* Card. Bessarion l. c. hanc nonnullis latinis lectionem adscribit, eamdem sequuntur Augustinus (*Quaest. 122. in Gen.* hanc autem Augustini quaestionem ad verbum recitat Rabanus, licet ipse Vulgati lect. servet) et vett. interpretes omnes; itemque Isidorus Clarius. Praeclare in h. l. Vallarsius scribit: « Exciderit e latino apographo ultima » numeralis nota, aut, quod passim usu ve- » nit, effugerit describentis oculos, qui XVI. » depinxit pro XVII. Caetera enim adeo cer- » tum est iuxta hebraeum et versiones omnes » *septemdecim* hic quoque debere legi pro *sex-* » *decim*, ut minime audiendus Martianaeus » sit, qui expressisse Hieronymum putat an- » nos iam expletos, et quem nondum exegerat » Ioseph, decimum septimum praetermisisse. » Nihil minus: Hieronymo immutare pro ar- » bitrio textum neque licuit, neque tantum » sibi umquam tribuit. » (*Opp. s. Hier. t. IX. pag. 75.*) Universi tamen nostri codd. latini cum Vulgato consentiunt; immo cod. O aperte testatur latinos veteres et modernos legere *XVI.* etsi hebraeus et graecus habeant *XVII.* Pro eadem Vulgati lectione stant praeterea veteres auctores, qui hieronymiana versione usi sunt. Cf. Gregorius turon. LXXI, 166., Caesarius (*in Opp. s. Augustini t. V. App. col. 32.*), Angelomus, Guibertus, all.; ex his Eucherius profert extremam partem *Quaest. 122.* ex Augustino; at eiusdem verba sollicite accommodat, ne, uti apud Rabanum, repugnare Vulgato videantur; item Petrus Com.: Alcuini mendosa est lectio; habet enim *XIV* (I, 554.). Denique Eusebii *Chronicon*, a Scaligero editum notat Iosephum venumdatum a fratribus anno aetatis *XVI.* Monet quidem Vallarsius (*Opp. s. Hieron. VIII, 140.*) hanc Scaligeri lectionem depravatam esse: at in primis animadvertimus Arnaldum Pontacum in notis ad idem *Chronicon* diserte testari quosdam veteres Eusebii codices legere *XVI.*, alios *XVII.* vel *XVIII.* (*Opp. s. Hieron. ed. Vallars. VIII. Append. col. 57.*); dein in eiusdem Eusebii Caesar. praeclara cl. Maii edit. mediolanensi (anno 1818. pag. 274.) aperte legitur *XVI.* Quamvis vero idem Maius in altera eiusdem operis edit. quam in suis *Scriptt. Vett.* (VIII, 288.) inseruit, rursum graecorum lectionem suffecerit, tamen in armeniaco Eusebii codice a cl. Ioh. Baptista Aucher Mechitarista edito Venetiis anno 1818. (parte 2. pag. 84.) utraque lectio commemorata videtur; legitur enim in ipso armeno textu: « annos agens XVII. » (aliis XVI.) » At in latina versione quae ibidem adiecta est habetur: « annos agens » XVI. (aliis XVII.). » Quod quidem nos ex latini interpretis licentia profectum esse arbitrantes, urgere non possumus. Haec paullo fusiori calamo protulimus ne quis temere succenseat correctoribus Pii V., qui hodiernam Vulgati lectionem retinendam censuerunt, vel aliis qui sequuti sunt romanis censoribus, qui suo silentio eamdem comprobarunt; illa enim tum communi latinorum testium consensu suffulta videtur, tum aliquo externo praesidio non caret.

Ibid. *et erat* — Codd. E, G, Guibertus tacent nexum; item graecus. Pro *gregem*, Bruno ast. *greges.* Post *apud patrem*, codd. B, E addunt *suum*, uti Aquila et pauci codd. holmes.; hebraeus autem et reliqui addunt *eorum.*

3. *filios suos* — Sixtus, Bibl. Lovan., aliaeque plures ex antiquis edd. tacent pronomen. Hinc Toletus scribit: « Adde *suos;* ita hebr., » graecus, Reg., Compl., Ordin. et Congrega- » tio, licet non sit in Lovan. » nimirum sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd. illud pronomen restituerant. Cf. Rocca I, 297.

Ibid. *polymitam*—Gregor. M. I, 38. 1546. *talarem;* hebr. פַּסִּים dicitur de tunica *polymita, versicolori,* itemque de *manicata* et *talari;* cf. Gesen. *Thesaur. p. 1117.* Ad v. 23., ubi eadem vox occurrit, Vulgatus reddit *talari, et polymita;* II Reg. XIII, 18. 19. *talari.* Cf. Hieron. III, 363., Holmes *Append. ad Gen.*

4. *cunctis filiis* — Cod. S, Eucherius, Rupertus, Brev. rom. in I. respons. Dom. III. Quadr. *cunctis fratribus;* it. hebr. et chald.: at cum Vulgato faciunt samaritanus, graecus et pauci codd. Kennic. Conf. De-Rossi.

Ibid. *pacifice*—Codd. A, C, D, E, F 1. m., O, P, T, U, Guibertus, margo Ord. *pacificum;* item graecus et August. *t. V. App. col. 27.*

5. *fratribus suis* — Tacent *suis* sixtini, codd. A, B, E, G, Rabanus.

6. *Dixitque ad eos* — Cod. R, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Glossa interlin. et margo Ord. *Dixitque Ioseph fratribus suis.*

Ibid. *somnium meum* — Codd. E, G, Brev. Goth. p. 176. tacent pronomen. Hebr., graec. et reliqui habent *somnium hoc;* at cf. Holmes.

7. *nos ligare manipulos* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, O, T, U, Bibl. Ord., Rabanus, Brev. Goth. l. c., et Vigilius taps. *ligare nos manipulos;* item cod. G, sed praemittit *tres;* cod. E, Eucherius, Rupertus *nos manipulos ligare;* codd. P, R, Hugo, margo Ordin., *colligare nos manipulos.*

8. *Responderunt*—Eucherius addit *ei;* item hebr. et veteres interpretes; sed conf. Holmesius. Mox cod. B tacet *ergo.*

9. *vidit somnium* — Cod. R, Rabanus, Godefridus CLXXIV, 200. *somnium vidit.* Post *fratribus,* codd. E, H, V, Angelomus addunt *suis;* it. Ambrosius, hebr., graecus et reliqui.

10. *pater suus*—Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, V, Bibl. Ord., Eucherius, Rabanus, Godefridus l. c., Petrus Com., Miss. rom. (ed. vatic. 1609.) ad fer. VI. post Dom. 2. Quadr.; item versio slavon. Cod. U *pater eius.*

Ibid. *num ego* — Codd. F 1. m., L, S, Isidorus V, 339., Beda II, 263., Rabanus, Bruno ast., Richardus vict. CXCVI, 49., Petrus Com., Martinus leg. CCVIII, 866., Glossa interlin. *Numquid ego.* Cf. Sabatier. Mox Rupertus tacet *tua;* conf. Holmes.

Ibid. *fratres tui*—Sixtini, cod. E tacent *tui.*

11. *ei igitur* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Godefridus l. c., Miss. rom. l. c. *igitur ei;* cod. R, Bruno ast. *ergo ei.*

12. *patris* — Tacent codd. G, V, Rupertus, Petrus Com.; sed veteres omnes refragantur.

13. *pascunt oves* — Cod. B *pascent oves;* Rupertus *pascunt greges.*

14. *ait ei: Vade* — Sixtini, codd. A, B, E, F, G, H, R, S, Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476., priores edd. Rob. Steph., all., Miss. rom. l. c., Rabanus, et multi graeci codd. *ait: Vade;* hebr. et vett. legunt pronomen, quod tacere non debuisset latina versio samaritani in polyglottis. Codd. C, D, T, U 1. m., V habent *ait, dixitque ei: Vade.*

Ibid. *prospera sint erga* — Codd. B, E, T, V *prospera sunt erga;* Guibertus *prospera sunt circa;* cod. S *prospera sint apud.* Mox pro *agatur,* cod. B *agitur.*

15. *interrogavit quid quaereret* — Cod. B, Godefridus l. c. *interrogavit eum: Quid quaeris;* nec dissentiunt hebr. et graecus.

16. *pascant* — Codd. G, T, U, V, Guibertus *pascunt.*

17. *Dixitque ei* — Tacent pronomen codd. E, F, S; item hebraeus et chald., et cod. holmes. 130. Pro *audivi autem,* cod. B cum graeco *audivi enim.*

Ibid. *Eamus in Dothain* — Pauci codd. et plures edd. vett. cum graeco *Eamus in Dothaim;* cod. N monet veteres cum hebr. rectius legere *Eamus in Dothain;* praeterea refutat quosdam interponentes *usque.*

Ibid. *Perrexit ergo* — Sixtus cum antiquis edd. pene universis, et Brev. Goth. l. c. *Perrexit itaque;* unde Toletus: « Lege *ergo;* sic » Ordin. et Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani, consentientibus antiquioribus codd., ita legendum duxerant. Conf. Rocca l. c. Cod. R *Perrexitque.*

18. *eum procul*—Cod. A *procul eum;* Guibertus tacet *procul.* Pro *accederet,* cod. B *accederat.*

Ibid. *cogitaverunt illum occidere* — Codd. A, G, S, Eucherius pro *illum,* legunt *eum* (quam lectionem tribuere non debuisset Vulgato Montfauconius in *Hexapl.*); Isidorus V, 340. *occidere eum cogitaverunt;* Beda l. c. *occidere illum cogitaverunt;* Beda IV, 350., Rabanus *occidere eum cogitabant;* Godefridus l. c. *cogitabant illum occidere;* Guibertus *cogitaverunt interficere eum.*

20. *venite* — Godefridus l. c. tacet. Post *mittamus,* codd. G, V addunt *eum;* item hebr. et veteres. Post *cisternam,* Guibertus addit *hanc.* Pro *dicemusque,* cod. A *dicamusque.* Mox cod. B *illi prosunt;* codd. R, S, Godefridus l. c. *prosint illi.*

21. *Audiens autem hoc* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus tacent *autem;* cod. F legit *Hoc audiens;* Brev. Goth. l. c. et pleraeque edd. vett. *Audiens autem haec.*

22. *interficiatis* — Toletus heic adnotat: « In hebr., graeco, Reg., Complut. et Ordin. » est *interficiamus;* Lovaniensia autem ut in » textu (seu ed. Sixti V.); et sic reliquit Con» gregatio; » nempe gregoriani cum codd. A, B, S; nam sixtini adstipulantibus codd. D, F, G, H, L, R, T, U, V, omnibus antiquis edd., exceptis hentenianis, Eucherio, Guiberto, Ruperto, Godefrido l. c., Brev. Goth. l. c., Miss. rom. l. c., itemque Ambrosio, hebr. et graeco, legunt *interficiamus;* codd. C, E *interficiemus.* Conf. lectio quae sequitur.

Ibid. *nec effundatis* — Heic quoque Toletus scribit: « In hebr. et graeco habetur *Et dixit* » *Ruben: Ne effundatis;* sed in latinis codd. » non habentur illa *Et dixit Ruben.* At vero » Compl., Reg., Ordin. legunt in prima per» sona *nec effundamus;* Lovan. in persona se» cunda *nec effundatis.* Congregatio reliquit » ut in textu (Sixti V.) habetur. » Ex Pii V. correctoribus quinque primam, quatuor secundam personam praeferebant. Sixtini et gregoriani silent, adeoque lectionem lovan. admittunt. Ceterum legunt *nec effundamus* codd. C, D, E, F, G, L, R, T, U, V, duo codd. Martianaei, cod. Urbin. apud Vallarsium, Brev. Goth. l. c., Miss. rom. l. c., Eucherius, Guibertus, Rupertus, Godefridus l. c., Petrus Com., omnesque antiquae edd., praeter hentenianas. Cave ne putes unam eamdemque esse huius et superioris verbi rationem. Nam longe aliter se res habet in sacro textu, ex quo patet Ruben primo cogitasse de liberando Iosepho, atque dixisse intra se: *Ne interficiamus illum.* Mox vero ad fratres conversum sic illos allocutum fuisse: *Ne effundatis* etc. Conf. De Vence. At vero alia omnino est verborum structura apud Vulgatum, in quo duo illa verba vix aliter efferri possunt.

Ibid. *hanc* — Codd. L, R, maior pars vett. edd., Brev. Goth. l. c. *veterem;* Bibl. Ordin., Ven. 1480. 1482. 1483. utrumque verbum habent *hanc veterem;* neutrum Godefridus l. c. Hodiernam lectionem, ad fidem antiquorum codd., in suis prioribus edd. extulit Robert. Steph.; eamdemque probarunt Lovanienses, correctores Pii V. et reliqui censores; cod. O monet hebr., graecum et veteres legere *hanc.* Beda l. c. pro *manusque,* habet *manus quoque.*

23. *fratres suos* — Tacent pronomen codd. A, B, C, E, F, G, H, S, T, U, V, Rabanus, Guibertus, Bruno astensis. Mox Isidorus et Beda ll. cc. legunt *polymita et talari;* item August. *t. V. Append. col.* 27. Cf. supra v. 3.

24. *miseruntque eum*—Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, O, R, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus tacent pronomen; conf. Holmes.

Ibid. *veterem*—Toleti schedae habent: «Vo» cem *veterem* legunt Compl., Reg., Lov., et » plures impressi; sed non habetur in hebr. » graeco, Ordin. et quibusdam mss. Congre-

» gatio illam retinuit. In hebr. et graeco ha-
» betur: *in cisternam, quae erat vacua, et non*
» *habebat aquam.* Fortasse loco illius dictionis
» *veterem*, interpres legit *vacuam;* vel hoc vo-
» cabulo *veterem*, intellexit idem, scilicet *va-*
» *cuam.* » Et ita legit Isidorus Clarius. At frustra coniecturis indulgemus ubi testes loquuntur. Illam enim vocem tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 8., O, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus. Recte igitur Lucas Brug. scribit alios codices non absque causa illud nomen omittere.

25. *Et sedentes . . . viderunt* — Rabanus *Et sederunt . . . videruntque.* Pro *panem*, Rupertus *panes.*

Ibid. *Ismaelitas viatores* — Legunt ordine inverso *viatores Ismaelitas* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus. Eucherius habet tantum *Ismaelitas.* Praeter ea, quae de hoc nomine adnotavimus supra ad XVI, 11. XVII, 23. animadvertendum quosdam codd., uti B, perpetuo scribere *Smahelitas:* editiones vero clementinas hoc in capite et infra XXXIX, 1. et Iudic. VIII, 24. habere *Ismaelitas*, sed I Paral. II, 17. et Ps. LXXXII, 7. *Ismahelitas.* In I Paral. XXVII, 30. prima edit. clementina (itemque romanae edd. 1618. 1624.) legit *Ismaelites*, at reliquae *Ismahelites.*

Ibid. *portantes* — Codd. A, G *portare.* Bibl. Lugd. 1522. 1535. tacent *et* ante *resinam.*

26. *sanguinem ipsius* — Cod. T *sanguinem eius;* Eucherius *sanguinem illius.*

27. *venundetur* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, O, M, T, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Ordin., all., Guibertus, Rupertus *vendatur;* codd. L, N *vendamus;* margo cod. V notat: « Hebraeus et antiqui habent *vendamus.* » Consentiunt Ambrosius, graecus et reliqui. Mox cod. E legit *manus nostra non polluatur;* item hebr. et veteres, excepto graeco.

Ibid. *sermonibus illius* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus *sermonibus eius;* cod. R *sermonibus istis.*

28. *Madianitis* — Codd. B, C, D, G, L 9., O, T, U *Ismahelitis;* it. itala in nostro cod. E, cuius fragmentum ad calcem Geneseos subiicimus, margo cod. 127. holmes. et Alius in Hexaplis apud Montfaucon. Id vero Estio non probatur; nam reliqui cum sacro textu et Vulgato faciunt; consentiunt omnes infra v. 36. Conf. Augustinus *Quaest. 124. in Gen.* (cuius verba profert scholiastes in cod. M.), Alcuinus I, 554., Petrus Com. « Quos *Ismaelitas*, » ait Rosenmuller, antea Moses vocavit, nunc » *Madianitas* nominat; . . . distinguuntur enim » ut genus et species eiusdem nationis. » Item Gesenius in *Thesaur. p. 337.*

Ibid. *vendiderunt eum* — Tacent pronomen codd. A, B, C, D, F, G, H, N, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Victor cap. in *Spicil. solesm. I, 277.*, Gregor. M. III, 767., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus, Brev. rom. in III. respons. Dom. III. Quadr.

Ibid. *viginti argenteis* — Legunt *triginta argenteis* codd. L, N * 1. m., R, S, posteriores edd. Rob. Steph., all., Eucherius, Isidorus V, 340., Beda I, 185. II, 264., IV, 351. Petrus Alf. CLVII, 580., quidam codd. Gregorii turon. LXXI, 166. et Angelomi; accedit Ambrosius *de Ios. c. 3.* qui praeterea memorat alios legentes *XXV.;* Augustinus in *Append. tom. V. serm. XIII. al. de temp. 81.* « Quod autem in » diversis translationibus non aequali pretio » Ioseph scribitur venumdatus; sed alii dixe- » runt *viginti argenteis*, alii *triginta;* hoc spi- » ritaliter significavit etc. » Dionysius carth. scribit: « Aliqui libri habent *triginta argen-* » *teis*, et verba beati Hieronymi in Glossa sic » continent, si tamen correcta est Glossa. » At obstant reliqui nostri codd. itemque correctoria M, N, O et sorbonicum. En scholion cod. N: « Omnes alicuius auctoritatis libri habent *vi-* » *ginti*, hebraei, et graeci, et latini. Si aliquid » videtur contrarium, aut est mysterium, aut » exponendum, aut vitio scriptorum deprava- » tum. » Rogerius Bacon scribit: « In exem- » plari vulgato (parisiensi) venditus fuisse » Ioseph dicitur *triginta argenteis*, propter » exemplum Domini; sed secundum antiquos

» codd., et hebraeum, et graecum, et arabi» cum, et Hieronymum in originali, et Iose» phum in antiquitatum libro, debet esse *vi» ginti*, non *triginta*» (*Opus maius, pag. 50. cf. p. 139. edit. Lond. 1733.*). Cf. Bukentop. p. 139. cui recentiores scriptores omnes subscribunt. Pro *argenteis*, itala ex graeco habet *aureis*, uti est in nostro cod. E, atque Hieronymus adnotavit III, 364. conf. *Nova patrum Biblioth.* a Maio edita, t. I. p. 319. At vero incaute idem Maius ad calcem eiusdem voluminis in *indice rerum* posuit: « Iosephus di» venditus triginta *aureis*, ut graecus et vetus » itala. » Nam Augustinus in laudato sermone CXXXVI, 4. diserte commemorat *XX. aureos*.

29. *Reversusque* — Codd. F, S, V addunt *est;* mox vero *et* ante *non invenit;* item hebr., graec. et reliqui interpretes.

30. *fratres suos*—Tacent *suos* sixtini, codd. A, B, D, F, V, Gregor. M. l. c., Eucherius, Berno CXLII, 1154., Guibertus; item septem graeci codices holmesiani.

31. *in sanguine* — Ita sixtini et gregoriani ad fidem optimorum codicum. Sixtus vero cum plerisque edd., cod. B, Brev. Goth. l. c. maluit legere *in sanguinem;* unde Toletus adnotat: « Corrige *in sanguine*, ablativo; sic Ord. » et Congregatio. Sed Compl., Reg. et Lovan. » legunt in quarto casu ut in textu (Sixti V.).» Cf. Rocca I, 297. Mox cod. B pro *quem occiderant*, legit *quem coxerant et ederant.*

32. *ferrent . . . dicerent* — Cod. B, Eucherius, Brev. rom. l. c. *ferret . . . diceret;* arabs quoque nuntium singularem supponit; nec obstant hebraeus et veteres interpretes.

33. *agnovisset* — Sixtini, codd. F, G, L, S, Bibl. Reg., Ven. 1476., Robert. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Brev. rom. l. c., *cognovisset*. Post *pater*, Eucherius et Rabanus addunt *eius*. Pro *Ioseph*, Remigius antiss. legit *eum;* item duo codd. holm.

34. *indutus est* — Cod. E *induit se*.

Ibid. *filium suum* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Com.

35. *accipere, sed* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, T, U, Bibl. Ord., Hugo, Guibertus, Rupertus *recipere, et;* cod. V, Eucherius, Rabanus *recipere, sed*.

36. *Madianitae* — Codd. A, B, C, D, E, G, N, O, T, V 2. m., U 1. m., Hugo, itemque Hieronym. l. c. ex graeco, *Madianaei;* Eucherius et Petrus Com. *Madianitae vero*. cf. v. 28.

Ibid. *in Aegypto* — Codd. A, E, F 1. m. V, Eucherius, Rabanus, Petrus Com. *in Aegyptum;* conf. Sabatierius; cod. B addit *emitque eum;* cod. I praemittit *Ismahelitis*.

Ibid. *Putiphari* — Ita gregoriani cum Bibl. Ordin., all.; sixtini cum codd. A, C, D, all. *Putiphare;* vel *Putiphar;* Sixtus cum plerisque edd. antiquis *Phutiphari*. Hieronymus l. c. ait: « Non *Petephre*, ut in latino scriptum » est, sed *Phutiphar;* » et ita legunt codd. E, F, N, O, T, Rupertus. Ceterum quum non extra Aegyptum quaerenda sit huius nominis interpretatio, frustra argumentum suum instruebat Rocca ex interpretatione Francisci Simenii (Ximenii). Cf. Gesen. *Thes. p. 1094.*

Ibid. *militum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L, N, O, R, S, T, U, V 1. m., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus, Petrus Com., Hugo *militiae*. Nil in contrarium facit hebr. legens הטבחים; libere namque fere interpretatur s. Hieronymus. At cod. O notat: « Pro *magistro militiae*, graecus habet » *archimagiro*, quod consonat hebr. » Cf. infra XXXIX, 1. XLI, 10. 12.; et Gesen. *Thesaur. p. 542.*, et Hieronym. l. c.

Cap. XXXVIII, 1. *Eodem tempore*—Sixtini, codd. A, C, D, E, G, O, S, T, U, V, Thomas. I, 8., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Com. *Eo tempore;* Augustinus ex itala *Tempore illo*. Rosenmullerus animadvertit non de ipso venditionis Iosephi tempore sermonem hic esse, Aben Ezra ipso monente, verum de re quae ante hunc eventum acciderat; quasi dicatur *Circa id tempus*. Sed conf. Tornielli *Annal. ad ann. 2306.* §. *V.* et Calmet. Mox Guibertus tacet *suis*. Pro *Odollamitem*, non pauci latini et graeci codd. cum Bibl. Reg. *Odolamiten;* item vers. 12. et 20. Pro *Hiram*,

Bibl. Reg., *Hyra;* Correctoria N, O hodiernam lectionem diserte tuentur.

2. *Sue* — Ita legendum indixerant sixtini, suffragantibus multis codd. et edd. antiquis; alii enim non pauci cum Rob. Steph. et Lov. legunt *Sua;* hebr. שׁוּעַ. Cf. Rocca l. c. August. cum graecis *Savam.* Notandum quod ex Vulgato heic non apparet utrum istud sit patris nomen, aut filiae; idque ut declaret scholiastes in cod. N adnotat: « *Sue,* supple *vocati;* » fuit enim socer Iudae. » Et in cod. O: « Est » enim *Sue* nomen viri, cuius filiam duxit Iu- » das; et hoc manifestum est per hebraeum, » et in seq. (v. 12.), » et I Paral. II, 3.

Ibid. *accepta uxore* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus *uxore accepta.*

3. *et vocavit* — Sixtini cum laudatis codd. et testibus *vocavitque.* Id vero ad uxorem Iudae referre videtur Vulgatus, cui favent non pauci codd. hebraici et interpretes apud De-Rossi in *Varr. Lectt.,* eiusque *App.* et *Suppl.* Verum alii cum recepta sacri textus lectione ipsum Iudam nomen imposuisse declarant.

4. *Rursumque* — Sixtini, codd. B, C, D, G, S, T, Hugo, Rabanus, Rupertus *Rursum;* codd. E, F, H, Eucherius, Remigius antiss., Guibertus *Rursus.*

Ibid. *vocavit* — Sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Eucherius, Rabanus, Guibertus *nominavit.* Secundo et tertio filio ipsa mater nomen posuit; quidam tamen apud De-Rossi *(Supplem. ad Varr. Lectt.)* iterum id referunt ad Iudam. Pro *Onan,* cod. B *Aanam,* alii *Onam;* item infra XLVI, 12. Num. XXVI, 19.

7. *Fuit quoque* — Sixtini, codd. A, B, G, S, Eucherius, Rupertus *Fuitque;* cod. E, Petrus Com. *Fuit autem.* Codicis toletani lectionem mendose heic dedit Blanchinius. Pro *Domini,* codd. G, V legunt *Dei.*

Ibid. *et ab eo* — Codd. R, S, posteriores edd. Robert. Steph., Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1550., all. *et ideo ab eo.* Cod. O monet veteres non legere *ideo,* nec esse necessarium.

8. *Dixit ergo* — Guibertus *Dixitque;* cod. F *Dixit autem;* item cod. E in fragmento italae quod in fine Geneseos proferimus.

Ibid. *filium suum* — Codd. D, T, U tacent pronomen. Utraque vox desideratur in hebr., graeco et reliquis, exceptis syro et copto. Eucherius tacet *et sociare illi.*

9. *Ille* — Codd. F, H, U 2. m., V, Guibertus addunt *autem;* concinunt hebr. et vett. interpp.

Ibid. *sibi nasci* — Ita sixtini cum Bibl. Ordin. et fere omnibus codd.; nam veteres reliquae edd. habent *nasci sibi.*

10. *quod* — Sixtus, codd. F, R, S, V, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan. aliaque plura *eo quod;* sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum codd. et Bibl. Ordin. expunxerunt *eo.* Rocca l. c. scribit: « Prius legebatur *eo quod,* » nunc autem *quod;* . . . et ita legitur in ali- » quot Bibliis mss., et recte quidem; cum illa » particula *(eo)* hoc in loco superflua videa- » tur ob praecedentem illam *idcirco.* » Concinit scholiastes in cod. O. Remigius antiss. legit *quia.* Pro *faceret,* Eucherius *fecisset;* nec obstant veteres interpretes.

11. *sicut fratres* — Codd. C, G, O, P, T, U, V, margo Ordin. *sicut frater;* cod. B *sicut et fratres;* it. graecus, paucis exceptis codd. Pro *habitavit,* cod. G *mansit.*

12. *multis diebus* — Cod. R, plurimae vett. edd. legunt *multis annis;* ita enim plures interpretantur: cod. O legit *diebus* tantum.

Ibid. *filia Sue* — Optimam hanc lectionem comprobarunt correctores Pii V., sixtini et gregoriani, illamque tuentur correctoria M, N, O, itemque antiquiores codd. plures, licet ex his nonnulli legant *filia Sua,* alii, quod et Mariana probavit, *filia Suae.* « In vetustissi- » mis quibusdam libris legitur *filia Sue;* item » in hebraeo; » inquit Sirletus *(cod. vatic. 7093. fol. 3.).* Sixtus autem cum codd. B, C 2. m., F, G, R, S, U 2. m., V, Bibl. Ordin., Rob. Steph., Lov. aliisque plurimis, Eucherio, Guiberto, Petro Com., Hugone a s. Charo, Dionysio carth., Alfonso Tostato, legit tantum *Sue* (all. *Suae*), perinde ac si istud non fuisset nomen patris uxoris Iudae, sed ipsius

uxoris nomen; quod falsum esse iam praescripsimus ad vers. 2. Hinc recte Toletus ad Sixti editionem adnotavit: « Adde *filia;* ita » hebr., Compl., Reg., mss. et utraque Con» gregatio: sed non est in graeco, Ordin. et » Lovan. » Cf. Holmesius, Rocca, Bukentop. ll. cc., Lindanus *de opt. gen. interp. l. 3. c. 9.*, Bellarmin. *Diss. de Vulg.*, qui tamen affirmare non debuisset illam vocem in omnibus latinis edd. desiderari; adest enim in Bibliis Complut. et Reg., uti monuit Toletus, aliisque edd. ex eisdem derivatis. Praeterea singularis est ed. Lugd. 1535. quae hebraicam ipsam vocem retinens, legit cum Vatablo *Bat Sue:* item singularis est edit. commeliniana Heidelb. 1586. quae cum Rabano utramque vocem omittit. Hodiernam lectionem sequitur in suis comm. Rupertus, itemque Isidorus Clarius; eamque in marg., praeter edd. hentenianas, aliae plures exhibent.

Ibid. *suscepta* — Cod. P, Hugo, Rupertus, Petrus Com. *accepta;* Eucherius *recepta.* At cod. O monet veteres vulgatam lect. servare.

Ibid. *Odollamites* — Sixtini, codd. A, C, D, G, H, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., all., Eucherius, Rupertus *Odollamita;* Bibl. Reg., all. *Odolamita;* codd. B, U *Adollamita;* cod. E *Dolamita.* Conf. vers. 1. et 20.

Ibid. *Thamnas* — Cod. H *Thimnatha,* item hebraeus; cod. O *Thamnam* ut v. 14.; cod. N notat: « *Thamnas* videtur esse accusativus » pluralis, sicut *Thebas.* » Vulgatus huius loci nomen effert *Thamna* Ios. XV, 10. 57.; *Themna* Ios. XIX, 43.; *Thamnan* II Paral. XXVIII, 18.; *Thamnatha* Iudic. XIV, 1. 2. 5.; *Thamnata* I Mach. IX, 50.

13. *socer illius* — Eucherius *socer eius.*

14. *depositis* — Eucherius *positis.* De voce *theristrum,* quam ex Hieronymo recepit in suo Lexico Forcellini, cf. ad Gen. XXIV, 65. et Isidorus Etym. XIX, 25. et Gloss. edita ab Arevalo (Opp. s. Isid. VII, 409.), Gloss. Roberti de Sorbona et Du Cangii. Pro *in bivio* recentiores interpretes ex hebraeo reddunt *in ostio Enaim;* licet vero Hieronymus haud ignoraverit *Enaim* alias nomen oppidi esse (cf. III, 210.), tamen de h. l. scribit: « Ser» mo hebraicus עינים transfertur in *oculos;* » non est igitur nomen loci; sed est sensus: » *sedit in bivio,* sive *in compito,* ubi diligen» tius debet viator aspicere quod iter gra» diendi capiat » (III, 365.). Conf. Relandi *Palaest. p. 761.* et Schroeder *Ianua V. T.* in h. l. Pro *quod ducit,* codd. C. 1. m., D *quo ducit;* Rabanus *quae ducit.*

15. *est esse* — Cod. O refutat quosdam legentes *est eam esse;* et ita habent codd. R, S; quibus favent hebr. et veteres.

Ibid. *agnosceretur* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Hugo, Eucherius, Guibertus *cognosceretur.*

16. *ad eam, ait* — Cod. F *ad eam, et ait;* favent hebr. et vett. interpretes.

Ibid. *dabis mihi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Eucherius, Rabanus, Guibertus *mihi dabis;* eadem est graecorum codd. varietas apud Holmes. Pro *concubitu,* cod. E *concubinatu.*

17. *Rursumque* — Sixtini, codd. A, B, D, E, G, Eucherius *Rursum.*

18. *tibi vis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius, Rabanus, Guibertus *vis tibi;* cod. T legit tantum *vis.*

Ibid. *Annulum tuum* — Guibertus et Petrus capuan. in *Spicileg. solesm. III, 160.* tacent pronomen; ut armenus. Mox ante *armillam,* Rupertus tacet nexum. Post *baculum,* cod. H addit *tuum,* cui concinit hebraeus textus. Pro *quem manu,* codd. B, H, V, Rupertus *quem in manu.* Post *tenes,* quidam, ex hebr. et graeco, correctoribus Pii V. proposuerant addenda verba *Et dedit ei;* at, invitis latinis codicibus, nil supplendum illi censuerunt.

Ibid. *mulier concepit* — Sixtini, codd. A, C, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Com. *concepit mulier.* Mox cod. E tacet nexum.

19. *sumpserat* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus *assumpserat.* Mox cod. A *vestibus viduitatis.*

20. *pastorem suum* — Codd. C, D, O, T, U tacent pronomen. « Pro *pastore*, inquit Hiero- » nymus III, 365., *amicus* legitur. Sed verbum » ambiguum est, quia iisdem litteris utrum- » que nomen scribitur: verum *amicus* רֵעֵהּ, » *pastor* רֹעֵהּ legitur. » Pro *Odollamitem*, codd. B, U *Adollamiten*. Conf. vers. 1. et 12. Versic. seq. pro *homines*, cod. B *hominem*.

22. *Reversus est* — Cod. B tacet *est;* cod. F legit *Reversusque est*, ut hebr. et veteres interpretes. Ante *dixit*, cod. B tacet nexum.

Ibid. *sed et homines* — Codd. F, G, U *sed homines;* graecus καὶ οἱ ἄνθρωποι.

Ibid. *sedisse ibi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *ibi sedisse*.

23. *arguere nos non potest* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *nos arguere non poterit;* quoad postremum verbum consentiunt codd. B, R, priores edd. Rob. Steph., all.; Remigius antiss. legit *nos arguere non potuit*. Hebr. et graecus aliam reddere sententiam videntur.

24. *Dixitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Hugo, Rabanus *Dixit;* item arabs et cod. 135. Holmes. Mendose latina versio syri in polyglottis tacet particulam copulativam.

25. *duceretur* — Sixtini, codd. B, C, D, E, F, H, O, S, T, V, Rabanus, Guibertus *educeretur*. Pro *cognosce*, cod. E *cognoscere*.

26. *Iustior me est* — Cod. Urbin. apud Vallars. addit *Thamar;* item graecus. Hieronymus in *Dial. contra Pelag.* §. 17. legit *Iustificata est Thamar magis quam ego;* sed in *Quaest. in Gen.* scribit: « *Iustior est illa quam* » *ego*. In hebr. habet: *Iustificata est ex me;* » non quod iusta fuerit, sed quod compara- » tione illius minus mali fecerit, nequaquam » vagam turpitudinem, sed liberos requi- » rendo. » Pro *Sela*, Bibl. Ordin. *Selae*. Pro *Attamen*, cod. A legit *Et tamen*.

Ibid. *cognovit eam* — Codd. A, G, H *cognovit illam;* cod. E *cognovit ille eam*.

27. *in utero* — Codd. S, V, Rabanus, Rupertus addunt *eius;* item hebr. et veteres. Pro *infantium*, sixtini ex antiquis codd. C, D, F, H, U, all. praetulerunt *infantum*. Pro *in qua*, cod. B *in quo*.

28. *egredietur* — Cod. A, Eucherius *egreditur*.

29. *divisa est propter te* — Cod. S, Eucherius, Guibertus, Petrus Com. *propter te divisa est;* Steuchus Eugub. *divisa est super te*.

30. *est frater eius* — Cod. E tacet *est;* sixtini, codd. B, E tacent pronomen. Eucherius, Rupertus, Petrus Com. habent *est alter;* cod. S legit *est alter frater eius*.

Ibid. *Zara* — Codd. G, R, S, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Angelomus, Rupertus, Petrus Com. *Zaram;* uti Matth. I, 3.; item Ambrosius. Conf. infra XLVI, 12.

Cap. XXXVIIII, 1. *ductus est in Aegyptum* — Codd. E, H *ductus in Aegyptum est;* Thomas. I, 13., Angelomus tacent *est*. Pro *Putiphar*, cod. E *Phutiphares;* pleraeque edd. vett. et non pauci codd. *Phutiphar;* conf. supra quae adnotavimus ad XXXVII, 36.

Ibid. *exercitus* — Cod. R, Sixtus, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., Lovan., all., Brev. Goth. p. 180. addunt *sui;* item mendosa editio Calmeti qua deceptus est Vallarsius, qui heic affirmat Vulgatum addere *sui*. Hoc autem pronomen ad fidem antiquiorum omnium codd., veluti A, B, C, D, E, F, all., necnon veterum expositorum expunxerunt sixtini et gregoriani: « Deest *sui*, inquit Toletus, in » Bibl. Ordin. et manuscriptis; sed est in » Compl., Reg. et Lovan. In hebr. et graeco » non habetur illud *sui*, sed aliud vocabu- » lum, quod significat *coquos* vel *laniones*, » quasi dictum esset *princeps lanionum*, vel » *coquorum;* de quo vide lexicon complut. in » verbo טבח. Congregatio expunxit particu- » lam *sui*. » Verum ex Hieronymi sententia שׂר הטבחים hoc loco, et Gen. XXXVII, 36. XL, 3. 4. XLI, 10. 12. non *principem lanionum*, sed *praefectum satellitum*, scilicet praetorianorum significat; idque probarunt Michaëlis, Rosenmuller, Winer, Schroeder, Fuerstius, Gesenius aliique plures; unde constat optimam esse Hieronymi interpretationem, quam Vulgatus exhibet.

*

Ibid. *perductus erat* — Cod. G *productus erat;* Rupertus *perductus fuerat;* cod. O monet veteres codd. communem lect. retinere.

2. *habitavitque*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Guibertus *habitabatque;* hanc lectionem gregoriani, saltem primo, restauraverant; at dein vel ipsimet, vel clementini neglexerunt.

3. *Dominum esse* — Sixtini, codd. A, C 2. m., D, E, F, G, H, S, T, U, V, Rabanus *esse Dominum;* cod. B 1. m. tacet *esse.*

Ibid. *gereret, ab eo* — Codd. L 5. *gererentur ab eo.*

4. *quae ei tradita fuerant* — Cod. A *quae tradita fuerant ei;* codd. G, S, Bibl. Ordin., Hugo *quae tradita ei fuerant;* codd. C, D, E, F, O, T, U, Rabanus, Guibertus tacent *ei;* cod. P pro *tradita,* habet *credita.* Mira heic dexteritate, uti alias saepissime, sensum hebraici textus Hieronymus reddit; quem nemo prudens iure criminari potest.

6. *nisi panem* — Sixtini ex cod. A *praeter panem;* item Augustinus. Plane nugari videtur cl. Drach dum in notis ad h. l. cum quibusdam hebraeis pro *pane,* intelligit *uxorem:* nec minus a veritate abesse videntur qui hanc periodum ad Iosephum, non vero ad eiusdem herum referunt.

Ibid. *pulchra facie* — Brev. Goth. p. 180. *pulcher facie.* Non male; sequitur enim *decorus aspectu:* hebraeus autem habet יפה in utroque membro.

7. *multos itaque*—Sixtini ex cod. A *multos autem.* Pro *iniecit,* codd. A, B, E, Rabanus *iecit.*

Ibid. *domina sua*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Ven. 1479., Brix. 1496., Rabanus, Remigius antiss., Guibertus, Rupertus tacent pronomen. Hebr., graecus et reliqui legunt *uxor domini sui.* Post *oculos,* cod. B tacet *suos,* uti Ambrosius et Prosper apud Sabatierium, et versio slavon. ostrog.

8. *dixit ad eam* — Cod. gothic. legion. tacet *ad eam.*

9. *quo modo ergo*—Codd. F, T tacent *ergo;* conf. Holmesius et Sabatier.

Ibid. *hoc malum* — Nonnulli, collato hebraeo, proposuerant correctoribus Pii V. legendum *hoc grande malum,* quod et margo Ordin. habet; at non placuit. Codd. C, D, E, F, H, U, Bibl. Ordin., Eucherius, Rabanus, Guibertus *malum hoc;* Ambrosius cum graeco *verbum malum hoc;* at non desunt ex graecis qui cum hebr. et caeteris interpretibus addant τὸ μέγα (cf. Holmes.); ceterum cod. 108. Kennic. tacet הגדלה.

Ibid. *in Deum meum* — Sixtus, codd. B, G, R, S, T, Bibl. Ordin., Ven. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Gregorius M. I, 974. IV, 47., Rupertus, Elias de Coxida CCIX, 998. habent *in Dominum meum;* hinc Toletus adnotat: « Pro *Dominum,* corrige *Deum;* sic hebraeus, » graecus, Complut., Reg. et Congregatio. » nempe gregoriani sixtinos imitati solliciti fuere de corrigendo *Dominum,* in *Deum;* quod et pluribus ex correctoribus Pii V. placuerat, quodque ad fidem antiquorum codd. confirmant correctoria M, N, O, nostrique mss. plures sequuntur. Et merito; quum enim versiculo superiori occurrat *dominus meus* (hebr. אֲדֹנִי) quod ad Putipharem, cuius servus erat Iosephus refertur, hoc loco expedire videbatur ad normam sacri textus legere *Deum.* Cf. Bukentop. p. 139. et 389., et Calmetus. Neque audiendus Rosenmullerus, qui ex eo quod alias quandoque אלהים de regibus et iudicibus usurpetur, hic de Putiphare dici autumat; nusquam enim hoc sensu scribitur. Nec illum iuvat Onkelosi interpretatio ad quam heic perperam provocat. Demum ad Vulgatum quod spectat animadvertendum est codd. H, L 9., P, Q, priores edd. Rob. Steph., all. legere tantum *in Deum,* uti hebraeus, graecus et reliqui veteres.

10. *Huiuscemodi* — Bibl. Ord., Eucherius, Rupertus *Huiusmodi.* Codd. F, V *Loquebatur huiusmodi;* conf. nota seq.

Ibid. *dies* — Codd. L 4., Q, S, Bibl. Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Rupertus addunt verbum *loquebatur;* quod a plerisque ex correctoribus Pii V. admissum fuerat;

codd. G, R, Bibl. Ven. 1476. 1479., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c. *loquebantur;* scholiastes cod. N * miratur istud verbum expunctum fuisse: at diserte codd. M, N, O notant veteres latinos illud non legere; et Lucas Brugens. ait: « Transfodiendum est, quod se» quitur in quibusdam libris, verbum *loqueba» tur.* » Licet enim in hebr. textu antiquisque interpp. legatur, tamen hieronymianae huius periodi nova structura illud non requirit.

Ibid. *et mulier* — Quidam ex correctoribus Pii V. omittebant haec verba; sixtini, cum cod. A tacent *et.* Pro *et ille,* sixtini, codd. A, B legunt *at ille.*

11. *quadam die ut* — Codd. A, B, C, D, E, F, S, T, U, V, Euch., Rabanus *ut quadam die.*

Ibid. *Ioseph domum* — Cod. B *Ioseph in domum.* Porro Iosephi nomen, quod heic tacet hebraicus textus, legunt cum Vulgato samaritanus, graecus et syrus. Pro *absque arbitris,* cod. A habet *sine arbitris.*

12. *et illa* — Sixtini, codd. A, C, D, R, S, T, U, Rabanus *at illa.*

Ibid. *in manu eius* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus *in manu illius;* cod. S *in manibus eius* (ut vers. seq.), item Rabanus in Spicil. solesm. II, 39. Pro *pallio fugit,* cod. A *pallium, fugiit;* ita fere hoc verbum ponit codex.

13. *mulier vestem* — Eucherius *pallium mulier:* superiori versic. habetur *pallio.*

14. *vocavit ad se* — Tacent *ad se* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 9., O, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus; quibus concinunt hebr., graecus, et vett. reliqui interpretes. Ex schedis Angeli Rocca gregoriani dubitasse videntur. Cod. R *ad se vocavit.* Pro *et ait,* codd. F, R, Eucherius *et dixit.* Post *introduxit,* Rupertus addit *Dominus meus.* Pro *nobis,* Eucherius legit *mihi,* ut versic. 17.; cf. Holmes. Pro *coiret,* codd. E, P *dormiret;* conf. vers. 7. et 12. Pro *cumque,* Brev. Goth. l. c. *dumque;* cod. G *Cum ergo.*

15. *tenebam* — Codd. S, V, Bibl. Rob. Steph., all., Eucherius *tenebat;* vide infra ad v. 18.

16. *domum* — Cod. H, priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin. *in domum suam;* uti hebr., et vett. interpretes, exceptis syro et georg.

17. *et ait* — Cod. A 1. m. tacet *et;* quod mendose omittitur in Vulgato Waltoni.

18. *cumque audisset* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus *cumque vidisset;* et ita legunt omnes codd. quos contulerunt Martianaeus et Vallarsius; item cod. O notat veteres latinos legere *vidisset,* sed addit melius esse legere cum hebr. et graeco *audisset;* at hebraeus, qui habet hoc verbum in loco parallelo, vers. 15., heic neutrum habet.

Ibid. *quod tenebam* — Tacent haec verba codd. A, B, C, D, E, F, H, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus; correctores Pii V. etsi pro communi lectione stent, tamen adnotarunt novemdecim mss. non legere, alios nonnullos praeferre *quo tenebam,* alios vero *quod tenebat;* hanc postremam lectionem exhibet Robert. Steph. in edd. ann. 1528. 1532., all.: hebr. et graecus *apud me;* in loco parallelo, versic. 15. textus samar. ܦܫܓܫ, syrus utroque loco ܒܐܝܕܝ. Pro *fugit,* cod. A *defugiit;* conf. ad vers. 12.

19. *nimium* — Cod. P *multum.*

20. *vincti regis* — Cod. A tacet *regis.*

21. *misertus illius dedit* — Codd. S, T, V, veteres editiones, Brev. Goth. p. 181., Eucherius *misertus est illius, et dedit* (vel *deditque*); his favent hebr. et veteres. Hodiernam lectionem sixtini, quos reliqui correctores secuti sunt, hauserunt ex codd. A, B, E, G, H, all. At codd. C, D, F, U legunt *misertus est illius. Dedit.*

22. *illius* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Guibertus, Rupertus *ipsius;* Eucherius *eius;* hebr. et graecus *Iosephi;* mendosa heic latina versio samaritani in polygl. londinensibus.

23. *opera eius* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, U, Bibl. Ordin., Eucherius *eius opera.*

Cap. XL, 1. *His ita* — Sixtus, codd. C 1. m., D, G, H, N, R, T, U, V, Thomas. I, 8. vete-

res edd., Brev. Goth. p. 181., Angelomus *His itaque;* cod. S legit *His auditis* (omittens *gestis*). Sixtini et gregoriani hodiernam lectionem intulerunt ad fidem codd. A, B, E, F, all., Rabani: « Haec enim locutio, ait Rocca » I, 297., magis rei consona hoc in loco esse » censetur, et in Bibliis mss. multis inveni» tur. » Conf. Gen. XXII, 20. XLVIII, 1. Mox quidam cum Angelomo, Ruperto et cod. V legebant *Aegyptii;* unde cod. O monet legendum *Aegypti.*

2. *contra eos Pharao* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Paris. 1566., all., Eucherius, Rabanus, Angelomus, Guibertus *Pharao contra eos;* idem ordo in hebr. et antiquis. Pro *alter pistoribus,* cod. E *et alter pistorius.*

3. *misit* — Codd. C, D, F, H, T, U, V, Angelomus, Rupertus *et misit;* coniunctionis particulam legunt hebraeus et omnes veteres interpretes, non excepto samaritano, licet in eius latina versione desideretur; at isti, cum Angelomo, Ruperto, Hugone, in superiori versiculo habent *Iratusque est,* quod et nonnulli ex laudatis codd. legunt.

Ibid. *principis* — Codd. C, D, Rupertus *princeps.* Pro *in quo,* cod. A *ubi.* Pro *vinctus et Ioseph,* Eucherius legit tantum *Ioseph;* codd. A, R, V *vinctus Ioseph.*

4. *aliquantulum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, T, U, Guibertus *aliquantum;* Eucherius *aliquantum autem.* Pro *fluxerat,* codd. R, S *interfluxerat;* at cod. O testatur veteres legere *fluxerat.* Mox cod. B 2. m. *illi qui in custodia.*

5. *ambo somnium* — Eucherius tacet *ambo;* cod. F 1. m. *ambo somnia,* ut quinque codd. holmesiani. Mox cod. G *una nocte.*

6. *vidisset eos* — Cod. B tacet pronomen.

7. *sciscitatus est eos* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ord., Ven. 1476., all., Eucherius, Guibertus tacent *eos.*

8. *et non est* — Eucherius *nec est;* mox tacet *Numquid non Dei est interpretatio?* Guibertus tacet *ad eos;* ut alii non pauci apud Holmes. Pro *quid videritis,* codd. B, V *quod vidistis;* Petrus Com. *quae vidistis:* haec autem postrema verba declarationis gratia ab interprete addita videntur.

9. *prior* — Codd. B, G *prius.* Post *somnium,* codd. B, E, Brev. Goth. l. c., Rabanus tacent *suum.*

10. *in gemmas* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, L 9., O, S 1. m., T, U, V, Guibertus, Petrus Com. tacent *in.* Mendose in *Hexapl.* et in *Append.* Montfauconius adscribit Vulgato *in flores.*

11. *expressi* — Cod. E *pressi.* Mox Guibertus *in calice.* Pro *tradidi,* Eucherius *dedi;* item Ambrosius apud Sabatierium.

12. *Haec est* — Cod. F tacet verbum *est;* item Ambrosius ibidem.

13. *ministerii* — Sixtini, codd. A, B, C, D, M, N, N * 2. m., O, P, T, U, alii codd. apud Lucam Brugens., margo Ordin. *magisterii.* « Graecus habet *principatus,* inquit Toletus; » in mss. latinis legitur *magisterii;* quibus » consentit prior Congregatio (nempe sixtina): » sed posterior Congregatio (scilicet grego» riana) legit ut in textu (seu in ed. Sixti V.), » quia impressa omnia sic habent. » Cod. N adnotat veteres legere *magisterii,* licet in Ecclesia legatur *ministerii* (conf. Brev. rom. in VI. respons. Domin. III. Quadr.). Hieronymus veteres interpretes secutus sensum magis quam verba reddidisse videtur; hebraica enim verba ישא פרעה את־ראשך reddi possunt *elevabit Pharao caput tuum,* videlicet educet te de carcere; conf. Gesen. *Thesaur. p. 914.,* Maurer *Comm. in V. T.* et ita habet graecus ven. ἀρεῖ Παρεὼν τὴν σὴν κεφαλήν. Singularis est interpres samaritanus, qui fortasse pressius sacri textus verba sectatus, habet *subducet Pharao rationem tuam;* cf. Winer *de vers. Pent. sam. p. 33.* At certe frigide interpretatus est Iohannes Diodati *Faraone rivedendo la tua famiglia.*

Ibid. *ante facere* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Eucherius, Guibertus *facere ante.* Pro *consueveras,* cod. A *consueras;* cf. ad Exod. XXII, 17.

14. *bene tibi* — Ita legendum censuere six-

tini cum codd. C, D, F, G, R, S, T, U, et Bibl. Ordin. At vero reliquae edd. vett., codd. A, B, E, H, V legunt *tibi bene;* item Ambrosius et August. *App. t. V. c. 32.* Pro *fuerit,* cod. E *fecerit.*

Ibid. *et facias* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Guibertus *et facies;* graecus ποιήσεις; item Ambrosius. Bibl. Lugd. 1550. 1567., marg. Ordin. addunt *quaeso,* ut hebr.

Ibid. *ut educat* — Codd. A, B, E, H, O, T, U, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c. *et educat;* cod. D *et educet;* Ambrosius *et educes;* item graecus et Targum: hebraeus והוצאתני; cui reliqui consentiunt.

15. *furto* — Legunt *furtim* Sixtus, codd. B, F, G, S, V, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan. aliaque plura, Gregor. M. III, 767., Brev. rom. l. c. (unde cod. N notat: « In Ecclesia dicitur *furtim* »). Verum sixtini et gregoriani cum Bibl. Ordin. et nobiliori codd. parte hodiernam lect. admiserunt. Hinc Toletus: « Le» ge *furto;* sic graecus, Ordin., mss. et utra» que Congregatio. » Conf. Lucas Brugens., Rocca l. c., Bukentopius p. 389.

16. *Videns* — Rabanus addit *autem;* hebraeus et veteres concinunt.

Ibid. *Quod tria canistra farinae haberem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Guibertus, Petrus Com., Brev. Goth. l. c. *Quod haberem tria canistra farinae;* item cod. G, sed pro *Quod,* legit *Quasi,* ut arabs.

17. *quod erat* — Brev. Goth. l. c. tacet *erat.*

Ibid. *portare me* — Codd. L, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., margo Ord. addunt *putabam;* Brugens. scribit: « Superfluum est verbum *putabam,* » quod quidam interponunt. » Cod. O recte adnotat in antiquis libris non legi. Post *cibos,* correctores Pii V. dubitabant utrum addendum esset *Pharaonis,* quod heic exprimunt hebraeus et veteres. Pro *avesque comedere,* cod. E legit *aves quoque edere.*

18. *Respondit* — Cod. O admonet quosdam perperam legere *Responditque;* et ita habet cod. R, cum hebr. et graeco.

19. *suspendet te in cruce* — Cod. A *suspendet in crucem* (2. m. *in cruce*).

20. *Exinde* — Sixtini, codd. A, C, D, H, T, U *Exin;* it. cod. N qui adnotat: « *Exin* apo» copatum est ab *exinde,* ut decentius seque» retur dictio incipiens per *di* syllabam. » Brev. Goth. l. c. *Et exinde.*

Ibid. *dies tertius* — Brev. Goth. l. c. tacet *dies.* Docet Mazochius in *Spicil. Bibl. I, 138.* supponendam esse distinctionem post τὸ *tertius.* Conf. nota seq.

Ibid. *natalitius* — Codd. C, D, H, N, O, P, T, U, V 1. m., margo Ordin. *natalis;* cod. O addit: « Patet ex graeco, quod *natalis* est ge» nitivi casus. » At graecus habet ἡμέρα γενέσεως, scholiastes postremam tantum vocem legisse videtur. Cod. N monet: « *natalis* » melius adiungitur ei quod dicitur *tertius,* » quam si poneretur ibi *natalitius.* In talibus » posset animadverti quod non debet mutari » littera interpretum seu antiquorum. » Conf. Mazochius l. c.

21. *ei poculum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 13., N, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rabanus, Guibertus, Brev. Goth. l. c. *regi poculum;* hebr., graecus et reliqui exprimunt ipsum *Pharaonis* nomen, excepto arabe, qui cum Vulgato et cod. 106. holmes., substituit pronomen.

22. *alterum* — Rabanus addit *vero;* cui accedunt hebr. et veteres omnes. Pro *in patibulo,* codd. S, U, Brev. Goth. l. c. *in patibulum;* cod. H *in cruce;* ut vers. 19. conf. infra ad XLI, 13.

23. *Et tamen* — Cod. A *Attamen.* Pro *prosperis . . . interpretis sui,* cod. E *prospera . . . interpretationes,* haud dubito quin mendose.

Cap. XLI, 2. *pulchrae* — Cod. R *pingues.* Pro *pascebantur,* cod. G *pascebant.*

3. *et pascebantur* — Cod. B, Miss. Moz. p. 317. tacent copulam.

Ibid. *virentibus* — Cod. R *virentibus et uberrimis;* cod. S *uberrimis virentibus:* cod. O monet veteres non addere *uberrimis.*

4. *erat* — Codd. A 1. m., V *erant*. Pro *corporum*, Eucherius *corporis*. Pro *Expergefactus*, codd. A, C, D, T, U *Experrectus*.

5. *dormivit* — Cod. P, Petrus Com., margo Ordin. *obdormivit*. Pro *alterum*, cod. S, Miss. Moz. l. c., Petrus Com. *aliud;* cod. G tacet; mox habet *culmine*, pro *culmo*, item cod. V 2. m., et glossa Isidori VII, 409.

7. *omnem priorum* — Bibl. Ordin., Miss. Moz. l. c. *omnem priorem;* cf. vers. 24. Bibl. Lugd. 1522. tacent *omnem*.

Ibid. *Evigilans Pharao*—Sixtini, codd. A, B, E, Eucherius, Rabanus, Miss. Moz. l. c. tacent *Pharao*. Sirleti schedae memorant codicem legentem *Evigilans autem post quietem Pharao*, quod glossema esse videtur.

8. *ad omnes coniectores*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, L 10., S, T, U, V, Bibl. Ord., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Com., Miss. Moz. l. c. *ad coniectores;* accedunt nonnulli graeci codd. holmesiani.

9. *pincernarum magister* — Bibl. Venet. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *magister pincernarum*. Mox cod. G legit *Confitebor;* Eucherius tacet *Confiteor peccatum meum*.

10. *iussit* — Cod. A legit *iussisti*.

11. *somnium praesagum*—Sixtus, codd. G, H, R, S, V, veteres edd., Eucherius *somnium, praesagium;* sixtini emendarunt ad fidem antiquiorum codicum, prout iam adnotaverat Sirletus. Toletus vero sixtinorum correctionem instauravit. Conf. Brugensis. Pro *vidimus*, cod. G *vidit*, quod codex N reiicit.

12. *Erat ibi* — Eucherius *Eratque ibi;* ut hebraeus, graecus et reliqui.

13. *ego enim* — Cod. G *ego quidem;* graec. ἐμέ τε. Pro *in cruce*, cod. B, Miss. Moz. l. c. *in patibulo*, ut supra XL, 22.; armenus *in ligno:* hebr., graecus et reliqui habent tantum verbum *suspendit*, ut loco cit.

14. *eductum* — Cod. B *eductus*. Mox codd. A, R *totonderunt Ioseph;* item itala in fragmento quod ad calcem Geneseos damus ex cod. E. Pro *obtulerunt ei*, cod. H *oblatus est ei;* Petrus Com. *oblatus est regi;* Bibl. Lugd. 1550., Paris. 1566., all. *obtulerunt regi:* hebr., graecus et reliqui nomen *Pharaonis* exprimunt.

15. *somnia* — Codd. B, V *somnium;* eisque suffragantur hebr., graecus et reliqui.

Ibid. *qui edisserat* — Codd. C, D, F, I, T, U, V addunt *quae vidi:* profecto accusativus, quem hebr., graecus et reliqui per pronomen efferunt, in Vulgato desiderari videtur. Scholiastes cod. O notat quosdam posuisse *vidi*, pro sequenti verbo *audivi*, « quod puto, ait, » vitio scriptorum factum; nam non viderat, » sed tantum audierat de eo a principe pin- » cernarum. »

Ibid. *quae audivi* — Codd. C, D, F, I, T, U, V tacent *quae;* cod. B legit *et quia audivi;* hebraeus, graecus et reliqui *et ego audivi*.

Ibid. *sapientissime* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, K, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Guibertus *prudentissime;* Sirletus quoque hanc esse veterum codd. lectionem adnotaverat.

17. *ergo Pharao quod* — Sixtini, codd. A, G, V, Glossa interlin. *ergo ille quod;* cod. B *ergo illi quod;* Miss. Moz. l. c. *ergo quod;* Bibl. Reg., Paris. 1566., all. *ergo Pharao quae*.

18. *virecta* — Cod. V 2. m., Bibl. Venet. 1479., Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *vireta*, de qua voce cf. Forcellini et Du-Cange. Miss. Moz. l. c. *virentia*. De hebr. אחו plura dabit Gesenius in *Thesaur. p. 67.*, cui addes Peyron *Lexic. copt.*, Taurin. 1835. pag. 16. Cf. Hieronym. III, 366. IV, 291.

19. *has sequebantur* — Miss. Moz. l. c. tacet pronomen; Guibertus legit *assequebantur;* item cod. R, sed 2. m. praemittit *has;* cod. F *eas sequebantur*.

Ibid. *in terra* — Sixtini, codd. A, F, V *in universa terra;* consentiunt hebr., graecus et reliqui veteres; item Augustinus: dubitaverant olim correctores Pii V. an haec lectio assumenda esset.

20. *prioribus* — Quum Biblia plantiniana in fol. edita Antuerpiae anno 1583. heic mendose legant *pecoribus;* quumque sixtinorum diligentiam hoc mendum fugerit, idem ad Sixti editionem transiit; at, illo postea de-

prehenso, Sixtus, chartula cum voce *prioribus* inscripta, glutine superimposita, errorem emendavit. Cf. Bukent. p. 389. et Brugensis. Toletus quoque id notavit scribens: « Legunt » *prioribus* Compl., Reg. et Ordinaria. In Lov. » (intellige laudatam edit. anni 1583.) est » *pecoribus*; sed impressoris mendum esse » puto (nec dubium esse potest si conferantur » reliquae Plantini edd.). In hebraeo et grae- » co legitur utrumque, nempe *primis bobus*; » et alia etiam habentur, quae non sunt in » latinis Bibliis, scilicet: *et comederunt vaccae* » *tenues et malae septem vaccas priores pin-* » *gues: et venerunt ad interiora earum, et non* » *est cognitum quod venissent ad interiora ea-* » *rum* etc. »Vix est quod moneamus nil in Vulgato desiderari, in quo Hieron. paucioribus verbis integrum sensum eleganter reddidit.

21. *rursus* — Sixtini, codd. A, C, D, all. *rursum*. Ceterum scias velim, optime lector, nos minutiora huiusmodi fere tantum adnotare quando romani censores, quorum universas correctiones quantumvis minimas dare conamur, ad id nos impellunt.

22. *vidi somnium* — Codd. B, E, uterque ex correctione, addunt *aliud;* item Miss. Moz. l. c. Non male.

23. *e stipula* — Codd. M, O notant veteres codd. non legere *e stipula;* et revera tacent codd. C, D, F, T, U, V 2. m.; cod. E legit tantum *stipula;* hebr. אחריהם, cui veteres interpretes consentiunt: vide igitur an Hieronymus scripserit *post illas;* vel potius hebraicum verbum neglexerit, uti versic. 6.

24. *priorum* — Cod. C, Miss. Moz. l. c. *priorem;* conf. ad vers. 7. Pro *devoraverunt*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *devorarunt;* cod. B, Miss. Moz. l. c. *devorabant*.

Ibid. *somnium* — Codd. E, G, H, L 4., P, Q, priores edd. Rob. Steph., margo Ordin., Guibertus *somniorum;* idque placuit Lucae Brugensi, qui hanc lect. inter eas retulit, quae, ex eius sententia, instaurari poterunt.

25. *quae facturus* — Codd. B, S legunt *quod facturus*.

26. *ubertatis* — Sixtus cum plerisque antiquis edd. scribere solet *hubertatis;* at recte gregoriani hanc vocem absque adspiratione perpetuo scribi mandarunt.

Ibid. *comprehendunt* — Codd. C, D, P, T, U, margo Bibl. Ordin. *comprehenderunt*.

27. *venturae sunt* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Miss. Moz. l. c. *sunt venturae;* cod. E *sunt venturi*. Pro *Septem quoque*, Miss. Moz. l. c. *Septemque*.

29. *Ecce septem* — Cod. B, Miss. Moz. l. c. legunt *Et septem*.

30. *sequentur* — Cod. B, Miss. Moz. l. c. *sequentes*, item cod. C 1. m., ut videtur. Mox Eucherius transpositis verbis legit *cuncta oblivioni tradatur;* cod. A 1. m. *tradantur*, conf. graec. ἐπιλήσονται. Dein cod. B tacet *enim*.

31. *perditura est* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, O, T, U, V tacent verbum *est*.

32. *ad eandem rem* — Codd. E, F *ad eumdem*. Mox pro *Dei*, codd. B, C 1. m., G, Miss. Moz. l. c. habent *Domini*.

34. *per cunctas* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Guibertus, Miss. Moz. pag. 318. *per singulas*. Vallarsius a sua mendosissima Calmeti editione deceptus falso asserit Vulgatum pro *fertilitatis*, legere *sterilitatis*, quod sensum pervertit, et alias nusquam legitur.

35. *iam nunc* — Sixtinis cum cod. A placuit *nunc iam*, qua lectione similium vocalium concursus vitatur.

36. *Et praeparetur* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, O, S, T, U, Eucherius, Miss. Moz. l. c. *Et paretur*.

Ibid. *oppressura* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius *pressura*.

38. *locutusque est* — Cod. E tacet *est*. Pro *poterimus*, Miss. Moz. l. c. habet *possumus*.

39. *Dixit ergo* — Cod. V *Dixitque;* Eucherius *Dixit Pharao;* hebr. ויאמר פרעה.

Ibid. *tibi Deus* — Codd. A, E, G, H *Deus tibi;* eadem lectionis varietas est in graecis codicibus. Miss. Moz. l. c. *tibi Dominus Deus;* item cod. 94. Kennic.

Ibid. *consimilem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, T, U, V, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius *similem*.

40. *populus obediet* — Eucherius *obediat populus*. Pro *te praecedam*, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *praecedam te;* item Augustinus.

41. *Dixitque rursus* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, N, O, P, T, U, Hugo, margo Ord. *Dicens quoque rursum;* Miss. Moz. l. c. *Dicensque rursus;* codd. G, H, N *, S, Rabanus *Dixit quoque rursum*. Mox cod. G tacet *Pharao*. Post *Ecce*, cod. E addit *nunc*.

42. *Tulitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 8., N, O, P, S, T, U, Hugo, Remigius antiss. legunt *Tulit*.

Ibid. *dedit eum* — Pronomen expunxerunt sixtini, nec legitur in codd. A, B, C, D, E, F, G, S, T, U, V, Bibl. Ord., Lugd. 1522., all., Eucherio, Rabano, Guiberto, Petro Com., et paucis graecis codd. holmesianis. Post *vestivitque*, rursum Eucherius tacet *eum*. Pro *stola byssina*, codd. D, F, R, T, U *stolam byssinam*. Pro *auream*, cod. A *aureum;* nam *torquis* recte masculino quoque genere effertur. Pro *circumposuit*, Guibertus *circumdedit*.

43. *Fecitque eum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, O, S, T, U, Hugo, Eucherius, Rabanus, Remigius antiss., Miss. Moz. l. c. tacent pronomen, ut cod. 25. holmesianus: Guibertus *Fecit quoque*. Mox cod. E tacet *super*.

Ibid. *suum secundum* — Codd. D, G, R, U *suum secundo;* hanc lect. memorat Hugo de s. Charo dicens: « Alia littera habet *secundo*, » quod bene congruit mysterio etc. » codd. L 6. *suum secum:* « Mendose, ait Bukentop. » p. 139., aliqua latina exemplaria habent » *secum*. » Cf. Lucas Brugens. et Estius in h. l.

Ibid. *clamante praecone* — Codd. R, T, Miss. Moz. l. c. *clamantem praeconem;* Rabanus addit *et dicente*. Pro *universae terrae*, Eucherius praetulit *in universa terra*.

44. *Dixit quoque rex* — Ex ὁμοιοτελεύτῳ cod. E totum versiculum omittit: item duo codd. Kennicotti. Eucherius legit *Dixitque rex;* Sixtus cum cod. S, et plerisque antiquis edd. addit *Aegypti;* quam vocem sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum codd. expunxerunt. Angelus Rocca I, 298. scribit: « Nomen *Aegypti* tamquam superfluum e me» dio sublatum fuit; nec legitur in graeco et » chaldaico; nec item in Bibliis mss. » Attamen hebraeus, graecus et reliqui interpretes, excepto arabe, habent *Dixitque Pharao*, quod non simpliciter *rex*, sed utique *rex Aegypti* reddi poterat. Pro *tuo imperio*, cod. G legit *tui oris imperio;* conf. vers. 40.

45. *nomen eius* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Paris. 1566., all., Eucherius, Rabanus, Guibertus *nomen illius*.

Ibid. *lingua Aegyptiaca, Salvatorem mundi* — Temere Sixtinus Amama in *Antibarb. bibl. pag. 275.* carpit hieronymianam hanc interpretationem: perperam cl. De-Rossi *de praecip. causs. pag. 50.* provocat ad Kircherum aliosque eruditos viros, quibus eadem minus probabatur: falso demum alii affirmant ignotum atque inextricabile huius nominis etymon esse (Cahen. *Bibl. Paris. 1831.*). Nam ex nuperrimis aegyptiacarum litterarum studiis luculentissime demonstratur Hieronymum, eumque solum inter omnes veteres interpretes (haud enim dubium quin ex Hieronymo petitum fuerit schol. cod. Oxon. σωτὴρ κόσμου), rectam nominis Iosepho impositi צפנת פענח interpretationem protulisse. Vide Diss. p. Ungarellii *Della iscrizione geroglifica incisa sopra un sarcofago egiziano*, Rom. 1842. *(Atti della Pontif. Accad. rom. di archeol. tom. XII. p. 327.)*, et Gesenii *Thesaur. p. 1181.* qui profert testes Rosellini, Peyron, Champollion, all. Ceterum recte monet cod. N verba *lingua aegyptiaca* a latino interprete adiecta fuisse. Guibertus legit *aegyptia*.

Ibid. *Deditque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, O, R, T, U, V, Hugo, Rabanus *Dedit quoque*.

Ibid. *Aseneth filiam Putiphare* — Cod. B *Asenneth Phutiphare filiam;* sunt et graeci codd. scribentes Ἀσεννέθ; Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Assenez;* codd. A, C, all. *Asenech*. Quoad eius patris nomen codd. plerique ha-

bent *Putifares*, vel *Phutiphares*; cod. O adnotat: « Quidam habent *Putiphares*; sed graecus tertiae declinationis numquam desinit » in *es*, sive graece, sive latine declinetur: » unde vitium scriptorum est. » Sixtini et gregoriani scribunt perpetuo *Putiphare*. « Ita, » inquit Lucas Brugens., rectius scribitur tum » hic, tum infra vers. 50. et XLVI, 20., quo » certius distinguatur nomen hoc sacerdotis » *Putiphare* quadrisyllabum (פוטי פרע), » a trisyllabo nomine eunuchi *Putiphar* » (פוטיפר), de quo vide supra ad Genesim » XXXIX, 1. » conf. Bukentop. p. 7. Immerito igitur Amama l. c. dicit Vulgatum confudisse duo haec nomina. Sixtus tamen cum plerisque antiquis edd. habet *Phutipharis*.

Ibid. *Egressus est* — Sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus tacent verbum *est*. Pro *itaque*, cod. G *igitur*.

46. *triginta autem* — Tacent *autem* cod. B, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540., all.

Ibid. *annorum erat* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, S, U, V, Eucherius, Rabanus inverso ordine legunt *erat annorum*.

Ibid. *et circuivit* — Sixtini, codd. A, B, E, G, H, S, Rabanus, Guibertus tacent *et*. Vetustissimi codices scribunt *circumivit*.

48. *Omnis etiam* — Cod. S et Eucherius legunt *Omnisque*.

49. *abundantia* — Sixtini codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus legunt *multitudo*; et sic verbum in proxime superiori versiculo obvium non iteratur. Cod. E ante *copia*, tacet *et*.

50. *Nati sunt autem* — Sixtus cum antiquis editionibus, et Brev. Goth. p. 183. *Natique sunt*; hodiernam lect. intulerunt sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codicum. Pro *filii duo*, codd. G, S, Petrus Com. *duo filii*, ut Hieronym. III, 367. cf. Holmes.

Ibid. *peperit ei* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rabanus, Guibertus, Rupertus *ei peperit*. De *Aseneth*, et *Putiphare*, vide supra ad vers. 45.

51. *Manasses* — Sixtini, codd. A, C, D, F, N, O, Rupertus *Manasse*, item Hieronymus l. c.; hebr. מנשה, graecus Μανασσῆ. Notandum est Vulgatum fere inflectere hoc nomen *Manasses*, *Manasse* pro quocumque casu, praeter quartum, in quo habet *Manassen*; at cf. Gen. XLVIII, 20. Num. XXVI, 28. Pro *primogeniti*, cod. E *primogenito*. Pro *fecit*, cod. N *facit*. Pro *Deus*, cod. E, Rupertus *Dominus*. Conf. Sabatier.

Ibid. *domus* — Cod. E *de domo*; codd. A, C, D, G, O, R, U, Bibl. Ordin., Petrus Com. *domum*; item Cassiodorus; cod. N animadvertit: « Nota pulcram casuum varietatem » iuxta duos modos regiminis: similiter Isa. » LXIII. (v. 7.) *Miserationum Domini recor-* » *dabor, laudem Domini*. Sed istud quidam » destruxerunt. »

52. *Nomen quoque* — Rabanus, Rupertus *Nomenque*. Mox cod. O monet scribendum *Ephraim*; non autem *Effraim*, ut nonnulli recentiores codd. habent.

53. *ubertatis annis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Brev. Goth. p. 184., Rabanus, Guibertus *annis ubertatis*. Pro *fuerant*, Bibl. Lugd. 1522., Rabanus *fuerunt*.

54. *in cuncta autem* — Codd. L, R 2. m., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. posteriores edd., all., Brev. Goth. l. c. *in cuncta etiam*; hanc lectionem praetulerant correctores Pii V.; eaque maximi momenti videtur esse ad solvendam quaestionem de qua iam agendum. Cod. R 1. m., Guibertus tacent *autem*.

Ibid. *panis erat* — Insignis est hoc loco latinorum codicum discrepantia. Nostrum est singulas lectionum varietates recitare, testes producere, documenta proferre, unde alii iudicent utrum aliquid compertum esse videatur. In primis animadvertimus omnes varietates ad duas classes revocandas esse: nimirum ad primam pertinent illae, quae panem aegyptiis defuisse, adeoque eos fame laborasse affirmant; ad alteram vero spectant lectiones, quae contrariam prorsus sententiam reddunt, nempe aegyptios frumenti copia in-

*

structos inediam ignorasse. Maxima latinorum codd. pars priorem classem sequitur. Nam 1°. legunt *erat fames* (vel *famis*) codd. C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus. 2°. habent *fames erat* codd. B, L, P, Brev. Goth. l. c., omnes veteres Vulgati editiones quas vidimus, ante stephanicam anni 1528., itemque non paucae posteriores, praesertim venetae, lugdunenses, Bibl. Reg. et ipsius Roberti Stephani. 3°. habent *non erat panis* cod. A, Guibertus et Glossa interlinearis; item legisse videtur Hugo a s. Charo. 4°. Alfonsus Tostatus legit *defecerat panis;* cui accedit novissima editio Opp. s. Hieronymi, in Patrologiae tom. XXVIII, col. 219. (Paris. 1845.) legens *deerat panis;* quod tamen absque ulla codicum auctoritate factum arbitror, et fortasse ex Gen. XLVII, 13. temere derivatum fuit; obstant enim reliquae Hieronymi editiones, de quibus infra dicetur. Accedunt 5°. versio syriaca, 6°. coptica, 7°. slavonica ostrog. (de qua conf. Holmes.), 8°. viginti graeci codd. holmesiani, praeter Caten. Nicetae et ed. Aldi, quibus addendus est cod. vaticanus reg. 10. (holm. 58.) quem heic in sua editione Card. Maius expressit, quemque perperam tacuit Holmesius; legit enim οὐκ ἦσαν ἄρτοι; cui nuper accessit alter graecus codex seculi VIII. a cl. Tischendorfio editus in *Monum. Sacr. ined. tom. 2. p. 305.* His addere possumus testimonium nostri cod. O, in quo scholiastes testatur graecos codices legere *non erant panes.* 9°. demum accedunt codices arabicae versionis ab Holmesio excitati. Ad alteram classem referendi sunt 1°. e latinis codex sangermanensis parvus a Rob. Steph. laudatus ad marg. suae editionis an. 1540., qui legit *panis erat;* hanc lectionem sectantur Bibl. Lugd. 1535., Lovan. 1547., indeque innumerae editiones hentenianae quae secutae sunt. 2°. cod. H, nempe Martianaei et Vallarsii exemplaria; et vetustus codex *Lan.* (lege *Langobardus;* sic enim appellabant codicem gothicum), quem heic, ut alias saepe, in suis schedis laudat Sirletus, qui legunt *erat panis;* itemque editiones Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., aliaeque paucae ex eisdem petitae, veluti Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538., item Isidorus Clarius et margo Ord. 1590. His adnectere possumus Caietanum, qui censet corruptum esse Vulgati textum legentem *fames erat,* atque scribendum esse autumat *fuit panis.* 3°. cod. K, qui habet *non erat famis.* 4°. hebraicus textus et samaritanus, qui, absque ulla codicum exceptione, habet היה לחם; de quorum verborum integritate dubitare non debuisset Michaëlis *Bibl. Orien. IX, 207.;* fieri tamen olim potuisse non negamus, ut audaci coniectura quispiam pro היה legendum autumaret אין, aut quid simile. 5°. graecus alexandrinus, exceptis codicibus superius memoratis. 6°. Onkelos. 7°. Ionathanus. 8°. Saadias. 9°. interpretes samaritanus, de quo in tom. VI. polyglottorum londinensium; nam in ipsis polygl. est in lacunis. 10°. persica versio. 11°. graecus venetus. 12°. armenus aliique interpretes qui ex graeco transtulerunt, exceptis iis, quos superius excitavimus et itala cuius lectio heic desideratur. Ad romanos censores quod spectat, postquam plura de hac quaestione in suis schedis digesserat Sirletus (tum in cod. vatic. 7093., tum in marg. ed. Lovan. 1547. in vaticana bibliotheca adservatae), censores Pii V. in diversas abierunt sententias; nam tres cum hebr. et Lovan. legendum censuerant *panis erat;* quatuor proferebant duos graecos antiquos codices legentes *panis non erat;* duo reliqui enumerabant triginta et unum latinos codices praeferentes *fames erat.* Sixtini porro, et qui sequuti sunt correctores, lovaniensium lectionem intactam dimiserunt, quae proinde ad clementinas edd. propagata fuit. Testes in utramque partem pro nostro instituto excitavimus. Dolemus nobis hoc loco penitus deficere versionis antehieronymianae documenta; quae fortasse aliquam lucem afferre possent nostrae quaestioni. Valde enim ambigimus utrum lectio, quae fere omnes veteres latinos codd. occupavit a Hieronymo profecta sit; neque tamen affirmare, aut negare audemus

hodiernam lectionem hieronymianam esse. Profecto alterutra ex scriptorum vitio ortum habuit; at pro utraque testes haud obscuri stare videntur. Quam ob rem omnino probare haud possumus Bukentopii sententiam p. 139. scribentis: «Paucissimi libri graeci, » ut Basileenses, addunt negationem οὐκ, » *non erant panes;* quos secutus est syriacus, » sed mendose; prout simili mendo irrepsit » in quamplurimis latinis *fames*, pro *panis*. » Neque enim adeo rari sunt graeci codd. addentes οὐκ, neque syrum graecos secutum esse, aut esse mendosum demonstratur. Ad latinos quod spectat, verba quae immediate sequuntur, nempe *Qua* (Aegypto) *esuriente, clamavit populus* etc., lectionem quae panis defectum refert requirere videntur, aut saltem eidem mire consentiunt. Unde Ioh. Paulus Oliva in h. l. ait: «Si suppetit panis, quo» modo famescit?» Conf. De Vence, et Ioh. Clerici *Comm. in h. l.*

55. *respondit* — Cod. E addit *dicens*.

Ibid. *quidquid ipse* — Pronomen *ipse* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Guibertus, Rupertus; quibus favent hebr., graecus et reliqui interpretes. Pro *vobis dixerit*, cod. F *dixerit vobis;* Guibertus *vobis indixerit*.

56. *quotidie fames* — Cod. T, Bibl. Ordin., Rabanus *fames quotidie*.

Ibid. *in omni terra* — Cod. A addit *Aegypti*, ut cod. derossian. 661.; Bibl. Ordin. legunt *in universa terra*. Post *Aegyptiis*, Remigius antiss. addit *frumenta*.

Cap. XLII, 1. *Audiens* — Cod. O adnotat hebr. et graecum legere *Videns;* item Augustinus. Pro *filiis*, cod. P *fratribus*, et ita legit Hugo de s. Charo qui adnotavit heic poni *fratribus* pro *filiis*, sicut supra XXXI, 23. et 37. Pro *negligitis*, Brev. Goth. p. 184. *neglexistis;* vetustiores codd. uti A, C, D, all. scribere solent *neglegitis*.

2. *venundetur* — Codd. C, D, U *venundaretur*. Pro *possimus*, cod. A *possemus*. Pro *consumamur*, cod. E *consumemur;* hebr. נמות.

3. *in Aegypto* — Rabanus, Guibertus *in Aegyptum*. At hoc verbum, iuxta hebr. et graecum referendum est ad *emerent*, non vero ad *descendentes*.

4. *a Iacob* — Codd. A, C, D, F, G, O, S, T, U, Guibertus, Rupertus *ab Iacob*. Mox pro *eius*, codd. F, S legunt *suis*.

5. *sunt terram* — Codd. C, D, F, T, U, V, Rabanus *sunt autem terram;* hebr. quoque et veteres interpretes coniunctionem exprimunt; cod. E *sunt in terram*.

5. 6. *Chanaan. Et Ioseph erat princeps in terra Aegypti* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, L 10., O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *Chanaan, et Ioseph princeps Aegypti*. Veteres cum hebr. legunt *Chanaan, et Ioseph ipse* (vel *erat*) *princeps in terra (potestatem habens super terram)*. At sex codd. holmes. pro τῆς γῆς, legunt τῆς Αἰγύπτου; Eucherius *Et Ioseph princeps erat terrae Aegypti;* item cod. R, excepto quod tacet *terrae*.

6. *ad eius nutum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Eucherius, Rabanus *ad illius nutum*. Mox Guibertus tacet *sui*.

7. *agnovisset* — Eucherius, Ionas aurel. CVI, 320., Petrus Com. *cognovisset*. Post *interrogans*, Rabanus tacet *eos;* cf. Holmes. Pro *venistis*, Guibertus *venitis;* hebr. באתם.

8. *cognitus* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius, Isidorus V, 343., Beda II, 269. IV, 352., Rabanus, Guibertus *agnitus*.

9. *Recordatusque* — Guibertus addit *est;* mox vero legit *et ait;* ut hebr. et veteres interpretes. Eucherius *Recordatus*.

Ibid. *ad eos* — Tacent sixtini, codd. A, B, E, Eucherius, Rabanus; item cod. 4. Kennic. Cf. Sabatier. Post *estis*, Gregor. M. I, 1415. addit *vos;* hebr. אתם. Pro *infirmiora*, cod. A eodem sensu legit *inferiora*.

11. *unius viri* — Cod. A tacet *viri*. Cod. F, Petrus Com., Petrus cellens. CCII, 702. *viri unius*, ut infra vers. 13. Idem ordo est utrobique in hebraico. Pro *pacifici*, codd. B, S,

Petrus cell. l. c. *pacifice*. Mox cod. P legit ut infra vers. 31. *nec ullas molimur insidias*.

12. *immunita*—Cod. E *immunitatem;* Beda II, 270. *munita;* mox *venistis considerare*. Pro *respondit*, Eucherius *ait*.

13. *At illi*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, N, O, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Eucherius, Rabanus, Brev. Goth. l. c. *Et illi*. Praeterea codd. C, D, G, N, O, R, S, U, edd. veteres fere omnes heic addunt *dixerunt;* quod verbum merito a sixtinis expunctum fuit; sequitur enim *inquiunt;* neque illud legunt prisci codd. A, B, all. Cf. Rocca I, 298. et Lucas Brugensis. Attamen scholiastes cod. N vult legi: « *Et illi dixerunt: Duodecim in-* » *quiunt;* quod dicitur *inquiunt*, quasi narra- » tionis verbum expletivum est, sicut con- » iunctiones quaedam sunt expletivae ad or- » natum. »

Ibid. *servi tui, fratres*—Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. plures, Brev. Goth. l. c. *fratres, servi tui;* item cod. 18. derossian., tres codd. holmes., syrus, armenus, slavonic. et georg. Non satis accurata heic latina versio samarit. et chald. in polyglottis. Cod. P expungit *fratres*, item margo Ordin. et duo codd. holmesiani.

Ibid. *viri unius*—Cod. G, Bibl. Ord. *unius viri;* ut vers. 11.

Ibid. *alius non est super*—Praemittunt particulam *et* codd. C, F, G, H, O, T, U, V, Rupertus; it. hebr. et veteres. Cod. E tacet *super*.

15. *capiam*—Cod. A *accipiam*. Post *veniat*, Bibl. Lugd. 1550. 1567. addunt *huc;* item hebr., graecus et reliqui.

16. *ex vobis*—Codd. A, C, D, E, F, H, O, R, T, V, Hugo, Eucherius *e vobis*. Codd. I, U *Mittite vobis*.

Ibid. *et adducat*—Codd. G, S, Bibl. Lugd. 1522. 1526. *ut adducat;* Petrus Com. *qui adducat;* cod. A et Rabanus cum Augustino *et adducite;* graecus λάβετε, at quidam codices legunt λαβέτω. Cod. O notat communem lect. consentaneam esse hebr. et graeco.

Ibid. *vera an falsa*—Codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius *falsa an vera;* cod. N testatur hunc esse verborum ordinem in hebraeo et antiquis latinis; at hebraici nostri codd. cum Vulgato consentiunt. Mox pro *sint*, cod. B *sunt*. Animadverte Rabanum non ex vulgata edit., sed potius ex itala hunc locum proferre atque interpretari.

17. *Tradidit ergo illos*—Sixtini, codd. G, H, R, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *Tradidit ergo eos;* codd. A, C, D, E, F, S, T, U, V, Petrus Com. *Et tradidit eos;* hanc autem esse veterum lectionem consentientem hebr. et graeco testantur codd. N, O; reliqui parum absunt; cod. B *Tradidit illos;* Eucherius *Tradidit eos;* Rupertus *Tradiditque eos*.

Ibid. *custodiae*—Cod. F, Eucherius *in custodiam;* Guibertus *in custodia*. Post *diebus*, cod. E addit *et tribus noctibus*.

18. *Die autem tertio eductis*—Eucherius *Tertia autem die eductis eis*.

Ibid. *de carcere*—Sixtini cum cod. A *de custodia;* codd. D, G, H, T, Bibl. Ord., Hugo, Guibertus *e carcere*.

Ibid. *quae dixi*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Guibertus *quod dixi*. Pro *et vivetis*, cod. F cum slavon. ostrog. *ut vivatis;* sed cod. O monet hebr., graecum, antiquos et Glossam in lectione communi consentire.

19. *in carcere . . . in domos vestras*—Eucherius *in custodia . . . in domum vestram*.

20. *ad me adducite*—Cod. C, Eucherius, Rupertus *adducite ad me*. Pro *possim*, cod. A *possimus*.

Ibid. *moriamini*—Sixtini ex codd. A, E *moriemini*, quibus consentiunt hebr. textus et graecus interpres.

21. *ad invicem*—Tacent *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, G, S, U. Pro *quia*, cod. G *qui*.

Ibid. *angustiam*—Cod. S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Gregor. M. semel III, 767., Brev. rom. respons. VII. in Dom. III. Quadr., margo Ord. *angustias;* concinit cod. Kennic. 152. At cod. O adnotat veteres legere *angustiam*. Mox pro *illius*, codd. S, V, Gregor. M. l. c., Brev. rom.

l. c., Rabanus, Guibertus, Franco CLXVI, 734., Rupertus *eius.*

Ibid. *dum deprecaretur* — Sixtini, codd. A, B, C, D, G, H, O, T, U, Bibl. Ordin., Gregor. M. I, 1415. *cum* (vel *quum*) *deprecaretur.* Post *et non,* Eucherius addit *eum;* ut veteres reliqui interpretes: at Vulgatus cum hebraico consentit.

22. *E quibus unus* — Cod. G tacet *unus.*

23. *Nesciebant* — Cod. F *Nesciebat.* Pro *autem,* Bibl. Reg., Ven. 1480., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c. *enim.*

Ibid. *loqueretur* — Codd. B, E, F, V, Rabanus *loquebatur.* Pro *ad eos,* Eucherius *eis.* Vers. 24. pro *ad eos,* Rabanus *ad illos.*

25. *Tollensque* — codd. A, B, E, Eucherius, Guibertus *Tollens;* ita habet, sed mendose, latina versio samaritani in polyglottis londin. Pro *illis,* cod. G *ipsis.*

Ibid. *iussit* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, R, T, U, V, Guibertus, Petrus Com. *iussitque;* favent hebr. et veteres interpretes; sed alia est periodi ratio in hodierno Vulgato.

Ibid. *eorum saccos* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Paris. 1566., all., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Petrus Com. *saccos eorum;* cod. O tacet pronomen, ut duo codd. holmesiani. Pro *reponerent,* cod. A 1. m. *reponere.* Pro *sacculis,* Bibl. Lugd. 1522. 1526. *saccis.*

Ibid. *datis supra* — Eucherius addit *eis.* Codd. C, D, F, S, T, U, V, legunt *datisque supra;* cod. O adnotat: « Antiqui *datisque,* sed » *que* superfluit. » Coniunctionis particulam exprimunt hebr. et veteres interpretes; sed latini interpretis syntaxis illam non requirit.

Ibid. *in viam* — Codd. plerique, veteres edd. et patres fere omnes *in via.* Sixtinis debemus correctionem quam grammaticae leges imperabant, quamque reliqui correctores probarunt. Conf. Mariana in h. l.

26. *in asinis suis* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus; accedit armenus.

28. *dixit* — Cod. G *dixitque;* ut hebr. et veteres. Mox Guibertus tacet *suis.*

Ibid. *est mihi* — Sixtini cum cod. A *mihi est.*

Ibid. *pecunia* — Codd. H, L 7., Q, S, correctorium sorbonicum, priores edd. Roberti Steph., all., Guibertus addunt *mea;* it. hebr., et veteres interpretes (excepto graeco, de quo conf. Holmes); at isti non habent pronomen *mihi,* quod Vulgatus praemisit. Cod. O monet graecos, veteres codd. et Glossam non addere *mea.* Pro *sacco,* codd. B, R, S *sacculo,* quod aeque reiicitur in cod. O.

Ibid. *mutuo dixerunt* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Hugo, Eucherius, Guibertus *dixerunt mutuo;* quaedam vett. edd. mendose adhibent interpunctionem *mutuo, dixerunt.* Pro *hoc, quod,* cod. S, Eucherius et Drogo Card. CLXVI, 1534. *quod.* Pro *fecit nobis,* cod. A *nobis fecit.*

29. *Veneruntque* — Bibl. Ordin. *Venerunt.* Pro *in terram,* codd. A, F, G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus *in terra.* Pro *sibi,* Eucherius legit *eis;* Guibertus tacet.

30. *terrae* — Codd. L 5. addunt *illius;* item slav. mosquen.; hebr. הָאָרֶץ. Cf. vers. 12.

Ibid. *exploratores esse provinciae* — Tacent verbum *esse* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, O, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus; codd. L 3. omittunt *esse provinciae.*

32. *cum patre nostro est* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius *cum patre versatur;* item slavon. ostrog. Codd. B, F *cum patre nostro versatur.*

33. *sitis* — Codd. C, T, U, *estis;* graec. ἐστε. Hebraeus legit אתם.

34. *et istum* — Cod. B habet *ut istum.*

Ibid. *quae vultis, emendi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Hugo, Eucherius *emendi quae vultis.* Mox pro *habeatis,* cod. E *habetis.*

35. *saccorum* — Cod. B *sacculorum.* Mox cod. A tacet *ligatas.*

36. *et Beniamin* — Coniunctionis particulam tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G,

H, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1480. 1498., all., Hugo, Brev. Goth. p. 185., Eucherius, Petrus Com.

Ibid. *auferetis* — Sixtini, codd. A, F, L, Q, Rupertus *aufertis;* Petrus Com. *auferetur.*

Ibid. *omnia mala* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Guibertus *mala omnia.*

Ibid. *reciderunt* — Cod. A *recederunt;* cod. E *ceciderunt;* codd. C 1. m., D, F *reacciderunt,* minus latine; cod. V *acciderunt.*

37. *reduxero* — Vaticana edit. 1593. mendose *reduxeto.* Mox pro *illum tibi,* cod. V, Rabanus *tibi illum;* cod. S, Guibertus *eum tibi.*

Ibid. *trade illum* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, N, O, P, T, U, V, Hugo, Guibertus tacent pronomen; cod. F, Bibl. Ordin., Petrus Com. legunt *trade eum.*

Ibid. *et ego* — Bibl. Reg., Lugd. 1513. 1522. 1526. 1535. *ego;* accedit versio georgiana.

Ibid. *eum tibi restituam* — Sixtini, codd. A, B, E *eum restituam;* codd. F, G *illum restituam tibi;* cod. V, Rabanus *tibi eum restituam;* Petrus Com. *restituam eum tibi.*

38. *descendet* — Cod. A legit *descendit.*

Ibid. *et ipse* — Tacent nexum codd. B, C, D, E, G, H, O, R, S, T, U, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Guibertus, Rupertus.

Ibid. *adversi* — Codd. R, S, editiones veteres fere omnes, Brev. Goth. l. c. *adversitatis:* sixtini ad fidem priscorum omnium codd. et Bibl. Ord. emendarunt, quos reliqui censores secuti sunt. Cf. Rocca l. c. et Lucas Brugens.

Ibid. *acciderit* — Cod. A, Rupertus *contigerit.* Pro *dolore,* Bibl. Ordin. *moerore,* Augustinus *tristitia.*

Cap. XLIII, 2. *detulerant* — Cod. F *tulerant.* Pro *dixit,* codd. D, G, U *dixitque;* concinunt hebr., graecus et Onkelos (cuius mendosa est latina interpretatio in polyglottis).

Ibid. *ad filios suos* — Codd. C, D, O, T, U, Brev. Goth. p. 185. *filiis suis.* Mox tacent *nobis* codd. B, C, D, E, G, H, N, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Guibertus, Rupertus. Sed illud pronomen legunt hebr. et veteres interpretes.

3. *attestatione* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L, O, P, Q, R, T, U, V, Correct. sorbonicum, Glossa interlinearis, Hugo, Guibertus *testificatione.*

Ibid. *iurisiurandi* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, P, R, S, T, U, V, *iurandi;* Rupertus *iuramenti;* Guibertus *iurans* (nempe tacet quod sequitur *dicens*). Post *adduxeritis,* codd. S, T, U addunt *mihi.*

4. *Si ergo* — Cod. B *Si enim.* Pro *eum mittere,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo *mittere eum;* Guibertus *mitte eum.*

Ibid. *pergemus* — Cod. A *pergimus;* Guibertus *et pergemus;* cod. G *proficiscemur;* cod. E tacet. Pro *et ememus tibi,* Guibertus *ememusque usui;* conf. Holmes.

5. *sin autem* — Sixtus, codd. E, G, S, V, et fere omnes vett. edd. *si autem;* unde Toletus: « Lege *sin autem;* sic Ordin. et Con» gregatio. » Sixtini nempe et gregoriani ad fidem plurimorum codd. hodiernam lectionem comprobarunt. Rocca I, 298. scribit: « Lectio » *si autem,* videtur melior, tamen fuit ablata, » et posita *sin autem,* quae invenitur in Bi» bliis mss. et in Ordin. » Verum ratio qua probare nititur priorem lect. esse meliorem profecto non facit ad rem. Cf. Gen. XXXIV, 17. Exod. VIII, 2. XXI, 36.

6. *Dixit eis* — Cod. B *Dixit enim eis;* cod. R *Dixit autem;* copulam hoc loco exhibent, et tacent pronomen hebraeus et veteres, excepto syro, qui cum Vulgato consentit. Post verbum *indicaretis,* tacent *ei* cod. A 1. m. et Guibertus.

7. *iuxta id* — Cod. E tacet *id;* Brev. Goth. l. c. legit *iuxta illud.*

Ibid. *fratrem vestrum vobiscum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *vobiscum fratrem vestrum.*

8. *puerum mecum* — Beda II, 270. *puerum nobiscum,* ut vers. 4. concinunt syrus, arabs et nonnulli codd. graeci. Eucherius tacet *mecum.*

Ibid. *nos et parvuli* — Bibl. Lugd. 1535. 1550. 1567., margo Ordin., all. *nos, et tu, et parvuli;* item hebr. et veteres omnes. Codd. E, V legunt *et nos et parvuli.*

9. *reddidero* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, P, R, T, U, V, Hugo, margo Ordin., Guibertus *tradidero*.

Ibid. *reus in te* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, R, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *in te reus*.

11. *ad eos* — Cod. R, Bibl. Venet. 1480. 1483., all., Brev. Goth. l. c. *eis*. Cf. vers. 2.

Ibid. *fructibus* — Sixtus, codd. B, C, D, F, O, R, T, U, V 1. m., veteres plures edd., Rabanus, Brev. rom. feria 2ª post Dom. III. Quadr. *frugibus;* cod. N pro hac lectione adnotat: « Sic antiqui et novi, donec quidam » nimis hebraeo adhaerentes mutarunt *frugi-* » *bus,* in *fructibus:* sed de eodem hebraeo di- » citur *frugibus* Exod. XXIII, 16. et Deut. » XXVI, 2. » At Lucas Brugensis hodiernam lect. meliorem videri asserit; et Rocca fidem facit plures codices hanc praeferre. Toletus vero scribit: « Lege *fructibus;* sic graecus, » mss., Glossa interlinearis et Congregatio; » sixtina nempe et gregoriana. Ex nostris suffragantur codd. A, E, G, L, P, Q, S, V 2. m., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1498. et priores edd. Roberti Steph. Cod. H tacet. Ad graecos quod pertinet, etsi καρπός potius *fructus,* quam *fruges* denotare videatur, tamen ad utrumque referri posse nemo dubitat.

Ibid. *deferte* — Cod. H, Greg. M. III, 767., Petrus Com. *ferte*.

Ibid. *storacis* — Probatiorem orthographiam sequuti sixtini cum codd. A, C, D, F, H, O, P, Glossa interlineari, Remigio antiss. scribunt *styracis;* Aquilam, qui heic habet στύρακα, sequutus est Hieronymus, quod et Bocharto in *Hieroz. II. pag. 532.* probatur: superius XXXVII, 25. eandem vocem hebraicam נכאת reddidit *aromata,* graecus alex. θυμίαμα.

Ibid. *stactes* — Praemittunt particulam *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Guibertus, Petrus Com.; item hebr. et veteres omnes; Beda IV, 349. ex Hieronymo *et stacten,* graec. καὶ σταχτήν. Codd. A, S, V legunt *et stactis,* de quo nominis exitu conf. Forcellini.

12. *Pecuniam quoque* — Legunt *pecuniam-que* codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Petrus Com.

13. *fratrem vestrum* — Cod. T tacet *vestrum;* uti codex VI. holmesianus.

14. *meus* — Hanc vocem praetermittunt codd. B, H, V 1. m., Brev. Goth. l. c.; nec legitur in hebr. et antiquis interpretibus, praeter graecum; sed hic omittit *omnipotens,* eique concinunt Gregor. M. l. c., Brev. rom. l. c. et Guibertus.

Ibid. *vobis eum* — Sixtini, codd. A, G, U, V, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus, Brev. rom. l. c. *eum vobis*. Cod. E tacet *eum*. Pro *vobiscum,* cod. G legit *vobis;* hebr. לכם.

Ibid. *quem tenet* — Sixtus, cod. S, veteres edd., Gregor. M., Brev. rom. ll. cc., Rabanus addunt *in vinculis;* quod sixtini et clementini ad fidem antiquiorum codd. expunxerunt; Brugensis apposite: « Non est huius loci quod » quaedam exemplaria subiiciunt *in vinculis.* » Cf. Rocca l. c. et Bukentop. p. 389. Cod. O notat hebraeum, graecum et antiquos non legere *in vinculis:* at in hebraeo et graeco et reliquis interpretibus non solum haec desunt, sed et alia, nempe *quem tenet,* quae ab interprete latino, declarationis gratia, addita videntur.

15. *ergo* — Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *autem;* graec. δέ. Mox Bibl. Ordin. *descenderunt*.

16. *ille vidisset* — cod. G *vidisset ille;* cod. V tacet *ille*. Pro *domus suae,* cod. V, Eucherius *suo;* cf. infra ad versic. 19. Mox Guibertus tacet *dicens*.

Ibid. *domum* — Codd. F, V, Guibertus *in domum;* cf. Sabatier. Pro *victimas,* Godefridus CLXXIV, 840. *victimam*. Cf. Mazochii *Spicil. Bibl. I, 149*.

Ibid. *quoniam* — Cod. G, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., margo Ordin., Brev. Goth. l. c. addunt *hodie*. Vallarsium fefellit mendosa Calmeti editio dum hodierno Vulgato hanc lect. tribuit. Cod. R, antiquioribus codicibus refragantibus, legit *hodie* pro *meridie*.

Ibid. *comesturi* — Sixtini, codd. A, D, E,

G, O, T *comesuri*, codd. C, F, I, M, N, S, U, V, Eucherius, Guibertus *comessuri*. Conf. infra vers. 25.

17. *quod sibi fuerat*—Non parva est hoc loco codicum discrepantia: hodiernam lectionem sixtini et gregoriani extulerunt; eamque tuentur codd. A, E, H (cf. Rocca l. c.), edd.. seculi XV., posteriores Roberti Steph., Bibl. Reg., all. His prope accedit cod. G ubi legitur *quod fuerat sibi;* neque longe absunt priores edd. Rob. Steph., Bibl. Ant. 1537., Ven. 1538., margo Ordin. ubi habetur *sicut sibi fuerat*. At alii multi tacent pronomen *sibi*, quod neque hebraeus, neque veteres interpretes (excepto arabe) legunt; nimirum Sixtus, codd. B, C, D, F, M, O, Q, R, S, T, U, V, correctorium sorbonicum, Bibl. Ord., Lugd. 1550. 1567., Lovan., Brev. Goth. l. c. legunt *sicut fuerat;* Bibl. Lugd. 1522. 1535. *quod fuerat;* Guibertus *ut fuerat:* unde Toletus adnotavit: « Lege *quod sibi;* sic graecus, Reg., » Compl. et Congregatio. » At minus recte Toletus ad graecum interpretem provocat, qui profecto legit καθὰ εἶπεν; vel, ut edidit Card. Maius, καθ' ἃ εἶπεν; sunt tamen quatuor codices holmesiani addentes αὐτῷ cum arabe. Hinc recte Bukentop. p. 389. « Istud » *sibi*, quod plerique latini cum Sixto V. omit- » tunt, abest pariter ab hebraeo et graeco. » At non video cur Lucas Brugens. adnotaverit quosdam codices minus recte legere *sicut*.

Ibid. *domum*—Cod. V, Brev. Goth. l. c. *in domum*. Conf. vers. 16.

18. *Ibique*—Codd. L, V *Illique;* neque obstant hebr. et veteres; at cod. N monet latinos vett. legere *Ibique*. Mox codd. E, V tacent *prius*.

Ibid. *et nos*—Cod. B, Guibertus tacent nexum; item Augustinus, immo et hebraeus et veteres omnes: attamen bene perpensa ratione qua hieronymiana periodus procedit, de integritate clementinae lectionis vix dubitare quempiam posse censemus.

19. *ad dispensatorem domus*—Hanc lectionem ex cod. A, et margine Ord. invexerunt sixtini, eamque qui sequuti sunt romani censores comprobarunt; hebr. et veteres *ad virum qui super domum Iosephi*. Cf. Rocca l. c. et supra ad vers. 16. Ceterum reliqui codices, et veteres editiones legunt tantum *ad dispensatorem:* quae quidem vox alio additamento carere posse videbatur; nam *dispensator* latine dicitur servus, qui domus urbanae rationes curat, dominique pecuniam administrat; at nihilominus quum in superiori et sequenti narratione Vulgatus utrumque nomen connectat, itemque III Reg. XVIII, 3., visum est, ad fidem laudati codicis, heic quoque supplendum verbum quod alias non abest.

20. *domine*—Cod. F *te domine;* item versiones copt., slavon. et armena.

Ibid. *audias nos*—Tacent pronomen codd. B, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Eucherius.

21. *saccos*—Codd. A, B, C, D, E, F, G, H. P, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Eucherius, Rabanus, Rupertus *sacculos*. Mox pro *saccorum*, codd. A, S *sacculorum*. Pro *eodem*, codd. G, R *in eodem;* at cod. O notat expungendam particulam *in*.

Ibid. *reportavimus*—Sixtini, codd. A, E, Guibertus *reportamus;* cod. I *reportabimus*.

22. *quae nobis*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, L 6., O, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus tacent *nobis;* item hebr. et veteres interpretes: sed fere libera est Hieronymi interpretatio, neque cum aliis tam arcte conferri potest.

Ibid. *posuerit eam*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *eam posuerit*.

23. *in saccis*—Codd. A, B, C, D, E, F, G, H, P, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus *in sacculis;* item Ambrosius apud Sabatier.

Ibid. *Eduxitque*—Cod. E *Eduxit;* cod. F *Adduxitque;* Guibertus *Duxitque*.

24. *introductis domum*—Cod. E *introduxit in domum*. Mox Guibertus tacet *suos*. Cf. August. in *Speculo* edito a Card. Maio, c. 141. *Nova patrum Biblioth. t. 1. parte 2. p. 114.*

Ibid. *pabulum*—Codd. A, C, D, F, G, H, O, P, R, S, T, U, V, Eucherius, Guibertus

pabula; item graecus. Pro *asinis*, Eucherius *iumentis*.

25. *parabant* — Eucherius, forte ex Ambrosio, *paraverunt;* favent veteres interpretes. Pro *ingrederetur*, cod. B *egrederetur*. Mox codd. G, S *in meridie;* sed cod. O monet expungendum *in*.

Ibid. *comesturi*—Rursum sixtini, codd. A, C, E, H, O, T, U *comesuri;* codd. D, F, G, I, S, V, Eucherius *comessuri;* Cf. ad vers. 16.

26. *Igitur* — Hoc verbum desideratur in cod. B, Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. Mox cod. E tacet *est*.

Ibid. *domum suam* — Cod. B tacet pronomen; item hebr., graecus et reliqui, excepto arabe.

Ibid. *in manibus suis*—Sixtini cum cod. A *manibus;* pronomen tacent quoque codd. B, C, D, E, F, G, H, R, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Dungalus CV, 482., Ionas aurel. CVI, 320., Rabanus, Guibertus, Rupertus, et tres codd. holmesiani.

Ibid. *adoraverunt* — Cod. P, margo Bibl. Ordin. addunt *eum*, quod exprimunt hebr. graecus et reliqui, praeter arabem. Mox pro *terram* Eucherius, Rabanus *terra*. Cf. XIX, 1.

27. *interrogavit eos* — Tacent pronomen codd. A, B, C, D, E, H, O, P, T, U, Bibl. Ord., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus.

Ibid. *Salvus ne* — Sixtus antiquarum edd. lectionem secutus habet *Sanus ne*. Hodiernam lectionem, consentientibus priscis codd. et Rabano, intulerunt sixtini et gregoriani: hinc Toletus de hac scribit: « Ita hebraeus, et mss. » latini; et utraque Congregatio sic censuit. » Item Rocca I, 299. et Lucas Brugensis. At, quidquid dicat Toletus, hebr. textus השלום ad utramque lectionem trahi potest; et revera Vulgatus superius ad XXIX, 6. eamdem vocem interpretatur *sanus ne*. Cf. Gesen. *Thesaur. p.* 1423.

28. *pater noster* — Haec desunt in cod. B. Cod. A prima manu omittebat quae intercedunt repetita verba *adhuc vivit*. Pro *adoraverunt eum*, Guibertus *rursus eum adorant;* Rupertus *pro illo adoraverunt;* cod. E tacet *eum;* item hebr. et veteres omnes, praeter graecum, de quo cf. Holmes. et supra ad v. 26.

29. *Ioseph oculos* — Sixtini, codd. C, D, E, G, H, R, S, T, U, V, Eucherius *oculos Ioseph;* cod. A *oculos suos Ioseph;* pronomen legunt hebr. quoque et veteres: Sirletus notat codicem Lang. tacere *Ioseph*, ut hebr. et chald. Cf. Holmes. Mox ante *ait*, cod. F tacet *et*.

Ibid. *parvulus* — Cod. S, Gregor. M. III, 767., Brev. rom. l. c., Eucherius, Rabanus, Guibertus *minimus*. Mox pro *tui*, Gregor. M. l. c., Brev. rom. l. c., Eucherius *tibi*.

30. *Festinavitque* — Codd. R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. p. 186., Gregor. M. et Brev. rom. ll. cc. addunt *in domum;* cod. U 2. m. *in domo*. Mendosa Calmeti editio Vallarsium decepit, qui hanc lect. Vulgato tribuit. Cod. O adnotat hebraeum, graecum, antiquos, Glossam hoc additamentum ignorare. Cod. P addit *Ioseph in domum;* Iosephi nomen heic exprimunt hebr. et veteres omnes.

Ibid. *fuerant* — Codd. E, F, Gregor. M. et Brev. rom. ll. cc. *sunt*. Pro *super*, cod. E *supra*. Pro *fratre suo*, Eucherius *fratrem suum*. Codd. F, V, Guibertus addunt *in* ante *cubiculum*.

31. *Rursumque* — Eucherius *Rursum*.

32. *fratribus* — Cod. O notat non esse addendum *suis*. Pro *simul*, Bibl. Ord. *similiter*. Mox cod. E tacet *Aegyptiis;* et pro *Hebraeis*, apud Eucherium mendose legitur *eis*.

33. *sederunt* — Codd. C, D, F, P, T, U, V, Rabanus, Guibertus, margo Ordin. addunt *ergo*, cod. G *igitur;* coniunctionis particulam exprimunt veteres omnes cum sacro textu. Pro *primogenitus*, cod. F *primogeniti*. Pro *aetatem suam*, Eucherius *primogenita sua*.

34. *acceperant . . . quinque partibus* — Eucherius *acceperunt . . . in quinque partes*.

Cap. XLIV, 1. *possunt* — Bibl. Ord. *potest*. Pro *pecuniam*, cod. B *pecunias*.

2. *pone*—Cod. F *pones;* hebr. תשׂים, graecus habet ἐμβάλετε, sed non pauci codices legunt ἐμβαλεῖς, vel ἔμβαλε. Pro *sacci*, cod. A *sacculi*. Pro *iunioris*, codd. S, V 1. m.,

Rupertus *minoris;* cod. O monet veteres latinos illam, hebraeos hanc lectionem habere. Pro *Factumque*, cod. E *Factum*. 1ª et 3ª ed. vaticano-clementina *factumque*.

4. *urbem*—Codd. B, C, D, E, H, N *, O, U *urbe*. Pro *processerant*, cod. A *praecesserant*.

Ibid. *tunc* — Codd. F, L 7., O, Q, R *cum;* codd. C, P, T, U, margo Ordin. *tum:* cod. N * notat: « Facit versum statim post *paululum;* » et sequitur ibi *tunc*, non *cum*. » Pro *accersito*, codd. A, E, N *arcessito;* cf. XXVI, 9.

Ibid. *domus* — Codd. B, F 1. m., N, N * 1. m., V addunt *suae;* item hebr., graecus et reliqui interpretes. Sequitur *Surge, inquit*, at veteres fere omnes editiones, codd. C, D, O, N, U, Brev. Goth. p. 186. legunt *ait, Surge, inquit;* merito sixtini, consentientibus antiquis plerisque codd., Bibl. Ven. Francisci de Hailbrun 1480. 1483., verbum *ait* expunxerunt, quos reliqui correctores secuti sunt. Cf. Rocca l. c. Cod. F 1. m. *Surgens, inquit;* Guibertus *ait: Surge*.

Ibid. *et persequere* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, N, N *, O, R, S, T, U, V, Rabanus, Philippus de Harv. CCIII, 1058. tacent particulam coniunctionis; quam neque hebraeus, neque ullus veterum legit; mendose enim exprimitur in latina versione samaritani et syri in polyglottis.

5. *Scyphus* — Legunt *Scyphum* codd. C, D, F, G, H, O, R, U, V, Rabanus; eodemque sensu *Cyphum* cod. I et quaedam vett. edd. ut Ven. 1476. 1480., all.; de hac autem voce cf. Du-Cange *Glossar*. Heic pro *augurari*, et infra ad vers. 15. pro *augurandi*, veteres codices habent *auguriari*, et *auguriandi;* ita codd. A, C, D, E, F, G, N, P, S, T, U, V; immo cod. N diserte admonet: « Antiqui habent *au*» *guriandi*, et *auguriari*, et derivatur ab *au*» *gurio*, quod ab *avibus*, et *garrio* componi» tur. Novi, iuxta novas derivationes habent » *augurandi*, et *augurari;* et derivatur ab *au*» *gure*. » Auctor glossarii editi a Card. Maio *Class. auctt. VIII, 55*. habet: « Augurium qua» si avium garrium; » Isidorus III, 372. item dicit: « Augurium quasi avigerium; . . . augu» ria quasi avium garria. » Cf. Vossii *Etymol.* quod quidem laudati scholiastis etymon confirmat. Quamvis vero Forcellini *Lexicon* ignoret illud verbum, tamen in veteri itala lectum fuisse videtur. Cf. Sabatierius ad Levit. XIX, 26.; itemque occurrit apud Isidorum hisp. IV, 102. At in cod. O legitur: « Secundum au» ctores dicitur *auguro* et *auguror*, et non » *augurior;* et ab *auguro*, abiecto *o*, venit » *augur* sicut dicit Prisc. »

6. *Et apprehensis*—Cod. P *Apprehensisque*.

7. *servi tui* — Brev. Goth. l. c. *servi sui*.

8. *saccorum*—Cod. A *sacculorum*. Mox pro *simus*, codd. C, D, O, T, U, V *essemus;* et pro *de domo*, cod. G *in domo*.

9. *fuerit inventum servorum tuorum* — Eucherius *servorum tuorum fuerit inventum;* cod. F, Guibertus *inventum fuerit s. t.*

Ibid. *erimus servi*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Guibertus *servi erimus*. Cod. P addit *tui*.

10. *dixit eis* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, E, G, S, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius; quibus consentiunt hebr., graecus et reliqui veteres, excepto syro et slav. ostrog. Mox cod. G, Eucherius *sententiam vestram*.

Ibid. *quemcumque* — Codd. A, C, D, E, F, G, H (perperam heic a Vallarsio editus), O, U, Bibl. Ordin., Hugo, Gregor. M. I, 1415., Eucherius, Guibertus *quem*. Pro *inventum*, codd. A, T *inventus;* praeterea cod. A addit *scyphus;* cui favet graecus. Singularis est cod. E, qui pro *eritis innoxii*, legit *ieritis in via*.

11. *singuli* — Cod. B *singula*.

12. *ad minimum* — Codd. F, G, R, S, Petrus Com. *ad minorem*. Pro *incipiens*, cod. F *incipientes*.

13. *oneratisque* — Bibl. Ord. *oneratis*. Contra fidem sui textus latina versio syri in polyglottis londinensibus tacet copulam.

14. *abierat* — Cod. A *abierant*. Pro *pariter in terram*, sixtini, codd. C, D, E, F, H, S, T, V, Rabanus *in terram pariter;* codd. A, G, U, Philippus de Harv. l. c. *in terra pariter*.

15. *augurandi* — Vide supra ad vers. 5.

16. *domino meo* — Cod. G, Guibertus *domino nostro* (cf. Holmes.); mox tacet *loquemur, aut;* codd. A, C, G *loquamur, aut.* Pro *iuste,* codd. A, E, H (Vallarsius perperam dedit *iuste*), Guibertus *iusti.* Pro *obtendere,* cod. G *ostendere.* Post *iniquitatem,* Eucherius addit *in manibus.* Denique pro *en,* cod. E legit *tibi.*

17. *Respondit*—Ita sixtini, gregoriani, veteres codd. latini, Bibl. Ord., Reg., all.; quibus accedunt syrus et arabs. At Sixtus cum Bibl. Rob. Steph., Lovan., all. multis habet *Responditque;* cui favent hebr., graecus, Onkelos et graecus ven. Conf. Bukentop. p. 389. Toletus vero scribit: « Lege *Respondit;* sic » Reg., Compl. et Congregatio. » Nescio quid sibi velit Angelus Rocca dum l. c. scribit particulam coniunctionis in nulla translatione inventam fuisse.

Ibid. *a me* — Ad fidem cod. A haec a sixtinis expuncta fuere; concinit cod. 132. Kennicotti; cf. Holmes. Pro *agam,* cod. G *faciam.* Mox cod. B tacet *autem.* Pro *ad,* cod. E *apud.*

18. *Accedens autem* — Tacent *autem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, L 9., Q, T, U, V, Eucherius; his accedunt armenus et slavon. ostrog. Pro *domine mi,* Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c. *domine audi me, ut.* Pro *tu es enim,* cod. G *tu enim es.*

20. *domino meo*—Guibertus *domino nostro;* concinunt quidam graeci codd. et coptus interpres. Pro *in senectute,* sixtini, codd. A, C, D, E, H, N, O, T, U *in senecta.* Pro *mortuus est,* codd. C, D, E, F, G, T, Bibl. Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Guibertus *est mortuus.* Pro *tenere,* Guibertus *unice.*

21. *Dixistique* — Sixtini, codd. A, R, T 2. m., Eucherius, Guibertus *Dixisti;* item coptus. Codd. C, G, Guibertus *super eum,* pro *super illum.*

22. *domino* — Codd. M, R, S, Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph., all., Brev. Goth. p. 187. *tibi domino.* Codex O monet expungendum *tibi.*

23. *amplius faciem meam* — Cod. A *ultra faciem meam;* cod. G *faciem meam amplius.*

24. *ascendissemus* — Cod. A *ascenderemus.* Pro *locutus est,* cod. T *locutus es nobis.* Pro *meus,* codd. A, F *noster;* concinunt graecus et arabs (sed multi graeci codd. tacent pronomen, pauci habent μου); praecessit enim *patrem nostrum,* de quo tamen cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* in h. l.

25. *nobis* — Codd. G, U, V *vobis;* cod. 59. holmes. ὑμιν. Pro *parum tritici,* cod. A habet *parvum tritticum.*

26. *Ire non possumus* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c. *Non possumus ire.* Pro *si frater,* codd. D, F, U, Guibertus *nisi frater;* uti Chrysost. IV, 617. et armenus. Pro *noster minimus,* cod. A inverso ordine legit *minimus noster.*

Ibid. *descenderit* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, T, *descendet,* ut armenus; codd. E, H, S, U, V 1. m., Guibertus *descendat,* ut pauci codices holmesiani; cod. G *descendit,* uti graecus; cod. O adnotat: « Antiqui *descenderit;* » alii *descendet:* primum plus mihi placet. » Animadverte quosdam maiorem interpunctionem adhibere, atque periodum claudere post sequens *nobiscum.* Pro *audemus,* cod. A *audebimus;* neque repugnant hebr. et graecus.

27. *Ad quae ille* — Codd. F, L, R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Robert. Steph., all., Brev. Goth. l. c. *At ille;* quae lectio probatur Lucae Brugensi: attamen receptam lectionem ab interpretandi ratione, qua Hieronymus utitur, minime abludere asserimus. Guibertus tacet *ille.*

Ibid. *duos* — Codd. R, S, Bibl. Ord., Rob. Steph., all. addunt *filios;* item Rupertus IV, 594., coptus et arabs: at codd. M, O notant veteres cum hebr. et graeco non legere *filios.*

28. *et hucusque* — Cod. E *adhuc usque;* cod. U *et adhuc usque.* Pro *comparet,* cod. A legit *paret.*

29. *ei in via* — Cod. G tacet *ei.* Pro *contigerit,* Guibertus *acciderit.*

30. *pendeat*—Sixtus adhaerens Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., aliisque multis et Brev. Goth. l. c., habet *dependeat;* concinit graecus ἐκκρέμαται. Toletus scribit: « Lege *pendeat;* » sic Ordin., mss. et utraque Congregatio. »

Nimirum sixtini et gregoriani ex antiquioribus codd. hodiernam lect. intulerunt. Conf. Rocca l. c.

32. *tuus sim* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, L 6., N* 2. m., O, T, U tacent verbum *sim;* codd. S, V, Bibl. Reg. et Brev. Goth. l. c. habent *tuus sum*. Audiendus est scholiastes cod. N: « Antiqui iuxta hebraeum *Ego* » *proprie servus tuus, qui in meam hunc re-* » *cepi fidem*. Sensus est: *ego, servus tuus;* » hoc solum dicit caussa honoris; ego, in- » quam, sum ille *qui in meam* etc.; et sic est » ex parte suppositi. Unde qui ponunt ibi » *sim,* faciunt istud q. d. *servus tuus* esse ex » parte appositi, et se iam promittit esse ser- » vum vicarium, quod ibi primo ait cum dicit » *Manebo itaque.* » Cod. G pro *proprie,* legit *quippe*. Pro *recepi,* cod. A *recipi*. Post *reduxero eum,* margo Bibl. Ordin. et Lugd. 1550. addit *ad te;* item hebr. (exc. duobus codd. Kennic.), graec. et reliqui. Post *patrem,* tacent *meum* Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Hugo, Brev. Goth. l. c.; item graecus.

33. *ministerio* — Codd. C, D, E, H, O, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Guibertus, Rupertus *ministerium*.

34. *possum* — Cod. A *possumus*. Sequitur *redire ad patrem meum;* at tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Rupertus; item Augustinus cum graeco. Pro *absente,* codd. K, R *absque*.

Cap. XLV, 1. *cohibere* — Cod. E *prohibere;* cod. R, Guibertus, Adamus praem. CXCVIII, 272. *continere*. Post *praecepit,* cod. B tacet *ut*. Pro *agnitioni,* cod. P, margo Hugonis legunt *cognitioni*.

3. *pater meus* — Guibertus et Brev. rom. l. c. *pater noster*.

Ibid. *Non poterant* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, S, T, U, V, Hugo, Eucherius, Guibertus *Nec poterant;* copulam exprimunt hebr. et veteres omnes, praeter slav. ostrog.

Ibid. *terrore* — Sixtini, codd. B, C, E, G, P, R, T, U, Hugo, Eucherius, margo Bibl. Ord. *timore*.

4. *accessissent* — Cod. F *accessisset*. Mox cod. B, Angelomus tacent *frater vester*. Pro *in Aegyptum,* cod. E, Rabanus, Guibertus, Rupertus *in Aegypto*. Ex Ephraemo patet in versione syriaca legendum esse ܠܡܨܪܝܡ.

5. *neque vobis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Guibertus, Rupertus *nec vobis;* cf. Cassiani Coll. XIII, cap. 11. et 19.

Ibid. *in Aegyptum* — Id tacent codd. H, L (seu Q, sangerman. parvus), priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Petrus Com.; itemque Ambrosius, Cassianus l. c., immo omnes antiqui interpretes cum sacro textu.

6. *est enim* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, T, U, V, Gregor. M. III, 767., Guibertus, Rupertus tacent *enim;* cod. S, Bibl. Ord., Hugo, Brev. rom. l. c. legunt *enim est*.

Ibid. *coepit fames esse* — Sixtini, codd. A, C, D, H, R, T, U, Bibl. Ord., Hugo *fames esse coepit;* item primo codex F, at 2. m. cum cod. S, Rabano et Ruperto *fames coepit esse;* Guibertus *coepit esse fames*. Pro *esse in terra,* cod. G, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. p. 187. *in terra esse*. Pro *poterit,* cod. B *poterint*. Versic. seq. Guibertus legit *Praemisitque me Dominus, ut super terram servemini*.

8. *voluntate huc* — Codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Rupertus *huc voluntate;* Guibertus tacet *huc*.

9. *dicetis* — Cod. A, Guibertus, itemque Ambrosius, *dicite*. Pro *mandat,* cod. G *dicit;* uti Ambrosius, utrobique ex graeco.

Ibid. *Deus fecit me* — Cod. A *Dominus me fecit;* codd. C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *Deus me fecit*. Pro *moreris,* mendose codd. P, R, margo Ordin. *moriaris*.

10. *et habitabis* — Codd. A, E, F, G, H, I, R, Bibl. Lugd. 1522. 1535. 1542., Ven. 1533., Guibertus *et habita;* item legit cod. O, sed monet hebr. et graecum legere *et habitabis;* at cod. VII. holmesianus habet κατοίκησον; cui accedit syrus ܬܬܝܒ. Codd. C, D, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *habita*.

Ibid. *Gessen* — Codd. C, E, H, O *Gesen*, quod et sixtinis alias (conf. Exod. VIII, 22.) arrisit: graeci et veteres latini, teste Hieronymo III, 369. *Gesem*, at mihi, ait s. Doctor, nequaquam placet; cod. A *Gessem*, (alibi idem cod. *Gesen*); codd. P, R, T, Bibl. Ven. 1476. all. *Iessen*; codex quoque E in sequentibus capp. legit *Iessen*. Hebr. גֹּשֶׁן, graecus Γεσέν, vel Γεσέμ, quae postrema cum forma Aegyptiorum domestica conspirasse videtur; nam illam servat copticus interpres. Ceterum de huius nominis etymo, deque regionis Gosenitidis situ nil exploratum hactenus esse videtur.

Ibid. *armenta tua*—Sixtini ad fidem cod. A pronomen abiecerunt; consentit Chrysost.

11. *residui sunt*—Codd. E, V *sunt residui*. Pro *et domus*, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. plures edd. *et omnis domus*; item coptus.

12. *loquatur ad vos* — Guibertus *loquitur vobiscum*; conf. Holmes.

13. *in Aegypto*—Codd. D, U, V *in Aegyptum*.

14. *amplexatus* — Cod. A *amplexus*. Pro *recidisset*, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., pleraeque edd. Rob. Steph., all. *cecidisset*; cod. N notat: « Non dicit *cecidisset*, sed *reci-* » *disset*. » Cod. F et Guibertus *redisset*; cod. G *reiecisset se*.

Ibid. *similiter flente*—Codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Guibertus *flente similiter*; at codd. C 1. m., D, U pro *illo . . . flente*, legunt *illi . . . flentes*.

15. *Osculatusque*—Cod. S, Brev. Goth. l. c. *Osculatus*. Mox cod. A tacet *Ioseph*, quod neque hebraeus, neque veteres interpp. legunt.

Ibid. *super singulos* — Codd. C, D, F, I, M, N*, O, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Guibertus *per singulos*; at cod. N admonet hebraeum et antiquos legere *super*. Pro *post quae*, cod. A *postquam*.

17. *dicens* — Cod. B tacet. Pro *terram*, cod. A 1. m. *terra*.

19. *suorum* — Margo Bibl. Ord. *vestrorum*, ut hebr. et veteres; at latinae versionis syntaxis vulgatam lect. requirit. Pro *ac coniugum*: *et dicito*, codd. C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus *et coniugum: ac dicito*. Cod. E tacet *venientes*.

20. *Nec dimittatis* — Codd. A, C 1. m., D, E, G, N, U, Beda II, 270. *Ne dimittatis*; immo cod. N adnotat: « Antiqui hic inchoant ver- » sum *Venientes ne dimittatis*. » Sixtini primo scripserant *Ne demittatis*, at secunda manus in codd. carafiano id expunxit. Sixtus edidit *Nec demittatis*; gregoriani scripserunt *Nec dimittatis*. Rationes, quibus moti fuere romani censores in huius loci correctione, colligi possunt ex notis Francisci Toleti et Angeli Rocca: horum prior scribit: « Lege *Nec dimit-* » *tatis*. Omnes codices legunt *dimittatis*. Six- » tus mutavit. In hebraico sic habetur: *Nec* » *oculus vester parcat super supellectilem ve-* » *stram*; in graeco autem: *Nec oculis parcatis* » *supellectilibus vestris*; id est nihil afferatis » de vestra supellectili. Huic sensui volens » Sixtus conformare latinum textum, legen- » dum censuit *Nec demittatis quidquam*, id » est inde huc non mittatis quidquam de su- » pellectili vestra. Sed omnes codd. habent » *dimittatis*, et retinetur idem sensus: Non, » inquit, dimittatis quidquam, id est nulli rei » de supellectili vestra parcatis reservando, » sed relinquite omnia. Congregatio retinuit » *dimittatis*. » At sixtinae editionis patrocinium in hoc suscipit Rocca, cuius ratiocinationis ordinem videre potes in editis eius adnotationibus I, 299., qui tamen haud diffitetur omnes latinos tam impressos quam mss. legere *dimittatis*, uti censuit postrema Congregatio, invito fortasse Angelo Rocca eiusdem Congregationis a secretis; is enim hoc pacto suam absolvit adnotationem: « Si » pro *demittatis*, reponatur *dimittatis*, vel sen- » sum non cohaerere, vel clausulas inter se » discrepare omnino dixerim (sequitur enim: » *quia omnes opes Aegypti, vestrae erunt*): vel » inscitiam meam fateor, id supra captum » intellectus mei esse affirmans. » Laudabilis profecto est scriptoris modestia; verum ad criticam quaestionem animadvertimus Vulgatum, licet ab hebraico textu discederet, repu-

gnantibus hieronymianae versionis testibus, reformandum non fuisse. Hinc, quum non de nova interpretatione adornanda ageretur, sed unice de restituenda hieronymiana, recte se gregoriani gesserunt dum antiquis codicibus plus tribuerunt, quam allatis argumentis commoti sint. Praeterea perperam censuit Rocca sensum Vulgati sibi non cohaerere; perperam existimavit ad hebraicum textum revocari si legatur *demittatis*. Recolantur quae mox ex Toleto recitavimus. Potuit revera s. Hieronymus latinum *dimittere*, hebraico חוס *(pepercit)* hoc loco aequiparare. Verborum enim in sacro textu sensus iste deprehenditur: *Supellectilis iacturam aegre ne ferte, quia nempe omnes opes Aegypti vestrae erunt*. Cf. Calmetus, Ioh. Clericus, Maurer, Schroeder, Gesenius. Atqui si aegre eam tulissent, utique pepercissent, secum eam supellectilem in Aegyptum deferendo: recte itaque Iosephus mandat fratribus *Nec dimittatis*, seu *Nec parcatis* etc. Qui Vulgati verba alio sensu accipiunt a veritate longe abesse videntur. Denique animadvertimus duo verba *dimittere* et *demittere* ex amanuensium incuria promiscue usurpata fuisse; unde Beda in libro *de Orthographia* necessarium ducit praescribere unum ab altero esse distinguendum. Cf. ad Exod. XL, 3. Cod. O monet veteres legere *supellectili*, etsi iuxta Priscianum scribendum esset *supellectile*.

21. *Feceruntque* — Codd. B, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus *Fecerunt*. Pro *mandatum fuerat*, Remigius antiss. *fuerat imperatum*.

22. *Singulis quoque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, Brev. Goth. p. 189., Eucherius, Rabanus, Guibertus *Singulisque*; Bibl. Ordin. *Singulariter quoque*.

Ibid. *trecentos* — Isidorus V, 344., Beda II, 269. IV, 352., Martinus legion. CCVIII, 869. *triginta*. Omnes vett. cum sacro textu et Vulgato conveniunt, excepto armeno, qui habet *quingentos*, et duo graeci codd. qui legunt διακοσίους, quam lectionem graecus scholiastes syro tribuit. Cf. Nobilius et Montfauc.

23. *tantumdem pecuniae* — Brev. Goth. l. c. *tantumdem pecuniarum*; cod. E *tantumque pecuniae*. Pro *vestium*, codd. A, V *vestimentum*.

Ibid. *et asinos* — Utrum a sixtinis illata fuerit haec lectio ambigimus; extat tamen inter caeteras illorum correctiones in codice carafiano. Ambigendi ratio alia est in ipsa scriptione, quae ab aliena manu profecta videtur; alia in eo quod heic obstent documenta, quibus perpetuo innituntur sixtinorum lectiones. Quidquid autem sit de huius lectionis auctore, illam primus edidit Sixtus, atque ex eiusdem editione ad clementinas transiit: hanc eamdem exhibuerunt quidem Martianaeus et Vallarsius; at vehementer dubitamus utrum suorum codicum fidem hoc loco sequuti sint. Rocca l. c. scribit: « In Bibliis im» pressis legitur *et asinos*; quae sane lectio » congruentior censetur, hebraicae graecae» que lectioni respondens. » De hebraica et graeca lectione mox agemus; interim animadverte Biblia impressa, de quibus heic loquitur Rocca, non alia esse nisi editiones Sixti V. et Clementis VIII. Nostri autem codices et veteres editiones bifariam dispertiuntur; nam vetustiores habent *eis asinos*, uti codd. A, B, E, G, I, R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lov., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus: reliqui vero legunt *ei asinos*, uti codd. C, D, F, L 12., O, Q, T, U, V, correctorium sorbonicum, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius, Guibertus. Correctores Pii V. adnotaverant codd. 44. legere *eis*; hebr., graecum et codd. 19. legere *ei*; hancque postremam lectionem praetulerant. Latinos testes protulimus: iam inquirendum est quid de sacro textu, antiquisque interpretibus sentiendum. Pro eo quod Vulgatus legit *tantumdem pecuniae et vestium mittens patri suo, addens et asinos decem*, hebraeus habet tantum ולאביו שלח כזאת עשרה חמרים, nempe *et patri suo misit similiter decem asinos*. Hieronymus in primis, supposita interpunctione post verbum *similiter*, hoc exponit referens ad pecuniam et vestes, de quibus in superiori versi-

culo; ita ut exprimat Iosephum misisse quoque ad patrem suum trecentos argenteos et quinque stolas, quot nempe Beniamino dederat. Qua posita interpretatione, Hieronymus subdit Iosephum praeterea adiecisse decem asinos aliis muneribus onustos pro patre suo. Hunc sensum reddunt quoque graecus et syrus, qui tum interpunctionem, tum coniunctionis particulam post verbum *similiter* admittunt; Καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀπέστειλε κατὰ τὰ αὐτά· καὶ δέκα ὄνους κ.τ.λ. ملاحهم بغير وحدا. محمّا سمحتا. huius tamen particulae vim Hieronymus expressisse videtur per verbum *addens*. Itaque graecus et syrus cum Hieronymo faciunt, quin tamen in Vulgati lectione necessaria sit illa coniunctionis particula; multoque minus pronomen *ei*, vel *eis*, quod veteres codd. et edd. habent. Hebraeus autem textus et reliqui interpretes narrant Iosephum misisse quidem ad Iacobum decem asinos deferentes munera, sed de pecunia et vestibus tacent.

Ibid. *totidem asinas* — Codd. A, C 1. m., E, V *totidem asinos*. Pro *in itinere*, Franciscus Lucas Brug. mavult legi *in iter*, alii *ad iter;* recte quidem si codices suffragarentur. Cf. v. 21.

24. *irascamini* — Bibl. Ven. 1480., Reg., all., Rupertus *irascimini*.

26. *filius tuus*—Expungunt haec verba sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, L 10., M, O, Q, T, U, V, priores edd. Rob. Steph., Eucherius, Isidorus V, 344., Beda IV, 353., Rabanus, Guibertus, Rupertus, Petrus Com.; quibus consentiunt hebr. et veteres omnes, excepto graeco; unde Lucas Brugens. censuit omitti posse. Cod. O notat haec verba legi in Ecclesia ex graeca, seu potius ex veteri latina versione. Conf. Brev. rom. respons. 1. in feria 3. post Dom. III. Quadrag.

Ibid. *dominatur* — Isidorus l. c., Beda II, 270. 272. IV, 353. *est dominus*, graecus ἄρχει. Mox codd. B, R tacent *in*.

Ibid. *Iacob* — Tacent codd. A, B, E, H, Brev. Goth. l. c., Eucherius; item hebraeus et veteres interpretes, excepto graeco, de quo conf. Holmes.

27. *econtra* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, O, P, U, Hugo, Glossa interlin. *contra*. Pro *et universa*, Bibl. Ordin. *et munera*. Hebraeus et veteres interpretes heic mentionem faciunt tantum de plaustris a Iosepho missis ad transvehendum Iacobum.

28. *Ioseph filius meus* — Codd. A, C, D, F, H, S, T, U, V, Guibertus, Rupertus, Petrus Com. *filius meus Ioseph;* item Ambrosius et non pauci codd. holmesiani. Pro *videbo illum*, cod. S, Brev. Goth. l. c., Greg. M. l. c., Brev. rom. l. c., Guibertus, Petrus Com. *videbo eum*.

Cap. XLVI, 1. *Profectusque... venit*—Codd. Thomasii V, 318. 419., Guibertus, Wolbero CXCV, 1048., Concil. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1415. *Profectus est... et venit;* cf. Holmes.

2. *audivit eum* — Eucherius, Petrus Com. *audivit Deum;* cod. F *audivit enim*. Hebr. et vett. et ipsemet Hieronym. II, 791. *Dixit autem Deus;* at, uti saepe monuimus, quum alia apud latinum interpretem syntaxeos ratio sit, non ita presse arcteque conferri cum suo fonte aut comparari potest.

Ibid. *noctis* — Sixtus, codd. B, C, D, E, G, R, S, T, U, V 2. m., veteres edd., Brev. Goth. p. 189., Eucherius, Beda II, 271., Guibertus, Rupertus *nocte;* item Ambrosius; cf. Holmes. At sixtini et gregoriani ad fidem cod. A, aliorumque hodiernam lectionem induxerunt; unde Toletus: « Lege *noctis;* ita hebr., graecus, mss. et utraque Congregatio. » Item Hieronymus l. c. Cf. Rocca l. c.

Ibid. *et dicentem* — Conc. Aquisgr. l. c. *ac dicentem*. Mox Bibl. Ven. 1480. tacent *sibi*. Nomen *Iacob* semel legitur in Brev. Goth. l. c., ut in cod. holmes. 135. Pro *Cui* (mendose ed. vatic. 1593. *Iacob, cui*), Eucherius, Wolbero l. c., Brev. Goth. l. c. *Qui;* cf. Sabatier. Cod. B, Eucherius, Wolbero l. c. tacent *Ecce*.

3. *descende*—Codd. C, D, E, F, O, U, Bibl. Ord., Hugo, Rupertus, Petrus ven. CLXXXIX, 490. *et descende;* Bibl. Reg., Ven. 1476., Rob. Steph., all. *sed descende;* Eucherius *descendere;* hebr. et veteres interpretes hoc verbum adnectunt cum praecedenti ita ut dicatur *Ne*

timeas descendere; seu, uti habet Hieronymus l. c. *Noli timere descendere.* Conf. Sabatierius.

Ibid. *quia in gentem magnam faciam te ibi* — Bibl. Ordin., Wolbero, Petrus Com. *faciamque te ibi in gentem magnam.* Totidem verbis hebraicum exprimit recepta Vulgati lectio. Conf. Hieronym. l. c.

4. *inde adducam te* — Codd. A, E, Conc. Aquisgr. l. c. *adducam te inde;* Hieron. l. c. *educam te inde.*

Ibid. *manus suas* — Legunt *manum suam* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Isidorus V, 345., Eucherius, Petrus Com. Antiquiores patres apud Sabatierium unam aut alteram lectionem sequuntur. Postremam exhibent hebraicus textus, Onkelos in polygl. antuerp., Ionathanus, graecus venetus. Accedunt Beda II, 271., Guibertus, Rupertus qui cum Ambrosio legunt tantum *manum.* At cum recepta Vulgati lectione consentiunt samaritanus (exceptis paucis codd.), graecus (ex quo Hieron. l. c.), syrus et Onkelos (cuius latina interpretatio vitiosa est) in polyglottis londin.; sunt tamen Onkelosi codices cum hebraico facientes.

5. *Surrexit autem* — Tacent *autem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, T, U, V, codd. Thomas. I, 9., Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus; cod. S legit *Surrexit itaque.* Mox post *Iacob* addunt *mane* Bibl. Ven. 1476. 1482., Lugd. 1513., Rob. Steph. 1540. 1545., all.

Ibid. *filii* — Codd. A, F addunt *sui,* ut cod. 106. holmesianus; hebr. et veteres habent *filii Israel.* Post *uxoribus,* Brev. Goth. l. c., Guibertus tacent *suis.* Pro *miserat,* cod. D *misit;* hebr. שְׁלַח.

6. *possederat* — Codd. E, H *possederant;* accedunt hebr. et veteres interpretes. Cod. A *possidebat;* cod. T, Bibl. Brix. 1496., Ven. 1497., all. *possiderat.*

7. *filiae* — Cod. B *et filiae;* concinunt arabs, slavon. ostrog. et duo codices holmes. Latina versio Onkelosi mendose addit copulam. Pro *et cuncta,* Eucherius *cunctaque.*

8. *ipse cum* — Codd. A, B, E *ipsi cum;* at hebr. et veteres interpretes *Iacob cum.*

9. *Henoch* — De iis, qui scribunt *Enoch* conf. dicta ad Gen. IV, 17.

Ibid. *Hesron* — Ita plerumque Vulgatus hoc nomen effert; at minus recte nonnulli scribunt *Esron,* et ita habet Vulgatus Ios. XV, 3. Ruth IV, 18. I Paral. V, 3. Matth. I, 3. Luc. III, 33.; mitto alios mendosius scribentes *Esrom;* est enim חצרן.

Ibid. *Charmi* — Nonnisi ex preli vitio legitur *Carmi* in clementinis edd. rom. ad I Paral. V, 3.

10. *Iamuel* — Codd. B, C 2. m., E, F, G, H, M, R, U, Pseudo-Hier. III, 796., Hugo *Iemuel;* accedunt hebr. et graecus: quidam mss. et edd. *Iamuhel.* Idem vir Num. XXVI, 12. et I Paral. IV, 24. vocatur *Namuel* tum in hebr. textu, tum in Vulgato. Gesenius priorem scribendi rationem praefert in *Thesauro p. 597.* Nominum propriorum discrepantia, quae ex collatione huius capituli cum sequentibus libris deprehenditur, nullum facessit negotium: « Habemus enim persuasum unum eun- » demque hominem pluribus interdum nomi- » nibus appellari; quin et ipsum idemque » nomen varie non raro pronunciari. » ita Calmetus in h. l.; conf. Rosenmulleri *Scholia* ad Num. XXVI, 12. et quae praenotavimus ad Gen. XXXVI, 11.

Ibid. *Iamin* — Monent lovanienses heic quosdam addere *et Iami,* et ita habent plures ex antiquis edd. ut Bibl. Ven. 1476. 1480., Lugd. 1513., Rob. Steph. 1540. 1545., Paris. 1566., all.; sed mendose. Cf. Exod. VI, 15.

Ibid. *Ahod* — Codd. H, M *Ohad.* Hebraicus textus habet אהד, quod nomen alias Vulgatus reddit *Aod* (Iudic. III, 15. seqq. I Paral. VII, 10.); quum vero heic interponat adspirationem, suspicari licet Hieronymum legisse אחד, uti habent sex codd. samaritani textus; conf. Exod. VI, 15. I Paral. VIII, 6. Scholiastes cod. M ex Pseudo-Hieron. (edit. Vallars. III, 796.) haec habet: « Hierony-

» mus dicit super I Paralip. IIII. quod quae» dam nomina filiorum Simeon suis rationi» bus mutantur: hic scribitur *Iemuel*, idest » *mare Dei*, in Paral. *Namuel*, idest *loquens* » *Deo*, vel *cum Deo;* hic scribitur *Ohad;* idest » *laudatio*, in Paral. *Iarib*, idest *litigans;* hic » scribitur *Iachin*, idest *praeparatio*, in Pa» ral. *Zara*, idest *oriens* (Vallars. *ortus*): » *Saber* in Paral. non nominatur quia nulla » ex eo progenies processit. » At vero in Paral. reticetur *Ahod*, non autem *Saber (Sohar);* nam *Iachino* respondet *Iaribus*, *Soharo* respondet *Zara*.

Ibid. *Iachin* — Idem vir tum in hebr. tum in Vulgato I Paral. IV, 24. dicitur *Iarib*. Particulam *et*, quae praemittitur, tacent codd. C, T, U; conf. Holmes.

Ibid. *Sohar* — Codd. C, F, M, N*, R, S, T, Bibl. Ven. 1476. 1479., Lugd. 1513., all., Pseudo-Hieronym. l. c. *Saber;* unde cod. N animadvertit: « Quidam male habent *Saber* » per *b* mutam; sed est ibi *Saher* per adspi» rationem; » et ita legunt codd. E, G, U, Bibl. Rob. Steph. 1528., Reg., all.; cod. B *Saer;* cod. H *Soher;* hebr. צֹחַר; Vulgatus Exod. VI, 15. minus recte *Soar*. Conf. supra ad XXIII, 8. Idem Simeonis filius alio nomine appellatur *Zare* Num. XXVI, 13., vel *Zara*, uti est I Paral. IV, 24.; utroque loco hebr. זֶרַח. Cf. Rosenmull. *Schol.* ad Exod. VI, 15.

Ibid. *Chanaanitidis* — Ita sixtini ad fidem antiquiorum codicum; et ita recta ratio derivandi nomina postulabat; est enim כְּנַעֲנִית, Χαναανίτιδος. Cf. Rocca I, 299. At veteres edd. fere omnes, paucique codices legunt *Chananitidis*, quam lectionem retinet Vulgatus noster Exod. VI, 15. et I Paral. II, 3.; eademque inconstantia est apud graecos.

11. *Gerson* — Ne mireris, lector, si hoc nomen in Vulgato I Paral. VI, 16. et deinceps scriptum reperies *Gersom;* nam hanc eamdem lectionis varietatem textus hebraicus praesefert; immo eadem utriusque nominis potestas est, uti docet Gesen. in *Thesauro* p. 306.

Ibid. *et Caath* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, consentientibus hebr., alex. et graeco ven., tacent particulam *et;* verum non pauci codd. hebr. et graeci illam legunt; conf. De-Rossi et Holmes. Quoad nominis orthographiam sixtini hodiernam lect. ex priscis codd. et Bibl. Reg., all. hauserunt; nam Bibl. Lovan., Lugd., all. legebant *Cahath*, Ordin. *Chaath*, alii aliter.

12. *Iuda* — Alii legunt *Iudae;* cf. supra ad XXXV, 23. Pro *Onan*, cod. B *Aanan* utroque loco; graec. Αὐνάν; cf. supra ad XXXVIII, 4.

Ibid. *Zara* — Vulgatus habet *Zare*. Num. XXVI, 20. Ios. VII, 1. seqq. At rursum *Zara* I Paral. II, 4. IX, 6. II Esdr. XI, 24.; graec. Ζαρά. Conf. supra ad vers. 10.

Ibid. *sunt autem* — Codd. E, T *autem sunt*. Ante *Hesron* addunt *et* cod. E, Bibl. Ven. 1480. De nomine *Hesron* cf. supra vers. 9. De *Hamul* cf. Num. XXVI, 21.

13. *Issachar* — Ita recte se habet ed. vatic. ann. 1592.; sed cum in altera ed. 1593. et in tertia 1598. mendose irrepsisset *Issacar*, hinc factum est ut error propagaretur ad alias romanas edd. ann. 1618. 1624. 1768., etsi alii editores plerique post plantinianos emendaverint. Ceterum conf. supra ad XXX, 18. Pro *Thola*, cod. B *Tholath*.

Ibid. *et Iob* — Bibl. Reg. tacent hoc nomen; sed male, inquit Mariana. Aliae plures edd., uti Ven. 1476., Lugd. 1522., Paris. 1566., all., et codd. R, S legunt *et Iobab*. Samaritanus textus, eiusque versio habent יאשׁוּב, *Iasub*, item graecus (licet plerique graeci codd. corrupte Ἀσούμ); itemque Vulgatus cum hebr. textu et reliquis ad Num. XXVI, 24. et I Paral. VII, 1. Conf. Pseudo-Hieron. ed. Vallars. III, 798., Gesenii *Thesaur. p. 583*. Utrumque autem nomen, *Iob* et *Iasub*, idem significat; primum, inquit Rosenmullerus, est arabicum, alterum hebraicum.

Ibid. *Semron* — Ita sixtini cum antiquioribus plerisque codd. et Bibl. Reg.; cod. H *Simron*, hebr. שִׁמְרוֹן; Bibl. Ordin., Roberti Steph., Lovan., all. *Simeron*, et ita adhuc legit Vulgatus I Paral. VII, 1.; at idem Vulgatus Num. XXVI, 24. legit *Semran*. Palaesti-

*

nae oppidum, quod eodem nomine appellatur, a Vulgato dicitur *Semeron* Ios. XI, 1. XII, 20. XIX, 15. Aliud *Semeron* ponit Vulgatus II Paral. XIII, 4. pro *Samaraim*. Conf. Ios. XVIII, 22.

14. *Sared*—Codd. F, G, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *Sareth;* non pauci graeci codd. Σερέθ; alii aliter, conf. ad Num. XXVI, 26.

Ibid. *Elon*—Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1513., all. *Chelon;* alii *Helon*. Cf. Num. l. c., ubi et de sequenti nomine *Iahelel* egimus.

15. *Lia*—Collatis codd., antiquisque edd., dubitare non possumus quin ex mendo typographi heic irrepserit *Lia*, pro *Liae* in praeclarissima editione plantiniana antuerpiensi an. 1583. in fol., qua usi sunt sixtini censores. Nam heic, uti alias perpetuo, pro patrio casu veteres habent *Liae*, prout habet vel ipsa editio plantiniana eiusdem anni minori forma excusa. Quum vero id romanos correctores fugerit (licet enim vel minimas res sedulo persequerentur, tamen maioris momenti quaestionibus intenti, quandoque tantilla librariorum menda excidere passi sunt), nil mirum si omnes vaticanae edd. hoc loco protulerint *Lia;* quae lectio hinc alias multas pervasit editiones, uti romanas 1618. 1624. 1671. 1768. At non multo post ex editorum industria (quo auctore id factum fuerit adfirmare non possumus), vetus lectio restituta fuit. Profecto Bibl. Coloniae Agrippinae 1647., aliaeque plures edd. sec. XVII. et sequentis aetatis, inter quas Bibl. Rom. 1765. 1784., habent *Liae;* immo hanc lect. exhibent *Concord. Biblior.* ed. Rom. 1627. pag. 582.

Ibid. *genuit*—Cod. M addit *Iacob*, nempe ליעקב, τῷ Ἰακώβ, quod August. reddit *ipsi Iacob;* et ita habet margo Bibl. Ordinar. Ex itala cod. E, in fragmento quod infra protulimus, *ex Iacob*. Post *filia*, tacent *sua* cod. B et Eucherius, qui mox legit *omnes enim animae filiorum et filiarum eius;* codd. E, G *et omnes;* item non pauci graeci codices.

Ibid. *tres*—Codd. C, D, H, O, T, U *et tres;* uti hebr. et omnes veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmes.; mendosa est latina versio samar. et syri in polyglottis. Cod. M habet *IV.*

16. *Sephion*—In loco parallelo Num. XXVI, 15. Vulgatus legit *Sephon;* haec autem varietas egregie consentit orthographiae sacri textus, qui in hoc Genesis loco habet צפיון, et in Num. l. c. צפון. Itaque licet plures Vulgati editiones vett. utroque loco legerent *Sephon* (uti et samaritanus, et graecus), tamen merito sixtini et reliqui romani correctores ad fidem veterum codd. latinorum, praesertim A, B, D, H, all. censuerunt legendum *Sephion* in Gen., et *Sephon* in Num. Cf. Rocca l. c.

Ibid. *Haggi*—Fere omnes vett. edd. *Aggi;* at sixtini ad fidem priscorum codd. recte scripserunt *Haggi;* est enim hebr. חגי; quod nomen rursum occurrit Num. XXVI, 15. ubi ad mentem eorumdem correctorum eadem lectio admittenda videtur, etsi clementinae edd. habeant *Aggi*. Codd. A, C, F, P, T, U *Thaggi;* margo Ordin. *Thaggim*.

Ibid. *et Suni et Esebon*—Priorem coniunctionis particulam tacent sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V; item hebr., graecus ven. et chald.; at cf. De-Rossi in h. l.; cod. B *Esebon et Soni;* veteres edd. *et Esebon et Suni*. Pro *Esebon* (אצבן), Num. XXVI, 16. legitur *Ozni* (אזני).

Ibid. *et Heri*—Codd. A, B, C, D, G, R, S, T, U, V tacent nexum; item hebr., chald. et graecus ven.; cod. B legit *Aheri*. Idem nomen ערי occurrit Num. XXVI, 16. ubi tamen Vulgatus noster legit *Her;* at vero *Her* (ער) est Iudae filius, de quo supra versic. 12. et XXXVIII, 3. Num. XXVI, 19.; heic vero sermo est de *Heri* filio Gad.

Ibid. *Arodi*—Cod. B *Arohedi:* hebr. ארודי; eiusdem viri nomen Num. XXVI, 17. scribitur ארוד; quam varietatem egregie expressit Vulgatus, qui in Num. l. c. legit *Arod;* neque enim assentiri possumus Gesenio asserenti (Thesaur. p. 146.) ארודי heic esse nomen gentilicium. Cod. Kennicott. 129. quem De-Rossi profert in Num. l. c. legentem ארודי, non excludit, sed praevertit lectionis varietatem; nam idem codex in Gen. habet ארוד.

Ibid. *Areli* — Codd. B, S *Ariheli:* hebr. אראלי, quod legitur quoque Num. XXVI, 17. ubi Vulgatus cum graeco habet *Ariel;* et fortasse vett. ibi legebant אריאל uti est I Esdr. VIII, 16.

17. *Iamne* — Ita ad fidem meliorum codd. legerunt sixtini; at Bibl. Ordin., posteriores edd. Rob. Steph., Lov., all. *Iamna;* codd. B, E, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1528., all. *Iemna,* prout legit graecus; itemque Vulgatus ipse habet Num. XXVI, 44. I Paral. VII, 30. 35. II Paral. XXXI, 14. Cod. H *Iimna;* hebr. ימנה. Pro *Iessui,* Bibl. Ven. 1476., Reg. all. *Iesui;* cod. H *Iisui.*

Ibid. *Filii Beria*—Cod. B *Filii quoque Beria;* item hebr., graecus et reliqui; accedit locus parallelus I Paral. VII, 31. Hoc autem nomen hebraice est בְּרִיעָה, graece Βαριά, unde in veteri itala *Baria* (in nostro cod. E, et apud auct. *de Geneal. patriarch.* LIX, 528.); et ita legit Vulgatus in Parall., ubi saepius hoc nomen occurrit, excepto I Paral. VII, 23. ubi scribitur *Beria;* in libro autem Num. XXVI, 44. habet *Brie.* Pro *Melchiel,* cod. B *Amelchiel.*

18. *Iacob* — Hoc loco et infra vers. 22. et 25. *Iacob* usurpatur pro tertio casu; unde graecus τῷ Ἰακώβ, et margo Ordin. notat *ipsi Iacob.* Mox cod. F tacet *animas.*

20. *Aseneth filia Putiphare* — Vide supra ad XLI, 45.

21. *Bela* — In loco parallelo I Paral. VIII, 1. *Bale;* conf. ad Gen. XXXVI, 32.

Ibid. *Bechor* — Codd. B, P *Bochor,* item graecus; cod. H *Becher,* item hebraeus, itemque Vulgatus ad Num. XXVI, 35. et Pseudo-Hieron. *Quaest. in I Paral. VII, 8.* (edit. Vallars. III, 798.), quem laudat scholiastes codicis M.

Ibid. *Asbel* — Fortasse idem est qui I Paral. VII, 6. dicitur *Iadiel;* cf. Pseudo-Hieron. l. c.: cod. B *Esbel;* all. *Azbel;* conf. ad Num. XXVI, 38. Petrus Com. refutat cuiusdam Hugonis sententiam, qui hoc nomen in duo dividebat scribens *Asa* et *Belum;* quae vana coniectura inde ortum habuerat, quod quum *Ros et Mophim,* de quibus mox agemus, in unum coaluissent nomen, pro decem filiis Beniamin, novem tantum apparebant.

Ibid. *et Gera* — Particulam *et* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, M, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo; item hebr., Onkelos, Ionath. et graecus ven.; mendose autem illam exprimunt latinae versiones Onkelosi et samaritani. Graecus caret coniunctionis particula, sed hunc Geram et sequentes ponit tamquam filios Balae primogeniti Beniamin; item laudatus auctor de *Geneal. patriarch.* Cf. I Paral. VIII, 3. Pseudo-Hieronym. III, 799. asserit hunc Geram in I Paralip. appellatum esse *Aara* (VIII, 1. Vulg. *Ahara*).

Ibid. *Naaman* — Cod. A *Naham;* cod. B *Neeman;* graecus Νοεμάν, unde itala apud laudatum auct. de *Gen. patr.* l. c. *Noeman,* et ita legit quoque Vulgatus ad Num. XXVI, 40. Sed alias hebraicum נַעֲמָן Vulgatus recte effert *Naaman.* Sunt qui censeant cum Pseudo-Hieronym. l. c. hunc in I Paral. appellari *Nohaba* (VIII, 2. Vulg. *Nohaa*).

Ibid. *et Echi*—Tacent nexum sixtini, codd. C, D, E, S, T, U, V; nec legitur in hebr., chal. et graeco ven.; perperam enim additur in latina versione Onkelosi et samar. in polyglottis. Nomen *Echi* mire corruptum est in plerisque codd. et antiquis edd., ut et tria nomina quae proxime sequuntur. Codd. A, C, F, M, S, T, U, V et Glossa interlin. *Iehi;* cod. H *Ehi;* Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *Iechri.* Auctor de *Geneal. patr.* l. c. *Iachim.* Pseudo-Hieronym. l. c. *Ahi,* quod vult esse idem ac *Rapha* in Paral. l. c.

Ibid. *Ros et Mophim* — Rursum sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V tacent nexum; item hebr., graecus complut. et fere omnes veteres interpretes. Abiecta copula, latini codices visi sunt duo nomina in unum contrahere; hinc plures legunt *Rosmophim;* at scholiastes cod. M adnotat duo haec esse nomina, « quamvis in interpretationibus » legantur pro uno; » quod quidem Petrus Com. librariorum vitio adscribit; Hugo de s. Charo illum sequitur inquiens: « Dicit Ma-

» gister in historiis, quod filii Beniamin fue» runt X.; quod autem hic non computantur » nisi IX., vitium scriptoris fuit; quia duo » nomina in unum conglutinantur: unde dicit » quod *Ros* et *Mophim* duo nomina sunt in » hebraica veritate, quae hic vitiose coniun» cta sunt in uno.» Eadem habet Nicolaus de Lira. E contra veteres pleraeque edd. seculi XV., ne deficeret decem filiorum numerus, mendosius legebant *Iethros et Resemophim*, ubi profecto nomen *Ros* perperam geminatur. Kennicottus, aliique critici autumant ex tribus nominibus, quae heic leguntur אחי ראש מפים, orta fuisse duo nomina אחירם שופם quae habentur Num. XXVI, 38. 39. Cf. Grotius in h. l., Cappelli *Critica S. lib. VI. c. 9.* Sed haec ad sacri textus criticam pertinent; nos de Vulgato solliciti sumus, quem ad hieronymianam lectionem impense revocare nitimur.

Ibid. *Ophim* — Codd. A, C, all. *Opphim;* hebr. חֻפִּים. Idem nomen Vulgatus effert *Happhim* I Paral. VII, 15. At Num. XXVI, 39., ubi hebr. legit חוּפָם, Vulgatus quoque habet *Hupham;* et I Paral. VII, 12., pro חֻפָּם, scribit *Hapham.* Censent plures *Ophim* in I Paral. VIII, 5. appellatum esse *Huram.*

Ibid. *Ared* — Hebr. אַרְדְּ; idem nomen a Vulgato redditur *Hered* Num. XXVI, 40.; at vero hebraicum textum imitatur Vulgatus dum eiusdem nominis litteras transponit legens *Addar* I Paral. VIII, 3. Conf. Gesen. *Thesaur. pag. 146.*

22. *quattuordecim* — Cod. A *tredecim;* ratio patet ex iis, quae superius declaravimus ad *Ros et Mophim.*

23. *Husim* — Bibl. Reg., Ven. 1476., Lugd. 1522., all. *Usan;* Bibl. Ordin. *Husin;* at hebraeus חֻשִׁים. Idem nomen in hebraeo et Vulgato, litteris transpositis, scribitur *Suham* Num. XXVI, 42.

24. *Iasiel* — Cod. B *Iesehel;* cod. H *Iaseel;* hebr. יַחְצִאֵל, item Num. XXVI, 48., ubi Vulgatus reddit *Iesiel.* Nota Vulgatum iterum habere *Iasiel* I Paral. XI, 46. XXVII, 21. pro hebr. יַעֲשִׂיאֵל; et I Paral. VII, 13. pro יַחְצִיאֵל.

Ibid. *Ieser* — Cod. B *Iesar.* Conf. Holmes.

Ibid. *Sallem* — Cod. H *Sellem;* et ita habet Vulgatus ad Num. XXVI, 49.; item graecus complut. et slavon. mosquen. Conf. Holmes.: codd. R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Salem.* Codd. P, M, Hugo *Sillem;* convenit hebr. שִׁלֵּם; at bene Vulgatus legit *Sellum* I Paral. VII, 13. ubi hebr. habet שַׁלּוּם; unde Pseudo-Hieronymus l. c., quem profert et cod. M, notat in Genesi legi *Sillem,* in Paral. *Sellum.*

25. *Balae* — Bibl. Ordin. *Bala;* item Ambrosius. Vulgatus hoc nomen inflectere solet; attamen I Paral. VII, 13. habet *filii Bala.* Conf. supra ad XXXVI, 32.

Ibid. *Racheli* — Codd. C, D, E, S, T, U, et Ambrosius *Rachel.* Istud nomen fere indeclinabile est apud Vulgatum, in quo *Rachel* effertur pro secundo, quarto et sexto casu. Bis tamen legitur *Rachelis,* nempe XXX, 22. XXXV, 25.; sed rursum pro secundo casu *Rachel* XXXV, 20. 24. et in hoc cap. vers. 19. et 22. et alibi. Pro *dedit Laban Racheli filiae suae,* cod. A *Laban Racheli filiae suae dedit.*

26. *Cunctae* — Codd. C, D, F, H, O, R, T, U, V, veteres editiones *Cunctaeque;* cf. Sabatierius. Encliticam particulam abiecerunt sixtini ad fidem codd. A, B, G, S, Eucherii, Rabani, all.; cf. Rocca. Copulam habent graecus, exceptis tribus codd. holmes., cod. derossianus 16. et Targum edit. Sorae. Reliqui omittunt, etiam Onkelos in polyglottis, licet eius latina versio illam exprimat; immo consentiunt slavon. ostrog. et georg.

Ibid. *in Aegyptum* — Codd. A, B tacent particulam *in;* uti Hieronymus III, 369. conf. versic. seq.

Ibid. *egressae sunt* — Tacent verbum *sunt* sixtini, codd. A, B, C, E, R, T, U, V, Eucherius, Beda II, 1188., Rabanus, Petrus Com. Pro *de femore illius,* Alcuinus C, 556., Angelomus *de femoribus illius;* cf. Sabatierius; cod. G, Petrus Com. *de femore eius.*

Ibid. *filiorum eius* — Pronomen *eius* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, T, U, V, Bibl. Paris. 1566., all., Eucherius. Hebraeus et veteres interpretes habent *filiorum Iacob.*

27. *sunt ei* — Cod. B tacet pronomen *ei.*

Ibid. *Omnes animae domus Iacob, quae ingressae sunt in Aegyptum*—Codd. A, B, C, D, N, O, U *Omnis anima domus Iacob, quae ingressa est Aegyptum;* accedit hebraeus. Particulam *in* tacent quoque codd. H, N*, R, S, tres codd. apud Sirletum, Eucherius, Rabanus, Angelomus.

Ibid. *fuere septuaginta* — Cod. E *fere septuaginta*. Rabanus cum graecis addit *quinque*, quod censores Pii V. reiecerunt. Quum enim graecus interpres adiecisset in superioribus versiculis filios Manasse et Ephraim, necessario heic, ut sibi constaret, animas *septuaginta quinque* recensere debuit. Cf. Sabatier., et quae nos adnotavimus ad Exodi I, 5. Obiter animadverte verba Hieronymi quibus graecorum lectio refellitur plus minus integre recitari apud Bedam, Alcuinum, Rabanum, Angelomum, Remigium antiss., Rupertum, Petrum Com., all.; quod quidem si animadvertissent tum qui horum scriptorum opera evulgare studuerunt, tum qui Hieronymi scriptis expoliendis exornandisque insudarunt, plurimum profecissent.

28. *Iudam*—Codd. L, R, S, V 2. m., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Guibertus *Iacob Iudam;* at codd. M, O adnotant hebr., graecum et antiquos non legere *Iacob*.

Ibid. *ad Ioseph* — Addunt *in Aegyptum* Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1528. 1540. 1545., Paris. 1566., all., Brev. Goth. p. 190. Contra fidem sui textus hoc additamentum admisit latinus interpres Onkelosi.

Ibid. *et occurreret*—Magno consensu quotquot contulimus codd. et veteres edd. legunt *et ille occurreret*. In edd. vaticanis pronomen *ille* deest; at quis illud iusserit exulare nobis non constat (silent enim utriusque Congregationis documenta quae habemus); immo nil vetaret quin illud casu aliquo excidisse, potius quam data opera expunctum opinaremur, nisi Angelus Rocca I, 300. heic pronomen uti superfluum e medio sublatum fuisse asseruisset. Quum tamen multa sint quae testimonii vim infirmare videntur, animum inducere non possumus ut ei plane adquiescamus. Eucherius legit *et ille occurreret ei;* Rabanus *et illi occurreret;* Guibertus *et ille occurrit ei;* Hieronymus et Petrus Com. *ut occurreret ei;* Augustinus *ut veniret sibi obviam*. Doctorum ingenia diu vexavit hebraicum verbum להורת, quod Hieronymus, graecos secutus, de occursu exposuit. Utrum porro graeci legerint לקראת, quae plurimorum sententia fuit, adfirmare non audemus. At certe hieronymiana interpretatio, quae cum totius narrationis serie optime cohaeret, tum naturali sua simplicitate commendatur, tum inter ceteras a recentioribus philologis excogitatas longe excellit. Ceterum aliis probatur Gesenii interpretatio *ut mandata mitteret*, vel Maureri *ut monstraret*, vel Schroederi *ut praeciperet*. Conf. Rosenmulleri Schol.

29. *pervenisset* — Cod. E *pervenissent;* favent hebr., chald., arabs, graecus ven.; at obstant samaritanus et syrus; graecus tacet, vel potius longe alia sequitur; de quo conf. Gesen. *Thesaur. p. 1298*.

Ibid. *patri suo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, O, S, T, U, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., all., Eucherius, Guibertus tacent pronomen; at illud legunt hebr. et vett. interpp.

30. *relinquo* — Cod. H *relinquam*.

31. *At ille locutus est* — Eucherius *Locutus est autem Ioseph;* accedunt hebr. et veteres. Cod. E *Ioseph ergo locutus est*. Pro *At*, legunt *Et* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Thomas. I, 9., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus, Rupertus.

Ibid. *ad fratres suos, et* — Haec non leguntur in Bibl. Ordin.; graecus omittit incisum quod sequitur, nempe *ad omnem domum patris sui;* at conf. Holmes. Tacent pronomen *suos* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, O, T, U, Thomas. l. c., Rabanus, Guibertus, Rupertus: cod. V legit *fratribus suis, et*.

32. *adduxerunt* — Cod. A *adduxere*.

33. *vocaverit vos, et dixerit* — Bibl. Ven. 1480. Scoti, 1498. tacent *vos;* Eucherius legit *vocaverit vos Pharao, et dixerit vobis;* uti graecus, syrus et arabs. Pharaonis nomen

heic veteres omnes cum sacro textu exprimunt.

34. *in praesens* — Sixtini, cod. A, Rupertus II, 285. *ad praesens;* cod. B *praesens.*

Ibid. *et patres nostri* — Codd. F, G, V addunt *ad peregrinandum in terra tua venimus;* quae petita sunt ex vers. 4. capitis seq.

Ibid. *Aegyptii omnes pastores* — Cod. B tacet *omnes;* Petrus Com. legit *omnes Aegyptii pastores.*

Cap. XLVII, 1. *Ingressus ergo Ioseph nunciavit* — Cod. A *Ingressus est ergo Ioseph, et nunciavit.* Pro *ergo,* cod. V *autem.*

Ibid. *fratres* — Cod. V, Eucherius, Brev. Goth. p. 191. addunt *mei;* uti hebr. et vett. omnes, excepto armeno, cui accedit graecus cod. vaticanus antiquissimus a Maio editus, quem heic perperam tacuit Holmesius.

Ibid. *de terra Chanaan: et ecce* — Cod. T, Eucherius *ad me de terra Chanaan; ecce.* Conf. XLVI, 31.

2. *constituit* — Legunt *statuit* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1528. 1532., all., Eucherius, Guibertus, Rupertus, Petrus Com., Brev. Goth. l. c. Conf. vers. 7. Graecus utrobique ἔστησεν.

3. *servi tui* — Tacent Eucherius, Angelomus, Alcuinus I, 557.; item arabs.

4. *in terra tua* — Sixtus cum antiquis edd. et paucis codd. habet *in terram tuam.* Unde Toletus: « Lege *in terra tua;* sic hebr., graecus et mss. latini, et utraque Congregatio. » Nimirum sixtini et gregoriani, consentientibus priscis codd., ita emendarunt. Cf. Rocca l. c. et Lucas Brugensis qui hanc lectionem iure meliorem esse censuit; nam verbum *venimus,* quod sequitur, non ad terram, sed ad peregrinationem fratrum Iosephi referendum est. Ceterum cod. O, cum hebr. et graeco, tacet pronomen.

Ibid. *in terra Chanaan* — Codd. C, D, P, R, T, U, V, Hugo *in regione Chanaan;* item codex Lang. apud Sirletum.

Ibid. *esse nos iubeas* — Codd. A, G *nos esse iubeas;* Guibertus *esse iubeas nos;* cod. L tacet *nos* ut hebr. et reliqui veteres. Mox codd. L 2., Eucherius tacent *servos tuos;* item graecus, sed conf. Holmes.

5. *fratres tui* — Brev. Goth. l. c. tacet *tui,* ut cod. 82. holmesianus. Mendose Biblia plantiniana 1565. in 4°. et 16°. *Dixitque itaque.*

6. *optimo loco* — Guibertus *optimo solo terrae;* cf. vers. 11. Cod. M notat Rabanum legere *optima terra,* ut hebr.; at vero Rabanus hunc locum ex Augustino descripsit, non ex hieronymiana versione.

Ibid. *eos habitare* — Legunt *habitare eos* codd. A, C, D, F, G, H, R, T, U, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius, Guibertus, Brev. Goth. l. c.; cod. S *habitare illos.*

Ibid. *in eis esse* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, H, R, S, T, Hugo, Guibertus *esse in eis.* Mox pro *illos,* Brev. Goth. l. c. *eos;* et pro *magistros,* Guibertus *pastores.*

7. *Ioseph* — Eucherius tacet.

9. *Respondit* — Rabanus addit *Iacob,* uti legunt hebr., graecus et reliqui veteres, ne itala quidem excepta; nam aperte falsus est Holmesius dum adnotavit Ambrosium non legere hoc nomen, quod revera legit perpetuo in locis a Sabatierio excitatis; immo illud ex eadem itala hausisse videtur Rabanus, qui hieronymianam versionem ita interpretatur ut perpetuo in Augustinum, Ambrosium aliosque veteres, qui italam sectati sunt, oculos intentos habeat; unde fit ut haud raro vix secernere queas loca ab ipso ex vulgata editione excitata, ab iis quae ex veteri itala derivavit. Attamen in libris Carolinis XCVIII, 1028. diserte legitur: « In nostris latinis co- » dicibus, qui a beato Hieronymo ex hebrai- » ca veritate translati sunt . . . Scriptura nar- » rat: . . . *Respondit Iacob:* etc. »

Ibid. *Dies peregrinationis meae* — Codd. C, D, E 2. m., F, R, S, T, U, V, codices a Martianaeo et Vallarsio collati, veteres edd., Rabanus, Rupertus, Petrus Com., Brev. Goth. l. c., *Dies peregrinationis vitae meae;* Guibertus *Dies peregrinationis vitae;* cod. G, libri Carolini l. c. *Dies peregrinationis et vitae*

meae. Hodiernam lectionem ex cod. A, (consentientibus Eucherio et Remigio antiss.) extulerunt sixtini, quos reliqui censores sequuti sunt. Conf. Rocca l. c. et Lucas Brugensis. Hebraeus ימי שני מגורי, item syrus, chaldaeus, Aquila et graecus ven.; at cod. Kennic. 104. tacet שני; e contra cod. 69. addit חיי; graecus legit: αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου, ἃς παῳκῶ. Martianaeus censet verbum *vitae* non ad hieronymianam sed ad veterem versionem pertinere; Ambrosius enim et August. habent *Dies annorum vitae meae, quos habeo* (vel *ago*). Mox pro *triginta*, Atto vercell. CXXXIV, 497. legit *viginti*. Rabanus cum graeco et itala tacet *usque;* neque obstant hebr. et reliqui.

10. *egressus est* — Cod. E *egressi sunt.*

11. *possessionem*—Cod. D *potestatem.* Bibl. Ven. 1480. 1498., Lugd. 1567. tacent *in* ante *optimo.*

Ibid. *terrae loco* — Sixtini, codd. B, C, D, F, G, H, M, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Lugd. 1550., Paris. 1566., all., Rabanus, Rupertus, Petrus Com., Glossa edita ab Arevalo inter Opp. Isidori VII, 410. *terrae solo;* hanc lectionem valde probat Franciscus Lucas Brugens., qui illam ex egregiis quoque aliis libris comprobari adfirmat; Guibertus *solo terrae;* Brev. Goth. l. c. *loco terrae;* utramque lectionem nectere videntur codd. A, E, qui legunt *loco terrae solo.* De *Ramesses* conf. ad Num. XXXIII, 3.

12. *eos, omnemque* — Eucherius *omnem.* Mox pro *sui,* cod. B *eius.* Bibl. Paris. 1566. *in singulis;* hebr. *pro ratione parvulorum.*

13. *Aegypti* — Cod. F *Aegyptum.*

14. *E quibus* — Cod. V, Eucherius *Ex quibus.* Pro *aerarium,* cod. E *aerario.*

15. *defecisset emptoribus pretium*—Guibertus *defecissent emptoribus pretia;* cod. B *defecisset emptores pretio;* pro *emptoribus* legunt *emptoris* codd. A, C, D, E, G, P, T, U, Hugo; cod. O notat: « Antiqui *emptoris;* moderni » *emptoribus.* » Alii libri apud Vallarsium *temporibus.*

Ibid. *panes* — Codd. C, D, L 4., Q, T, U *panem;* cod. O monet veteres latinos legere *panem,* graecos *panes.* Pro *morimur,* codd. B, S *moriemur;* concinit hebr.; cf. infra v. 19.

16. *vobis pro eis* — Rabanus *pro eis vobis;* cod. F *pro vobis eis.* Bibl. Ant. 1559. 1565. mendose legunt bis verbum *Adducite.*

17. *sustentavitque eos*—Cod. P addit *pane;* favent hebr. et veteres. Guibertus tacet *et ovibus.*

18. *Venerunt quoque* — Codd. A, B, E, F, G, V, Brev. Goth. l. c. *Veneruntque.* Mox Guibertus tacet *ei;* uti codd. 80. 125. Kennic.

Ibid. *celabimus dominum nostrum* — Codd. C 1. m., D, O, P, R, S, U, Bibl. Ord., Hugo *celamus dominum nostrum;* cod. E, Brev. Goth. l. c., aliique apud Lucam Brugensem *celabimus domino nostro;* Sixtus, codd. B, C 2. m., F, G, H, T, V, reliquae veteres edd., Glossa interlinearis, Rabanus, Guibertus *celamus domino nostro.* Toletus scribit: « Lege *celabimus* » *dominum nostrum;* sic hebr., et mss. in fu- » turo; et Congregatio censuit. » Ita enim ex cod. A tum sixtini, tum gregoriani emendarunt. Conf. Rocca I, 300.

Ibid. *pecora*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, O, R, S, T, U, V, Hugo, Rabanus, Guibertus *et pecora.*

Ibid. *defecerunt*—Sixtini, codd. A, F, Guibertus *defecerint.* Pro *absque corporibus,* cod. F, Bibl. Ord., Lugd. 1522., Brev. Goth. l. c. *absque pecoribus.* Pro *habeamus,* codd. E, R, V, Guibertus, Bibl. Paris. 1566. *habemus.*

19. *moriemur* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, O, T, U, V, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Ordin., Reg., all., Rabanus, Guibertus, Rupertus *morimur;* ut supra vers. 15. Cod. E *moriamur.* Pro *solitudinem,* codd. A, F, G, U *solitudine.*

20. *Emit igitur* — Cod. E, Guibertus *Emit ergo.* Mox cod. A tacet *omnem* uti Chrysost. IV, 625. Pro *magnitudine,* cod. G et Guibertus legunt *multitudine.* Mox cod. G tacet *eam.*

21. *cunctos populos* — Eucherius *cunctum populum;* nec obstant veteres. Conf. infra ad versic. 23.

22. *et statuta* — Particulam *et* tacent codd.

C, D, G, L, N, O, T, U, V, quibus accedit Brev. Goth. l. c. in quo legitur *praeter terram sacerdotum, quibus statuta cibaria ex horreis publicis provehebantur, quae a rege tradita fuerant eis*, etc. Miramur hanc profecto egregiam lectionem, qua Vulgati sensus ad hebraicam veritatem revocari videtur, in nullo codice nobis obviam fuisse. Nam recepta Vulgati lectio significat sacerdotibus a rege traditam fuisse terram quam possidebant; quod neque hebraicus textus, neque ullus ex antiquis interpretibus expressit. E contra in laudata lectione Breviarii Gothici affirmatur tantum sacerdotes compulsos non fuisse vendere terram suam, eo quod regis iussu ex horreis publicis ipsi alerentur; prout habent omnes veteres cum hebraico textu. Cf. Estius, Calmetus, all. Ante *idcirco*, cod. E tacet *et*, cui favent hebr. et vett.

23. *Dixit ergo*—Brev. Goth. l. c. *Dixitque*. Pro *ad populos*, Eucherius, Brev. Goth. l. c., Nic. de Lira *ad populum*, item hebr. et veteres; neque enim obest graecus, qui habet πᾶσι τοῖς Αἰγυπτίοις, vel, ut multi codd. legunt, τοῖς Αἰγυπτίοις tantum. Conf. supra ad versic. 21.

24. *reliquas permitto*—Cod. B *reliqua praemitto*; cod. I *reliquas remitto*. Pro *sementem*, Eucherius *semen*; conf. ad Gen. I, 12.

Ibid. *in cibum*—Codd. C, D, E, F, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus, Petrus Com. *in cibos*; codd. A, G *cibos*; cod. B *in cibis*.

Ibid. *familiis*—Codd. A, G, Brev. Goth. l. c., Eucherius *famulis*; non male.

25. *tua est*—Cod. A tacet *est*. Pro *respiciat nos tantum*, sixtini et cod. A *tantum respiciat nos*. Brev. Goth. l. c. legit *tantumdem*, pro *tantum*. Cod. E *serviamus*, pro *serviemus*; conf. Berno aug. CXLII, 1151.

26. *Ex eo*—Cod. G addit *enim*.

27. *idest*—Hanc vocem primo expunxerant sixtini, consentientibus codd. G, I, et hebraico textu: mox restituerunt. Post *auctusque*, cod. F tacet *est*.

28. *in ea*—Brev. Goth. p. 193. *in eadem*. Post *quadraginta*, codd. A, H, Guibertus, Bruno ast., Petrus Com. addunt *et*.

29. *diem mortis suae*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Guibertus, Bruno ast. *mortis diem*; pronomen tacent quoque cod. B et Brev. Goth. l. c. Alii cum Bibl. Reg., Ven. 1476., Rob. Steph. 1528. *diem mortis eius*; Eucherius *Israel diem mortis suae*; hebr. et vett. *dies Israel ut moreretur*.

Ibid. *manum tuam*—Tacent pronomen codd. B, C, D, E, O, T, U, V, Petrus Dam. CXLIV, 591., Guibertus. Pro *femore meo*, Eucherius *femur meum*. Pro *facies mihi*, cod. G, Eucherius *facies mecum*; hebr. ועשית עמדי; Beda II, 273., Guibertus *facias mihi*.

30. *et auferas*—Cod. G *feras*; Rupertus *ut auferas*. Pro *de terra hac*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, S, T, U, Bibl. Ordin., Eucherius, Petrus Dam. l. c., Bruno ast. *de hac terra*. Post *condasque* addunt *me* codd. D 1. m., T, V, Bibl. Ven. 1533., Paris. 1566., Lugd. 1542. 1550., all.; item hebraeus et veteres interpretes.

Ibid. *maiorum meorum*—Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, P, R, T, U, V, Eucherius, Rabanus, Petrus Dam. l. c., Guibertus, margo Ordin., veteres omnes cum hebraeo textu habent tantum *eorum*.

31. *mihi*—Rabanus tacet. Mox cod. E prosequitur *Quod iurante, adiuravit Israel*.

Ibid. *Deum*—Ita ad fidem antiquiorum codd. legendum censuere sixtini et reliqui romani censores; unde Toletus adnotavit: « Sic mss.; sed Compl., Reg. et Ordin. *Do-* » *minum*. In hebr. et graeco nihil habetur ex- » presse, sed tantum *adoravit*. » Pro *ad lectuli caput*, Beda l. c. ex Hieronym. III, 371. *ad caput lectuli*. De hisce autem verbis conf. Augustinus in *Quaest. 162. in Gen.* et *libri Carolini* XCVIII, 1034.

Cap. XLVIII, 1. *His ita*—Sixtus, codd. B, E, N, R, Bibl. Ordin., Reg., Lovan. aliaeque plures edd., Brev. Goth. p. 193. *His itaque*. At sixtini et gregoriani cum codd. A, C, D, F, all., Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1528.

1532., Paris. 1566., all. hodiernam lectionem comprobarunt, itemque Toletus, Rocca, Lucas Brugensis. Conf. ad XL, 1.

Ibid. *pater suus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Thomas. I, 9., Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Petrus Com., Brev. Goth. l. c. *pater eius*. Post *filiis*, addunt *suis* codd. B, G, R, V, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Rabanus, Bruno ast.; quibus concinunt hebr. et reliqui veteres.

Ibid. *ire perrexit* — Cod. E, Brev. Goth. l. c., Petrus Com. legunt tantum *perrexit*; cod. G *perrexit ad eum*; Eucherius *ad eum perrexit*; Bruno ast. *ivit ad eum*; graecus ἦλθε πρὸς Ἰακώβ. Reliqui veteres cum hebraeo prorsus silent.

2. *filius tuus Ioseph* — Eucherius *Ioseph filius tuus*.

3. *ad se ait* — Codd. R, S *Ioseph ad se ait*; Sixtus cum antiquis plerisque edd. legit *ad se Ioseph ait*; unde Toletus adnotavit: « In he» braeo et graeco sic legitur: *et dixit Iacob* » *ad Ioseph*; in Compl., Reg., et aliis *ad se* » *Ioseph ait*; sed in Ordin. non habetur *Io*» *seph*, et Congregatio expunxit: subintelli» gitur tamen. » Sixtini nempe et gregoriani nomen *Ioseph*, quod in nullo ex antiquioribus latinis codd. legitur (uti recte admonent codd. M, O), omittendum censuerunt. Conf. Rocca l. c.

4. *te in turbas* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Rupertus; item cod. 84. Kennic. Praeterea codd. A, B, U legunt *in turmas*; cf. ad XXVIII, 3. Pro *daboque*, cod. E *dabo*. Mox Rupertus tacet *post te*.

5. *Duo ergo* — Legunt *Duo igitur* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus. Mox cod. H tacet *tibi*, ut alii apud Holmes. Pro *huc venirem*, cod. A, Rabanus, Rupertus *venirem huc*. Biblia Paris. 1566., semel Beda IV, 354. et Guibertus ordine inverso legunt *Simeon et Ruben*. Pro *reputabuntur*, cod. F, Petrus Com. *deputabuntur*; Alcuinus I, 558. *erunt*.

6. *et nomine* — Cod. E cum itala *in nomine*; Brev. Goth. l. c. *et ex nomine*; cod. B *et nomina*; mox idem cod. B legit *tuorum* pro *suorum*.

7. *Mihi enim* — Rabanus, Guibertus *Mihi autem*. Pro *Mesopotamia*, codd. F, V *Mesopotamia Syriae*; ita et Hieronymus III, 360. ex graeco, vel potius ex itala. Ubi in hebraico textu occurrit פדן ארם *(planities Syriae)*, plerumque Vulgatus noster habet *Mesopotamia Syriae*, uti Gen. XXVIII, 2. 5. 6. XXXIII, 18. XXXV, 9. 26. XLVI, 15.; sed quandoque idem Vulgatus ponit tantum *Mesopotamia*, uti Gen. XXV, 20. XXXI, 18. Item ubi hebraeus legit ארם נהרים *(Syria interamnis)*, Vulgatus vel habet *Mesopotamia Syriae*, uti Deut. XXIII, 4. Psal. LIX, 2., vel *Mesopotamia* tantum, uti Gen. XXIV, 10. Iudic. III, 8. I Paral. XIX, 6. In nostro Geneseos loco hebraicus textus habet פדן eliptice (conf. Gesen. *Thes. p. 151.*) pro integro nomine פדן ארם, quod samaritanus et syrus heic exprimunt, itemque, ut videtur, graecus, quibus Houbigantius adnectit Vulgatum, licet non penitus constet, uti ex dictis colligitur.

Ibid. *Rachel* — cod. T, Eucherius addunt *mater tua*; item Hieron. l. c. cum graeco et samaritano. Post *Chanaan*, cod. A tacet *in*. Pro *ingrediebar*, Guibertus *egrediebar*. Mox cod. A legit *Eufratam, et sepeli . . . Eufratae*. Demum pro *appellatur*, cod. R, Bibl. Ordin., Rabanus *appellabatur*, Eucherius *vocatur*.

8. *Videns autem* — Cod. O refellit quosdam addentes *Iacob*, uti additur in cod. R. At hebr. et vett. addunt *Israel*.

9. *donavit* — Legunt *dedit* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. p. 194., Rabanus, Guibertus, Petrus Com. Pro *Deus*, cod. B, Bibl. Ven. 1476., Paris. 1566., all. *Dominus*. Pro *in hoc loco*, codd. B, G, Petrus Com. *in loco isto*. Pro *inquit, eos*, codd. E, T, Rabanus *eos, inquit*. Pro *illis*, Rabanus *eis*.

10. *Oculi enim* — Brev. Goth. l. c. *Oculi autem*; item graecus. Pro *caligabant*, sixtini,

codd. A, B, C, F, H, N, O, S, T, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c. *caligaverant;* graecus ἐβαρυώπησαν; codd. D, U *caliginaverant,* quod verbum improbandum asserit Forcellini.

Ibid. *Applicitosque* — Sixtini, codd. A, F, G, N* 1. m., S, V, Bibl. Ordin., Rabanus *Applicatosque;* Brev. Goth. l. c. *Applicatisque.* Conf. infra versic. 13.

Ibid. *deosculatus* — Sixtini, codd. A, C, D, N, O, T, U, Bibl. Ordin., Hugo *osculatus;* cod. B *osculatus est;* codd. E, F, H, S, V, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus *deosculatus est.*

Ibid. *circumplexus eos* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, T, U, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus tacent pronomen; item tres codd. holmesiani. Praeterea cod. F legit *circumamplexus.*

11. *ad filium suum* — Heic rursum tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus. Hebraeus, graecus et reliqui interpretes legunt *ad Ioseph;* Bibl. Rob. Steph. 1532., Ant. 1537., Ven. 1538. *ad Ioseph filium suum.* Pro *aspectu tuo,* codd. G, N*, R, S, T, V, Rabanus, semel Guibertus *a conspectu tuo.* Pro *Deus,* Brev. Goth. l. c. *Dominus,* cui consentit codex 1333. derossianus (Cf. *Mss. codd. hebr.* De-Rossi, tom. III, pag. 146.).

12. *Cumque tulisset* — Cod. E *Cum adtulisset.* Pro *de gremio . . . terram,* cod. A *a gremio . . . terra.*

13. *id est* — Cod. G *et.* Pro *Manassen,* cod. A, all. *Manasse;* cf. supra ad XLI, 51. Pro *in sinistra sua,* cod. B *ad sinistram suam;* Rupertus *in sinistram suam.* Pro *ad dexteram scilicet patris,* codd. B, I *idest ad dexteram Israel;* cod. E cum itala *ad dexteram Israel,* item hebr. et veteres interpretes.

Ibid. *applicuitque* — Rursum sixtini cum cod. A et Brev. Goth. l. c. *applicavitque.* Ambrosius modo prius, modo alterum verbum usurpat; est enim indifferens.

14. *manum dexteram* — Codd. I, V *manum suam dexteram;* item hebr. et veteres interpretes, praeter graecum. Pro *minoris,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, I, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Guibertus, Rupertus *iunioris;* item itala; cf. vers. 19.

15. *Benedixitque Iacob filiis Ioseph* — Famosam heic habemus quaestionem de genuina huius loci lectione. Nos singulas proferemus lectionum veritates cum suis testibus. Itaque 1°. Vulgatam lectionem exhibent Bibl. Brix. 1496., Ven. 1497., Lugd. 1522., Rob. Steph. 1528. 1540. 1545., Lovan. 1547. indeque omnes edd. hentenianae. 2°. Legunt *Benedixitque Iacob filios Ioseph* cod. R, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482., Lugd. 1513., Paris. 1566., Brev. Goth. l. c.; cod. M. hanc lectionem modernis codicibus tribuit. 3°. *Benedixit eos* (filios nempe Iosephi); haec est graecorum lectio, de qua testatur cod. N, quamque retinebat vetus itala (licet sileat Sabatierius), uti colligitur ex Novatiano *de Trin. c. XIX.,* conf. Tertull. *de Bapt. c. 8.,* Ambros. *de bened. patriarch. c. 1.* et August. *de locut. in h. l.* et *Quaest. 166. in Gen.* Accedunt omnes versiones ex graeco petitae, ubi tamen praemittitur Καί, de quo cf. Holmes. 4°. *Benedixit Iacob filiis suis,* ita Thomasius V, 333. ex veteri lectionario. 5°. *Benedixit filios Ioseph,* ita cod. S. 6°. *Benedixitque Ioseph,* ita cod. M, Bibl. Ord., Hugo a s. Charo, Hugo a s. Vict., Isidorus Clarius; quibus accedunt hebraeus, samar., Onkelos, Ionathanus, arabs, persa et graecus venetus. 7°. *Benedixitque Iacob Ioseph,* ita Dionysius Carth., Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1532., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538. Ex correctoribus Pii V. quatuor pro hac lectione stabant; alii quatuor receptam lovaniensium lectionem praeferebant. 8°. Sixtini cum cod. A, Rabano, Alfonso Tostato *Benedixitque filio suo Ioseph;* et ita primo scripserat Angelus Rocca ad marginem sixtinae editionis. 9°. Legunt *Benedixitque Ioseph filio suo* codd. B, C, D, E, F, G, H, I. 29., N, N*, O, T, U, V, codex gothicus legion., Langob. apud Sirletum; scho-

lion codicis M testatur ita legere veteres latinos; accedunt Guibertus, Rupertus III, 108. (Lovanienses, qui addunt Rabanum, hanc cum superiori lect. confudisse videntur); hanc autem germanam esse nostrae versionis lectionem verosimile censuit Lucas Brugensis. Nos interim miramur nullam ex nostris antiquis edd. praeseferre lectionem, quam paene universi latini codd. tuentur; itemque miramur plerasque Vulgati antiquas edd. secutas fuisse lectionem, quam vix ullus ex nostris codd. servat. Denique 10°. Gregoriani, licet nihil definierint, in codice columnensi scripserunt *Benedixitque Iacob Ioseph filio suo;* uti legit syrus, a quo tamen recedit Ephraemus I, 104., qui graeco potius accedere videtur. Quinque priores lectiones, quae fere in idem recidunt, magnum in orationis contextu habere praesidium videntur. Profecto Iacobus Iosephi filios benedicturus heic repraesentatur. E contra quinque postremae lectiones, quae item quoad sensum inter se conspirant, maxima veterum testium auctoritate nituntur. Discrimen componere videntur scholiastae in nostris codd. M, N; quorum prior dicit Iacobum benedixisse Iosephum in eiusdem filiis; alter vero notat: « Antiqui per hoc quod subiungunt *filio suo,* » rationem benedictionis nepotum videntur » exponere; quia proprie filius suus Iosephus » erat in caussa. » At iam audiendus Toletus, qui tamen, de sensus integritate sollicitus, verborum varietates prope neglexit in nota quae sequitur: « In Complut., Reg. et Ordin. » habetur *et benedixit Iacob Ioseph:* et sic le» gitur nunc in hebraeo. In quibusdam mss. » est *et benedixit Iacob Ioseph filio suo,* quam » lectionem probavit prior Congregatio. At » vero septuaginta legunt *et benedixit Iacob* » *eis,* scilicet *filiis Ioseph;* et ita legunt Lov. » et plures impressi; et sic etiam legendum » censuit Sixtus. Et argumento est deesse » verbum in hebraeo, quod Septuaginta le» gerunt. Quam lect. Ambros. *lib. 1. de be» nect. patr. c. 1.* et August. *lib. de locut.* » *hebr. c. 200.* habuisse videntur; et sequentia indicant aperte eam esse legitimam: » unde qui priorem lectionem sequuntur, co» guntur interpretari Ioseph benedictum fuis» se in filiis suis. Posterior Congregatio du» bium reliquit. » Conf. Ungarelli *Prolegom. §. XVII. et XXI.* Supponit Toletus graecos interpretes in hebraico textu legisse בני ante *Ioseph,* illudque in superstitibus mss. excidisse. Verum nullum huius lectionis vestigium apud veteres occurrit. Quod si ex latinorum codicum consensu aliquid coniicere liceret, dicendum foret, olim in hebr. textu post *Iosephi* nomen בנו adiectum fuisse. At nil vetat asserere hanc vocem a Hieronymo suppletam, etsi in hebr. codd. non legeretur.

Ibid. *pascit* — Cod. A *pascet;* codd. F, S *pascis,* item semel Ambros. I, 982.

16. *eruit* — Cod. S, Guibertus *eripuit.* Post *pueris,* codd. E, H tacent *istis;* uti hebr. et chald. Pro *super eos nomen meum,* codd. A, G *nomen meum super eos;* graecus cod. a Maio editus τὸ ὄνομά μου ἐν αὐτοῖς; Guibertus *super eos nomen tuum;* Brev. Goth. l. c. *hos,* pro *eos.* Mox pro *multitudinem,* codd. C, D, F, G, R, S, T, U *multitudine.*

17. *manum patris*—Sixtini, codd. A, C, D, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *patris manum.*

18. *dexteram tuam* — Tacent pronomen cod. S, Brev. Goth. l. c. et Rupertus; item cod. 59. holmes. et slavon. ostrog.

19. *fili mi* — Rursum tacent pronomen sixtini, et cod. A; quibus accedunt graecus et itala apud Cypr., Ambros. et August.

Ibid. *iste quidem erit* — Cod. I, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545., all., Hugo *iste quippe erit;* Brev. Goth. l. c. *iste erit quidem.* Pro *minor,* legunt *iunior* sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, H, I, R, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Nicolaus de Lira, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Eucherius, Gregor. M. I, 1177., Rabanus, Guibertus, Bruno ast., Rupertus II, 102. 780.; item itala: cf. vers. 14. Mox pro *erit illo,* legunt *illo erit* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl.

Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Gregor. M. l. c.; item itala. Guibertus tacet pronomen.

20. *eis* — Codd. L 4. *ei*, hanc lectionem reiecerunt correctores Pii V. et Lucas Brugens. Pro *in tempore illo*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Guibertus, Bruno ast. *in ipso tempore*. Mox codd. B, E tacent *Israel*. Codd. E, G tacent *sicut* ante *Manasse;* item Ambrosius, et pauci graeci codices et arabs. Pro *Constituitque*, Beda I, 124. *Posuit*. Pro *Manassen*, codd. D, E, Beda l. c., all. *Manassem*, uti legit Vulgatus Ierem. XV, 4.; conf. supra vers. 13. et XLI, 51.

21. *Et ait ad Ioseph filium suum*—Eucherius *Ait quoque Iacob ad filium suum Ioseph;* Bruno ast. *Dixitque Iacob Ioseph filio suo;* hebr. et vett. *Dixitque Israel ad Ioseph*. Mox idem Eucherius *Deus erit;* Guibertus *erit Dominus*. Pro *reducetque*, codd. E, R, Bibl. Paris. 1566. *et reducet*.

22. *Do tibi* — Codd. F, R, et codices Vallarsii, Alcuinus I, 558., Angelomus, aliique ex Hieronymo III, 373. *Dabo tibi;* at ibidem Hieronymus, itemque Beda II, 274. IV, 354. cum hebr., syro, arabe, persa, armeno *Dedi tibi;* hanc lectionem tribuit graecis cod. M, sed graecus legit δίδωμί σοι.

Cap. XLIX, 1. *Congregamini, ut* etc. — Haec usque ad finem versiculi a prima manu omissa fuerant in cod. B; eadem verba Bruno ast. transfert post versic. 2.

Ibid. *quae ventura sunt vobis* — Legunt *vobis, quae ventura sunt*, referentes pronomen ad verbum quod praecedit Isidorus V, 347., Beda II, 277. IV, 356., Alcuinus I, 558., Angelomus, Bruno ast., Rupertus, Petrus Com., Martinus legion. CCVIII, 257., auctor libelli de Benedict. Iacob inter Opp. Hier. et Aug.; item apud Holmesium et Sabatierium Philo, Origenes, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius; sed duo postremi cum hebr., graeco et reliquis habent *vobis, quae occursura sunt vobis;* item Rufinus XXI, 314.; conf. cod. E ex quo ad calcem Geneseos veterem latinam huius capituli interpretationem damus.

Ibid. *in diebus novissimis* — Tacent particulam *in* sixtini, codd. A, C, D, F, G, R, T, U, V, Eucherius, Isidorus l. c., Beda IV, 356., Iulianus tolet. XCVI, 546., Remigius antiss., Guibertus, Bruno ast., Rupertus, Alvarus cord. CXXI, 480., Brev. Goth. p. 49.; praeterea codd. A, E, Angelomus, Bruno ast. legunt *novissimis diebus*. Itala *in novissimis diebus*.

3. *primogenitus meus*—Beda II, 274. tacet *meus;* item cod. E ex veteri versione: conf. Holmes. Mox ante *principium* tacent *et* Isidorus, Beda, Alcuinus ll. cc., Angelomus, Richardus Vict. CXCVI, 46., Petrus Com.; itemque non pauci graeci codices, et unus hebr. Kennicotti. Pro *donis*, mendose Bibl. Lugd. 1569. *domo*.

Ibid. *in imperio* — Sixtini, codd. A, C, D, L 3., O, Q, S, T, U, Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c. tacent particulam *in*, quibus accedunt Eucherius, Alcuinus l. c., Rabanus, Angelomus, Guibertus, Rupertus, Richardus Vict. l. c., Martinus legion. l. c., all.; neque obstant hebr. et vett.

4. *Effusus es* — Beda l. c. tacet *es*. Pro *non crescas*, Bruno ast., Richardus Vict. l. c. *non cresces;* Godefridus CLXXIV, 1135. *ne crescas*. Pro *quia*, cod. T *qui*. Pro *cubile*, cod. B *cubiculum*, codd. E, S, T mendose, ut reor, *cubilem*. — Lubet heic subiicere duplicem ex graeco interpretationem vers. 3. et 4., quam exhibet cod. M, quarum prior ex Hieronymi *Quaest. in Gen.*, altera ex Rufini *lib. 2. de Bened. patriarch.* derivata videtur; nec enim desunt bonae quaedam lectionis varietates: « *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, et principium filiorum meorum, durus ad ferendum, et durus procacitate, iniuria: sicut aqua non ebullias; ascendisti enim super lectum patris tui; et tunc violasti stratum, cum ascendisti*. Alia littera habet: *Ruben primogenitus meus; virtus mea, et initium dolorum meorum, durus in conversatione, et temerarius: contumelias irrogasti; tamquam aqua non fervescas (LXX. non ebullias); ascendisti enim cubile patris tui; tunc polluisti thorum ubi ascendisti.* »

5. *fratres* — Brev. Goth. l. c. addit *eius*.

6. *consilium* — Codd. A, C, D, F, G, O, T, U, V, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Beda II, 277., Remigius antiss., Petrus Dam. CXLIV, 245., Guibertus, Bruno ast., Rupertus, Godefridus CLXXIV, 1137., Martinus legion. CCVIII, 250. *consilio;* Rabanus *consilia;* Petrus Com. *concilio*. Lectio vulgata cum itala consentit.

Ibid. *non veniat* — Sixtini, codd. A, C, D, F, O, R, Bibl. Ordin., Hugo, Eucherius, Beda II, 274. 277., Alcuinus I, 559. 562., Rabanus, Guibertus, Bruno ast., Rupertus, auctor de Ben. patr. Iac. legunt *ne veniat;* Remigius antiss. *non veniet;* cod. B *non eveniat;* conf. Sabatier. Pro *coetu*, cod. A 1. m. et Beda l. c. *coitu;* conf. Forcellini ad v. *coetus*, et Maii *Class. Auctt.* VI, 516. Pro *gloria*, Eucherius *gloriatio*. Pro *quia*, Beda l. c. et Brev. Goth. l. c. *qui*. Pro *voluntate sua*, Isidorus V, 348. *dolore suo*. Denique pro *suffoderunt*, Rupertus *effoderunt*, Petrus Com. *foderunt*.

7. *pertinax* — Rabanus cum Hier. *procax*.

Ibid. *indignatio eorum* — Sixtini, codd. A, C, D, F, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Angelomus, Alcuinus, Rupertus, Martinus leg. l. c. *indignatio illorum;* Rabanus cum Hieronymo *ira eorum*. Pro *dividam eos*, Beda et Brev. Goth. ll. cc. *dividam illos*.

Ibid. *dispergam eos* — Sixtini, codd. A 2. m., G, Eucherius, Beda, Alcuinus ll. cc., Angelomus, Guibertus, Martinus legion. l. c., laudatus auctor de Ben. patr. Iac. *dispergam illos;* cf. Sabatierius. Cod. A 1. m., Remigius antiss., Petrus Com. tacent pronomen.

8. *laudabunt* — Cod. B et Brev. Goth. p. 49. (non item p. LXXVII.) *collaudabunt;* ex antiquis patribus quidam apud Sabatierium *collaudent;* de temporis varietate in hoc verbo conf. Holmes. et Nobilius.

Ibid. *manus tua* — Codd. L, R, S, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1480., posteriores edd. Rob. Steph., aliaeque plures, Beda II, 275. 278. IV, 357., Eucherius, Iulianus tolet. XCVI, 552., Alcuinus l. c., Rabanus, Angelomus, Berengosus CLX, 995., Anselmus laud. CLXII, 1239., Rupertus *manus tuae;* item cod. E, August. et Ambros. apud Sabatier., quibus concinunt samaritanus, graecus et anonymus in Hexaplis, qui hanc lect. hebraeis tribuit. Ionathanus et Targum Hieros. legunt יָדֵךְ, quod, saltem per se, non denotat pluralem numerum, prout latinus eorum interpres expressit.

Ibid. *adorabunt* — Legunt *et adorabunt* cod. R, Bruno ast., Godefridus l. c., Petrus Com. et Brev. Goth. p. 49. (non item p. LXXVII.); Rufinus *et adorent;* copulam praemittunt arabs et non pauci codd. hebraici apud De-Rossi; itemque Chrysost. IV, 638.

9. *fili mi ascendisti* — Beda II, 275. *ascendisti fili mi;* Bibl. Rob. Steph. 1545. tacent *mi*. Isidorus Clarius ex hebr. posuit *a praeda fili mi ascendisti*. Pro *quasi leaena*, Isidorus V, 349. VI, 50., Beda IV, 358., Iulianus tol. l. c., Remigius antiss. *ut catulus leonis;* Beda IV, 357. cum Hieronymo *quasi catulus leonis*. Mox pro *eum*, Beda l. c. *illum*. Cf. Sabatier.

10. *de Iuda* — Hunc versiculum innumeri scriptores cuiusvis aetatis a secundo Ecclesiae seculo ad XIII. excitarunt. Plerasque lectionum varietates, quae occurrunt apud eos qui veterem italam usurpabant, Sabatierius coacervavit. At vero pervetus latina interpretatio interdum heic ab iis quoque recitatur, qui Vulgatum interpretem tenebant. Ex his non pauci veterem novamque interpretationem indiscriminatim proferebant, aut permiscebant. Novimus multam librariorum oscitantiam, nec modicam correctorum licentiam: at certe quaedam ab ipsis scriptoribus profecta videntur. Librariis tribuenda sunt ea, quae in antiquiorum patrum operibus leguntur ex hieronymiana versione mutuata. Alia vicissim a librariis ex veteri versione in recentiorum patrum commentarios invecta fuere. Nonnulla etiam sunt quae ab ipso Hieronymo ex veteri interpretatione excerpta fuerunt atque in vulgatam editionem derivata. Quum autem vetus interpretatio non una eademque apud omnes, sed multiplex et varia exstiterit, magnam id nobis affert difficulta-

tem in secernendis iis quae hieronymiani calami sunt, ab aliis, quae interposita atque interpolata fuerunt. At sunt denique certa quaedam indicia, quorum ope germana scriptorum origo plerumque aestimari potest. Ad rem nostram quod spectat, ea quae sequuntur adnotare visum est. Hieronymi lectio est *de Iuda;* italae *ex Iuda;* conf. Sabatier. Attamen prior lectio occurrit apud Novatianum, Cyprianum, Hilarium, Vigilium taps.; posterior vero apud Isidorum V, 336. VI, 19. 71., Iulianum tolet. XCVI, 552., Freculphum CVI, 946. 1100. 1118.

Ibid. *et dux* — Heic quoque hieronymianam versionem tenemus, prout latinorum codd. consensus demonstrat. Itala legebat *nec* (vel *neque*) *dux;* cf. Sabatier. Attamen illam lectionem praeferunt Cyprianus et Augustinus; hanc vero Brev. Goth. p. 49. et LXXVII., Isidorus ll. cc. et V, 350., Eucherius, Beda II, 631. IV, 358., Hildefonsus tol. XCVI, 72., Iulianus tol. XCVI, 546. 552. 605., Smaragdus CII, 71., Freculphus CVI, 1100., Haymo CXVIII, 108., Alvarus CXXI, 480., Radulphus ard. CLV, 2041.

Ibid. *de femore* — Heic ambigimus utrum haec fuerit Hieronymi interpretatio: certum est enim italam legisse *de femoribus;* nihilominus hanc lect. tuentur sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, O, P, T, U, V, immo cod. N adnotat: «Sic habent antiqui iuxta hebraeum, » qui habet *de inter pedes eius;* in cantu tamen in ecclesia dicitur *de femore.* » Conf. Brev. rom. in Resp. 2. in Dom. IV. Adv. Laudatis codd. adstipulantur Brev. Goth. ll. cc. Hugo, Eucherius, Gregor. M. I, 1175. III, 375. (at cum Vulg. III, 11. 188.), Taio LXXX, 748., Isidorus et Beda ll. cc., Aldhelmus LXXXIX, 108., Hildefonsus et Iulianus tolet. ll. cc., Freculphus CVI, 946. 1100. 1118., Rabanus, Angelomus, Haymo l. c., Paschasius radb. CXX, 51., Alvarus l. c., Alpertus CXL, 489., Petrus Dam. CXLV, 46., Guibertus, Gislebertus CLIX, 1033., Berengosus CLX, 996., Bruno ast., Rupertus III, 12., Godefridus CLXXIV, 1141., Petrus ven. CLXXXIX, 559., Petrus Com. Ad hanc lectionem revocandus videtur Laurentius novar. LXVI, 120. apud quem legitur *de senioribus.* E contra Rufinus et Iunilius afric. legunt *de femore.*

Ibid. *veniat* — Beda II, 275. *veniet ille;* Alcuinus l. c., Rabanus, Angelomus, auctor de Bened. patr. Iac. *veniat ille;* Freculphus CVI, 1100. *veniet.*

Ibid. *qui mittendus est* — Nemo dubitat hanc esse Hieronymi interpretationem, qui legisse videtur in suis hebraicis codd. שילח, vel שלח, conf. De-Rossi Append. ad *Varr. lectt.* IV, 219., Patritii *de interpr. s. Scr.* II, 94., Iahn *Append. herm.* II, 175.; hanc lect. maxime probavit Grotius. Itala legebat *cui repositum est,* vel *(veniant) quae reposita sunt,* vel *cui reposita sunt;* cf. Sabatierius: graeci quoque codices easdem varietates deferunt; cf. Holmes. Attamen Isidorus VI, 19. 71., Iulianus tol. XCVI, 552. 605. dum ex itala universam pericopam proferre videntur heic intermiscent ex Hieronymo *qui mittendus est.* E contra idem Isidorus V, 336., Iulianus tol. XCVI, 546., Freculphus CVI, 1118. legunt *cui repositum est;* rursum Isidorus V, 350. et Freculphus CVI, 946., cum Augustino, *quae reposita sunt ei;* Smaragdus CII, 71. et Freculphus CVI, 1100. *cui repromissum est,* uti habet Novatianus.

11. *Ligans*—Vetus itala apud Sabatierium *Alligans;* et ita legunt Isidorus V, 350., Beda, Iulianus tol., Alcuinus ll. cc., Rabanus, Angelomus, Paschasius radb. CXX, 703., auctor de Bened. patr. Iac. Pro *ad vitem, o fili mi,* Beda l. c. *ad vitem suam;* Alcuinus l. c., Rabanus, Angelomus, Anselmus quoque laud. l. c. tacent *fili mi,* de quo cf. Patritii disputatio l. c. Mox pro *asinam suam,* Brev. Goth. p. LXXVII. (non item p. 49.) *asinum suum;* conf. Sabatier.

Ibid. *in vino ... in sanguine*—Sixtini utramque particulam *in* expunxerunt; concinunt codd. A, B, C, D, G, N, N*, O, T, U, Remigius antiss., Guibertus, Rupertus. Brev. Goth. p. LXXVII. priori loco tantum omittit parti-

culam (item codd. F, V.); at pag. 49 legit *in vinum . . . in sanguinem*. Itala utramque particulam legebat.

12. *Pulchriores sunt*—Tacent verbum *sunt* sixtini, codd. A, B, C, D, G, H, M, N, O, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. ll. cc., Isidorus V, 351., Beda II, 279. IV, 358., Alcuinus I, 563., Angelomus; item Ambrosius, Augustinus et hebraeus. Mox post verbum *dentes*, sixtini tacent *eius*, quibus suffragantur iidem plane testes (exceptis codd. S, T), et praeterea codd. F, R, Rabanus, Melito in *Spicil. solesm. III, 36.*, Remigius antiss. et duo codd. antiquissimi holmesiani. Cf. Sabatier. Attamen animadvertendum est Augustinum in *nova patrum Biblioth.* a Maio edita t. I, p. 250. legere *Fulvi sunt oculi eius a vino, et dentes eius candidiores sunt lacte.*

13. *habitabit* — Cod. F, mss. Vallarsii, Beda II, 279., Berengosus CLX, 997. et laudatus auctor de Ben. patr. Iac. *habitavit*. Pro *in statione*, cod. B *statione* (nam mendose Blanchinius edidit *estatione*); Brev. Goth. p. 50. *stationem*. Mox pro *pertingens*, Rupertus *attingens*.

14. *accubans inter terminos* — Codd. B, C, D, G, T, U, Brev. Goth. l. c., paene omnes codd. Gregor. M. I, 25. et, ex Gregorio, Taio LXXX, 797., Martinus leg. CCVIII, 262. *accubans in terminos;* cod. F, Remigius antiss., Petrus Dam. CXLIV, 724., Petrus Com., Glossa interlin. *accubans in terminis;* Bruno ast. *habitans in terminis;* Isidorus V, 352. praemittit *hic*.

15. *Vidit*—Cod. A, Petrus Com. *Viditque;* item hebr. et veteres interpretes, praeter armenum. Mox cod. B pro *optima*, legit *optimam;* Mazochius in *Spicil. Bibl. I, 170.* contendit Hieronymum scripsisse *opima*, quod respondet hebr. נעמה, et graeco πίων: quam correctionem auctoritate codicum comprobari vellemus.

Ibid. *et supposuit* — Rabanus tacet copulam; item graecus et plures patres vett. apud Sabatierium. Mendosa latina versio syri in polyglottis. Isidorus l. c. *et ponet*. Post *humerum*, tacent *suum* Eucherius, Gregor. M. I, 25. IV, 48., Taio l. c., Rabanus in *Spicil. solesm. II, 227.*, Remigius antiss.; cod. V legit *humeros suos;* uti slav. mosq. Pro *factusque*, Isidorus, Alcuinus l. c., Guibertus *factus;* mox cod. G tacet *est*.

Ibid. *tributis* — Brev. Goth. l. c., Pseudo-Hieron. III, 748. *tributo;* hebr. למס; Hieronymus III, 376. *in tributum;* item Aquila et Alius in Hexaplis εἰς φόρον (cf. Montfauc. et Holm. *Append. ad Gen.*); itemque graecus venetus. Omnino mendose apud Brunonem ast. *tribubus*.

16. *sicut et alia*—Brev. Goth. l. c. *ut alia;* cod. A, Isidorus V, 352., Beda II, 275. 280., Alcuinus I, 560., Angelomus, Bruno ast. *sicut alia;* idem Alcuinus I, 564. et laudatus auctor de Bened. patr. Iac. *sicut aliae*.

Ibid. *in Israel*—Sixtini, codd. A, C, D, N, O, T, U, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Alcuinus l. c., Angelomus, Bruno ast., Rupertus, Petrus Com. *Israel;* item Ambros. (sed non constanter), Hieronymus, Philo et hebraicus textus.

17. *cerastes* — Isidorus l. c., Adso CI, 1292., Angelomus, Rupertus, Hugo eterian. CCII, 212. *et cerastes;* accedunt Ambrosius, syrus et arabs.

Ibid. *ungulas* — Cod. A 1. m., Gregor. M. III, 110., Isidorus l. c., Adso l. c., Bruno ast. II, 755., Petrus capuan. in *Spicil. solesm.* II, 308. *ungulam;* at Gregorius M. et Bruno ast. alibi Vulgati lectionem sequuntur. Pro *ut cadat ascensor*, Bruno ast. *et cadat assessor;* cf. *Spicil. solesm. III, 7.* et Hieronym. l. c.

19. *ante eum* — Mendose cod. B *ante Dominum;* Beda l. c. *ante illum*. Pro *accingetur*, cod. D 1. m. *accingeret*, 2. m. *accinget*.

21. *et dans*—Beda l. c., Alcuinus I, 561., Angelomus, Rupertus, auctor de Bened. patr. Iac. tacent nexum; item Hieronymus aliique apud Sabatierium, quibus consentiunt hebr., Aquila, et reliqui. Bibl. Reg. mendose *servus*, pro *cervus*.

22. *Filius accrescens Ioseph, filius* — Beda II, 276., Alcuinus l. c., Angelomus *Filius*

meus accrescens Ioseph, filius meus; cf. Sabatier., Nobilius et Holmesius; cod. G *Ioseph filius adcrescens, filius.* Cod. O damnat alios libros qui omittebant particulam *et* ante *decorus.* Pro *filiae,* Berengosus CLX, 999. *filii;* samaritan. פנה, graec. *υἱός μου.* Pro *discurrerunt,* cod. T, Beda et Alcuinus ll. cc. *decurrerunt;* cod. A *discurrunt.* Obiter adnotamus Vulgato consentire graecum ven. *ἐβημάτισαν.* Mox pro *super,* cod. F, Petrus Com. *per;* Brev. Goth. l. c. *supra.*

23. *iurgati*—Cod. B et Guibertus *iurgatae.* Pro *invideruntque,* Brev. Goth. l. c. *invidentes;* Angelomus semel *invidentesque;* Alcuinus l. c. *invidiaeque.* Pro *illi,* cod. G, Guibertus *ei.*

24. *Sedit*—Codd. C, D, F, U, Isidorus V, 356., Bruno ast., Rupertus *Sedet;* et quamvis cod. O moneat vulgatam lectionem hebraeo et graeco consentire, tamen graeca interpretatio aegerrime cum Vulgato heic confertur. Pro *in forti arcus eius,* Beda l. c. *in fortitudine arcus illius.* Pro *dissoluta sunt,* Bruno ast. *soluta.*

Ibid. *brachiorum*—Brev. Goth. p. 50. et LXXVII., Eucherius, Isidorus l. c., Beda II, 283., Angelomus, Remigius, Berengosus CLX, 999., Rupertus addunt *eius;* Rufinus addit *eorum.*

Ibid. *manuum illius*—Alcuinus l. c., Rabanus, Angelomus, Bruno ast., Godefridus CLXXIV, 1150. cum Hieronymo *manuum eius;* Brev. Goth. p. LXXVII. (non item p. 50.) *manus illius;* cf. Sabatierius. Beda II, 276. tacet pronomen. Pro *per manus,* codd. C, S, Eucherius, Beda II, 283., Rabanus, Rupertus, Brev. Goth. ll. cc. *per manum,* item Ambrosius et Rufinus. Conf. Holmes.

Ibid. *potentis Iacob*—Eucherius scribit: « *omnipotentis Iacob,* hoc est, omnipotentis » Dei Iacob. » Eamdem glossam habent Isidorus V, 356., Rabanus, Angelomus; nec valde distat Remigius antiss. apud quem legitur: « *potentis Iacob,* id est omnipotentis » Dei. » Item Beda II, 283. « *potentis Iacob,* » idest, Dei Iacob. » Hinc Rupertus legit *potentis Dei Iacob;* ubi vel glossam in textum receptam habes, vel geminam eiusdem vocis interpretationem (Cf. Hugo de s. Vict., Hugo a s. Charo et Petrus Com.). Accedunt tamen Onkelos et persa. Brev. Goth. p. LXXVII. (non item p. 50.) *Dei omnipotentis: Iacob;* cf. Sabatier.; Beda II, 276. et Berno aug. CXLII, 1162. *potentes Iacob.* Pro *lapis Israel,* cod. F, Bruno ast. *Israel lapis.*

25. *benedictionibus abyssi*—Cod. R, Beda II, 284., Berengosus l. c., Bruno ast. praemittunt *et;* ut graecus, syrus, arabs. Mendose exprimitur nexus in lat. versione samar.

26. *benedictionibus*—Cod. O refutat qui legebant *de benedictionibus.* Pro *patrum eius,* Brev. Goth. pag. 50. *patris eius;* Eucherius, Angelomus, Berengosus l. c. *patrum tuorum,* item Beda II, 284., sed p. 283. legit *patrum servorum tuorum;* Isidorus l. c. *fratrum tuorum.* Clarius, collato hebraeo, fecit *parentum meorum.*

Ibid. *donec veniret*—Codd. L 5., Eucherius *donec veniat;* Isidorus l. c. *donec venerit.* Pro *in vertice,* cod. F, Brev. Goth. p. 50. *in verticem;* Bibl. Ord. tacent *in;* Eucherius, Isidorus V, 357., Rabanus, Angelomus *super verticem;* cod. P, margo Hugonis *in cervice.* Denique pro *Nazaraei,* cod. B, Brev. Goth. p. LXXVII. *Nazorei;* cod. A *Nazareni.*

27. *comedet*—Isidorus l. c. *comedens;* Alcuinus l. c. et Angelomus *comedit.*

Ibid. *et vespere*—Cod. A tacet *et;* Isidorus l. c. et Rabanus V, 507. cum Hieronymo et itala legunt *ad vesperam;* Beda l. c. *ad vesperum autem;* Brev. Goth. p. 50. *et nocte;* « in Scriptura, ait Calmet in h. l., *vespere* et » *mane* usurpantur pro *nocte* et *die.* »

28. *Omnes hi in tribubus*—Codd. C, D, O, T, U, Guibertus *Et omnes hi in tribus;* Rupertus *Et hi omnes in tribubus.* Pro *pater suus,* cod. A *pater eorum.* Mox pro *benedixitque singulis,* cod. B *benedixitque eis,* neque abludit hebraeus; at cod. O monet veteres non legere *eis;* cod. S *benedixitque singulos;* cod. A addit *duodecim.*

31. *ibi sepultus*—Rabanus *ibique sepultus;* concinunt samaritanus, syrus, arabs, persa,

nonnulli codd. hebr. et chaldaici apud De-Rossi, et plures graeci holmesiani.

Ibid. *coniuge sua* — Abiiciunt pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, P, R, S, T, U, V, Hugo, Rabanus, Guibertus, margo Ord. Pro *condita iacet*, sixtini cum cod. A legunt *condita est*.

32. *instruebat* — Amalarius CV, 1157., Rupertus *instituebat*; Guibertus *instruxerat*. Post *pedes*, Rupertus tacet *suos*, ut Hieronymus apud Sabatier., cui suffragatur maior pars graecorum codicum. Pro *lectulum*, cod. G, Rabanus, Amalarius l. c. *lectum*, item Hieronymus.

Cap. L, 1. *ruit* — Codd. G, V 2. m. *irruit*. Mox pro *super faciem patris*, cod. I *super patrem*. Pro *deosculans*, Brev. Goth. pag. 196. *osculans*; conf. supra ad XLVIII, 10.

3. *septuaginta diebus* — Sixtini codd. A, C, D, F, S, T, V, Eucherius *septuaginta dies*, codd. N, O testantur hanc esse veterum exemplarium lectionem; quod et Sirletus adnotaverat.

4. *Et expleto* — Eucherius, Rabanus *Expleto*. Pro *familiam Pharaonis*, Bibl. Ordin. *Pharaonis familiam*; cod. A, Brev. Goth. l. c., Bibl. Lugd. 1550. 1567. addunt *dicens*; item hebr., graecus et reliqui, excepto syro.

5. *adiuraverit* — Codd. G, V, Eucherius *adiuravit*; item Augustinus. Mox pro *me, dicens*, Brev. Goth. l. c. *mihi, dicens*; cod. G tacet *me*. Pro *et sepeliam*, cod. A *ac sepeliam*. Post *patrem*, codd. N, T tacent *meum*. Pro *ac revertar*, Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *et revertar*.

7. *cum eo* — Cod. A *cum illo*. Mox Rabanus tacet *terrae*, item quidam graeci apud Holmes.; at Brev. Goth. l. c. legit *omnis terrae*, uti habet Hieronymus I, 179.

8. *atque armentis* — Bibl. Reg., Rob. Steph. 1528. 1532., all. *absque armentis*. Pro *dereliquerant*, Sixtus et fere omnes antiquae Vulgati edd. habent *dereliquerunt*; graecus ὑπελίποντο: hodiernam lectionem induxerunt sixtini et gregoriani ad fidem priscorum codd., eamdemque praetulerat Rob. Steph. in edit. an. 1545.; hinc Toletus: « Lege *dereliquerant*; » sic habent mss. latini; et utraque Congre» gatio censuit. » Conf. Rocca I, 300. Cod. S et Rabanus legunt *reliquerant*.

9. *Habuit quoque* — Codd. B, C, D, R, S, T, U *Habuitque*. Mox cod. B tacet *et* ante *equites*.

10. *Atad* — Hanc esse huius nominis scribendi rectam rationem compertum habemus tunc ex sacro textu antiquisque versionibus, tum ex nobilioribus Vulgati codd., quos merito sequuti sunt sixtini et gregoriani. Ceterum latinorum plures hoc nomen aliter atque aliter corruperant. In primis animadvertendum est recte quidem se habere principem lovaniensium editionem an. 1547., quae ex stephanicis protulit *Atad* (sed pro *Aream Atad*, scribit *Aream-atad*); quam imitatae sunt plures, quae inde fluxerunt edd. hentenianae: at vero quum ex his non paucae typographorum vitio extulissent *Arad*, uti Bibl. Ven. 1572. 1578. 1579. 1583. 1588., itemque Antuerp. plantiniana 1583., ex hac postrema in Sixti editione eadem lectio transcripta fuit: quod quidem mendum iam in alias paucas edd. antiquiores, ut in Antuerp. 1538. irrepserat, sed nullibi in mss. a nobis deprehensum fuit. Hinc recte Lucas Brugensis dicit: « Adulterinum est, quod quidam » scribunt *Arad*. » Ex hisce patet errasse Edmundum Cox in nupera edit. libelli Iamesii *(Bellum papale, Lond. 1840.)* dum hanc lect. lovaniensibus tribuit. Praeterea fere omnes edd. seculi XV., aliaeque plures cum Bibl. Reg., Glossa interlin. et cod. T legunt *Achad*, quam lectionem reiecit Mariana; cod. P, Bibl. Ordin., Petrus Com. *Azad*; propius ad rectam scriptionem accedunt codd. C, D, M, U, Bibl. Paris. 1566., ubi est *Athad*; codd. R, S, Bibl. Ven. 1533., coptus *Adad*, hanc vero lect. Remigius antiss. graecis interpretibus adscribit; at nostri codd. graeci habent Ἀτάδ; Eucherius *Achar*, cf. syrus ܐܟܪ (nisi legendum potius sit ܐܬܕ); codd. F, G, V *Agad*, de qua lectione scholiastes in cod. M adnotat: « *Athad* interpretatur *rhamnus*, quia, ut dicit

» hebraeus, locus erat spinosus; sed postea » dictus est *Agad*, quod interpretatur *plan-* » *ctus Aegypti* ab eventu. » Liranus quoque animadvertit verbum אטד, ex hebraeorum sententia, non esse nomen proprium, sed commune; idque expresserunt arabs et graecus ven., quorum primus habet العوسج, alter τῆς ῥάμνου. Itaque de interpretatione hebraicae vocis nullum est dubium; at quod spectat ad nomen *Agad*, accipe notulam, quam legimus in cod. N. « Moderni hebraei » et latini *Atad*, quod nondum vidi in anti- » quis latinis, sed est in graeco. Quoniam » igitur ex tunc ex quo interpretes transtu- » lerunt erat in hebraeo, argumentum est » antiquitatis. Hic quidam notaverunt quod » *Atad* solebat vocari *Agad*, quod interpre- » tatur *planctus Aegypti*, quod non intelligo » posse stare. *Aegyptus* enim hebraice *Mes-* » *raim* (מצרים) dicitur; *planctus* vero *Mi-* » *sped* (מספד); quae autem est convenientia » ad nomen *Agad*? Constat quod nulla est. » In cod. A nomen *Atad* omnino desideratur, nec legisse videtur Remigius antiss., indeque fortasse laudatus scholiastes monet se illud in antiquis latinis non vidisse. — Pro *ubi*, cod. G *ibi*.

11. *est iste Aegyptiis* — Cod. A *est iste hebraeis;* cod. V, Guibertus *iste est Aegyptiis*.

Ibid. *vocatum est* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Eucherius, Guibertus *appellaverunt;* active hebr. קָרָא, item graecus ἐκάλεσε, sed multi codices ἐκάλεσαν. Mox pro *illius*, codd. C, D, H, O, U *eius*.

12. *Fecerunt ergo* — Cod. O *Feceruntque*.

13. *in terram* — Codd. D, F, G, all. *in terra*. Mox post *sepelierunt*, sixtini, codd. A, D, F, S, T, U, V, Brev. Goth. l. c., Eucherius tacent *eum;* item duo codd. holmesiani. Pro *Ephron*, cod. B mendose *Ebron*.

14. *Reversusque* — Cod. G, Brev. Goth. l. c., Bibl. Ven. 1480. 1498. *Reversus*.

15. *fratres eius, et mutuo colloquentes* — Brev. Goth. l. c. *fratres, et conloquentes*.

Ibid. *omne malum* — Legunt *malum omne* sixtini, codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, Brev. Goth. l. c., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Rupertus. Post *fecimus*, addunt *ei* codd. L, Q, Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1550., all., margo Ordin.; concinunt hebr., graecus et reliqui veteres.

16. *dicentes* — Hoc verbum omittunt sixtini, codd. A, C, D, F, G, L 8., R, S, T, U, Rabanus, Rupertus; quibus consentit cod. 84. Kennicotti.

17. *haec tibi* — Rupertus *tibi haec*. Post *Obsecro*, cod. G addit *te*.

Ibid. *servis Dei patris tui* — Sixtus, codd. C, D, F, G, I, R, S, T, U, V, margo codicis memmiani apud Martianaeum, fere omnes antiquae edd., Rabanus, Rupertus, Adamus praem. CXCVIII, 272., Petrus Com. *servo Dei patri tuo;* Guigo carth. CLIII, 873. *famulo Dei patri tuo*. At Toletus scribit: « Lege *servis* » *Dei patris tui;* sic hebr., graecus, Reg., » Compl. et utraque Congregatio. Lovanien- » ses vero et Ordin. ut in textu (Sixti V.). » Hodiernam enim lectionem, praeeuntibus correctoribus Pii V., sixtini et gregoriani intulerunt, quibus suffragantur codd. A, B, H, L 2., Q, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., margo Ord., Guibertus. Bukentopius p. 139. animadvertit hanc lectionem merito restitutam fuisse prout veteres omnes versiones et aliqua latina exemplaria requirebant. Conf. Rocca l. c. et Brugensis.

18. *adorantes in terram dixerunt* — Hanc lectionem praeseferunt fere omnes vett. Vulgati edd.; eamdemque retinuit Rob. Steph., adeoque et Ioh. Hentenius: at non paucae ex edd. hentenianis, uti Antuerp. 1559. 1565. Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1578. 1579. 1583. tacent *in terram;* cod. B legit *in terram adorantes dixerunt;* sixtini, codd. A, C, D, F, R, S, T, U, V legunt *in terram adoraverunt, et dixerunt;* it. Hugo et Bibl. Ord., sed pro *et*, habent *atque;* cod. H, Brev. Goth. l. c., Othlonus CXLVI, 88., Guibertus *in terram, dixerunt;* cod. G *in terram, et dixerunt*. Hebraeus et veteres interpretes *procubuerunt*

ante eum, et dixerunt, excepto graeco, qui legit tantum εἶπαν, cf. Holm.; unicus cod. 543. derossianus interponebat ארצה.

19. *ille respondit* — Cod. G tacet pronomen; cod. I legit *respondit Ioseph*, uti habent omnes veteres interpretes cum sacro textu. Mox pro *timere*, cod. A, Brev. Goth. l. c., Ratherius CXXXVI, 469., Rupertus *metuere*. Conf. ad versic. 21.

Ibid. *resistere voluntati*—Sixtini, codd. C, D, F, G, H, O, P, Ratherius veron. l. c. *renuere voluntati;* codd. A, N, T, U, Brev. Goth. l. c., Rupertus I, 511. *renuere voluntatem;* codd. N, O hanc lectionem priscis, vulgatam modernis codicibus adscribunt. Quum Calvinus, Melanthonus aliique novatores hoc testimonio ad perversa dogmata constabilienda pessime abuterentur, hunc Vulgati locum Bellarminus in *Diss. de Vulg.* reprehendit. Profecto libera est Hieronymi interpretatio; at illam neque per se periculosam, neque a veritate alienam esse asserimus. Hebraica verba כי התחת אלהים אני reddi possunt *Numquid pro Deo ego (sum)?* vel *Numquid loco Dei ego?* (cf. Gesen. *Thesaur. p. 302.*) nempe, uti Schroeder in *nova Ianua* interpretatur, *Num Dei potestas mihi est?* Perperam vero auctor notulae in Bibl. Paris. 1837. cum Bellarmino (l. c. et *de amiss. grat.* l. II, c. 11.) affirmat hebraeum et graecum legere *Nam sub Deo sum ego;* hebraeus enim adverbium interrogandi habet; graecus vero legit τοῦ γὰρ Θεοῦ εἰμι ἐγώ, quae interpretandi ratio, saltem quoad litteram, ab hebr. textu distare videtur (cf. Steuchus Eugubinus in h. l.). Hebraico samaritanus textus hodiernus consentit nisi quod omittit particulam כי; item versio samaritana; at pro התחת, cod. samar. 62. apud Kennicott. legit [illegible]; et cod. 363. [illegible]. Hanc postremam lectionem praeferunt Grotius, Houbigantius, Rosenmullerus, Schulzius, all., qui illam confirmant auctoritate Onkelosi et Ionathanis, atque interpretantur *Timens Deum ego sum*, conferentes Gen. XLII, 18.; consentiunt arabs uterque, persa et scholion hexaplare ubi haec interpretatio tribuitur samaritano. Cf. tamen Rich. Simon. *Hist. crit. V. T. lib. I. c. XII. et lib. II. c. IX.* E contra cum hodierno textu hebraico et samar. aperte faciunt syrus, Aquila, Symmachus (cf. Holmes. et Montfauc.) et graecus ven.; neque aliter legisse videntur Alexandrini et Hieronymus, qui obscuram sententiam suo quisque sensu explanare nisi sunt. Eadem phrasis occurrit Gen. XXX, 2., ubi graecus habet μὴ ἀντὶ Θεοῦ ἐγώ εἰμι; Vulgatus vero ad litteram reddit *Num pro Deo ego sum?* nempe ut disturbare possim Dei consilium. Ita heic Iosephus insinuare vult se non posse obsistere admirabili Dei providentiae, qui facinus a suis fratribus admissum in bonum convertit. Atque hunc sensum spectasse videtur Hieronymus, consentitque cum iis quae Iosephus dixerat XLV, 8. *Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum.* Cf. Estius, Mariana, Malvenda, Tirinus, Rosenmull., Maurer. aliique plures qui hieronymianae interpretationis sensum exponunt atque tuentur.

20. *sed Deus* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Othlonus l. c., Guibertus, Rupertus *et Deus;* item Cassianus Coll. XIII. c. 11. et 19. Mox pro *et salvos*, cod. A, Othlonus l. c. *ut salvos*. Pro *faceret*, codd. C, D, U *facerem*.

21. *Nolite timere*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Guibertus, Brev. Goth. l. c. *Nolite metuere*. Mox cod. A tacet verbum *est*. Pro *ac leniter* Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *et leniter;* cod. R *leniterque*.

22. *decem annis* — Sixtini, codd. A, F, V, Eucherius, Rabanus, Guibertus, Rupertus *decem annos;* concinit Augustinus, qui praeterea cum Eucherio et Petro Com. praemittit *et*.

23. *locutus est* — Rabanus addit *Ioseph;* uti hebr., graecus et reliqui, excepto arabe. Pro *Deus visitabit vos*, Remigius antiss. *visitabit vos Dominus*.

Ibid. *vos faciet* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Rabanus,

Gerardus camer. CXLII, 1295., Rupertus, Balduinus cant. CCIV, 622.

24. *ossa mea vobiscum* — Codd. B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Angelomus, Rupertus, Balduinus cant. l. c. *vobiscum ossa mea;* Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. tacent *vobiscum,* item hebraeus; sed legitur in samaritano, graeco, syro, arabe, et in multis codd. hebr. et chaldaicis apud De-Rossi in *Varr. Lectt.* ad h. l. et in *Supplem.*, et apud Bruns. in *Repert Or. t. XV. p. 169.*

25. *mortuus est*—Codd. B, V et Eucherius *mortuusque est,* uti hebr., graecus et reliqui interpretes. Mox post *centum,* Eucherius, Remigius antiss. addunt *et.* Pro *repositus est in loculo,* idem Eucherius legit *sepultus est;* pro *loculo,* cod. G, Guibertus, Petrus Com. *loco.*

MONITUM

De italae fragmentis, quae subiiciuntur, ex cod. E.

Etsi ad nostrum institutum minus pertinere videantur quae ad perveterem latinam Bibliorum interpretationem spectant, tamen non una de caussa in lucem heic proferenda ducimus nonnulla libri Geneseos fragmenta inedita, quae ex itala petita, atque ipsi hieronymianae versioni inserta fuerunt a Dominico quodam presbytero, qui seculo VII. aut VIII. codicem E descripsit. In primis enim quum nobilissimi huius codicis varias lectiones vulgandas susceperimus, particulae illae, quas librarius ex alia plane interpretatione identidem interposuit immiscuitque, haud erant praetereundae, tum ne ipsius codicis collatio, quam dare constituimus, manca videretur, tum ne si quasdam lectiones ex hoc aliove Vulgati codice excitatas ad italam potius quam ad hieronymianam translationem referendas subinde asseruimus, id cuipiam admirationem adferre posset. Quod enim sapienter olim a Blanchinio prolatum fuerat, iam novis accedentibus luculentissimis testibus, potiori iure praedicamus: « Nihil profecto » erit quod quidam admirentur posthac, si saepe codicibus remotioris aetatis pannos utriusque ver- » sionis assutos videant. » *(Vindic. canon. script., praef. p. XXXVI.)* Prorsus autem laetamur nos hac data occasione ad augendas cumulandasque italicae veteris reliquias aliquam licet minimam symbolam conferre posse. Haud enim dubitandum est quin si has lacinias prae manibus olim habuisset Sabatierius, vel quivis alius ex illis doctissimis viris qui eamdem spartam adornandam aggressi sunt, illas percupide amplexus fuisset, easdemque in publicam lucem protraxisset, utpote quae ad explendas nonnullas lacunas opportunissimae veniant. Equidem non ignoramus in tanta fragmentorum lectionumque varietate difficillime iudicari posse quinam germanus italae textus fuerit. Quum enim superiori aetate in more fere positum fuerit, ut quidquid a Vulgato recedere deprehendebatur, id italae veteris nomine donaretur, haud mirum videri potest si propemodum infinitae lectionum varietates, immo incredibiles pugnantesque lectiones saepius eidem versioni adscriptae fuerunt. Verum scite de hac quaestione cl. Card. Maius in tom. IX. *Spicilegii romani:* « Ceteroquin, inquit, ea rectior tutiorque sententia » est, quae censet reapse ex italicis praesertim codicibus, ut quique antiquiores sunt, italam illam ab » Augustino celebratam, quam aliam quamlibet contineri translationem, multis tamen varietatibus, ut » fieri solet refertam. » Re quidem vera quamvis plura in nostris hisce fragmentis occurrant, quae hactenus omnino desiderabantur, tamen haud desunt alia, quae cum certissimis italae testibus, quos habemus, Ambrosio in primis et Augustino, ita plane consentiunt atque conspirant, ut nemo iure dubitare possit quin ab eodem fonte manaverint. Igitur si *codicibus emendandis,* uti docet Augustinus *(de doctr. chr. lib. 2. cap. 14.), primitus debet invigilare solertia eorum qui Scripturas divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant,* EX UNO DUMTAXAT INTERPRETATIONIS GENERE VENIENTES; si *nonnullas obscuriores sententias, plurium codicum saepe manifestavit inspectio;* profecto nostrorum fragmentorum varietates *plus adiuvabunt intelligentiam, si modo legentes non sint*

negligentes (ibid. cap. 12.). Ob hanc itaque caussam nostri codicis lectionem quam accuratissime descriptam proferre voluimus: adeoque tum inconstantem scribendi rationem quam codex praesefert retinuimus, tum ipsos librarii errores intactos servavimus. Quamvis enim antiquarius a quo haec conscripta sunt plane indoctus fuisse videatur, tamen plura archaismorum exempla, pluraque palaeographiae latinae documenta τοῖς φιλολόγοις suppeditabit: maxime autem ad sacrae critices incrementum ea quae subiicimus, aliaque plura ex eodem codice ad Exodi calcem congerenda, profutura speramus.

Cap. XXXVII, 27. . . . Adquieverunt fratres eius. 28. Et transiebant homines Ismahelitae negotiantes, et extraxerunt Ioseph de laco et tradiderunt eum Hismahelitis ·XX· aureis (*manu recenti rescriptum* argenteis), et duxerunt Ioseph in Aegyptum.

29. Reversus autem Ruben ad lacum non invenit Ioseph in lacum. 30. Et scidit vestimenta sua, et reversus est ad fratres suos et dixit: Puer non est, ego autem quo introibo?

31. Et sumpserunt tunicam Ioseph, et occiderunt haedum caprarum, et inquinaverunt tinicam sanguinem; 32. et miserunt tunicam varia et intullerunt patri suo; et dixerunt hanc invenimus; cognosce si tunica filii tui est, aut non. 33. Et cognovit eam et dixit: Tunica filii mei est. . . . 35. Congregatis autem omnes filii eius et filia ut consolarent eum, et noluit consolari dicens: etc.

Cap. XXXVIII, 6. . . . Et accepit uxorem Iudas Her filio suo primogenito, cui nomen erat Hamar. 7. Fuit autem Her primogenitus Iudae pessimus in conspectu Domini: et occidit eum Deus.

8. Dixit autem Iudas ad Aunan: Intra ad uxorem fratris tui, et duc eam, et suscita semen fratri tuo.

9. Cognito autem Aunon, quia non ipsi erit semen: factum est autem cum introisset ad uxorem fratris sui, effudit super terram, ne daret semen fratri suo. 10. Pessimum autem visum est in conspectu Domini, quod fecisset hoc, et occidit eum Deus.

11. Dixit autem Iudas ad Thamar nurum suam: Esto vidua in domu patris tui. . . .

Cap. XLI, 1. Factum est autem post biennium dierum Pharao

Vidit somnium. Putabat se esse ad flumen.

2. Et ecce quasi de flumine ascendebant ·VII· vaccae bonae aspectu, et electae carnibus, et pascebantur in ripa. 3. Aliae autem ·VII· vaccae ascendebant post illas de flumine, turpes aspectu, et macrae carnibus, et pascebantur iuxta vaccas, secus ora fluminum. 4. Et devoraverunt illae ·VII· vaccae turpes et macrae carnibus vaccas bonas aspectu et electas.

Surrexit autem Pharao. 5. Rursus dormivit et vidit. . . .

14. . . . eductus est de carcere. Totonderunt Ioseph, ac vestem eius mutaverunt; et venit ad Pharaonem.

15. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Somnium vidi; et qui interpretet illud non est. Ego autem audivi de te dicentes, audire te somnia, et interpretari ea.

16. Et respondit Ioseph, dixit ad Pharaonem: Sine Deo non respondebitur salutare Pharaoni.

17. Locutus est autem Pharao ad Ioseph dicens: In somnio meo somniavi. Quasi stabam iuxta oram fluminis: 18. et quasi de flumine ascendebant ·VII· vaccae electae carnibus, et bonae in aspectu, et pascebantur iuxta ripam fluminis. 19. Et ecce aliae ·VII· vaccae ascendebant post illas de flumine pessimae et turpes aspectu et macrae carnibus: tales quales numquam vidi in tota Aegyptio turpiores. 20. et comederunt illae ·VII· vaccae macrae et turpes illas ·VII· vaccas bonas et electas: intraverunt in ventres earum . . . .

Cap. XLVI, 15. Hi sunt filii Liae, quos peperit ex Iacob in Mesopotameam Syriae, et Dinam sororem eorum, et omnes filii et filiae ·XXIII· 16. Filii autem Gad, Safon, et Angis, et Saunis, et Thasoban, et Aededis, et Aroadis, et Ariadis.

17. Filii autem Aser, Iemna, et Iesul, et Zeut, et Baria. Sara quoque soror eorum. Filii Sara Lobor et Melchiel. 18. hi filii Zelphae quae dedit Laban Liae filiae Suae et hos genuit Iacob ·XVI· animas. 30. . . . ad Ioseph moriar amodo, quoniam vidi faciem tuam; adhuc enim tu vives.

Cap. XLVIII, 13. . . . Efraim de dextera ut esset ad sinistram Israhel: Manassen autem de sinistra ut esset ad dexteram Israhel, et adplicuit eos illi. 14. et porrigens autem Israhel manum dexteram, misit super caput Efraim iunioris fratres; sinistram autem. . . .

20. Et benedixit eos in illa die dicens: In vobis benedicetur Israhel dicentes faciet te Deus sicut Efraim et Manassem.

21. Dixit autem Israel ad Ioseph: Ecce ego morior, et erit Deus vobiscum, et reducet vos in terram patrum vestrorum.

22. Ego autem ecce do tibi sicimam magnificum super fratres tuos, quem accepi de manibus Amorreorum in gladio meo et arcu.

Cap. XLIX, 1. Vocavit autem Iacob filios suos, dixit eis: Convenite et congregamini ut indicem vobis quid occurrat vobis post hoc in novissimis diebus. 2. Convenite et audite filii Iacob, audite Israel patrem vestrum.

3. Ruben primogenitus et virtus mea et initium filiorum meorum: durus in conversatione, durus et audax. 4. Contumeliis adfecisti: sicut aqua non efferbas, ascendisti enim super cubilem patris tui. tunc coinquinasti torum in quo ascendisti.

5. Symeon et Levi fratres consummaverunt iniquitatem ex boluntate sua. 6. In cogitatione eorum non veniat anima mea, et involvat mendatione eorum non certantur viscera mea. qui in furore suo occiderunt homines et in concupiscentia sua subnerbaverunt taurum. 7. Maledictus furor eorum quia invidati et ira eorum quia indurata est. Dividam eos in Iacob et dispargam eos in Israhel.

8. Iuda te laudabunt fratres tui manus tuae super dorsum inimicorum tuorum. Adorabunt te fili fratris tui. 9. Catulus leonis Iudae germine filius mihi ascendisti: recubans dormisti sicut leo, et sicut catulus quis suscitavit eum? 10. Non defeci

Et princeps de Iuda et dux de foemoribus eius donec veniat cui repositum est, et ipse erit expectatio gentium.

11. Alligans ad vitem pullum suum et cilicio pullum asinae suae. Lavavit in vino stolam suam, et in sanguine ubae annabolium suum. 12. Fulgentes oculi eius a bino, et candidi dentes eius tamquam lac.

13. Zabulon circa mare commoravitur et ipse presidium navium erit et extendet usque Sidona.

14. Issachar bos concupivit requiescens inter sortes. 15. et videns requiem quae bona est et terram opdia. Pinguis est subposuit umerum suum ad lavorandum et fecisse se vir agricula.

16. Dan iudicavit plebem suam tamquam ex una tribu in Israhel. 17. Et fiat Dan coluber in via obsidens in semitam, mordens calcaneum equi. et cadet equus retrorsum. 18. Salutem expectans a Domino.

19. Gad temtaculum temtavit eum. ipse autem temtavit eos secundum pedes.

20. Aser pinguis panis eius, et ipse davit escam principibus.

21. Neptalim arbor repromissionis quod ex defectus porregens in genere speciem.

22. Filius crescens meus Ioseph. Zelatus filius meus iunior ad me revertere. 23. In quem cogitantes

Maledicebant, et insidiabant ei dm̄i sagitarum. 24. Et contribulate sunt cur virtute sagitae eorum et exoluti sunt nervi brachiorum ipsorum per manum potentes Iacob. Inde qui praebaluit Israhel. 25. a Dō patris sui et adiubavit te Ds̄ meus et benedixit te benedictionem caeli desusum et benedictionem terrae habentis omnia propter benedictionem uberum et vulvae. 26. Benedictionis patris tui et matris tuae praebaluit super benedictiones montium singularium et desideria vallium aeternorum erint super caput Ioseph et super verticem quo praefuit fratrum.

27. Beniamin lupus rapax mane manducavit et adhuc ad vesperum dividit escas.

28. Omnes hii fili Iacob ·XII· et haec locutus est eis pater eorum et benedixit eos unumquemque secundum benedictionem suam benedixit eos. 29. Et dixit eis:

Ego apponor ad populum meum. Sepelite me cum patribus meis in spelunca quae est in agro Ephron Cette. 30. In spelunca duplicae quae contra Mambre in terra Chanaan. quem emit Abraham ab Ephron Cettheo in posessione monumenti. 31. Ibi sepellierunt Abraham et Sarram uxorem eius, et ibi sepellierunt Isaac et Reveccam uxorem eius. et ibi sepellierunt Liam. in possessione agri et speluncae quae erat in eo, quod emptum est a filiis Chet.

32. Et cessavit Iacob praecipiens omnibus filiis suis. et extollens pedes super lectum defecit, et adpositus est ad plebem suam.

Cap. L, 1. Et incubuit Ioseph super faciem patris sui, et flevit eum, et osculatus est eum.

2. Et praecepit Ioseph pueris suis sepultoribus ut sepellerent patrem ipsius. 3. et sepellierunt sepultores Israhel.

Et repleti sunt eius ·XL· dies. sic enim denumerabantur dies sepulturae. et luxit eum Aegyptus ·LXX· diebus.

4. Postquam autem transierunt dies lugubres, locutus est Ioseph ad potentes Pharaonis dicens: Si inveni gratiam ante vos, loquimini ad aures Pharaonis dicentes:

5. Pater meus adiuravit me dicens in monumento quod fodi mihi ipso in terra Chanaan ibi me sepelies. Nunc ergo ascendam et sepelliam patrem meum et revertar.

6. Dixit autem Pharao ascende et sepeli patrem tuum, secundum quod adiuravit te.

7. Et ascendit Ioseph sepelire patrem suum et ascenderunt simul cum eo omnes pueri Pharaonis

Et omnes seniores domus eius, et omnes seniores Aegypti. 8. Et tota domus Ioseph, et fratres eius, et omnes domus paterna eius. et cognationem et oves et boves reliquerunt in terra Gessen. 9. Et ascenderunt simul cum eo vachicule et equites, et factus est commitatus magnus valde.

10. Et devenerunt ad aream Adat, que est trans Iordanen et planxerunt eum planctum magno et valido vehementer. et fecit luctum patri suo diebus ·VII· 11. Et viderunt qui habitabant in Chanaan luctum in aream Adat, et dixerunt: luctus magnus est Aegyptiis, propter hoc nominaverunt nomen loci illius luctus Aegypti, quod est trans Iordanen.

12. Et fecerunt sibi sic fili ipsius, et sepelierunt eum ibi sicut mandaverat eis. 13. et exceperunt illum fili ipsius in terra Chanaan et sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emit Abraham in possessionem monumenti ab Ephron Cetheo contra Mavre.

14. Et reversus est Ioseph in Aegypto, ipse et fratres eius, et qui simul ascenderant omnes sepelirent patrem ipsius.

15. Videntes autem fratres Ioseph quod defunctus esset pater eorum, dixerunt ne forte reminiscatur malum nostrum Ioseph et redditione reddat nobis omnia mala, quae ostendimus illi. *(Cf. Augustini Specul. c. 17., ed. Mai)*

16. Et venerunt ad Ioseph dicentes: Pater tuus adiuravit te priusquam moreretur, 17. dicens: Dicite Ioseph: Dimitte eis iniquitatem et peccatum eorum, qui maligna tibi ostenderunt. Et nunc sume iniquitatem servorum patris tui.

Et ploravit Ioseph loquentibus eis ad se. 18. Et venientes ad eum dixerunt: Ecce nos famuli tui sumus.

19. Et dixit eis Ioseph: Nolite timere; Dei enim ego sum. 20. Vos cogitastis adversarium me in nequitiam; Deus autem cogitavit in me in bonum; quemadmodum fieret in hodiernum ut pasceretur populus multus.

21. Et dixit eis: Nolite timere. Ego pascam vos et domus vestras. et consulatus est eos; et locutus est in corde eorum. 22. Et moratus est Ioseph in Aegypto, ipse et fratres eius et universa domus patris ipsius.

Et vixit Ioseph annis ·CX· et vidit Ioseph Efraim filios usque ad tertiam progeniem. et filii Machir fili Manasses nati sunt sup foemore Ioseph.

23. Et dixit Ioseph fratribus suis: Ecce ego morior; et respiciet vos Deus; et educet vos de terra hac in terram quam iuravit patribus nostris Habrahae et Isaac et Iacob. 24. Et adiuravit Ioseph filios Israhel dicens: In visitatione visitavit vos Deus, et tolletis ossa mea hinc vobiscum.

25. Et defunctus est Ioseph cum esset annorum ·CX· et sepelierunt eum et posuerunt in sarsofago in Aegypto.

Explicit liber
Genesis q̄d d̄t
Eb. lingua Brae
sit

EXODUS

Liber Exodus, hebraice Veelle semoth — Lovanienses addebant *id est Et haec sunt nomina;* alii aliter legebant: Sixtus habet tantum *Liber Exodi*. Hodiernam lectionem sixtini induxerunt, gregoriani confirmarunt. Cf. dicta ad titulum Genesis.

Cap. I, 1. *in Aegyptum* — Sixtini, codd. A, B, R, Cas. fere omnes, Rabanus particulam *in* tacent. Cf. Gen. XLII, 5. et XLVI, 26. 27.

2. *Iudas* — Plerique codd. *Iuda*. Cf. quae adnotavimus supra ad Gen. XXXV, 23.

3. *Issachar* — Cf. ad Gen. XXX, 18. XLVI, 13. Ante *Beniamin* tacent *et* codd. B, Cas. 3., item graeca edit. vatic.

4. *et Nephthali* — Bibl. Reg. tacent nexum, item cod 129. Kennic., et tres codd. holmesiani. Quoad huius nominis orthographiam conf. ad Gen. XXX, 8. XLIX, 21.

5. *Erant igitur omnes animae eorum qui egressi sunt de femore Iacob septuaginta* — Haec verba deerant in cod. B; lacunam supplevit secunda manus scribens *Erant autem animae eorum qui egressi sunt de femore Iacob septuaginta quinque;* praeter hunc codicem, legunt *septuaginta quinque* codd. C, D, F, I, N*, O, S, T, U, V, Cas. 15., cod. memmianus aliusque apud Martianaeum, Bibl. Ven. 1482. in fol. cum notis Lirani, Rabanus (at non constanter), Bruno ast., Rupertus; item cum graeco Ambrosius et Cassiodorius: concinit Stephanus in Act. VII, 14. qui ex septuagintavirali interpretatione hunc numerum habet. Hinc scholiastes codicis N adnotat: « Graeci interpretes habent *septuaginta-* » *quinque;* quumque Lucas Act. VII. hoc assumserit de LXX. interpretibus, puto hic » in antiquis remansisse *septuagintaquinque*, » ut pateret de quo loco assumsit, et ne vi- » deretur sibi vetus Testamentum et novum » contradicere. Unde et dubito ne forte Hie- » ronymus voluerit mutare litteram LXX. in- » terpretum: dicit tamen super Gen. XLVI. » quod hebraei hic habent *septuaginta*, non » *septuagintaquinque*. » At vero pro Vulgati lectione, praeter codd. A, G, H, M, R, Isidorum V, 359. et Bedam II, 286. IV, 365., stant cum sacro textu reliqui omnes veteres interpretes; immo Hieronymus graecam lectionem aperte reiicit, uti adnotavimus ad Gen. XLVI, 27.; atque animadvertit ipsos graecos interpretes ad Deut. X, 22. cum hebraico textu consentire. Hieronymi autem sententiam sequuti sunt plurimi ex latinis patribus post seculum VII., uti declaravimus ad Gen. l. c., ubi graecorum lectionem ortum habuisse innuimus ex eo quod ipsi, inter filios Iacobi, qui Aegyptum fuerant ingressi, Iosephi nepotes recensuerant. Pro *qui egressi*, codd. C, D, G, R, S, U, Cas. 12., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1535., all., Beda II, 286., Rabanus in *Spicil. solesm. II, 261.* legunt *quae egressae;* graecus hexaplaris habet αἱ ἐξελθοῦσαι sub asterisco; at codd. Cas. 2., priores edd. Rob. Steph., margo Ordin. *qui ingressi;* his accedit Brev. Goth. p. 197. cuius haec est singularis lectio *Erant igitur omnes animae eorum, qui ingressi sunt in Aegyptum de femore Iacob septuaginta;* ubi permixta videntur verba ex Gen. XLVI, 8. 27.; attamen Cassiodorius quoque et cod. 53. holmesianus

habent *qui ingressi sunt in Aegyptum;* conf. Holmes.

6. *cognatione illa* — Sixtus, codd. C, D, F, R, S, T, U, V, codd. aliquot apud Martianaeum, Urbinas apud Vallarsium, veteres edd., Bruno ast., Rupertus *cognatione sua:* unde Toletus adnotat: « Lege *illa;* sic hebr., » graecus et Congregatio. » Egregiam hanc correctionem ex codd. A, B, G, H, Cas. 13., et Rabano derivarunt sixtini et gregoriani; eamdemque probant Rocca I, 301., Bukentopius p. 140., Lucas Brugensis, Martianaeus, Vallarsius, Calmetus.

7. *quasi germinantes* — Bruno ast. *quasi herba germinantes.* Mox pro *ac,* cod. S, Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566. legunt *et.* Pro *roborati nimis, impleverunt,* Brev. Goth. l. c. *robusti nimis, impleveruntque;* hebraeus quoque et vett. nexum addunt.

8. *Surrexit interea* — Codd. C 1. m., G, S 1. m., Cas. fere omnes, Bibl. Ven. 1497. 1501. *Surrexit in terra;* Cas. 4. *Surrexit autem.* Cod. E ab hoc versiculo exordiri videtur librum Exodi. Beda II, 285. refert quosdam censuisse priores versiculos huius libri ab Esdra propheta adiectos.

9. *multus* — Cod. Cas. 1., Rupertus *multiplicatus.* Pro *nobis est,* cod. F, Petrus Com. *est nobis;* Cas. 3. tacent *est.*

10. *sapienter* — Bruno ast. semel *et sapienter.* Pro *multiplicetur;* codd. D 1. m., G, Cas. 4., Brev. Goth. l. c. *multiplicentur;* pluralem numerum praeferunt quoque graecus, Onkelos, Ionathanus, syrus et arabs. Mox pro *addatur . . . egrediatur,* cod. E *addantur . . . egrediantur;* cui favent laudati interpretes; Vulgatus in sequenti vers. pluralem num. admittit. Ante *inimicis,* cod. B 2. m., Brev. Goth. l. c. addunt *virtus.* Pro *de terra,* Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, T, U, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Franco afflig. CLXVI, 762., Rupertus *e terra;* cod. F, Brev. Goth. l. c. *a terra.* Hunc locum, ut alia multa, in suis Comm. ex itala protulit Beda (nec illum negligere debuisset Sabatierius), sicque habet *Ne forte adiungantur adversariis nostris . . . et egredientur de terra.*

11. *ut affligerent* — Brev. Goth. l. c. *qui affligerent;* Bruno ast. *ut affligeret.* Pro *Phithom,* codd. D, F, S, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rabanus, Rupertus, all. *Phiton,* samarit. פתאצם; conf. Sabatierius et Holmes. In polygl. londin. castiganda latina versio syri et Onkelosi. Pro *Ramesses,* cod. B *Ramesse,* codd. F, P, V, Cas. 6., Rabanus, Bibl. Ord., all. *Rameses.* Conf. ad Num. XXXIII, 3.

12. *Quantoque opprimebant eos* — Codd. C, D, I, O, T, U, Cas. 5. *Quantoque opprimebantur;* Beda II, 288. *Quanto opprimebat illos;* Cas. 2. *Quanto opprimebant eos.*

13. *oderantque* — Codd. Cas. 3. *oderunt.* Post *illudentes eis,* addunt *et invidentes,* codd. F, L, S, plures mss. Martianaei, Bibl. Ord., Rob. Steph., all., Rabanus, Brev. Goth. l. c.; legunt *illudentes, et invidentes eis* Bibl. Ven. 1476. 1497., Reg., Lugd. 1550., all.; item plerique ex correctoribus Pii V.; cod. B 2. m. *illudentes eis, et invidentes eis.* At pro Vulgato stant reliqui testes. Conf. Martianaeus, Lucas Brugens. et Harlemius.

14. *vitam eorum* — Primo cod. B omittebat pronomen; cui concinit latinus interpres Irenaei apud Sabatierium. Mox pro *quo in terrae,* codd. Cas. 4. *quo in terra;* Cas. 2. tacent *quo.*

15. *Hebraeorum* — Bibl. Rob. Steph. 1532., all. *Hebraearum;* hebr. העברית est femin. generis. Pro *Sephora,* Rabanus *Sephra;* hebr. שִׁפְרָה; hinc margo cod. H. *Siphra.* Mox cod. E legit *et altera;* item hebr. et vett.

16. *Quando obstetricabitis* — Cod. B, Brev. Goth. l. c. *Quum obstetricaveritis,* quod Santes Pagninus magis consentaneum sacro textui autumat.

Ibid. *interficite eum* — Legunt *interficite illum* sixtini, codd. A, C 2. m., D, E, F, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Rupertus, Brev. Goth. l. c.; errat autem Vallarsius qui dicit Vulgatum mox legere *si femina fuerit,* quod nonnisi in mendosa Calmeti edit. occurrit.

17. *Timuerunt autem* — Cas. 1. tacet *autem*. Mox pro *Deum*, Cas. 4., Beda II, 288. (qui heic rursum italam interponit) legunt *Dominum*. Dein codd. I, Cas. 3., Philippus de Harv. CCIII, 745. tacent *Aegypti*.

18. *ad se accersitis* — Sixtus cum cod. U, antiquis edd. et Brev. Goth. l. c. *accersitis ad se*. sixtini et gregoriani ad fidem priscorum codd. emendarunt.

19. *sicut Aegyptiae mulieres* — Rupertus *mulieres sicut Aegyptiae*. Mox cod. E *habent obstetricandi*.

20. *Deus* — Cod. E, Bibl. Paris. 1566. *Dominus*. Mox codd. Cas. 7. tacent verbum *est*.

21. *timuerunt* — Sixtini, codd. A, C, D, S, T, U, Cas. 10. *timuerant*. Alexandrini, Aquila et Symmachus ἐφοβοῦντο. Pro *eis* sixtini, nostri codd. omnes, Bibl. Ordin., all., Beda II, 289., Rabanus, Rupertus, Petrus Com. *illis*.

22. *Praecepit ergo* — Sixtini, codd. A, B, E, Cas. 15., Rabanus, Brev. Goth. l. c. *Praecepit autem;* it. graecus; codd. G, R *Praecepitque*. Post *populo*, tacent *suo* cod. F, Beda l. c.; item syrus et cod. 19. holmes. Pro *in flumen*, cod. V, Brev. Goth. l. c., Bruno ast. *in flumine*.

Ibid. *quidquid feminini* — Sixtini, codd. paene universi, Bibl. Ord., Brev. Goth., Rabanus *quidquid femineî;* praeterea Bibl. Ord. praemittunt *et*, uti hebr., graec. et reliqui.

Cap. II, 1. *Egressus est* — Cod. E praemittit *Et;* cod. F addit *ergo*, Godefridus CLXXIV, 646. *autem*. Particulam coniunctionis heic habent hebr., graecus et reliqui; sed Vulgatus eiusdem vim expressit per verba *post haec*. Codd. Cas. 4. tacent *est*.

Ibid. *et accepit uxorem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, M, O, S, T, U, V, Cas. 17., Thomas. I, 19., Hugo, Brev. Goth. p. 197., Rupertus, Godefridus l. c. *accepta uxore;* cod. M adnotat hanc esse veterum lectionem, etsi moderni cum hebraeo legant *et accepit uxorem*. Codd. B, Cas. 4. tacent *et*.

3. *linivit* — Sixtini, codd. A, E *levit;* Brev. Goth. l. c. *linuit*. Pro *exposuit*, codd. B, H, Cas. 2., Brev. Goth. l. c., Beda II, 290., Godefridus l. c. *posuit;* hebr. וַתָּשֶׂם.

4. *considerante* — Godefridus l. c., Petrus Com. *expectante*.

5. *Ecce autem* — Tacent *autem* codd. E, Cas. 4.; item georg. et cod. 72. holmes.; legunt *Et ecce* Cas. 3. et Godefridus l. c., qui mox pergit *filia Pharaonis descendit*. Pro *in papyrione*, cod. E legit *papirionem*. Animadverte hanc vocem in Lexico Forcellini desiderari; nam inter barbaras voces ibi adnumeratur *papyrio* pro papyro, vel charta; quod, etsi Ruperto, quem sequutus est Tirinus, arriserit, profecto ad rem nostram non facit. Vulgatus enim habet *in papyrione* pro *in carecto*, uti vers. 3. legitur (utrobique enim hebr. סוּף, graec. ἕλος): hinc auctores *Glossarii mediae et infimae latinitatis* recte definierunt papyriones esse locos ubi crescunt papyri, uti habetur in Mammotrecto (Μαμμόθρεπτος) et apud Hugonem a s. Charo, Nicolaum de Lira, all. Quae quidem vox quum a Hieronymo usurpata, legitimaque forma ad graecorum normam derivata fuerit, a nostris Lexicis ablegari non debuisset, neque barbaris verbis annumerari. Hieronymus enim Aquilam fere imitatus est, qui habet ἐν μέσῳ τοῦ παπυρεῶνος (cod. mosq. παπυρῶνος), eodemque sensu graecus ven. ἐν μέσῳ τοῦ φύκους.

Ibid. *e famulabus suis* — Sixtinis placuit *e famulis*, uti habent codd. A, E, H, O, T, U, Rabanus; sed isti retinent pronomen, quod sixtini abiecerunt ad fidem codd. C, D, Cas. 1.; quibus consentit graecus. Pro *allatam*, Rabanus *illatam*.

6. *cernensque* — Brev. Goth. l. c. *cernens*. Pro *miserta*, cod. A *miserata*. Mox pronomen *hic* tacent sixtini, codd. A, F 1. m., G, R, Cas. 12., Brev. Goth. l. c., Rabanus.

7. *Vis, inquit* — Brev. Goth. l. c. *ait: Vis;* Beda II, 291. *ait: Si vis*. Particulam *ut*, quae sequitur, tacent codd. E, G, Cas. 11. Pro *mulierem Hebraeam*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus *hebraeam mulierem*. Pro *infantulum*, cod. E 2. m. *infantem*.

8. *Respondit* — Cod. H, Rabanus, Ruper-

tus addunt *ei;* item hebr. et Alii in Hexaplis; et revera, excepto graeco, omnes veteres consentiunt; immo et plerique graeci codd. holmesiani. Codd. G, Cas. 1. legunt *Quae respondit.*

Ibid. *matrem suam* — Legunt *matrem eius* sixtini codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. fere omnes, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus. « Hebraeus, inquit Glossa, » tollit omnem ambiguitatem legens *matrem* » *pueri.* » Codd. Cas. 3. tacent *suam.*

9. *locuta* — Codd. A, B 2. m. addunt *est.*

Ibid. *ego dabo tibi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Rabanus *ego tibi dabo;* it. cod. F, qui praeterea cum 4. codd. Cas. praemittit *et,* uti habent hebr., graecus et reliqui. Pro *nutrivit puerum,* cod. Cas. 1 *nutrivit eum.*

10. *Moyses* — Cod. A *Mosi,* cod. E *Moysi,* all. *Mose,* aut *Moyse,* vel *Moysen;* cod. H, Beda II, 289. *Moses;* hebr. מֹשֶׁה, graecus Μωϋσῆν, at non pauci Μωσῆς, vel Μωσή. Cf. Gesen. *Thesaur. p. 823.* et Drach *Cath. Lex. hebr. p. 381.*

11. *egressus est . . . viditque* — Legunt *egressus . . . vidit* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Miss. Moz. p. 324., Rabanus, Rupertus, Godefridus l. c., Philippus de Harv. CCIII, 732. Pro *creverat,* cod. Cas. 1. et Godefridus l. c. *crevit.*

12. *circumspexisset* — Codd. Cas. 2. *perspexisset;* Godefridus l. c. *respexisset.* Pro *percussum Aegyptium,* cod. E *percussit Aegyptium et,* uti hebr.

14. *te constituit* — Sixtus, codd. C, D, E, R, T, V, plures vett. edd. *constituit te:* hinc fallitur Toletus scribens: « Lege *te constituit;* » sic habent omnes codices. » Vere tamen sixtini et gregoriani ad fidem multorum codd. et Bibl. Ordin., hanc lectionem praetulerunt, quibus consentit itala ex graeco.

Ibid. *principem et iudicem* — Codd. B, G, Cas. 1., Beda l. c., Columbanus LXXX, 274. *principem aut iudicem;* item Tertullianus et cod. VII. holmesianus. Miss. Moz. l. c. *iudicem aut principem.* Pro *num,* codd. E, G, Beda et Miss. Moz. II. cc. *numquid.* Pro *me tu vis,* codd. D, S, T, U *tu me vis;* cod. R *me vis tu;* codd. O, V et Beda l. c. *me vis;* conf. Holmes.

Ibid. *heri occidisti* — Sixtini, codd. A, E, Miss. Moz. l. c. tacent *heri,* neque legitur in hebr., chald. et arabe. Codd. C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Rabanus, Bruno ast., Petrus Com. *occidisti heri,* ut graecus et syrus. Cod. T addit *virum.* Post *Timuit,* codd. B, Cas. 1. addunt *ergo;* hebr. et vett. interpretes, praeter armenum, coniunctionis particulam exprimunt. Mox pro *istud,* Cas. 1. legit *hoc,* ut Augustinus apud Sabatierium.

15. *Audivitque . . . et quaerebat* — Miss. Moz. l. c. *Audiensque . . . quaerebat.* Pro *sermonem hunc,* codd. D, T *hunc sermonem;* codd. Cas. 3. *verbum hoc.* Pro *Madian,* cod. Cas. 1 legit *Chanaan.*

16. *Erant autem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, N, O, U 1. m., V, Cas. 11. tacent *autem;* Cas. 2. habent *Erantque;* cod. T *Erant enim.*

Ibid. *venerunt* — Ita legendum censuerunt ad fidem plurimorum codd. sixtini et gregoriani. At Sixtus, codd. B, F, G, S, V, vett. edd., Miss. Moz. l. c., Bruno ast., Petrus Com. *venerant.* Pro *hauriendam aquam,* codd. A, B, E, F, G, Cas. 16., Miss. Moz. l. c. *hauriendas aquas.* Mox pro *greges,* codd. F, G, L 6., V *gregem;* Lucae Brugensi haec lectio praeferenda videtur.

17. *Supervenere* — Codd. A. F *Supervenerunt;* Miss. Moz. l. c. *Supervenerunt que;* codd. Cas. 5. *Supervenere autem;* copulam exprimunt hebr., graecus et reliqui.

Ibid. *eiecerunt eas* — Cod. F, Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. et margo Ordin. *eiecerunt eos;* referunt nempe pronomen ad greges. Licet autem contextus genus femininum postulare videatur, tamen hebr., fortasse ex anomalia haud insueta, masculinum habet. Miss. Moz. l. c. pro *et defensis puellis,* habet *indefensis puellis, et.* Mox pro *oves,* cod. P *greges.*

18. *Raguel* — Cod. H *Rahuel;* cf. ad Gen. XXXVI, 10. Num. X, 29. Codd. L, S, Cas. 4., Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1540. 1545., all., Beda II, 292. *Iethro* (cf. Holmes.); quod respuit Lucas Brugensis. Cod. G habet *Raguel vel Iethro;* cod. M notat: « Iste Raguel multis » modis nominatur; unde non movearis si » iuxta hebr. diversis locis nomen eius va- » riat. » Cod. O notat modernos legere *Iethro.* Quidam cum Petro Com. censent Raguelem esse Iethronis cognomen; alii vero plures docent illum esse familiae caput, seu patrem ipsius Iethronis. Conf. Calmet.

19. *nobiscum* — Codd. B, Cas. 1. *nobis;* item hebr., graecus et reliqui veteres.

21. *quod habitaret cum eo* — Cod. V, Beda II, 292. *ut habitaret cum illo.* Mox tacent *uxorem* codd. A, C, D, M, O, T, U, Cas. 16., Palatin. apud Vallarsium, Bibl. Ord., Hugo; item hebraeus, Targumim et graecus ven. At cum Vulgato legunt samaritanus textus, graecus, syrus, arabs et cod. 603. Kennicotti; idque valde probatur Houbigantio.

22. *peperit ei* — Sixtini, codd. A, B, E, Cas. 9., Miss. Moz. l. c. tacent pronomen, quod neque hebr. neque ullus veterum legit. Conf. *Spicil. solesm. I, 269.* Pro *Gersam,* cod. H, Bibl. Reg., all. *Gersom;* item Vulgatus I Paral. XXIII, 15. 16. XXVI, 24.; itemque hebraeus: at graecus Γηρσάμ. Codd. F, N*, R, S, V, Rabanus *Gersan;* cod. N diserte monet scribendum per *m* finalem. Conf. Gen. XLVI, 11. Ex. XVIII, 3.

Ibid. *Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis* — Haec verba desunt in codd. E, H, L 2. (hi autem sunt quos Rob. Steph. vocavit *s. Dionysii latum* et *s. Germani oblongum*), Cas. 8., Miss. Moz. l. c.; Harlemius adnotavit haec fuisse praetermissa in quibusdam mss. latinis, sed fortasse innuere voluit laudatos codd. stephanicos; nec eadem legisse videtur Beda II, 292. De his Martianaeus scribit: « Mutuata » haec videntur e cap. XVIII, 3. Codex Bibl. » s. Germ. a Pratis num. 3. totam hanc peri- » copen exhibet in margine: codex autem » Regius optimae notae num. 3563. extra se- » riem seu numerum linearum habet eadem » verba in ora inferiori minutis characteri- » bus descripta. In uno denique Corbei. ms. » num. 1. haec tantum leguntur intra textum » *Et eripuit me de manu Pharaonis.* Caetera » manus recentior supplevit ad oram infe- » riorem libri. Ex hac tanta exemplarium va- » rietate, satis exploratum habemus, quae de » Eliezer dicuntur primum adnotata in mar- » gine, successu temporis in corpore posita » fuisse a librariis. » Cf. Natalis Alex. *Hist. Eccl. sec. IV. Diss. 39. art. VI.* Plures doctores eamdem sententiam sequuti sunt; conf. Estius et Mariana; illa enim verba desunt in hebraeo et samaritano textu, in versionibus samarit., Onkelosi, Ionathanis, persica, graeca ven., armeniaca; neque leguntur in antiquissimis graeci Alexandrini interpretis codicibus vaticano et alexandrino: unde omissa fuere in graeca edit. vatic. Sixti V.; itemque in latina Isidori Clarii. In Hexaplis addita fuerant sub asterisco, si tamen fides habenda est codici coisliniano, de quo Montfauconius in *Append.* et Holmes. Verum eadem in plerisque latinis codicibus leguntur, item apud Rabanum et Petrum Com. Conf. Lucas Brugens. et Bukentopius p. 140. His accedunt fere omnes graeci codices, scilicet novem supra triginta (universim in hunc locum collati sunt codices 45.), et *catena* Nicetae; ex graeco illa habent versiones coptica, slavonica ostrog., arabica, georgiana et, uti ex Iuvenco patet (*Spicil. solesm. I, 176.*), itala: adde syrum (itemque Ephraemum I, 200.) et Saadiam; unde haec lectio Houbigantio perplacet. Cod. N apposite adnotat: « Quidam novi codd. hebraei non habent hic » de secundo filio; sed antiqui hebraei ha- » buerunt, ex quibus LXX. habent in graeco. » Cod. O monet haec in hebraeo legi tantum infra c. XVIII. Ex hebraicis autem codd. qui supersunt ne unus quidem dissentit. Igitur quum utrinque gravissimi testes proferri videantur, nemo nisi temere Vulgati lectionem

depravatam esse affirmaret. Ceterum has accipe latinorum codicum varietates: cod. A legit *Alium vero genuit Eleazar dicens*, etc. (Iuvencus l. c. *Eleazaron*, copt. et georg. *Eliazar*); Martianaeus laudat codd. legentes *Alium vero vocavit Eliezer* etc.; cod. B pro *patris mei*, legit *pater meus erit;* ante verbum *eripuit* addunt *et* Sixtus, codd. B, C, D, F, G, R, S, T, U, V, vett. edd.; item graecus, syrus et arabs: at vero ad fidem aliorum codd. hanc particulam sixtini et gregoriani reiecerunt; cf. Rocca l. c. Codd. L 4. tacent verba *adiutor meus;* item alii pauci apud Holmes.

23. *multum vero* — Tacent *vero* sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, T, U, V, Cas. 11., Thomas. l. c. et Rabanus. Pro *temporis*, cod. F *tempus*. Pro *ingemiscentes*, Beda II, 292. *ingementes*.

Ibid. *ad Deum* — Codd. B, T, Beda l. c., Rupertus *ad Dominum;* item Hieron. epist. ad Damas. Mox pro *ab operibus;* codd. F, H, Glossa interlin., Rupertus *pro operibus;* hebraica particula מן reddi potest *ab*, vel *propter;* atque in hac ipsa periodo utramque interpretationem exhibet Vulgatus.

24. *recordatus est*—Sixtini, codd. A, B, T, Cas. 16. tacent verbum *est*.

Ibid. *pepigit* — Sixtini, codd. nostri, Cas. omnes, Bibl. Ord., Rob. Steph. 1528. 1532., all., Miss. Moz. l. c., Rabanus *pepigerat*. Mox cod. E ante *Isaac* addit *et*, item samaritanus, graecus, syrus, arabs, persa, Ionathanus et duo codd. Kennic. In polygl. lond. mendosae sunt versiones samaritani, Onkelosi et Ionathani.

25. *Et respexit*—Sixtini, codd. A, B, E, G, Cas. 16., Miss. Moz. l. c. *Respexit;* Rabanus *Respexit ergo*. Dein tacent *Dominus* sixtini, codd. A, B, E, G, S, Cas. 13., Miss. Moz. l. c. et Augustinus. Bibl. Reg., all. legunt *Deus*, item hebraeus, graecus et reliqui, praeter armenum.

Ibid. *et cognovit eos* — Sixtus, codd. C, D, F, I, N, O, T, U, margo V, plures codd. Martianaei, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. posteriores edd., Lovan., all. *et liberavit eos;* cod. N adnotat: « Sic habent antiqui et probati: sed hebraeo adhaerentes habent *cognovit eos;* et haec est littera graeca interpretum LXX. Latini interpretes respiciunt sensum pluries: unde Hieronymus Isaiae XXVI. (v. 3.) pro hoc *cognitio confirmata est*, quod hebraeus habet, ut manifestiorem sensum, ait, facerem legentibus, posui hoc *vetus error abiit.* » E contra cod. M asserit modernos tantum codices legere *liberavit eos*. Toletus scribit: « In hebraeo est *et cognovit Deus:* apud LXX. *et cognitus est ab eis:* Complut. et Reg. *et liberavit eos:* Ordin. *et cognovit eos;* et sic mss. et utraque Congregatio: et haec lectio conformis est graeco et hebraeo; » nempe quoad verbum *cognovit;* nam quod spectat ad pronomen, Houbigantius et De Vence censent ortum habuisse ex permutatione אלהים, cum אליהם. Sixtinis autem et gregorianis praeiverant correctores Pii V. qui hodiernam probaverant lectionem, adstipulantibus codd. A, B, E, G, L 10., M, N*, Q, R, S, V, Cas. fere omnibus, cod. legion., prioribus edd. Rob. Steph., all., Rabano. Cf. Rocca et Bukentop. ll. cc. Cod. H, omisso pronomine, legit *et cognovit*.

Cap. III, 1. *soceri*—Legunt *cognati* sixtini, codd. A, B, E, F, G, H, K, L 11., T, U, V, Cas. fere omnes, Thomas. I, 19., Bibl. Ord., Hugo, Miss. Moz. p. 325., Rabanus, Bruno ast., Martinus leg. CCVIII, 254.; hanc autem vix dubitamus esse Hieronymi interpretationem, quam Vulgatus servat Ex. XVIII, 1. 6. Num. X, 29. Conf. Lucas Brugensis in *Notation. ad Ex. IV, 18.* Hodierna autem lectio ex itala fluxisse nobis videtur, eamque retinent codd. C, D (qui tamen duo codd. infra ad IV, 18. sibimet non constant), M, O, R, S, V margo, plures ex codd. Martianaei, alii apud Thomas. l. c., Augustinus, Iuvencus l. c., Gregorius M. et, ex eodem, Isidorus V, 362., Beda IV, 366., Rupertus; item Symmachus, qui hebet τοῦ πενθεροῦ, eodemque sensu alexandrinus usurpasse videtur τοῦ γαμβροῦ, Aquila νυμφευτοῦ, graecus ven. τοῦ ἐκυροῦ, hebr. חתן, ex Gesenio, proprie

denotat qui matrimonio ducit natam alicuius. Conf. ad Ex. XVIII, 1. 6. Num. X, 29. Pro *Horeb*, vetus itala ex graeco habet *Choreb*, quod et nonnulli codd. retinent; alii pauci et multae edd. vett. *Oreb*, quod ab hebr. חורב magis recedit.

2. *Apparuitque* — Cod. A 1. m. *Apparuit*; item Hieronym. V, 858. et armenus. Pro *Dominus*, Isidorus Clarius et margo Ordin. *Angelus Domini*, codd. H, M, O notant ita legi in hebr. et graeco; conf. Thomas. I, 14. et Act. VII, 30. Mox pro *rubi*, cod. B *igni*; et pro *videbat*, codd. I, Cas. 1. *videbatur*.

Ibid. *arderet*—Sixtus edidit *ardebat*, quod habet et Hieronymus l. c.; at utrum id a Sixto ex latinis libris petitum fuerit exploratum non habemus; sic tamen reddi potest hebr. בער, consentitque graecus Complut. ἐκαίετο, et ἐφλέγετο quod Alius in Hexaplis habet. Clementini lectionem ab omnibus receptam restituerunt.

Ibid. *combureretur* — Mazochius in *Spicil. bibl.* II, 8. « Vel *consumeretur* scripsit vulgatus interpres, vel *comburo* tantumdem valet, quod καταναίω, quod eleganter hic LXX. usurparunt. »

3. *Vadam, et* — Greg. M. I, 490. 1196. cum itala *Transiens*. Pro *comburatur*, cod. B *comburentur* (mendose Blanchinius *combureretur*); Beda II, 294. cum Augustino, *comburitur*. Mox cod. B 1. m. tacet *rubus*.

4. *Moyses, Moyses* — Sixtus edidit *Moyses, Moyses?* Notam interrogationis expunxerunt gregoriani.

5. *Ne appropies* — Codd. R, S, Bibl. Reg., Ven. 1476., Lugd. 1550., all., Glossa interlin. *Non appropies*; cod. B, Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., August. tom. V. App. serm. 18. *Ne appropinques*; Miss. Moz. l. c. *Ne approprieris*. Pro *calceamentum*, plures codd. habent *calciamentum* (conf. infra ad XII, 11.); Beda II, 244. 294., Bruno ast., Petrus Com. *calciamenta*; item hebr., syrus, Hieronym. apud Sabatierium, Iustin. M. et Epiph. apud Holm., sed conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

6. *patris tui*—Cod. Cas. 1., Ambros. apud Sabatier., August. *de Mirab. s. Scr. l. I. c. 16.* legunt *patrum tuorum*; item samaritanus, copt. et pauci codd. graeci et armeni apud Holmesium. Conf. Houbigant.

Ibid. *Deus Isaac* — Praemittunt particulam *et* codd. C, D, F, R, S, T, Bibl. Ord., Roberti Steph., Lovan., all., Taio LXXX, 736., Beda III, 581., Alcuinus II, 136. 137., Petrus cell. CCII, 964.; item loci paralleli in N. T. Matth. XXII, 32. Marc. XII, 26. Luc. XX, 37.; accedunt samaritanus, graecus, Saadias et quinque codd. hebr. apud De-Rossi. Illam autem particulam expungere placuit sixtinis, quibus reliqui testes suffragantur. Cf. Rocca I, 301., Lucas Brugens., et infra vers. 15. 16. IV, 5.

Ibid. *et Deus Iacob*—Rursum sixtini, codd. A, Cas. 14., Rabanus, Greg. M. I, 1236. tacent particulam *et*; item nonnulli veteres apud Sabatierium, syrus et persa: mendosa est autem latina versio Onkelosi in polygl. quae omittit copulam. Pro *aspicere*, primo sixtini scripserant *respicere* prout legunt codd. C, D, E, F, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 16., Bibl. Ordin., Hugo et Rabanus.

7. *Vidi* — Cas. 1. *Videns*. Pro *Aegypto*, cod. A *Aegyptum*. Mox pro *eius*, Cas. 1. *eorum*; item hebr., graec. et reliqui; castiganda enim est latina versio samaritani in polygl.

8. *liberem . . . educam* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, O, S, T, U, V, Cas. 20., Miss. Moz. l. c., Rabanus, Petrus Com. *liberarem . . . educerem*. Pro *de manibus*, codd. F, Cas. 2. *de manu*; ut hebr., graec. et reliqui, praeter armen. et georg. Pro *in terram*, cod. G *ad terram*. Mox pro *quae*, cod. B *qua*: et pro *ad loca*, Miss. Moz. l. c. *ad locum*, cui accedunt hebr., graecus et reliqui.

Ibid. *Hethaei* — Miss. Moz. l. c. *Cethaei*; cf. ad Gen. X, 15. Ante *Pherezaei*, tacent *et* sixtini, codd. A, D, F, G, H, O, T, U, V, Cas. 6., Rabanus, Petrus Com.; item versio georg.; conf. infra ad vers. 17. Post *Hevaei*, codd. L 5., Rupertus addunt *Gergesaei*; consentiunt samaritanus et graecus (qui hoc no-

men addunt quoque infra ad vers. 17.); sed isti legunt *et Gergesaei, et Hevaei;* idque ex aliis locis parallelis derivatum censent plures eruditi: conf. ad Ex. XXXIII, 2.; Petrus Com. ait: « Nomen gentis septimae, scilicet » *Gergesaei*, tacuit; et fere ubique tacetur, » nisi in Deut. » (VII, 1.; adde Ios. III, 10. XXIV, 11.) Codd. E 2. m., Cas. 1. addunt quoque *Gergesaei*, sed post *Iebusaei* (uti II Esdr. IX, 8.); quamplures codd. holmesiani alium atque alium ordinem sequuntur.

9. *qua*—Codd. C 1. m., D, I *quod;* cod. B *quum;* Cas. 3. *quia;* Miss. Moz. l. c. *quomodo.*

10. *et mittam*—Expungunt *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, R, T, U, Cas. 19., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Miss. Moz. l. c., Rabanus, Rupertus, Martinus leg. l. c., Petrus Com.; item graecus, syrus et Hieronymus IV, 95. Codd. G, S, V, Cas. 3. *ut mittam;* item slavon. ostrog. Cas. 1. habet *Et nunc veni, mittam;* ut graecus.

11. *Dixitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, T, U, V, Cas. 18., Hugo, Petrus Alph. CLVII, 616. *Dixit;* Miss. Moz. l. c., Petrus Com. cum August. *Et dixit.* Pro *ad Deum*, codd. B, G, T, V, Cas. 12., Petrus Alph. l. c. *ad Dominum;* cf. Holmes.; cod. E *ad eum.*

Ibid. *sum ego*—Sixtini *ego sum*, uti habent codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Miss. Moz. l. c., Beda II, 295., Victor cap. in *Spicil. solesm. I, 271.*, Petrus Alph., Rupertus, Petrus Com. Mox codd. L 2. tacent *filios;* cod. A tacet *de Aegypto.*

12. *dixit ei*—Codd. Cas. 13. tacent *ei;* nec legitur in hebr. et antiquis interpretibus, excepto syro: de graeco cf. Holmes. Mox codd. A, B, E tacent *Ego;* item hebr. et graecus; conf. Sabatier. Codd. Cas. 6. non legunt *ero.* Pro *eduxeris*, Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *reduxeris.*

Ibid. *populum meum* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, E 1. m., G, H, L 2., Q, Cas. 4., Bibl. Reg., Rob. Steph. 1532., all.; item hebr. et reliqui veteres, excepto graeco, indeque itala, et cod. 264. derossiano; at cf. Holmes. Pro *Deo*, habent *Domino* codd. C 1. m., F, V, Cas. 2., Bruno ast.

13. *ad Deum* — Codd. B, S, V, Cas. 3. *ad Dominum;* item arabs apud Holmes. Mox pro *vestrorum*, codd. G, Cas. 12., Beda l. c., Bruno ast. *nostrorum;* ut graec., sed non pauci graeci codd. cum Vulgato faciunt.

14. *Dixit* — Cod. E, Miss. Moz. p. 326. *Dixitque;* ut hebr., graecus et reliqui veteres. Mox pro *Deus*, Sixtus, codd. C, D, E 2. m., F, R, S, T, U, V, pleraeque edd. vett., Beda l. c., Bruno ast. *Dominus;* quidam codd. holmesiani utrumque nomen retinent: cf. Sabatierius et Lucas Brug.; Toletus vero adnotat: « Lege *Deus;* sic hebr., graecus, Complut., » Reg. et Congregatio. » Nimirum sixtini et gregoriani ad fidem priscorum codd., sacri textus et veterum interpretum hodiernam lectionem induxerunt. Graecam edit. Complutensem, non vero sixtinam inspexit Rocca l. c. dum affirmavit graecos legere *Dominus.* Post verba *ad Moysem*, Miss. Moz. l. c. addit *Haec dices filiis Israel*, quae ad sequentem versiculum pertinent.

Ibid. *Ait: Sic dices*—Greg. M. I, 133. 596. 1192. 1508., Taio LXXX, 732., Isidorus III, 295., Beda III, 861. IV, 99. *Et dices;* Greg. M. III, 534., Taio p. 733., Hieron. VIII, 600. *Et haec dices;* cod. V 1. m. et Bruno ast. tacent *Ait;* conf. Holmes. Pro *filiis Israel*, Bibl. Ordin. *ad filios Israel:* conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

15. *iterum Deus* — Codd. F, Cas. 3., Bruno ast. *iterum Dominus;* rursum quidam graeci utrumque nomen connectunt. Pro *vestrorum*, cod. A *vestrum;* Bruno ast. *nostrorum;* ut graecus: cf. Sabatier. et Holmes., et vers. 13.

Ibid. *Deus Isaac* — Codd., edd. et patres veteres fere omnes *et Deus Isaac*, de qua lect. cf. De-Rossi. Nexum praetermisit in sua ed. Sixtus, cui suffragantur pauci codd., Rabanus et Rupertus, itemque hebr. textus. Cf. supra ad vers. 6. Codd. E, G, U non modo ante illa verba, sed et postea copulam tacent, quibus accedunt nonnulli codd. Cas., Rabanus, Petrus Com.; conf. Sabatier.

Ibid. *in generationem* — Ita ad fidem vetustiorum codd. sixtini et gregoriani. At Sixtus cum edd. antiquis, Miss. Mozar. l. c. paucisque codd. *in generatione*. « Alia exem- » plaria, ait Lucas Brugensis, fere scribunt » sextum casum. »

16. *et congrega* — Tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., all., Brev. Goth. p. 199., Petrus Com.; item graecus et syrus.

Ibid. *Deus Isaac* — Rursum, ut superiori versiculo, codd. et edd. veteres fere omnes legunt *et Deus Isaac*, quibus consentit alexandrinus. At copulam omisit Sixtus. In hebr., chald. et graeco ven. legitur tantum *Isaac;* pauci codd. Kennic. praemittunt אלהי; samaritanus, syrus et arabs addunt nexum. Heic quoque codd. G, Cas. 3. tacent *et* tum ante, tum post illa verba.

Ibid. *et vidi omnia quae acciderunt vobis in Aegypto* — Codd. E, Cas. 7. tacent *vidi;* Mariana scribit: « Visitandi vox recordari etiam » significat; quo minus sit opus addere *et* » *vidi omnia,* quod fecerunt Hieronymus et » LXX. ad maiorem explicationem. » Sed ad graecum quod spectat, verbum ἐώρακα nonnisi in Compl. ed. et uno vel altero cod. legitur: codd. A, G, Brev. Goth. l. c. legunt *et omnia quae acciderunt vobis in Aegypto vidi.*

17. *in terram* — Brev. Goth. l. c. *ad terram,* ut infra mox; hebr. utroque loco legit אל ארץ.

Ibid. *et Pherezaei* — Tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 16., Brev. Goth. l. c., his favet samaritanus textus, cuius mendosa est latina interpretatio in polygl. londin.; at septem codd. samar. apud Kennic., et versio samaritana cum hebr. et reliquis illam particulam legunt. Cf. supra ad v. 8. Rursum ante *Hevaei,* codd. Cas. tacent *et* ut samaritanus. Praeterea cod. unus Cas. et Rupertus addunt *et Gergesaei* post verbum *Amorrhaei,* alter vero post *Iebusaei.* Cf. dicta ad vers. 8. Ante *ad terram,* Bibl. Ord., Lugd. 1567., all. addunt *et.* Pro *fluentem,* codd. Cas. 2. *manantem,* ut Num. XIV, 8. et alibi.

18. *seniores Israel* — Cod. Cas. 1. *seniores domus Israel.* Pro *et dices,* cod. H *et dicetis;* item hebr. et veteres interpretes, excepto graeco, et duobus codd. hebr. apud De-Rossi. Pro *ibimus viam,* cod. B *ibimus via;* Brev. Goth. l. c. *et ibimus viam,* cui favent hebraeus et vett.

Ibid. *in solitudinem* — Sixtini et gregoriani, adstipulantibus codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 20., Brev. Goth. l. c., Rabano, Ruperto, Brun. ast., *per solitudinem.* At clementini antiquas edd. secuti sunt.

20. *Extendam enim* — Sixtus cum antiquis plerisque edd. et Brev. Goth. p. 200. *Extendamque:* Toletus vero adnotat: « Lege *Exten-* » *dam enim;* sic Ord., mss. et Congregatio: » neque adversatur hebr. et graecus; nam » apud utrosque *et* sumitur aliquando causa- » liter. » Cf. Rocca l. c. Hodiernam enim lectionem, consentientibus omnibus antiquioribus codd., sixtini et gregoriani invexerunt. Pro *Aegyptum,* cod. A 1. m. *Aegyptium;* itala ex graeco *Aegyptios;* licet enim sileat hoc loco Sabatierius, italam habemus in App. ad Opp. s. Fulgentii LXV, 847. Item vett. interpretes, praeter armenum.

Ibid. *mirabilibus meis* — Tacent pronomen codd. Cas. 12., Brev. Goth. l. c.; item laudatus auctor inter Opp. s. Fulgentii, syrus et pauci apud Holmes. Mox legimus *post haec* ex sixtinorum correctione, consentientibus codd., Bibl. Ordin. et Rabano: at pleraeque ex edd. antiquis habent *post hoc.* Cf. Rocca I, 302. Pro *vos,* cod. B *eos.*

21. *populo huic* — Cod. A *populo meo huic;* conf. Holmes. Pro *egrediemini,* codd. A, C 1. m., D, F, Cas. 12. *egredimini.*

22. *hospita sua* — Sixtini, codd. A, Cas. 3., Brev. Goth. l. c. tacent pronomen. Pro *argentea et aurea,* Brev. Goth. l. c. *aurea et argentea;* item Augustinus *Quaest. 5. et 39. in Ex.*, syrus, armenus et sex codd. holmesiani.

Ibid. *ponetisque eas* — Cod. E *ponetisque haec;* cod. N* *ponetisque ea;* idque refutant codd. N, O: « Quod dicitur *eas* secundum rem » refertur ad omnia praecedentia. Vide Gen. I.

» (v. 17.) et III Reg. XV. (v. 10.) » Demum pro *et spoliabitis*, codd. A, Cas. 14. *et expoliabitis;* particulam *et* tacent Bibl. Ordin.

Cap. IV, 1. *Respondens Moyses, ait*—Codd. C, D, F, H, N, O, S, T, U, V, Cas. 4., Brev. Goth. p. 200., Rupertus *Respondit Moyses, et ait;* item hebr., graecus et reliqui. Pro *Dominus*, cod. F *Deus*, ut Ambros. cum graeco; conf. Holmes.

2. *ad eum* — Codd. Cas. 6., Bibl. Lugd. 1550. 1567. addunt *Dominus;* cod. P, margo Ord. *Deus;* codd. F, V praemittunt *Dominus:* accedunt hebr., graecus et vett., excepto arabe. Post *Quid est*, sixtini, codd. A, B, E, F, H, V, Bruno ast. addunt *hoc;* item graecus, sed conf. Holmes.

3. *Dixitque Dominus* — Sixtini, codd. A, B, E 1. m., Cas. 13., Rabanus, Petrus Dam. CXLIV, 885. habent tantum *Ait;* item arabs et georg.; cod. G tacet *Dominus*, ut hebr., graecus et reliqui; Rupertus legit *Ait Dominus;* Cas. 2. *Dixitque Deus*. Margo Ordin. addit *ad Moysen*.

Ibid. *Proïice*—Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *Proïicito*. Pro *eam*, codd. C, D, F, O, P, S, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Ordin., Bruno ast. *illam*. Mox ante *Proiecit*, codd. G, Cas. 5., Isidorus V, 363., Beda II, 295. IV, 366., Petrus Com. addunt *Et;* consentiunt August., hebr., graecus et reliqui. Sixtus impresserat *Proïicit*, sed chartula glutine superimposita errorem emendavit.

4. *Dominus* — Brev. Goth. l. c. *Deus*, uti arabs. Mox codd. A, Cas. 2. ante *Extendit*, praemittunt *Et;* item hebr., graec. et reliqui; cf. Sabatier. Pro *versaque;* Sixtus edidit *reversaque*, quod Bukentopio p. 390. non displicuit; Isidorus quoque l. c. favere videtur: at merito gregoriani receptam lectionem restituerunt; cf. Rocca l. c.: Petrus Com., quem sequitur Hugo a s. Charo, heic errat dum verbum *versaque* ad colubrem referens adnotat: « In hebraeo enim *coluber* feminini ge» neris est; » nam compertum est נחש masculinum esse. Hinc Dionysius carth. legit *et versus*.

5. *apparuerit*—Codd. Cas. 2. *apparuerim;* cum Augustino, codd. G, U, V *apparuit;* nec obstant hebr. et graecus. Mox codd. G, Cas. 3. cum graeco vatic. tacent *Dominus;* cod. V tacet *Deus*.

Ibid. *suorum* — Codd. nostri magno consensu, itemque codd. Cas., Roberti Steph., lovaniensium, Martianaei, Vallarsii; edd. veteres quamplures, Brev. Goth. l. c., Rupertus habent *tuorum;* his accedunt versiones slav. et georg. et duo codd. arab. apud Holmes. Pro hodierna autem lectione stant Bibl. Compl., Rob. Steph. 1532., Reg. aliaque pauca: eamdemque probarunt Isidorus Clarius, correctores Pii V., sixtini, Sixtus et reliqui censores. Cf. Rocca l. c. et Lucas Brug. « Romani corre» ctores, ait Bukentopius p. 140., recte substi» tuerunt *suorum*, pro *tuorum*, quod passim » antea legebatur; nam in hebraeo est אבתם: » etiam ita est in chaldaeo, graeco, syro, » arabico et in ipso textu samaritano, quam» vis mendose in versione samaritica sit *tuo*» *rum*. » Mendose nimirum habetur *tuorum* in latina versione samaritani in polygl. londin.; nam samaritanus textus, et versio samaritana ab hebraico textu non recedunt. Animadvertat lector nos pro clementina lectione non protulisse codd. H, L, Q, quia Martianaeus monet omnes codices alteram lectionem praeseferre; Lovanienses vero et Stephanus pro illa lectione nullum codicem, sed editionem Complut. unice laudarunt.

Ibid. *Deus Isaac* — Particulam *et* praemittunt codd. fere omnes et veteres edd.; samaritanus textus, graecus, arabs et cod. 592. derossianus. Reliqui autem interpretes cum hebraico textu, sixtina et clementina edit. faciunt; itemque versiones slavon. ostrog. et georg., etsi e graeco fonte petitae. Ex latinis codd. E, G, H, S, Cas. 16., Rupertus. Conf. Ex. III, 6. 15. 16. Codd. E, G, Cas. 8. tacent quoque nexum post verbum *Isaac*.

6. *Dixitque* — Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538., all., margo Ordin. addunt *ei*, uti hebr., graecus et reliqui. Cod. P, Bibl. Ord., Victor cap. in *Spicil. solesm. I, 270.* legunt

Dixit, item georg. et armenus. Mox post *manum,* tacent *tuam* codd. A, E, F, T, Cas. 9., Bibl. Ord., Isidorus V, 364., Beda IV, 367., Petrus Dam. CXLIV. 885.; conf. Sabatierius.

Ibid. *misisset in sinum* — Codd. Cas. 11., Victor cap. l. c. tacent *in sinum;* Bruno ast. cum August. addit *suum.* Post *protulit,* cod. A addit *eam.* Pro *instar,* Bruno ast. cum Aug. *tamquam;* codd. S, T, V, Cas. 16. *ad instar:* at cod. O notat: « Non debet addi *ad,* quia » in ipso verbo intelligitur; unde Virgil. in» star montis equum. »

7. *manum tuam* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 22., Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Petrus Dam. l. c., Bruno ast., Petrus Com.; item pauci graeci codd. holmesiani. Pro *in sinum tuum,* codd. F, G *e sinu tuo;* Cas. 1. *de sinu tuo.*

8. *inquit, tibi*—Cod. F *tibi, inquit;* Bruno ast. tacet *inquit.* Post *verbo,* cod. B tacet *signi,* ut cod. 111. Kennic.

9. *quidem* — Codd. Cas. 14. tacent. Mox cod. F legit *signis his;* Bruno ast. omittit *his.* Pro *effunde eam,* codd. C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, Cas. 17., Bruno ast. *funde eam;* conf. Sabatierius; tacent pronomen Rabanus, Rupertus, Petrus Com.; quibus consentiunt hebr. et vett., praeter arabem. Pro *fluvio,* Rupertus *flumine.*

10. *Ait* — Bruno ast. *Dixitque;* concinunt hebr. et veteres. Pro *non sum,* cod. Cas. 1. *non ego sum.*

Ibid. *eloquens ab heri et nudiustertius: et ex quo* — Gregor. M. I, 1144. 1157. IV, 144. *eloquens: ab heri et nudiustertius, ex quo;* id. Gregor. I, 1242. legit *ex quo enim:* particulam *et* post *tertius* tacent quoque codd. B, G, V; Cas. 2., Bibl. Ven. 1480. 1498., Brev. Goth. l. c., Haymo CVIII, 916., Rupertus. Mox pro *locutus es,* Gregor. M. I, 1157. IV, 144., Haymo l. c., Gunzo novar. CXXXVI, 1288. *coepisti loqui;* cf. Sabatier. Pro *ad servum tuum,* Cas. 6. cum Ambrosio *servo tuo.* De Vence suspicatur legendum *impediti oris,* pro *impeditioris;* at id facile probari nequit, etsi aliquam veritatis speciem praeseferat. Pro *tardioris,* codd. F, T *tardidioris.*

11. *Dixit* — Codd. F, G, V 2. m., Cas. 3., Bruno ast. *Dixitque;* item hebr., graecus et reliqui, exceptis arabe et georg.; Bibl. Lugd. 1522. 1535. *Dicit.* Pro *ad eum,* codd. Cas. 12. cum graeco *ad Moysen.* Mox pro *Quis fecit,* cod. E, Bruno ast. *Qui fecit.* Pro *hominis,* codd. Cas. 3., Victor cap. l. c. *homini;* conf. Sabatier.

Ibid. *et surdum* — Cod. H, Rupertus, Petrus Com. *aut surdum,* uti hebr., chaldaeus et reliqui, excepto graeco. Pro *videntem,* Brev. Goth. l. c. *et videntem,* ut quidam graeci apud Holmes.; Cyprianus *et quis videntem;* hebr. et reliqui *aut videntem.*

12. *doceboque te* — Omittunt pronomen codd. Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540., all.; item Gaudentius brix.

13. *inquit, Domine* — Cod. S, Sixtus cum antiquis edd. paene universis legit *Domine, inquit;* at Toletus scribit: « Lege *inquit, Do*» *mine:* sic Ord. et Congregatio. In hebr. et » graeco est *at ille dixit: Obsecro, Domine.* » Sixtini enim et gregoriani, consentientibus pervetustis codicibus, emendarunt.

14. *in Moysen* — Codd. A, V *ad Moysen.* Mox pro *egreditur,* Sixtus habet *egredietur,* cui suffragantur codices fere omnes, veteres edd. et graecus. Auctor schedae adnexae codici vatic. 6879. operarum vitio hodiernam lectionem adscribere videtur. Verum exploratissimum nobis est illam sixtinos correctores et clementinos invexisse. « Quamvis, ait » Rocca l. c., in omnibus translationibus Bi» bliorum, nec non in codd. impressis et » mss. legatur verbum futuri temporis *egre*» *dietur,* sacra tamen Congregatio Bibliorum » verbum praesentis temporis tamquam con» gruentius reponendum censuit, ut adver» bium ipsum *ecce* rem improvisam subitam» que vel praesentem demonstrans, postulare » videtur. » Ad haec in primis animadvertimus romanos censores secutos fuisse codd. A et Cas. 7. Praeterea minus accurate Rocca urget vim adverbii *ecce;* nam saepius id prae-

mittitur verbis futurum tempus denotantibus; immo vel ipse Vulgatus habet *ecce egredietur* Ex. VII, 15. Is. XXVI, 21. Neque tamen subscribimus Bukentopio asserenti (pag. 140. et 390.) lectionem Sixti V. magis consentaneam esse contextui, eique hebraicum textum haud repugnare; immo magis congruere: cui De Vence adstipulatur. Nam ad contextum quod pertinet, alii plures cum Luca Brugensi contrariam sententiam, quae nobis probabilior videtur, sequuntur. Constat autem hebraicum יֹצֵא (vel uti plene legunt septem codices Kennic. יוֹצֵא) praesens tempus denotare. Conf. Fuerstii Concord. Bibl., Lipsiae 1840. pag. 506.

Ibid. *te* — Hoc pronomen tacent codd. Cas. 2.

15. *et pone* — Cod. A 1. m. tacet *et;* cod. B legit *et ponam.* Ibid. *et ego ero* — sixtini, codd. A, B, E, G, Cas. 2., Brev. Goth. l. c., Rabanus tacent *et;* codd. Cas. 6. omittunt *ero.* Mox pro *et in ore,* cod. B *et ore.*

16. *ipse loquetur*—Veteres edd. paene omnes praemittunt particulam *et,* item Augustinus, hebr. et graecus. Illam autem particulam abiecerunt sixtini ad fidem antiquiorum omnium codd., Bibl. Ordin. et Rabani. Conf. Rocca l. c. Consentiunt syrus, persa, Targum Hieros., copt. Pro *et erit,* Rabanus *erit.* Mox cod. H et Brev. Goth. l. c. tacent *ei.*

17. *hanc sume* — Cod. E 1. m. tacet *hanc;* cod. H legit *hanc sumes* uti hebr., graecus et Augustinus.

18. *ad Iethro* — Codd. Cas. 11., Beda II, 297. *ad Iethron.* Mox pro *socerum,* legunt *cognatum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 20., N, O, T, U, V, Cas. 17., Thomas. I, 20., Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Rupertus. Cod. N admonet: « Novi *socerum,* pro *cognatum* posuerunt, quasi istud hebraicus textus non habeat: sed idem hebr. quod est hic, sumitur pro *cognato* infra ad XVIII (v. 1.). » Conf. Lucas Brug. in *Notation.* et quae superius praescripsimus ad III, 1. Lectionem sua aetate magis receptam praetulit Sixtus, quam postremi romani correctores retinuerunt; eamque non pauci tuentur, uti codd. M, N*, R, S, Cas. 7. Conf. Bukentop. pag. 140.

Ibid. *vivant* — Sixtini, codd. A, E, H, R, S, V, Cas. 21. *vivunt:* hebr. et graecus ad alterutram lect. trahi possunt. Ibid. *Cui ait Iethro* — Cod. B, Petrus Com. tacent *ait,* codd. Cas. 2. *Iethro.*

19. *et revertere*—Tacent particulam *et* sixtini, codd. A, E, Cas. 14., Bruno ast., Rupertus; item Augustinus, hebr., graecus et reliqui, praeter armen. et georg.

Ibid. *mortui sunt enim* — Sixtini, codd. A, C 2. m., D, G, H, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Paris. 1566., all., Bruno ast. *mortui enim sunt;* codd. E 1. m., Cas. 8., Petrus Com. tacent *enim.* Mox Bruno ast., Rupertus, Petrus Com. tacent *omnes.*

20. *Tulit ergo*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 14., Rabanus, Rupertus tacent *ergo;* item georg. Post *uxorem,* non legunt *suam* codd. A, B, Cas. fere omnes, Rabanus, Bruno ast., Petrus Com.; item graecus. Pro *imposuit,* codd. Cas. 12. *posuit.*

21. *ei Dominus* — Brev. Goth. l. c. *Dominus Moysi;* consentiunt hebr., graecus et reliqui, praeter arabem. Pro *revertenti,* codd. U, Cas. 8. *revertere.* Pro *in manu tua* codd. Cas. 8. *tibi;* Cas. 5. tacent.

Ibid. *ego indurabo* — Cod. F praemittit *et;* Anonymus inter Opp. s. Fulgentii LXV, 847. *ego autem indurabo;* concinunt hebr., graecus et reliqui. Gregor. M. I, 371. 945. *ego obdurabo;* alias idem Gregor. cum Vulgato. Post *populum,* cod. I addit *meum,* cui favent georg. et mss. armeni apud Holmes.

22. *Filius meus primogenitus Israel* — Codd. F, H *Filius primogenitus meus est Israel;* Bruno ast. quoque addit *est;* idque supplendum censuit Hugo a s. Charo; codd. E, T, U, Rusticus LXVII, 1216. *Filius primogenitus meus Israel;* conf. Sabatierius; cod. D *Filius primogenitus Israel meus.*

23. *Dimitte* — Codd. Cas. 7. *ut dimittas.* Pro *filium meum,* cod. B *filium meum primo-*

genitum; item Ephraemus I, 204.; Cassiodorius *primogenitum filium meum;* cod. E *populum meum,* ut graecus, cui, superiori versiculo, favent Rupertus et Abusaid. Cod. 248. Kennic. שלח עמי.

24. *esset*—Rabanus *essent.* Mox Rupertus ordine inverso *in diversorio, in itinere.*

25. *Tulit illico*—Codd. Cas. 12. *Tulitque illico;* Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *Tulit igitur;* accedunt hebr., graecus. Mox pro *sanguinum,* legunt *sanguinis* codd. Cas. 7. et Glossa inter Opp. Isidori VII, 410. De voce *sanguinum* plurali numero usurpata conf. Agobardus CIV, 163., Berno augiens. CXLII, 1137.

26. *ob circumcisionem*—Sixtus cum antiquis edd., paucisque codd., Rabano, Brunone ast. et Ruperto, legit *tu mihi es ob circumcisionem;* sixtini et gregoriani, consentientibus antiquioribus codd. A, B, C, D, E, all., Cas. 16., omnibusque correctoriis, expunxerunt verba *tu mihi es,* quae ad superiorem versiculum spectant; unde Toletus: « Haec verba in hebraeo et in quibusdam » mss. non habentur. Congregatio ea abstu» lit, licet Compl., Reg. et Ordin. eadem le» gant etiam hoc secundo loco. Graeci aliter » legunt. » Cf. Lucas Brugens., Rocca l. c., Martianaeus et Vallarsius. Praeterea sixtini cum cod. A legunt *ob circumcisiones,* item hebr., Aquila, Theodotio et graecus ven.

27. *Dixit autem*—Cod. L, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Rupertus *Dixitque;* item armenus: Pseudo-Hieronym. III, 758. *Dixit enim.* Pro *in desertum,* codd. A, C, D, E, F, G, N, O, T, U, V, Cas. 10., Pseudo-Hieron. l. c. *in deserto;* ad hanc lectionem cod. N adnotat: « Quod quidam novi nimis adhae» rentes cuidam diversitati constructionis ca» sualium cum praepositione, immutaverunt » dicentes *in desertum;* sic alia in *Bibliis* in» finita; ut enim non esset deformis oratio, » sed decora, post accusativum posuit abla» tivum: unde licet verbum significet mo» tum, ponitur ablativus. » Dein pergit idem scholiastes multa proferens plus minus opportuna Bibliorum testimonia, quibus suam sententiam firmare nititur.

Ibid. *obviam ei*—Sixtini, codd. C, D, F, G, H, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Rupertus *ei obviam.* Pro *in Montem,* codd. C 1. m., E, G, Rupertus *in monte.*

28. *Aaron*—Codd. T, Cas. 2. *ad Aaron.*

Ibid. *quibus*—Sixtus, codd. C, D, F, G, I, R, S, T, U, V, Cas. 14., vett. edd., Brev. Goth. l. c., Rupertus *pro quibus.* At Toletus: « Illud » *pro* hebr., graecus, mss. non habent; et » utraque Congregatio abstulit. » Revera sixtini, gregoriani, codd. A, B, E, H, Cas. 10. illam particulam omittunt. Cf. Rocca I, 303., Lucas Brugens. et Bukent. p. 390.

29. *cunctos seniores filiorum Israel*—Cod. A *cunctos filios Israel;* pro *cunctos,* Brev. Goth. l. c. legit *omnes;* tacent *filiorum* codd. B, V, Petrus Com. et novem codd. hebr. apud De-Rossi.

30. *Aaron*—Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1540. 1545., Paris. 1566., all. *ad Aaron.*

31. *Dominus*—Tacent codd. L 3. Pro *et quod respexisset,* codd. Cas. 11. *eo quod respexisset;* Cas. 3. *et quod respexit.* Pro *afflictionem,* codd. A, T *afflictiones.* Mox pro *illorum,* codd. fere omnes cum Bibl. Ordin. et Brev. Goth. l. c. *eorum.* In cod. E desiderantur verba *et proni adoraverunt.*

Cap. V, 1. *ingressi sunt*—Cod. B *ingressus est;* item graecus. Mox pro *Pharaoni,* codd. Cas. 12., Thomas. I, 20. *ad Pharaonem;* hebr. אל פרעה. Codd. G, Cas. 1., Thomas. l. c. tacent *Deus Israel;* codd. Martianaei et Vallarsii pro *Israel,* legunt *hebraeorum,* ut Cyrillus alex. VI. par. 1. p. 140.; cf. vers. 3. Post *populum,* codd. Cas. 3. omittunt *meum.*

2. *dimittam Israel*—Cod. A *dimittam filios Israel;* ut graecus, arabs et cod. 592. derossianus. Pro *nescio Dominum,* cod. A, Beda II, 298. *nescio Deum.* Pro *non dimittam,* codd. Cas. 11. *non dimitto;* uti legit Ambrosius ex graeco; sed multi graeci codd. et Patres apud Holmes. habent cum Vulgato ἐξαποστελῶ.

3. *Dixeruntque*—Codd. B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ordin., prio-

res edd. Rob. Steph., all. *Dixerunt.* Pro *in solitudinem*, codd. G, S, U, V, Cas. omnes, Petrus cap. (in *Spicil. solesm. II, 136.*) *in solitudine;* Isidorus V, 365., Beda IV, 367. *in deserto ;* mendose cod. C *in sollicitudinem.* Mox pro *et sacrificemus*, codd. C, D, O, U, Petrus Com. cum graeco *ut sacrificemus;* nec repugnat hebraeus. Conf. infra VIII, 27.

4. *Ait* — Codd. Cas. 14. *Et ait;* it. hebr., graecus et reliqui. Post *populum*, cod. Cas. 1. addit *Israel.* Pro *ad onera*, cod. G, Beda l. c. *ad opera.*

5. *Multus* — Cod. I *Ecce multus*, ut hebr., graecus et reliqui. Margo Ord. *Ecce iam multus.* Pro *dederitis*, plures codd. Martianaei, Cas. 1., Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *dederimus;* item graecus. Mox pro *eis*, codd. Cas. 1., Palatin. apud Vallarsium, Petrus Com. *ei.*

6. *Praecepit ergo*—Brev. Goth. p. 200. addit *Pharao*, uti hebr., graecus et reliqui. Mox ubi legimus *praefectis operum et exactoribus populi*, luxata esse Vulgati verba suspicatur Mazochius *(Spicil. bibl. II, 13.)*, qui, collato sacro textu et versic. 14., censet olim scriptum fuisse *exactoribus operum, et praefectis populi:* at supervacaneam esse hanc correctionem, colligitur ex vers. 10. et 13. ubi rursum Vulgatus eamdem prope phrasim usurpat. Praeterea hebraeus quoque connectit נוגשים *(exactores)* cum בעם.

7. *ultra dabitis* — Rabanus *dabitis ultra.* Mox cod. Cas. 1. tacet *sed;* item hebr. et fere omnes graeci codd.; cod. N tacet *et;* ut samaritanus, syrus, slav. ostr., copt. Pro *stipulas*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, N*, O, R, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., Rabanus, Rupertus *stipulam;* item hebr. et vett. interpretes, praeter alexandrinum.

8. *mensuram laterum, quam*—Codd. C, D, F, I, N, O, U, V, Cas. 3. *mensuras laterum quas;* legunt quoque *mensuras* Hugo et Bibl. Lugd. 1522.; cod. N adnotat: « Quia plures » erant congregationes, quod est singulare » sed quasi collectivum in hebraeo, latinus » pluraliter ponit. » Praeterea pro *quam*, sixini, codd. A, B, E, G, H, Cas. plerique, Hugo, Rabanus *quos.* Pro *imponetis super eos*, non male Rupertus *imponetis eis.*

Ibid. *et sacrificemus* — Tacent particulam *et* codd. Cas. 2., Bibl. Ord.; item hebr., syrus, graecus ven. et chaldaeus: sed non pauci codd. hebr., graecus, arabs et persa stant pro Vulgato; cf. De-Rossi. Mox cod. G legit *Domino Deo;* uti copt., georg., cod. 95. Kennic. et pauci codd. holmesiani.

10. *egressi ... dicit* — Cod. A *regressi ... dixit.*

11. *et colligite*—Codd. Cas. 13. tacent *et;* favent hebr. et vett., excepto arabe. Pro *poteritis*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, O, R, T, U, V *potueritis;* accedit graecus. Mox pro *minuetur*, cod. A *minuitur;* item hebr., uti recte animadvertit Rosenmullerus. Cod. I, Brev. Goth. p. 201. *minuetis*, uti versic. 8., item hebr. ad vers. 19. Pro *de opere vestro*, cod. I *ab operibus vestris*, Brev. Goth. l. c. *de operibus vestris.*

12. *Dispersusque* — Cod. A 1. m. et Brev. Goth. l. c. *Dispersus.* Pro *omnem*, cod. L, Brev. Goth. l. c., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545., all. *in omnem*, hebr. בכל, graecus ἐν ὅλῃ: codd. Cas. 3. *per universam.*

14. *impletis* — Sixtus habet *implestis*, uti codd. S, V, veteres edd. quamplures, hebraeus, graecus et reliqui interpretes; mendosa enim est latina versio samaritani in polyglottis. Attamen hodiernam lectionem, adstipulantibus latinis codd. paene universis, maximeque antiquioribus, suggesserant sixtini, eamdemque clementini confirmarunt. Cf. Lucas Brugensis. Accedunt Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. paucae; item cod. 76. holmesianus. Argumentum a Rocca I, 303. pro hac lectione prolatum ex vi adverbii *prius*, probare non possumus; alterum enim adverbium, quod adnexum est, h. e. *heri*, tempus praeteritum requirere videtur.

15. *Veneruntque* — Codd. Cas. 5. *Venerunt ergo.* Pro *contra servos*, cod. A legit *circa servos.*

16. *imperantur* — Cod. F *imperamur.*

17. *et idcirco* — Bibl. Ordin., Hugo tacent *et;* nec legitur in hebr., graeco et reliquis, excepto arabe et slavon. ostrog.; cf. Holmes. Codd. L 4. omittunt *idcirco*. Post *Domino*, cod. Cas. 1. addit *Deo nostro*, ut supra vers. 3. Conf. De-Rossi *Varr. Lectt.* et Holmes.

18. *Ite ergo* — Codd. Cas. 11. tacent *ergo*. Pro *operamini*, Bibl. Lugd. 1522. 1535., Ven. 1533., Hugo, all. *operemini*. Post *paleae*, cod. E addit *autem;* cui suffragantur hebr., graecus et reliqui.

19. *Videbantque se* — Cod. F, Brev. Goth. l. c. tacent *se*. Pro *in malo*, Sixtus, codd. C, D, F, O, R, S, T, U, pleraeque edd. vett. *in malum;* quod minus placuit Lucae Brugensi et Bukentopio p. 141. Toletus autem scribit: « Lege *in malo;* sic graecus, Ordin., mss. et » Congregatio: et sensus hoc indicat; est enim » sermo de malo, in quo iam erant. » Conf. Rocca l. c. et Estius in h. l. Plerosque enim codd., praesertim antiquiores, uti A, B, E, all., hodiernam lectionem praeseferentes sequuti sunt Rabanus, Sirletus, sixtini et gregoriani. Post *quidquam*, Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1540. 1545., Reg., all. addunt *operis*.

20. *Occurreruntque* — Cod. Cas. 1. *Occurrerunt;* uti georg. Pro *Moysi*, cod. V 1. m. et Brev. Goth. l. c. *Moyses*, item slav. ostrog., georg. et cod. 59. Holmesii. Conf. nota seq.

Ibid. *ex adverso, egredientibus* — Veteres codd. fere universi, et edd. quae ante sixtinam prodierunt legunt *ex adverso, egredientes* (exceptis codd. D, F qui habent *ex adverso ingredientes*); sixtini ad fidem cod. A scripserunt *ex adverso egredientibus*, et ita edidit Sixtus in suis Bibliis anno 1590. At vero Angelus Rocca l. c. ait: « Prius in edi- » tione Vulgata, ante emendationem postremo » praestitam, legebatur *egredientes;* nunc ve- » ro *egredientibus*, ut participium istud in » casu dativo locatum, non ad praepositos » illos, qui hebraeos ad opera facienda invi- » tabant, ut superius dictum est; sed ad » Moysen et Aaron referatur iuxta graecam » Septuaginta interpretum translationem cum » interpretatione latina: quamvis alteri opi- » nioni nonnulli adhaerere videantur. » Ex hisce verbis colligi posse mihi videor, Angelo Rocca peractae correctionis sensum probe perspectum non fuisse; adeoque ipsum, dum pro commisso sibi munere, vaticanas editiones curabat, imprudenter adiecisse illud comma quod in clementinis edd. vaticanis post verbum *adverso* conspicitur; qua posita interpungendi ratione, necesse est verbum *egredientibus* referre ad Moysen et Aaron. At, ni fallor, errat Rocca dum novae lectionis sensum exponit, illamque ex graeco confirmari affirmat. In primis enim ex ipso sixtinorum authographo dilucide constat romanos correctores non tantum mutasse verbum *egredientes* in *egredientibus*, sed insuper accurate expunxisse comma post verba *ex adverso;* ita ut legendum esset *qui stabant ex adverso egredientibus* (h. e. praepositis, qui egrediebantur) *a Pharaone*. Nec aliud sonant verba sacri textus, graeci aliorumque veterum interpretum; immo et antiqua Vulgati lectio (quam retinere placuit Cornelio a Lapide) eumdem plane sensum reddebat; cf. Nicolaus de Lira et Tostatus; unde Calmetus: « Exemplaria quaedam habent *egredientes*, » eodem tamen sensu. » At minus scite subdit: « Non satis constat ex littera (hebraici » textus) Moyses ne et Aaron essent egres- » suri, an exactores. » Hebraicus textus sic se habet: ויפגעו את משה ואת אהרן נצבים לקראתם בצאתם מאת פרעה. Quae reddi possunt: *Et inciderunt in Mosem et Aaron, qui stabant in occursum eorum, dum egrederentur a Pharaone*. Porro verba *in occursum eorum* (teste Gesen. in *Thesauro pag. 1233.* et Schroedero in *Nova Ian.*) nil aliud significant nisi *expectantes eos*. Igitur qui expectantes *stabant* profecto non occurrerunt, neque egressi sunt; atqui illi egressi sunt a Pharaone qui occurrerunt Moysi et Aaron. Agitur itaque de praepositis filiorum Israel, in superiori versiculo memoratis, qui egredientes a Pharaone occurrerunt Moysi et Aaron stantibus ex adverso. Graecus habet: Συνήντησαν δὲ Μωυσῇ καὶ Ἀαρὼν ἐρχο-

μένοις εἰς συνάντησιν αὐτοῖς, ἐκπορευομένων αὐτῶν ἀπὸ Φαραώ. Quum verbum ἐρχομένοις positum sit pro נצבים nullam difficultatem creare potest; neque dubium est cui referendum sit ἐκπορευομένων. Pressius tamen interpretatur graecus venetus: Ξυνήντησαν οὖν τῷ Μωσεῖ, τῷ τ' Ἀαρῶνι, ἑστῶτοιν εἰς ξυνάντησιν αὐτοῖς, ἐν τῷ ἐξιέναι σφε πρὸς τοῦ Παρεῶνος. Quum igitur illud Vulgati verbum *egredientibus* referendum sit ad praepositos, qui egressi a Pharaone inciderunt in Moysen et Aaron; quumque id per latinam syntaxim fieri nequeat nisi abiiciatur comma post *ex adverso*, nos rectam esse sixtinorum correctionem affirmamus; hanc autem exhibent Biblia edita Romae anno 1765.; hanc expressit Antonius Martini in sua italica versione ex Vulgato derivata, ubi legitur: « E usciti da Faraone si » imbatterono in Mosè e Aronne, i quali » aspettavano colà presso. » Itemque De Vence in gallica interpretatione: « Et ayant ren» contré Moïse et Aaron qui s'étoient tenus » près de là pendant que ces Israélites sor» toient de devant Pharaon. »

21. *quoniam* — Rabanus, et (apud Hard. Conc. VI, 1774.) Paschasius *quomodo*. Pro *fecistis . . . praebuistis*, idem Paschasius et Martinus Legion. CCVIII, 1242. *fecisti . . . praebuisti*. Pro *odorem*, cod. B *sudorem*, sed vitiose, ut monuit Mariana. Pro *coram Pharaone*, cod. D *contra Pharaonem*. Nomen *Pharao* in cod. A est fere indeclinabile.

22. *Reversusque est Moyses ad Dominum, et ait* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus *Reversusque Moyses ad Dominum, ait*. Cod. F legit *Rursumque Moyses ad Deum ait*. Pro *istum*, codd. F, P, Cas. 14., margo Ordin. *tuum*, item pauci codd. holmesiani: e contra in versic. seq. hebraeus, graecus et reliqui habent *istum*, pro *tuum*.

23. *Ex eo enim quo* — Rabanus *Ex eo enim ex quo;* Rupertus *Igitur ex eo die quo;* cod. B 2. m. *Ex eo enim die quo*. Pro *ingressus*, codd. Cas. 2. *egressus*. Harlemius adnotavit quosdam codd. legere *loqueretur*, pro *loquerer*.

Ibid. *in nomine* — Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c. *ex nomine;* codd. C, D, N, O, T, U, V, Rupertus *de nomine;* cod. A *nomine;* cod. F *ei in nomine;* cf. Holmesius; scholion in cod. N sic notat: « Antiqui legunt *de nomine*. Quoniam » hebr. habet *in nomine*, nec dixit quid in » nomine Dei loqueretur, intellexit credo pru» denter interpres, quod *in* pro *de* poneretur, » unde I Paral. XXI. (v. 19.) *ex sermone Do*» *mini* ponitur ubi hebr. habet *in sermone Do*» *mini*. Si vis ergo litteram servare incorru» ptam, non nimis adhaereas iudaeis. » Pro *afflixit*, codd. Cas. 2. et Rabanus *afflixisti*.

Cap. VI, 1. *Dixitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus *Dixit;* item georg. Mox pro *videbis*, cod. F *videbitis*.

Ibid. *facturus sim* — Sixtus legit *facturus sum*, item codd. C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, veteres edd., Brev. Goth. p. 201., Rabanus, Rupertus. Hodiernam lectionem invexerunt sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem reliquorum codd. Auctor schedae adnexae codici vatic. 6879. antiquam lectionem restituere cogitavit. Pro *eiiciet illos*, codd. A, F *eiciet eos*.

2. *Locutusque* — Cod. A 1. m., Rabanus, Rupertus *Locutus*, uti armen. et georg. Pro *est Dominus*, codd. C, D, H, N, T, U, Bibl. Reg., all. *est Deus;* item hebraeus, graecus et arabs. At duo codd. hebr. derossiani, plures graeci holmesiani, samaritanus, syrus, Onkelos et Ionathanus cum Vulgato faciunt: Cas. 1. tacet *est;* mox vero cum Ruperto legit *Ego sum Dominus;* conf. Holmes.

3. *Abraham, Isaac* — Cod. N praemittit *ad;* sixtini, codd. A, C, D, O, T, U, Cas. 20., Hugo, Beda II, 405., Rabanus, Rupertus, Petrus Com. *Abraham et Isaac;* item samaritanus (cuius mendosa est latina versio in polygl.), graecus, syrus et arabs.

Ibid. *et Iacob in Deo omnipotente* — Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566. *Iacob et*

in Deo omnipotente; codd. E, Cas. 13. *et Iacob in Deum omnipotentem.* Quae sequuntur accuratius ex hebraeo interpretari possunt « *et* quantum ad *nomen meum Iehova* (hoc est » quantum ad eius vim) *haud eis innotui.* » Cf. Ghiringhelli *Praelect. de libris poet. antiqui Foed. pag. 170.*

4. *foedus cum eis* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, T, U, V, Bibl. Ordin., Rupertus *cum eis foedus.*

Ibid. *darem eis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rupertus cum Augustino *darem illis.*

6. *qui educam* — Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. tacent *qui.* Post *de servitute,* Bibl. Rob. Steph. 1532., all. addunt *eorum;* item hebr. et reliqui, praeter graecum; sed et plurimi graeci codd., aliique apud Holmes, suffragantur. Mox pro *excelso,* codd. G, V, Cas. 4., Glossa interlinearis *extento;* cod. O monet hanc hebraeorum, illam vero graecorum lectionem esse.

7. *vester Deus* — Codd. C, D, T, U *vester Dominus.* Pro *et scietis,* codd. A, E, F, Rabanus *scietisque;* codd. G, S tacent *et.* Pro *quod ego sum,* codd. A, E, H, Cas. 13. *quod ego sim;* Bibl. Ven. 1476., Paris. 1566., Reg., all. *quia ego sum,* ut infra VII, 5. Pro *eduxerim,* cod. unus Cas. *eduxi;* alter, cum Ambrosio, *educam;* graecus ἐξαγαγών.

8. *induxerim* — Cod. S, Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph., Reg., Lovan. aliaque plura addunt *vos;* item hebr., graecus et reliqui. At istud pronomen, consentientibus antiquis codd., Bibl. Ordin. et Rabano, sixtini expunxerunt. « Particula illa *vos,* tamquam omnino » superflua e medio sublata cernitur iuxta le» ctionem Bibliorum mss. » Rocca l. c. Cod. B legit *induxero.* Mox Leander van Ess in Bibl. ed. Tubingae 1824. notat editionem vat. 1592. legere *suprà,* quod falsum est; legit enim *super* ut et reliquae edd. vaticanae.

Ibid. *illam vobis possidendam* — Sixtus, cod. R et fere omnes vett. edd. habent *illam possidendam vobis;* codd. E, S *vobis illam possidendam:* sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum fere omnium codd. hodiernam lectionem intulerunt; hanc tuentur Bibl. Ordin. et Rabanus: « Quae sane lectio, ait Rocca l. c., » Bibliis respondet mss., in quibus legitur » *daboque illam vobis possidendam,* necnon » *daboque vobis illam possidendam*. . . nullibi » vero legitur *illam possidendam vobis.* »

9. *Moyses omnia* — Cod. E *omnia Moyses.*

10. *Locutusque* — Cod. A 1. m. *Locutus.*

12. *Respondit* — Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. et Rabanus *Respondítque,* ut hebr. et graecus, sed cf. Holmes. Pro *audiunt me,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Beda II, 299., Rabanus, Rupertus *me audiunt;* cod. E *me audierunt;* accedunt Hieronymus V, 540., hebr. et graecus.

Ibid. *audiet Pharao* — Codd. A, B, E, F, U, Cas. 20. *audiet me Pharao;* item Hieronymus l. c. cum hebr., graeco et reliquis; cf. infra vers. 30. Rupertus *me audiet Pharao.* Pro *incircumcisus sim,* codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Rupertus *sim incircumcisus;* cod. V mendose *sim circumcisus.*

13. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, N, S, T, U, V *Locutus;* item georg.

14. *Israelis* — Pauci codd. legunt *Israel;* Vulgatus enim plerumque usurpat hoc nomen pro quolibet casu sine ulla inflexione; at quandoque habet *Israelis, Israeli, Israelem:* cf. Ex. XIV, 25. XVIII, 1. 9. Num. I, 20. X, 29. Ceterum in hoc nomine eaedem occurrunt lectionis varietates quas ad nomen *Ismael* adnotavimus Gen. XVI, 11., ac praeterea vetustissimi codd. scribunt *Istrahel,* vel *Isdrahel;* de qua scribendi ratione cf. Ernestus Ranke (*Fragmenta versionis lat. antehieronymianae,* Marburgi, 1856. p. 27.).

Ibid. *Henoch et Phallu*—Codd. E, G, Cas. 11. tacent *et;* item tres codd. holmesiani. Mox pro *Hesron,* codd. A, E, T, Cas. 11. *Asron;* graecus Ἀσρών: ceterum de his nominibus conf. dicta ad Gen. XLVI, 9.

15. *hae cognationes* — Codd. Cas. 2. *hae*

generationes; item syrus. Post *Iamin,* non paucae edd. veteres addunt *et Iami,* de quo additamento cf. dicta ad Gen. XLVI, 10. Pro *Ahod,* non pauci codd. et edd. *Aod,* quod alibi servat Vulgatus; fere omnes codd. samar. אחד; conf. Gen. l. c.

Ibid. *et Iachin* — Particulam coniunctionis tacent sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Cas. 6. et Rabanus. De nomine *Soar,* praeter ea quae adnotavimus ad Gen. XXIII, 8. XLVI, 10., animadverte quae sequuntur: Sixtus cum Bibliis Ord., Lovan., all. *Sohar;* cod. B *Sohar et Aser;* cod. A *Seor;* codd. C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 20., Hugo, Bibl. Lugd. 1522., all. *Soer;* Rob. Steph. 1528., all. *Soher;* pro צחר, samarit. textus צחרה de quo cf. De-Rossi ad h. l. Pro *Chananitidis,* legendum esse *Chanaanitidis,* uti habet cod. A, iam praemonuimus ad Gen. XLVI, 10.

16. *et Caath et Merari* — Priorem coniunctionis particulam omittunt cod. B, Rupertus; item samarit., graecus et cod. 173. Kennic.: alteram vero tacent Bibl. Ordin. ed. Lugd. 1590., Antuerp. 1634.; item georg. et cod. 106. holmes. Pro *septem,* Beda II, 299., cod. R *octo.*

17. *Lobni* — Codd. A, B, C, D, G, R, T, Hugo, Bibl. Lugd. 1522. *Lobeni;* it. graecus: cod. F *Lebeni;* cod. H *Libeni;* hebr. לבני; Bibl. Reg. mendose *Iobni;* Vulgatus Num. III, 18. *Lebni,* unde familia *Lebnitica;* at rursum habet *Lobni* Num. XXVI, 58. I Paral. VI, 17. 20. 29.

18. *Amram* — Cod. B *Ambram;* item auctor de Geneal. patriarch. LIX, 537. et graecus, de quo cf. Holmes.; cod. G *Amiram.* Cf. ad Num. III, 19. Pro *Isaar,* codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 22., Bibl. Reg., Ven. 1476., Lugd. 1513., Paris. 1566., all., Rupertus *Isuar;* Vulgatus Num. III, 19. legit *Iesaar,* unde vers. 27. *Iesaaritas;* sed alias, nempe Num. XVI, 1. I Paral. VI, 2. 18. 38. XXIII, 12. 18. *Isaar,* indeque XXVI, 23. *Isaaritis.* Pro *Hebron,* cod. B mendose *Hefron.* Pro *Oziel,* non pauci legunt *Ozihel;* cf. ad Num. III, 19. 27.

Ibid. *anni quoque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, aliique fere omnes, Hugo, Bibl. Lugd. 1522. 1535., all. *annique.*

19. *Moholi* — Minus recte quidam codd. et multae edd. antiquae legunt *Mooli;* est enim hebr. מחלי; unde cod. H in marg. notat: « hebr. *Mahali.* »

20. *Amram uxorem* — Cod. B *uxorem Ambram;* cf. supra ad vers. 18. Quoad nomen *Iochabed,* varia est scribendi ratio; nam Bibl. Reg., all. habent *Iochabet;* cod. V, Bibl. Ven. 1476., all. *Iochabeth;* cod. N monet scribendum per *d* finalem; conf. Holmesius; cod. H *Iochebed,* ut hebr. Pro *patruelem,* nonnullis ex correctoribus Pii V. placuerat legere cum Clario *amitam,* seu, uti habet margo Ordin., *sororem patris sui;* ita enim legitur in hebr., samaritano (mendose enim eius latina interpretatio habet *patruelem*), chaldaeo, arabe et graeco veneto; item Pseudo-Hieron. in I Paral. IV, 17. « Sane Num. XXVI, 59. Iochebed » dicitur *filia Levis nata in Aegypto.* Itaque » fuit soror Cahathi, patris Amrami. Ante le- » gem datam licuit amitam uxorem ducere, » quale matrimonium postea vetitum est, vi- » de Levit. XVIII, 12. Quod LXX. movisse » videtur, ut דדתו hic θυγατέρα τοῦ ἀδελ- » φοῦ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ponerent, quos » Vulgatus sequutus *patruelem suam* reddi- » dit. » Ita Rosenmullerus, qui addere potuisset syrum cum Vulgato consentientem, et Onkelosum in polyglottis antuerpiens., aliosque plures qui tuentur Iochabedam fuisse filiam patrui Amrami, nempe unius e fratribus Caath, adeoque neptem Levi. Cf. Calmet. Italam, quae apud Sabatierium vacat, habemus ex laudato auctore de Geneal. patriarch. l. c. legentem *filiam fratris patris sui.* Porro graecus, Hieronymus et syrus legisse videntur בת ante דדתו, vel saltem illud supplendum censuere: neque enim admittere possumus, quod nonnulli contendunt (cf. Poli Synopsis critt. et Malvenda), aut דוד *patruum* perinde ac *patruelem* significare; aut Hieronymum huic verbo prioris notionem tribuisse. Profecto castigandus est Vespasianus

Giordani, qui in nuperrimo *Dizionario della Vulgata* edito Ven. tom. III. p. 1118. verbum *patruelis* italice reddit *zio, o zia,* quod certe ab illius vocis notione alienissimum est. Cf. Tornielli *Ann. Sacri, ad ann. 2464. §. 4.*

Ibid. *peperit ei* — Cod. Urbinas apud Vallarsium, Bibl. Lugd. 1522., cod. 17. Kennicotti tacent *ei.* Mox post *Moysen,* addunt *et Mariam* codd. B, F, H 1. m., L, R, S, U 2. m., V, Cas. 6., codd. Palat. et Urbin. apud Vallarsium, Bibl. Ordin., Reg., all. plura, Rupertus, Petrus Com.; his accesserant plerique ex correctoribus Pii V.; item syrus et cod. Kennic. 686. (cf. Add. ad calcem Bibl. Kennic.): praeterea cod. B in margine addit quoque *sororem eorum,* uti samaritanus et graecus; cf. Houbigantius et Kennic. in *Dissert. gener. p. 125.* Minus accurate De-Rossi et Iahnius syro et laudato codici Kennic. istud postremum additamentum adscribunt. Verum longe plures codd., omniaque correctoria vetera cum Lovan. additamentum illud reiiciunt, quod ex loco parallelo Num. XXVI, 59. fluxisse videtur. Cf. Lucas Brugensis et Martianaeus in h. l.

21. *Filii quoque* — Cod. E *Filiique.* Minus recte pro *Core,* Bibl. Reg., all. habent *Chore.* Pro *Nepheg,* codd. B, C, D, E, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *Napheg;* it. graecus, immo et Vulgatus ita legit I Paral. XIV, 6., sed alibi rursum *Nepheg.*

22. *Filii quoque* — Codd. E, Cas. 5. *Filiique.* Pro *Elisaphan,* codd. C, D, E, F, G, H, M, S, T, U, Hugo *Elsaphan,* vel *Helsaphan;* hebr. item אלצפן; at vero samar. אלשפן; cod. A *Helsapha.* Conf. ad Lev. X, 4.

Ibid. *Sethri* — Pauci codd., Bibl. Reg., Ven. 1476., 1479., all. *Sechri:* editio Ant. plantiniana in fol. 1583., qua usi sunt sixtini, ex typorum vitio habet *Zethri* (recte autem se habet, praeter alias, editio plantiniana, eodem anno, minori forma excusa); quod quum sixtinorum sollertiam fugisset, transiit ad ed. Sixti, ann. 1590. Fallitur autem Iames (*Bellum pap.*, ed. Lond. 1840. p. 13.) dum notat *Lovan.*, et *ed. rom. fol. 1592.* legere *Zethri.* Nam gregoriani emendarunt; indeque recte impressum fuit hoc nomen in ed. 1592. aliisque clementinis. Toletus notat: « Lege *Sethri.* In graeco est idem nomen » quod prius (v. 21.), scilicet *Zechri:* sed » in hebr. est distinctum, et hoc secundo » loco legitur *Sethri;* et sic habent Ordin. et » Lovan. » Toletus hoc loco graecam versionem laudat ad fidem mendosae ed. Compl., quae tum heic, tum superiori versiculo habet Ζεχρί, eodem pacto quo cod. 5. Kennicotti utroque loco exhibet סתרי; at posteriori loco graecus vatic. a Sixto editus legit Σεγρεί, alii codd. apud Holmesium Σετρί. Cod. H, cum hebraeo, *Sithri.* Conf. Rocca l. c.

23. *Elisabeth* — Posteriores edd. Roberti Steph., indeque Lovan. scribunt *Elizabeth;* at ed. Antuerp. 1583. restituit lectionem fere unice receptam in antiquioribus edd., quam et romani correctores intactam reliquerunt. Ceterum codd. C, D, F, H, O, T, U, aliique apud Martianaeum et Vallarsium legunt *Elisabe;* immo cod. N diserte notat hoc nomen terminari per *e* vocalem iuxta hebraeum et antiquos: additamentum finale nostrarum editionum graecis acceptum referimus; unde apud Lucam I, 5. Ἐλισάβετ.

Ibid. *Nahason* — Veteres multae edd. *Naason.* Vulgatus Num. 1, 7. seqq., Ruth IV, 20. et I Paral. II, 10. 11. *Nahasson;* Matth. I, 4. Luc. III, 32. *Naasson.* Hebr. נחשון; graec. Ναασσών, at conf. Holmes. Pro *Abiu,* codd. A, E, Beda III, 319. *Abiud;* item itala ex graeco, apud auct. de Geneal. patr. l. c. Ante *Eleazar* tacent *et* cod. H, Rabanus, Petrus Com.; item hebraeus, Onkelos, Ionathanus, graecus ven. et duo codd. holmesiani; at cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *Ithamar,* cod. B *Iathamar,* ut quidam codd. graeci.

24. *Aser* — Codd. B, E, H, V 2. m., Bibl. Lugd. 1535. *Asir* (graec. Ἀσείρ); et ita habet Vulgatus I Paral. VI, 22. 23., immo et Hieronymus III, 18. ubi male Vallarsius post Martianaeum posuit אשיר, quod nullibi extat, pro אסיר; recte autem legitur *Assir* apud laudatum auctorem de Gen. patriarch.

*

l. c.; veteres quaedam edd. ut Paris. 1566. *Asser*.

Ibid. *Abiasaph* — Codd. A, E, F, N*, R, S, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Lugd. 1522., all. *Abiasab;* codd. C, D, G, T, U *Abisab;* itala ex graeco *Abiasar:* at cod. N monet scribendum esse per *ph* finalem; ita hebr. et plures codd. graeci. Animadverte hebr. heic legere אביאסף, sed in Paral., itemque in textu samaritano, alterum א deesse. Cod. O adnotat quosdam pro *Coritarum,* male scripsisse *Coreitarum,* uti habet cod. R.

25. *Aaron* — Codd. F, U 2. m., Cas. 2. addunt *sacerdotis;* concinunt duo codd. Kennicotti. Pro *filiabus,* cod. B legit *filiis,* eodem sensu. Pro *Leviticarum,* codd. G, U *Levitarum.* Mox pro *cognationes suas,* Bibl. Ordin. *generationes suas;* item graecus et cod. 69. Kennicotti; sed quidam graeci codd. legunt γένος, quod facile ad utramque notionem trahi potest; idem dicendum de syro, Ionathane, armeno et georg.

26. *Dominus* — Beda II, 300. *Dominus Deus.* Pro *de terra Aegypti,* cod. Cas. 1. *de Aegypto;* item non pauci graeci codd.

27. *educant* — Bibl. Ord., plures edd. Roberti Steph., all. *educat.*

Ibid. *iste est Moyses et Aaron* — Tacent verbum *est* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, N, O, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Ordin. Cod. N admonet integrum versiculum laudatis verbis constare; aliamque periodum exordiri ab iis quae sequuntur *In die qua* etc. Et revera haec postrema clausula in sacro textu omnino a superiori seiungitur; idque imitatus est in sua ed. Isidorus Clarius. Attamen cod. N* utrumque versum connectendum esse docet. Conf. Rosenmuller. et Mariana in h. l. Animadvertat lector versiculorum numeros, quos nostrae edd. servant, Vulgato ita fere a Roberto Stephano primum anno 1555. adiectos fuisse, ut iidem responderent versiculis hebraici textus, licet saepius alia sit periodi ratio in Vulgato, ab ea quam textus hebraicus exhibet. Hinc quandoque periodorum versiculorumque distinctio in Vulgato absona videtur, minusque cohaerens. Sed de his suo loco agendum.

28. *die qua* — Sixtini, cum cod. A, *die quo.* Pro *ad Moysen,* cod. G *Moysi.*

29. *ego loquor* — Sixtus cum plerisque antiquis edd. tacet pronomen *ego;* item tres codd. holmesiani: hinc Toletus: « Adde *ego;* » ita hebr., graecus, Ordin. et Congregatio. » Nimirum sixtini et gregoriani, consentientibus antiquissimis codd. universis, illud addiderunt. Cod. N monet hebr. et antiquos legere istud pronomen. Conf. Rocca l. c. et Bukentop. p. 390.

30. *incircumcisus* — Bruno ast., Rupertus, Philippus de harv. CCIII, 758. *incircumcisis.* Pro *sum,* legunt *ego sum* codd. V, Cas. 14., Bruno ast.

Cap. VII, 1. *Dixitque* — Bibl. Lugd. 1522. 1535. *Dixit;* item georg. Pro *ad Moysen,* Brev. Goth. pag. 201. *ad eum,* uti cod. 106. holmesianus et cod. 199. Kennic. Post *Ecce,* codd. B, E 2. m., Cas. 15. addunt *ego;* item duo codd. holmes. Mox Sixtus cum lovaniensibus habet *deum* sine littera maiuscula. Ante *Aaron,* tacent *et* sixtini, codd. A, B, E, G, Cas. 18., Rabanus.

2. *loqueris ei* — Tacent pronomen sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, O, T, U, Cas. 19., Bibl. Lugd. 1522. 1526. 1535., Hugo, Rabanus, Rupertus, Philippus de harv. l. c., Brev. Goth. l. c.; cod. N adnotat hebraeum et antiquos non interponere pronomen *ei;* his accedunt plures graeci codices, et reliqui veteres, exceptis arabe et Ionathano legentibus *loqueris ad Aaron.* Bibl. Ordin., cod. P *loquere ei.*

Ibid. *et ille* — Particulam *et* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Rupertus, Philippus de harv. l. c.

4. *super Aegyptum* — Cod. B *in Aegyptum;* hebr. במצרים. Pro *et educam,* cod. O *et reducam;* codd. T, V *ut educam.* Post *exercitum,* cod. C 1. m. tacet *et,* cod. S, Biblia Paris. 1566. addunt *meum;* utrisque consentiunt hebraeus et veteres qui hunc locum interpretati sunt (silent enim syrus et Ionathanus),

5. *quia ego*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ordin., Rabanus *quod ego;* conf. VI, 7. Pro *sum Dominus* codd. A, H, Cas. 2. *sim Dominus;* cod. E 1. m. *sim Deus.* Pro *qui,* cod. B 1. m. *quod,* 2. m. cum Brev. Goth. l. c. *quum.*

6. *Fecit itaque* — Codd. Cas. 2. *Fecitque.* Pro *praeceperat Dominus,* Bibl. Ord. *praecepit Dominus;* cod. Cas. 1. *praeceperat Deus;* cod. H interponit *eis,* ut hebr. et veteres omnes; codd. Cas. 5. addunt *et.*

8. *et Aaron* — Cod. E *et ad Aaron.*

9. *Ostendite* — Codd. R, S, Cas. 3., Bibl. Lugd. 1550. 1567., Paris. 1566. addunt *nobis,* quod cod. O monet expungendum; legitur tamen in graeco (indeque apud Augustinum) et in cod. 109. Kennic.; hebr., chald. et graecus ven. *Date vobis;* nempe: « Divini- » tus vos esse missos comprobate; » dubitare autem non possumus Hieronymum illud pronomen neglexisse; minus apte syrus et arabs *Date mihi.* Post *virgam,* Rupertus cum Augustino et graeco, itemque graeco ven. tacet *tuam.* Post *Pharaone,* codd. F, U 2. m., V addunt *et servis eius,* uti Augustinus cum graeco; ex seq. versic.

Ibid. *vertetur*—Cod. E *convertetur;* Sixtus, codd. D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545., Lovan., all., Rabanus, Rupertus, Brev. Goth. p. 202. *vertatur;* hebr. יהי; conf. Bukentop. p. 390. Alios codices sequuti sunt sixtini et gregoriani qui hodiernam lectionem probarunt; item Rocca, Toletus et Lucas Brugensis; cod. O notat utramque vocem suos habere testes.

10. *Ingressi . . . fecerunt* — Cod. Cas. 1. *Ingressi sunt . . . feceruntque.* Post *praeceperat* cod. I addit *ei;* item cod. 106. holmesianus: graecus, Onkelos et syrus addunt *eis.*

Ibid. *tulitque* — Sixtini, codd. A, C 1. m. *tulit itaque;* margo Ordin. *et proiecit,* uti legunt hebr., graecus et reliqui; cf. Thomas. I, 14. et Rabanus; item Augustinus apud Sabatier. Correctores Pii V. haesitaverant utrum haec lectio esset praeferenda. Utramque lectionem adsumunt codd. Cas. 2. legentes *tulitque Aaron virgam suam* (istud pronomen habetur in hebr. et reliquis, praeter graecum, de quo cf. Holmes. cui addes August. *Quaest. 20.* in Ex.) *ac proiecit coram Pharaone;* item codd. Cas. 6., qui mox post *servis eius* addunt *proiecitque eam.* Petrus Com. legit *tulit ergo Aaron virgam Moysi et iecit eam in terram coram Pharaone.*

11. *etiam ipsi* — Codd. B, I, Bruno ast. tacent *etiam;* Brev. Goth. l. c. legit *etiam et ipsi.* Pro *Aegyptiacas,* sixtini, codd. A, B, G, H, O, T, Cas. fere omnes, Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1526., all., Victor cap. *Spicil. solesm. I, 271.*, Rabanus, Rupertus *Aegyptias.* Pro *similiter,* cod. B *similia.*

12. *virgas suas* — Cod. B tacet *suas.* Mox pro *versae sunt,* codices Cas. fere omnes *conversae sunt.*

13. *Pharaonis* — Codd. Cas. 4. *Pharaoni.* Mox codd. Cas. 22. tacent *et.*

Ibid. *sicut praeceperat* — Cod. H *sicut dixerat;* margo Ord. *sicut locutus fuerat.* Eadem lectio atque varietas occurrit infra vers. 22. VIII, 15. 19. IX, 35. At Vulgatus IX, 12. legit *sicut locutus est.* Hebraeus constanter ubique כאשר דבר, item chald. et arabs; item graecus (licet heic editio vatic. legat καθάπερ ἐνετείλατο, nam fere universi graeci codd. habent ἐλάλησεν), excepto IX, 12. ubi legitur καθὰ συνέταξε; syrus quoque cum hebraeo facit, excepto IX, 35. ubi habet امر بهذا. Dubitare autem non possumus Vulgatum in locis excitatis usurpasse verbum *praeceperat,* quod a latina elegantia non abhorret, pro *praedixerat;* refertur enim ad obstinatum regis animum, de quo Deus loquutus antea perhibetur Ex. III, 19.

14. *non vult* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Roberti Steph., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c. *et non vult,* uti syrus et arabs. Ad fidem codicum lovanienses coniunctionem abieceruntquos reliqui sequuti sunt. Post *populum,* Brev. Goth. l. c. addit *meum;* item tres codd. holmesiani.

15. *ecce egredietur* — Cod. E *et ecce egre-*

ditur; item georg., nonnulli codd. hebr. Kennic. et graeci holmesiani; sixtini cum cod. A *ecce egreditur;* item hebr., graecus et reliqui. Hinc fortasse apud August. *Locut.* 34. legendum est *exit,* non vero *exiit.* Pro *virgam,* codd. E, U, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *virga.* Pro *conversa,* codd. B, E, Cas. 11. *versa;* ut supra vers. 10. et IV, 3.

16. *Dicesque* — Brev. Goth. l. c. *Et dices.* Mox codd. C, D, E, F, H, T, U *mihi sacrificet.* Post *audire,* Bibl. Paris. 1566. addunt *me,* uti armenus et cod. 25. holmesianus.

17. *sim Dominus*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *Dominus sim.*

18. *sunt in fluvio*—Codd. E, S *sunt in flumine;* cod. F *sunt in fluminibus;* Vulgatus vers. seq. et VIII, 5. cum hebraeo habet *fluvios.* Mox pro *aquam,* Brev. Goth. l. c. *aquas;* hebraicum מים Vulgatus haud raro reddit per plurale nomen *aquas,* uti vers. 15. 19. VIII, 6. 20.; item graecus: saepe vero uterque utitur numero singulari.

19. *Dixit quoque*—Cod. G *Dixit ergo.* Mox Rabanus *Dominus Deus.* Ante *Aaron,* cod. O tacet *ad;* cf. ad VIII, 5. Post *virgam,* sixtini, codd. A, F tacent *tuam;* item armenus et duo codices holmesiani. Pro *aquas,* Brev. Goth. l. c. *aquam.* Pro *ac paludes,* cod. E *ac paludes;* Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Bruno ast. *et paludes.* Pro *ut vertantur,* cod. E *et revertantur;* Brev. Goth. l. c. *et vertantur;* favent hebraeus et graecus. Pro *et sit cruor,* cod. I *ut sit cras;* cod. B 1. m. tacet *cruor.* Demum pro *omni,* Brev. Goth. l. c. *universa.*

20. *Feceruntque*—Addunt *ita* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, Q, R, S, T, U, Cas. 15., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., Rabanus; consentiunt hebr., graecus et reliqui. Cod. V, Brev. Goth. l. c. *Fecerunt itaque.* Post *praeceperat,* cod. O addit *eis,* uti graecus et syrus.

Ibid. *et elevans* — Codd. A, U *et levans;* codd. Cas. 12. tacent *et.* Post *virgam,* codd. Cas. 3. addunt *Aaron;* item syrus et fere omnes graeci codices. Pro *aquam . . . versa est,* codd. A, E *aquas . . . versae sunt,* item hebraeus.

21. *in flumine* — Cod. O notat: « Non est » hic *in fluvio,* sicut est supra (v. 18.). » Pro *aquam fluminis,* Bibl. Ord. *aquam fluvii.* Pro *in tota,* cod. A *in omni.*

22. *incantationibus suis* — Cod. G praemittit *in;* codd. Cas. 2., Brev. Goth. l. c. legunt *per incantationes suas,* ut supra vers. 11. et VIII, 7. Symmachus διὰ τῶν ἀποκρύφων αὐτῶν. Mox codd. Cas. 11. tacent *et;* ut georg. De verbo *praeceperat* conf. vers. 13.

24. *omnes Aegyptii* — Brev. Goth. l. c. tacet *omnes;* item Ionathanus, Procopius et tres codd. Kennic. Pro *per circuitum,* codd. Cas. 8. *in circuitu.* Pro *aquam ut biberent,* Brev. Goth. l. c. *puteos, ut biberent aquas;* Petrus Com. item addit *puteos.* Pro *bibere de aqua,* codd. E, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *bibere aquam,* uti supra versic. 21.; accedunt graecus, syrus, codd. Kennic. duo, et cod. 61. samarit.

25. *Impletique* — Cod. G, Brev. Goth. l. c., Rupertus *Impleti.*

Cap. VIII, 1. *Dixit quoque* — Codd. C, D, E, R, S, T, U, V, Thomas. I, 20., Rupertus, Brev. Goth. l. c. *Dixitque.* Post *ad Pharaonem,* cod. F addit *regem Aegypti,* ut supra VI, 11. 13. 29. Post *sacrificet mihi,* Rupertus addit *in deserto,* ut V, 1. VII, 16. VIII, 28.

2. *sin autem* — Ita sixtini et gregoriani cum plerisque codd.; cf. Rocca I, 304. Sixtus autem, cum codd. B, G, antiquis edd., Brev. Goth. l. c., Ruperto, *si autem.* Conf. ad Gen. XLIII, 5. Pro *nolueris,* cod. F *nolueritis,* cod. G *noluerit.*

3. *et cubiculum . . . et in populum* — Brev. Goth. l. c. *et in cubiculum . . . et ad populum.* Pro *et in domos,* codd. E, G *in domo;* cod. F *et super domum,* hebr. ובבית; cf. Sabatier.

4. *populum tuum* — Cod. E tacet *tuum;* item cod. 69. Kennicotti. Mox codd. Cas. 5. tacent *tuos.*

5. *Dixitque* — Cod. A *Dixit quoque.* Pro *Dic ad Aaron,* codd. A, E, Victor capuan. l. c. *Dic Aaron,* graec. εἶπον Ἀαρών. Mox pro

manum tuam super fluvios, cod. B *manum super fluvium;* quoad pronomen omissum concinit graecus; at cf. Holmes.: quoad nomen sing. *fluvium* consentit Brev. Goth. l. c. et cod. 135. holmesianus. Heic הנהרת de Nili canalibus accipiendum videtur. Pro *ac super rivos et*, sixtini, codd. plerique, Bibl. Ordin., Rabanus, Brev. Goth. l. c. *et super rivos ac*. Ante *terram*, cod. T addit *omnem*.

6. *Et extendit* — Tacent copulam sixtini, codd. A, C, D, E, F, O, T, U, V, Cas. 16., Bibl. Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Bruno ast., Brev. Goth. l. c.; it. cod. 72. holmesianus. Pro *manum*, Bruno ast. *manus;* codd. E, Cas. 5. *manum suam;* item hebraeus et reliqui, excepto graeco, de quo cf. Holmes. Pro *aquas*, Brev. Goth. l. c. *aquam;* cf. VII, 18. Post *terram*, cod. A tacet *Aegypti*.

7. *Fecerunt autem et* — Cod. A *Feceruntque;* cod. R, Bibl. Ord. tacent *et;* item hebr. et plerique veteres; cod. B *Fecerunt quoque et*.

8. *Vocavit autem* — Brev. Goth. l. c. *Vocavitque;* graecus Καὶ ἐκάλεσε, at conf. Holmes. Mox Rabanus *Pharao ad Moysen;* hebr. פרעה למשה. Post *dixit*, sixtini, codd. A, B, E, G, R, Cas. 5. tacent *eis*, quibus favent hebr., graecus et reliqui, praeter syrum et nonnullos graecos codd. holmesianos. Pro *Orate Dominum*, Brev. Goth. l. c. *Orate ad Dominum;* graecus πρὸς Κύριον.

9. *Dixitque* — Cod. F *Dixit quoque;* cod. S *Dixit*. Pro *ad Pharaonem*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, O, P, R, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c. *Pharaoni*. Mox Bibl. Lugd. 1550. 1567., all. *deprecor*. Pro *ranae a te*, cod. O, Bibl. Lugd. 1522. *ranae et a te*.

Ibid. *et a servis tuis et a populo tuo* — Correctores Pii V. dubitarunt aliquando utrum haec verba essent expungenda, adnotaverant enim eadem a tribus supra triginta codd. abesse; itemque ab ed. Isidori Clarii. Sixtini illa abiecerunt, quibus consentiunt codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 12., O, Q, T, U, V, Cas. 19. At Sixtus antiquas, ut fere solet, editiones sequutus, eadem restituit. Gregoriani vero rursus illa verba expungenda decreverant. Denique clementini Sixtum imitati illa retinenda censuerunt; idque ex Angeli Rocca schedis constat: nam Toletus silet. Latinorum codicum testimonium suadere videtur illa verba heic ab ipso Hieronymo inserta non fuisse; atque ex aliis locis parallelis, quae proxime praecedunt et subsequuntur fuisse derivata. Idque confirmant hebraicus textus, Onkelos, Ionathanus, syrus, arabs, graecus venet. et persa. Attamen hodierna Vulgati lectio consentientem habet textum et versionem samaritanorum; ille enim legit [illegible]; altera vero [illegible]. Ex parte accedit graecus alex., qui verbis καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ὑμῶν, praemittit καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ σου.

10. *Qui respondit* — Cod. E *Cui respondit*. Pro *At ille*, cod. E *Et ille;* Brev. Goth. l. c. *Et Moyses;* item cod. 71. holmesianus. Pro *inquit, verbum tuum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, T, U, Hugo *verbum, inquit, tuum;* codd. R, V, Bibl. Ord. *verbum tuum, inquit*. Cod. E tacet verbum *faciam*, cui favent hebr. et veteres. Pro *quoniam non*, sixtini, codd. A, P, Cas. 3., Bibl. Ord. *quia non;* cod. G *quod non*. Mox codd. Cas. 14. tacent *Dominus;* cod. B 2. m. legit *sicut homo Dominus;* fortasse librarius contulerat Num. XXIII, 19. Iudith VIII, 15. Iob XXII, 2. vel his similia.

11. *recedent* — Cod. F, Hugo *recedant*. Pro *a servis*, codd. C, D, F 1. m., O, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo *a pueris;* cod. O animadvertit codices modernos legere *a servis*. Mox tacent *et* ante *tantum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, R, T, U, V, Cas. 19., Hugo, Breviar. Goth. l. c.; accedunt hebr., graecus et reliqui, excepto arabe.

12. *pro sponsione* — Bibl. Ord. *pro responsione*. Ex hebraeo sententia reddi potest: « *propter* ranas, quas Pharaoni Deus impo- » suerat. »

13. *et de villis* — Cod. A *et villis*.

14. *Congregaveruntque* — Codd. C, D, Rabanus *Congregaruntque*. Cf. infra XVI, 18.

15. *Videns autem* — Cod. E *Videns ergo.* Pro *ingravavit,* Rabanus *ingravabat;* Bruno ast. *induravit.* De verbo *praeceperat* cf. VII, 13.; sed heic cod. B addit *eis;* it. duo codd. holmesiani; syrus addit *Moysi.*

16. *virgam tuam* — Bruno ast. *manum tuam;* item duo codd. Kennic.; samaritanus et graecus (indeque Augustinus) utrumque habent, nempe *manu virgam tuam;* cf. vers. seq. Pro *et sint,* cod. T *ut sint.* Sequitur *sciniphes;* ita sixtini et gregoriani ad fidem plurimorum codicum, hoc loco et in sequentibus versic.; idque probarunt Rocca et Toletus. Sixtus vero cum plerisque edd. antiquis *ciniphes.* Vulgatus ad Psal. CIV, 31. habet *cinifes.* Cf. Forcellini Lexicon ad h. v. Pro *in universa,* Rupertus et Petrus Com. *in omni.*

17. *Et extendit* — Codd. F, U, Cas. 15., Brev. Goth. l. c. tacent nexum. Pro *percussitque,* Brev. Goth. p. 203. *et percussit.* Pro *et in iumentis,* codd. S, V, Cas. 15., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. *et iumentis.* Mox pro *omnis,* legunt *omnisque* codd. B, Cas. 2., Bruno ast.; copulam praemittunt graecus, syrus et nonnulli codd. hebraici apud De-Rossi *Varr. Lectt.* ad Ex. VIII, 13.

18. *Feceruntque* — Codd. B, E *Fecerunt;* it. armen. et georg. Pro *incantationibus suis,* codd. F, Cas. 5. *per incantationes eorum;* cod. H, Brev. Goth. l. c. *per incantationes suas;* conf. ad VII, 22.; codd. G, T, U praemittunt *in.* Post *erantque sciniphes,* cod. B 2. m. addit *in plaga.*

19. *ad Pharaonem* — Cod. B, Petrus Com., itemque Hilarius apud Sabatierium, *Pharaoni;* cf. supra ad vers. 9. Mox tacent pronomen *hic* sixtini, codd. A, B 1. m., E; quibus accedit graecus venetus; cod. B 2. m. et Isidorus III, 321. legunt *Hic digitus Dei est;* at Isidorus V, 367. non modo hanc, sed et vulgatam lectionem profert; item Beda II, 302. V, 368.; codd. C, D, F, G, H, L, N, N*, O, T, U, V, Cas. 7., Rabanus (non constanter), priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin., Isidorus Clarius pro *hic,* legunt *hoc;* it. Hilarius et Augustinus ex graeco τοῦτο: cod. N adnotat: « Puto positum esse *hoc,* ne » si poneretur ibi *hic,* substantialiter mem- » brum in Deo intelligeretur; alii tamen ha- » bent *hic.* » Utramlibet eligas lectionem, vel adverbium heic admittendum, aut saltem pronomen non esse referendum ad digitum, compertum habemus; sensus autem est: « Ipsius Dei virtute hoc factum est. » Nihilominus apud Hieronymum VII, 80. legitur *digitus Dei est iste;* Chrysostomus quoque III, 763. habet δάκτυλος Θεοῦ ἐστιν οὗτος. Pro *induratumque,* codd. B, G, S, Cas. 5. *induratum;* item georg.; conf. Sabatier. Post *audivit,* Brev. Goth. l. c. tacet *eos.*

20. *Dixit quoque* — Cod. S, Brev. Goth. l. c. et Rupertus *Dixitque.* Mox Rupertus legit *Consurge et sta in diluculo.* Pro *egredietur,* codd. A, E *egreditur;* conf. ad VII, 15.

21. *Quod* — Hugo et Rupertus *Quia.* Pro *dimiseris,* cod. F *dimiseritis.* Pro *immittam,* codd. F, G, U, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Rupertus, Petrus Com. *mittam;* August. *mitto.* Tacent *et* ante *in populum* codd. E, H, Rabanus. Post *implebuntur,* addunt *omnes* codd. F 2. m., R, V, Cas. 2., Bibl. Ord., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus. Pro *et universa,* codd. A 1. m., E, Cas. 18., Brev. Goth. l. c. *et in universa.*

22. *Faciamque mirabilem*—Codd. A, D, T, Cas. fere omnes *Faciamque mirabile;* cf. IX, 4. Codd. A et G prosequuntur secunda manu *in die illa in terram Gesen;* sixtini quoque, codd. D, H, all. habent *Gesen:* praeter ea quae de hoc nomine adnotavimus ad Gen. XLV, 10., conf. nota ad Ios. X, 41.

Ibid. *et scias* — Codd. C, D, F, O, R, T, U, V, Cas. 5., Bibl. Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *ut scias;* it. August., hebr., graecus et reliqui. Codd. B, Cas. 3., Brev. Goth. l. c., Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *et scies;* codd. G, Cas. 8. *et scient.* Pro *quoniam ego,* sixtini, codd. A, C, D, F, O, R, S, T, U, V, Brev. Goth. l. c. *quia ego;* cod. B tacet *ego;* codd. Cas. 8. addunt *sim;* codd. Cas. 4., cum Augustino, *sum;* graecus εἰμί, sed multi graeci codd. tacent.

23. *Ponamque* — Cod. B *Ponam*. Pro *et populum tuum*, codd. C, D, N, S, T, U, V, Cas. 4., Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *et inter populum tuum;* item hebr., graecus et reliqui, praeter syrum: cod. G ordine inverso legit *inter populum tuum, et inter populum meum*. Pro *cras erit*, cod. Cas. 1., Bibl. Ordin., Hugo *cras enim erit;* concinunt graecus et syrus.

24. *Et venit musca gravissima* — Codd. F, Cas. 1., Bruno ast. *Et venerunt muscae gravissimae*. Petrus Com. adnotat legendum *musca gravissima*, « id est, ait, multitudo mu» scarum; et expressius dictum est, quam » si pluraliter diceretur. » Eadem fere habet Glossa ex Augustini *Quaest. 26.* (seu potius *Locution. de Exod., num. 40.*) Cf. Cornelius a Lapide in h. l. et Gesenii *Thes.* p. 654. Pro *in domos*, codd. Cas. 7. et Bruno ast. *in domum;* codd. A, F, N, O, S, T, V, Cas. 8., Hugo, Brev. Goth. l. c. *in domo;* cod. N notat: « Hebraeus et antiqui non habent *domos* plu» raliter, sed *domo*. » Graecus tantum habet numerum pluralem. Pro *et servorum eius*, Brev. Goth. l. c. *et in domo servorum eius;* item hebr. et veteres omnes; cod. B *et in servos eius;* cod. F *et in omnes servos eius*.

25. *Vocavitque Pharao* — Sixtini, codd. A, B, D, E, F, Brev. Goth. l. c. *Vocavit Pharao;* item georg.; codd. Cas. fere omnes et Rabanus *Vocavit autem Pharao;* item graecus. Pro *ait eis*, cod. A, Rabanus, Bruno ast. *ait illis*. Mox post *Ite*, tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Haymo CXVIII, 905., Bruno ast., Rupertus, Petrus Com.; it. hebr., graecus et reliqui; mendose enim exprimitur copula in latina vers. samaritani et arabici. Cf. infra X, 8. 24. XII, 31. Pro *Deo*, cod. C 1. m., Brev. Goth. l. c. *Domino;* codd. L 5., Cas. 1. cum Augustino *Domino Deo*, ut graecus et syrus; et ita habetur in versiculis sequentibus. Post verbum *terra* tacent *hac* sixtini, codd. A, B, E, G, H, Cas. 7., Brev. Goth. et Haymo ll. cc.; item Augustinus cum graeco; conf. Sabatierius. At vero « recte, » inquit Rosenmullerus, Hieronymus reddit » בארץ *in terra hac;* nam articulus hic vim » obtinet pronominis demonstrativi. » Vulgato accedunt fere omnes versiones ex graeco derivatae. Gregorius M. I, 236., Rupertus, Aelredus CXCV, 241. *in terra ista*.

26. *abominationes enim* — Particulam *enim* tacent codd. B, U, Gregor. M. I, 236. IV, 58., Rabanus, Aelredus l. c., Petrus Com.; item georg. et slavon. ostrog.; Haymo legit *abominationem enim;* item hebr. Mox tacent *Domino* codd. G, Cas. 4., Aelredus l. c.

Ibid. *Deo nostro* — Veteres editiones fere omnes cum Isidoro Clario hoc loco habent notam interrogationis; immo et pauci codd. et Gregorius l. c. Item omnes editiones vaticanae, nempe ann. 1590. 1592. 1593. 1598., ac praeterea romanae edd. ann. 1624. 1671. 1765. 1768., aliaeque recentiores haud paucae, veluti Londin. 1843. Sed profecto contra sententiam romanorum correctorum id accidisse constat; nam 1°. notam interrogationis expunxèrunt sixtini, ut patet ex cod. carafiano; 2°. item gregoriani prout constat ex cod. columnensi vaticano et ex schedis Angeli Rocca; 3°. idem Rocca in editis suis adnotationibus I, 304. diserte scribit: « Haec » sine interrogatione legenda esse censuit » Congregatio in emendatione Bibliorum iux» ta... Biblia manuscripta; » 4°. Toletus quoque in suis schedis vaticanis aperte habet: « Tolle notam interrogationis; » 5°. demum omnem ambigendi rationem eximit correctorium editum anno 1598. auctoritate Clementis VIII., ubi vitio typographorum illa interrogationis nota adscribitur. Compertum est igitur romanos censores sequutos fuisse Augustini sententiam, qui in *Quaest. 28. in Exod.* eos carpit latinos interpretes, qui legebant: *Numquid abominationes Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro?* Etsi enim hanc lectionem Aelredus CXCV, 240. asserat eamdem habere significationem, quod et Bonfrerius censuit, tamen constat incommodiorem reddere sensum. Cf. Caietanus et Iansenius in h. l. Neque probari potest, quod Cornelius

a Lapide scribit, Vulgatum interpretem interrogative transtulisse ad emphasim significandam: quod autem de chaldaeo subdit minus verum est; nullus enim veterum ita legit. Hinc recte Franciscus Lucas Brugensis de clementina Vulgati editione scribit: « Prudenter omissa est nota interrogationis, quae » est in aliis libris. » Non quaero unde id resciverit Brugensis, qui romanas correctiones laudabat habens prae manibus editionem vaticanam 1593. haec mendosam (cf. Bukent. p. 141.); certiorem namque illum fecisse videntur ipsi censores romani, quibus epistolarum commercium cum Brugensi intercessit: at certe plantiniani editores ab ipso edocti, pontificiam huius loci correctionem primi exhibuerunt, quos dein alii plures imitati sunt; hisque accesserunt Bibl. Rom. 1618. 1784. Conf. Malvenda in h. l.

Ibid. *quod si* — Hugo *quia si*. Ante *mactaverimus* cod. F addit *non;* cod. G legit *mactaveritis*. Pro *lapidibus nos,* cod. F, Bruno ast. *nos lapidibus;* Rupertus *lapidibus non;* hebr. et chald. *nonne lapidabunt nos?*

27. *Viam* — Sixtini, cod. B *Via*. Pro *in solitudinem,* sixtini, cod. A, Bruno ast., Aelredus l. c. *in solitudine;* cf. ad V, 3. ubi addes Philippum de harv. CCIII, 673. Pro *praecepit,* sixtini, codd. A, B *praeceperit;* hebr. יאמר, item samarit. (cuius mendosa est latina interpretatio in polygl.), Onkelos, Ionathanus, syrus, graecus ven., arabs et persa. Alex. habet εἶπεν, undē Ambrosius *dixit*.

28. *verumtamen* — Cod. A *ita tamen*. Pro *longius ne abeatis,* cod. G *ne longius abeatis;* Bruno ast. *ne longe abeatis*. Mox pro *rogate,* codd. Cas. 12., margo T, Bruno ast. *orate*.

29. *orabo* — Codd. B, H, R, Cas. 13., Brev. Goth. p. 203. *rogabo*. Pro *et recedet musca,* cod. G *et recedent muscae;* Bibl. Lugd. 1522. *ut recedat musca*. Pro *servis suis;* sixtini cum codd. A, S, U 2. m. *servis eius;* item Augustinus et plures graeci; codd. B, C, D, E, F, G, H, R, T, U 1. m., Cas. 17. tacent pronomen; item slavon. ostrog. Pro *noli ultra,* sixtini cum cod. A *ultra noli*. Post *fallere,* codd. Cas. 5. addunt *nos;* cod. O damnat alios legentes *me fallere,* uti habent codd. R, S.

31. *servis suis* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., Hugo; cod. F et Bibl. Rob. Steph. 1545. *servis eius;* cf. vers. 29. Pro *ne una,* codd. B, G, R, S, V, Cas. nonnulli, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *nec una*.

32. *nec hac* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S 1. m., T, U, Cas. 17., Bibl. Ordin. *ne hac*. Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. tacent *quidem*.

Cap. IX, 1. *sacrificet* — Cod. E *sacrificent;* hebr. ויעבדני, quod graeci et plerique veterum per pluralem numerum reddiderunt, at Vulgatus per singularem perpetuo expressit.

2. *renuis, et retines eos* — Cod. Cas. 1. *retines eos et renueris;* cod. B *renues et retines eum,* nempe populum meum, de quo in superiori versiculo: graecus habet αὐτοῦ, sed plures codd. αὐτοῦς. Latina versio samaritani in polygl. habet *eum* contra fidem sui textus: *renues* legitur quoque in codd. E et Cas. 8.

3. *super agros tuos* — Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. tacent *tuos;* item reliqui interpretes cum hebr., qui tamen plenius legunt *in greges tuos qui in agro;* unde quidam ex correctoribus Pii V., collato margine Ordin., legendum censuerant *super pecora quae sunt in agris tuis;* Isidorus Clarius *super gregem tuum, qui est in agro*. Primo cogitaverant sixtini de expungenda particula *et* ante *super equos,* quae non legitur in codd. C, D, H, R, S, T, U, Bibl. Ordin. et Rabano, at dein nil immutarunt; hebr. et vett. interpretes, praeter graecum, tacent copulam. Pro *et asinos, et camelos,* Rupertus *et camelos, et asinos;* Brev. Goth. p. 204. legit tantum *et camelos;* cod. F addit *tuos*.

Ibid. *et boves, et oves* — Ita sixtini et gregoriani cum codd. paene universis, Rabano et Brunone ast.: hinc Rocca I, 304. « Ita le» gitur in multis mss. Bibl., et ita Congre» gatio legendum esse censuit. » Consentiunt hebr., graecus et reliqui vett., excepto arabe

qui legit والغنم والبقر, *et oves, et boves*, uti habet Sixtus cum antiquis edd., Brev. Goth. l. c. et Ruperto. Mox codd. Cas. 12. habent *pestes valde graves erunt*. Pro *gravis*, codd. G, Cas. 2. *grandis*; graec. μέγας.

4. *possessiones Aegyptiorum* — Codd. Cas. 12. tacent *possessiones*. Mox sixtini et gregoriani, ad fidem fere omnium codd. et Bibl. Ordin., scripserunt *ut nihil*; at Sixtus cum antiquis plerisque edd. habet *ut nil*. Pro *pereat*, sixtini, codd. A, E, G, Cas. 16., Brev. Goth. l. c. *intereat*. Mox Bibl. Paris. 1566. *ex iis*; item vers. 7.

5. *Dominus tempus* — Cod. Cas. 1. *Moyses tempus*; cod. E tacet *tempus*. Pro *in terra*, codd. A, F *in terram*; cod. Cas. 1. et Brev. Goth. p. 205. addunt *Aegypti*, ut cod. alex.

6. *Fecit ergo* — Codd. Cas. 3. *Fecitque*. Pro *altera*, sixtini, codd. A, E *altero*; Brev. Goth. l. c. *in altera*. Pro *mortuaque*, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et mortua*.

7. *possidebat* — Cod. A *possederat*; cod. D *possedebatis*. Pro *Ingravatumque*, cod. G, Bruno ast. *Et induratum*; cod. F *Ingravatum*, uti Augustinus cum graeco.

8. *Tollite plenas manus* — Cod. Cas. 1. addit *vestras*; uti hebr. et veteres interpretes, praeter graecum, de quo cf. Holmes.; Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Tolle plenas manus*; Rupertus *Tolle manus plenas*; cod. 54. holmes. λαβέ. Pro *illum*, codd. A, C 1. m., D, F, G *illud*; cod. O notat alios hanc, alios illam lectionem praeferre.

9. *omnem terram* — Bruno ast. *universam terram*; Rabanus tacet *omnem*. Pro *erunt enim*, Rupertus *eruntque*. Pro *et iumentis*, codd. A, B, C, D, E, aliique plures, Bruno ast., Rupertus *et in iumentis*.

Ibid. *ulcera* — Sixtinis et gregorianis aliquod dubium de hoc verbo subortum fuerat: at nil immutarunt. Codices nostri fere omnes, praesertim vetustiores, item lovanienses et casinenses plerique legunt *vulnera* tum hoc loco, tum duobus sequentibus versiculis: item Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Petrus Dam. CXLV, 641., Bruno ast., Rupertus, Petrus Com.; cf. Lucas Brugensis. E contra pro Vulgato stant pauci codd., pleraeque edd., Isidorus V, 369., Beda II, 302. IV, 369., Rabanus et auctor serm. 20. et 21. in App. tom. V. August.; Vulgatus autem hebraicam vocem שחין perpetuo reddidit *ulcus*, excepto loco Is. XXXVIII, 21. de quo Hieronym. in Comm. scribit: « Aiunt hebraei verbum שחין » *ulcus* sonare, non *vulnus*; nam et Aquila, » Symmachusque et Theodotio ἕλκος inter» pretati sunt; » item alexandrini et graecus ven.; conf. Gesen. *Thes.* p. 1389. Scholiastes codicis N utramque interpretationem componere nititur scribens: « Alii ponunt *ulcera*, » quod *sehin* hebraice dicunt significare ma» gis proprie *ulcera*, ut dicit Hieronymus. » Unde et graecus habet *ulcera*, quia LXX. » voluerunt multum litterae adhaerere. Sed » et de corruptionibus *vulnera*, non solum » *ulcera* fiunt et apostemata; sicut habuit » Ezechias, uti ipse Hieronymus de hoc he» braico transtulit Isaiae XXXVIII. *et cata*» *plasmarent super vulnus*. Strabus etiam hic » dicit in originali: *Vesicae superbiam cordis;* » *vulnera dolosae mentis malitiam innuunt.* » At Walafridi glossa, quae ex Origene petita est, legit *ulcera*.

10. *coram Pharaone* — Codd. E, Cas. 11. *contra Pharaonem*. Pro *sparsit illum*, codd. A, C 1. m., F *sparsit illud*; cf. vers. 8. Pro *et iumentis*, codd. A, C, D, E, F, R, T, U, V, Rabanus *et in iumentis*. Conf. vers. 9.

12. *sicut locutus est Dominus ad Moysen* — Brev. Goth. l. c. *sicut praeceperat eis*; graecus quoque tacet *ad Moysen*, at conf. Holmes. Conf. dicta ad VII, 13.

13. *Dixitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, R, S, T, U, V, Cas. 17., Rabanus, Thomas. I, 20. *Dixit quoque*. Pro *consurge*, cod. G *surge*. Post *populum*, codd. Cas. 6. tacent *meum*.

14. *et super servos* — Sixtini, codd. A, C, D, E, H, P, S, T, U, Cas. 3., Bibl. Ordin., Lugd., 1522. all. tacent *et*; praeterea codd. P, Cas. 2., Bibl. Ordin. legunt *super omnes servos*; cod. E *super servum tuum*; item duo

codd. Kennic. Pro *quod non*, cod. B et Rabanus *quia non*. Mox cod. B tacet *in omni terra*.

15. *extendens manum* — Cod. B *extendam manum meam;* pronomen additur quoque in codd. A, H, L, Q, Cas. 2.; quibus concinunt hebr. et veteres interpretes, praeter graecum, de quo cf. Holmes. Pro *peribisque*, codd. D 1. m., Cas. 5., Bibl. Roberti Steph. 1540. 1545., all., Brev. Goth. l. c. *peribitisque*.

16. *Idcirco autem* — Brev. Goth. l. c., Bruno ast., Petrus Com. tacent *autem*. Pro *posui*, codd. Cas. 13. *suscitavi;* item Ambrosius: hebr. significat potius *incolumem servavi;* graecus habet διετηρήθης, Alius διετήρησα. Pro *narretur nomen meum*, Rupertus habet *enarretur nomen meum gentibus*. Brev. Goth. l. c. singulari mendo legit *tuum*, pro *meum*. Cod. Cas. 1. *universa*, pro *omni;* conf. Rom. IX, 17.; item Augustinus et Ambrosius.

17. *et non* — Bibl. Rob. Steph. 1545. tacent *et*. Mox pro *dimittere eum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, all., Brev. Goth. l. c., edd. veteres ante stephanicas paene omnes *eum dimittere*.

18. *cras hac ipsa hora* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, Brev. Goth. l. c., Agobardus CIV, 149., Rupertus, Petrus Com. *hac ipsa hora cras*. Pro *in praesens*, codd. G, V *ad praesens*.

19. *universa* — Cod. G *omnia*. Ante *morientur*, codd. A 1. m., G 2. m. addunt *et;* item hebr. et vett. interpretes (excepto graeco), quamvis non exprimatur in latina versione Onkelosi et samar. Notandum est hanc coniunctionis particulam verborum sensum nonnihil afficere; videtur enim Moyses affirmasse vi grandinis perdenda omnia animalia quae foris et sub dio constitissent: illa vero abiecta particula, asserere videtur, ex animantibus quae in agris remansissent, ea peritura quae grandine tacta fuissent.

20. *verbum Domini* — Bibl. Ordin. *verbum Dei*. Pro *confugere*, cod. G *surgere;* cod. V et Bibl. Paris. 1566. *consurgere*, idemque mendum irrepsit in ed. Rom. 1671.

21. *sermonem Domini* — Cod. B cum August., ut vers. superiori, *verbum Domini*.

22. *super iumenta* — Codd. B, V, Cas. 1. tacent *super*.

23. *Extenditque* — Brev. Goth. l. c. *Extendensque*. Pro *virgam*, cod. T 2. m. *manum;* item graecus, itala (in Augustini *Spec.* c. 54. ed. Maii), cod. 554. derossianus, et cod. 62. samar.; favet contextus; nam praemittitur *Extende manum;* cod. Kennic. 193. utramque vocem habet. Pro *fulgura*, Cas. 1. *fulmina*. Pro *super terram Aegypti*, codd. F, T 2. m., Cas. 1. *super omnem terram Aegypti;* uti habent graecus (non tamen itala apud August. l. c.) et duo codd. Kennic.

24. *Et grando* — Cod. A tacet *Et*. Pro *mista*, plures codd. et edd. scribunt *mixta*, codd. E, H, Cas. 12. *immista*. Mox ed. vatic. 1592. ex mendo typographico habet *tantaque*, quod et in cod. E occurrit; et cod. Cas. 1. legit *tantaque fuit magnitudo grandinis*. Pro *quanta*, cod. T *quantae*. Mox cod. Cas. 1. tacet *ante*, et Brev. Goth. l. c. legit *antea*. Pro *gens illa condita est*, cod. H *gens in illa condita est;* item slav. mosquen.; neque abludit graecus γεγένηται ἐφ' αὐτῆς ἔθνος, nimirum ex quo incoli coepit; uti ex hebraeo interpretatur Maurerus.

25. *in omni* — Codd. C, G, Cas. 2. *in universa*. Pro *fuerunt*, codd. Cas. 10. *fuerant*. Pro *cunctamque*, codd. B, C, D, F, G, R, S, T, U, Cas. 10., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. *cunctam;* item cod. 84. Kennic.

26. *Tantum* — Margo Ordin. *Tantumque*. Pro *Gessen*, sixtini *Gesen;* conf. ad VIII, 22. Mox pro *cecidit*, Brev. Goth. l. c. *accessit*.

27. *Misitque* — Codd. Cas. 12. *Misit itaque;* Brev. Goth. l. c. *Misit quoque*. Pro *vocavit*, Rabanus *convocavit*. Pro *dicens*, Bruno ast. cum hebraeo et antiquis interpretibus legit *et dixit*. Pro *Dominus*, Brev. Goth. l. c. cum Vigilio taps. *Deus*.

Ibid. *ego et populus* — Ita sixtini et gregoriani, consentientibus plerisque codd., Brev. Goth. l. c., Rabano, Brun. ast. et cod. 84. Kennic.; codd. A, B 2. m., Vigilius taps. et

auctor serm. 22. in App. t. V. Aug. *ego autem et populus;* item graecus; conf. Rocca l. c. At vero Sixtus cum paucis codd. et antiquis edd. legit *et ego et populus;* unde Toletus: « Lege » *ego et populus.* Tamen praemittunt *et* hebr., » graecus, Compl., Reg., Ord. et multi codd.; » Congregatio expunxit. Sensus idem est. » Conf. Lucas Brugens.

28. *ut desinant* — Codd. A, E, Cas. 13., Brev. Goth. l. c. *et desinant,* ut graecus; cod. B *ut desinat.* Post *tonitrua,* tacent *Dei* cod. Cas. 1. et Bruno ast. Pro *ut dimittam,* codd. F, R, Cas. 4., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Bruno ast., Petrus Com. *et dimittam;* consentiunt hebr. et vett. interpretes. Mox codd. Cas. 3. legunt *ut nequaquam.* Pro *hic ultra,* Brev. Goth. l. c. et Bruno ast. *ultra hic.* Demum codd. Cas. 13. habent *remaneatis.*

29. *ut scias* — Cod. A *ut sciatis.*

30. *novi autem* — Codd. V, Cas. 12. *novi enim.* Pro *necdum timeatis,* Brev. Goth. l. c. *nondum timeatis;* Augustinus *nondum timetis.*

31. *Linum ergo* — Brev. Goth. l. c. *Linum enim;* codd. Cas. 2. tacent *ergo;* mendose cod. D 1. m. *Lignum.* Pro *hordeum esset,* cod. B *hordeum erat;* cod. H *esset hordeum.* Mox Brev. Goth. l. c. tacet *et.* Pro *folliculos,* codd. C, D *folliculis;* cod. N adnotat: « Antiqui ha- » bent *folliculis,* id est in folliculis, vel per » folliculos: alii legunt *folliculos.* »

33. *ex urbe* — Codd. B, E, F, G, R, V, Cas. 3. *et ex urbe;* concinit arabs. Pro *tetendit,* Brev. Goth. l. c. et Bibl. Ordin. *extendit;* hoc verbo utitur Vulgatus versic. 29. Post *manus* addunt *suas* codd. F, Cas. 2., Bibl. Ordin.; item hebr., Aquila et reliqui, excepto graeco, de quo tamen dubitare possumus; nam plurimi graeci codices et versiones inde petitae illud pronomen exprimunt. Ante *nec ultra* cod. B addit *et.* Post *pluvia,* margo Ordin. addit *et grando,* quod additamentum in cod. O expungitur.

34. *cessasset pluvia* — Codd. Cas. 4., Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *cessassent pluvia;* margo Ordin. *cessaret pluvia;* cod. Cas. 1. addit *super faciem terrae.*

35. *cor eius* — Cod. G et Bruno ast. *cor Pharaonis;* it. syrus. Pro *et induratum,* cod. A *induratum est;* addunt quoque *est* codd. G, O, P, R, T, U, V, Cas. 9., Bibl. Paris. 1566., margo Ord.; addunt praeterea *cor eius* codd. G, R, S; sed licet non obstent hebr. et veteres interpp., tamen cod. O monet id esse reiiciendum. Mox tacent *filios* Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545. Pro *Moysi,* Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *Moysis;* at Vulgatus perpetuo usurpat *Moysi* pro secundo et tertio casu. Ex eo enim quod graeci pro utroque casu scribant Μωυσῆ latini habent *Moysi* (nam *η* et *ει* apud latinos saepe in *i* transit); idque pluribus exemplis demonstrat Forcellinius, qui concludit neminem se adhuc invenisse scribentem *Moysis.*

Cap. X, 1. *induravi* — Codd. R, Cas. 1. *indurabo.* Mox pro *ut faciam,* cod. N *et faciam;* cod. Cas. 1. *ut fiant.* Pro *in eo,* cod. F *in eos;* Augustinus *super eos;* praeter graecos, habent pronomen plurali numero chaldaeus, syrus et arabs.

2. *in auribus* — Codd. C, D, F, L, N, O, T, V, Cas. 4. *in aures;* it. Augustinus, at apud Tertullianum utraque lectio habetur. Pro *filii tui,* Brev. Goth. p. 207. *filiorum tuorum;* graecus τῶν τέκνων ὑμῶν. Pro *quoties contriverim,* cod. E *quotiens contristarim.* Post *mea* Brev. Goth. l. c. cum hebraeo et antiquis interpretibus addit *quae;* codd. S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. tacent *mea.* Pro *et sciatis,* cod. V, Bibl. Ven. 1480., Petrus Com. *ut sciatis;* codd. H, Cas. 9. *et scietis,* graecus καὶ γνώσεσθε; codd. E, G *et scias.*

Ibid. *ego Dominus* — Codd. Cas. 2. *ego Deus;* Cas. 13., Petrus Com. *ego sum Dominus;* item pauci codd. holmesiani, armen., slav. ostr., georg.; codd. C, D, T, V, Cas. 1., Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1540. 1545., all., Rabanus addunt *Deus;* codd. F, U utrumque additamentum adsumentes legunt *ego sum Dominus Deus;* accedit samaritanus textus, qui post verba  addit  , item samaritanus interpres.

3. *dixerunt ei* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, O, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ordin., Hugo *dixerunt ad eum;* cod. G tacet pronomen; mox vero post *dimitte* addit *mihi*. Post *sacrificet mihi,* codd. L 3. addunt *in deserto;* item tres codd. holmesiani; at recte Lucas Brugensis asserit istud additamentum aliunde petitum esse. Conf. supra ad VIII, 1.

4. *Sin autem* — Cod. B *Si autem*. Conf. ad Gen. XLIII, 5. Verba *resistis, et* in Brev. Goth. l. c. non leguntur; eique concinunt hebr., graecus et reliqui interpretes. Pro *locustam,* codd. G, Cas. 13. *locustas;* item arabs et slav. ostrog. At vero Hugo: « *Locustam* singulariter » dicit, sicut superius *muscam,* ad exprimen- » dum maiorem numerositatem. »

5. *operiat* — Ita sixtini et gregoriani ad fidem omnium antiquiorum codd.; cf. Rocca I, 304. At Sixtus cum antiquis edd., et codd. F, R, S, habet *operiet;* unde Toletus: « Lege *ope-* » *riat;* sic Congregatio. Sed hebr., graecus, » Compl., Reg., Ordin. et alii codd. legunt in » futuro *operiet*. Idem est sensus. » Codd. G, Cas. 13., arabs et slav. ostrog. *operient;* Brev. Goth. l. c. *cooperient;* concinit arabs. Pro *superficiem,* veteres fere scribunt *super faciem*. Pro *ne quidquam eius,* codd. A, C, D, G, H, O, R, S, T, U, Cas. 7., Bibl. Ord. *nec quidquam eius;* hebr. et veteres exprimunt nexum, sed subiungunt verbum futuri temporis; Brev. Goth. l. c. addit *virens*. Pro *comedatur* cod. C *comedat,* consentiunt hebr. et veteres interpretes. Pro *fuerit grandini,* codd. A, C, D, E, F, G, S, T, U, Cas. 21., Bibl. Ord. *fuit grandini;* margo Ordin. *fuit vobis a grandine;* veteres quoque cum hebr. addunt *vobis*. Pro *corrodet,* codd. V, Cas. 9. *corrodent*.

6. *Et implebunt* — Codd. Cas. 2., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. *Et implebit;* refertur enim ad nomen sing. *locusta;* hebraeus et veteres habent quidem verbum plurale, sed ad aliud nomen refertur, nempe legunt *Et replebuntur domus tuae*. Pro *quantam,* codd. C, D, T, U, Cas. 1., Bibl. Ord., Lugd. 1522., Paris. 1566., all. *quantum;* codd. Cas. 13. *quantas;* nam isti ad vers. 4. legunt *locustas*. Pro *et avi, ex quo,* Brev. Goth. l. c. *a die ex quo,* uti cod. 17. Kennic.; cod. Cas. 1. *et avi, qui;* Cas. 12. tacent *et avi*. Pro *sunt,* cod. Cas. 1. *fuerunt*.

Ibid. *Avertitque se, et egressus est* — Codd. D, F tacent *est;* cod. Cas. 1. post *se* addit *Moyses;* item graecus, sed cf. Holmes.; codd. Cas. 6. legunt *Averteruntque se, et egressi sunt;* nam sermo fuerat de Moyse et Aaron qui ingressi erant ad Pharaonem; suffragatur syrus.

7. *Dixerunt autem* — Cod. E *Dixerunt ergo;* Brev. Goth. l. c. *Dixeruntque*. Pro *dimitte homines,* cod. E *dimittite homines;* Brev. Goth. l. c. *dimitte populum;* habent quoque *populum* arabs et slavon. ostrog. Mox Victor capuan. *(Spicil. solesm. I, 272.)* cum codd. A, V, tacet *Deo*. Post *perierit,* codd. Cas. 2. addunt *tota*.

9. *senioribus* — Sixtini, codd. A, E, G, H, N*, Cas. 20., Brev. Goth. l. c., Rupertus III, 1284. *senibus;* cf. Holmes. et infra ad XVII, 5. 6. XVIII, 12. et alibi. Pro *Domini Dei nostri,* cod. G *Domini nostri Dei;* cod. E tacet *Domini;* codd. A, C, D, F, L 6., N, O, Q, T, U tacent *Dei,* uti hebr., et veteres interpretes; sed conf. Holmes.

10. *Pharao* — Tacent hoc nomen codd. A, B 1. m., E, Cas. 11.; itemque primo sixtini; quibus consentiunt hebr. et veteres interpretes, excepto slav. mosq. et graeca ed. Aldi. Pro *quo modo ego dimittam vos,* cod. G *quomodo ergo vos dimittam;* cod. O adnotat heic *quo modo* non esse interrogativum, uti constat ex hebr. Mendose igitur quaedam edd., uti Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., habent notam interrogationis post *parvulos vestros*. Codd. Cas. 3. tacent *ego*.

11. *Non fiet* — Codd. G, Cas. 3. *Ne fiat;* codd. E, L, Bibl. Ven. 1480., Reg., Roberti Steph., all. *Non fiat;* hanc lectionem primo admiserant sixtini, dein neglexerunt. Hebraeus habet לֹא כֵן; samaritanus vero ⱞⱁⱣⱁ, quod in polygl. et apud Houbig. aliosque redditur *ideo, propterea;* at fortasse ita scribitur per crasin, quia, ut monet Castellius,

ל saepe praefigitur pro אל; graecus ipse interpres hebraicum לכן Gen. IV, 15. et Is. XVI, 7. reddit οὐχ οὕτως, quasi legisset לא כן; attamen Gesenius, qui hanc olim sententiam amplexatus fuerat, illam retractavit in *Thesauro p. 668.*

Ibid. *et ipsi* — Codd. Cas. 9. tacent *et.* Pro *de conspectu,* cod. S, Brev. Goth. l. c., Petrus Com. *a conspectu.*

12. *Dixit autem* — Codd. Cas. 2. *Dixit item;* codd. S, Cas. 1. *Dixit autem iterum.* Pro *ascendat,* cod. T *ascendant*; it. arabs et slav. mosq.; Bibl. Ven. 1476. 1480., Rob. Steph. 1540. 1545., Paris. 1566., all. et margo Ord., *descendat.* Pro *super eam,* veteres Vulgati edd. fere omnes habent *super terram;* item hebr., graecus et reliqui interpretes. Verum sixtini ad fidem vetustiorum codd., Bibl. Ord., Rabani, Ruperti, all. hodiernam lect. intulerunt; cui suffragantur pauci codd. holmesiani. Cf. Rocca l. c. Pro *et devoret,* codd. A, Cas. 12. *ut devoret.* Pro *fuerit,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, U, V, Cas. 22., Bibl. Ordin., Rabanus, Rupertus *fuit;* conf. vers. 5.

13. *Et extendit*—Particulam *Et* tacent sixtini, codd. A, G, U, Cas. 22., Brev. Goth. l. c., Bruno ast., margo Ordin. Pro *urentem,* Brev. Goth. l. c. *arentem;* mox idem tacet *urens;* Rabanus in *Spicil. solesm.* I, 515. *vehemens;* Aquilam et Symmachum qui habent ὁ καύσων imitatus est Hieronymus. Pro *die illa, et nocte,* codd. C, D, E, F, H, R, T, U, V, Cas. fere omnes, Bibl. Paris. 1566., Rabanus, Bruno ast. *illa die, ac nocte.* Mox Rabanus *facto mane.* Pro *levavit,* Gregor. M. I, 1018. *levabat.*

14. *universam terram* — Codd. E, Cas. 3., Brev. Goth. l. c. *omnem terram;* cod. A tacet *universam;* item cod. 127. samarit. Pro *fuerant,* codd. C, D, E, F, O, R, T, Cas. 8., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus *fuerunt.* Mox pro *sunt,* Brev. Goth. l. c. *erant.*

15. *universam superficiem* — Brev. Goth. l. c. *universa super faciem.* Pro *Devorata est igitur herba,* cod. A *Devorantes ergo herbam;* post *igitur,* cod. B addit *omnis;* item hebr., graecus et reliqui. Ante *arboribus* cod. B tacet *in.*

Ibid. *nihilque*—Ita sixtini, plerique codd., Rabanus, Brev. Goth. l. c.; conf. Rocca l. c. et Lucas Brugens. At codd. C, D, S, T, U, V, veteres edd. *nihil quoque;* codd. A 1. m., Cas. 1. *nihil.* Mox Brev. Goth. l. c. *virens omnino.* Pro *et in herbis,* codd. C, D, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Petrus Com. *et herbis.* Pro *in cuncta Aegypto,* cod. B *in cuncta Aegypti;* hebr. et vett. *in omni terra Aegypti;* codd. S, Cas. 4. praemittunt *et;* item armenus.

16. *festinus* — Cod. B, Brev. Goth. l. c. *festinans.* Pro *eis,* codd. G, Cas. 1. *ad eos;* hebr. et veteres, excepto syro, hoc pronomen omittunt.

17. *dimittite* — Codd. C 1. m., F, Cas. 5., Bibl. Ord. *dimitte;* it. hebr., Onkelos (cuius mendosa est interpretatio lat. in polygl. londinens.), Ionathanus, persa et graecus ven. At samaritanus cum Vulgato habet אך, quem reliqui sequuntur. Pro *peccatum mihi,* codd. A, C, D, F, Q, R, S, T, U, V *mihi peccatum;* Rupertus *peccatum meum;* August. *delictum meum;* item hebr., graec. et reliqui; Bruno ast. tacet *mihi.* Pro *et rogate,* cod. A et Brev. Goth. l. c. *et orate ad;* codd. Cas. 3. tacent *et.* Mox Rupertus *mortem istam a me.*

18. *Egressusque Moyses . . . oravit* — Huius lectionis origo investiganda est; nam ante Sixtum nuspiam occurrit in nostris Bibliis. Quum Mosis nomen in antiquis codd. heic non reperiissent sixtini, ad fidem codicis A scripserant *Egressusque . . . oravit:* at vero animadvertens Sixtus Mosis nomen in antiquis edd. numquam decsse, illud restituit, indeque ortum habuit hodierna lectio, quam gregoriani, licet dubitantes, retinuerunt. Quaestionem de praedicto nomine posthabuit Angelus Rocca l. c., qui id unum adnotavit sacram Bibliorum Congregationem ad fidem aliquot codicum verbum *est,* particulamque *et* expunxisse. Ceterum codd. B, C, D, G, H, L 6., N, O, Q, T, U, V 1. m., Cas. 5. habent *Egressus-*

que est... et oravit (cod. E *Egressusque est... et rogavit*); item hebr., Onkelos, Ionathanus, samaritanus, graecus ven., persa: Saadias quoque Mosis nomen tacet. E contra codd. F, R, S, V 2. m., veteres Vulgati edd. legunt *Egressusque est Moyses... et oravit;* quam lectionem retinent graecus, syrus, cod. 62. samar., paucique codd. hebr. et chaldaici apud De-Rossi. His accedunt Rabanus qui habet *Egressus est Moyses... et oravit;* Brev. Goth. l. c. et georg. *Egressus Moyses... oravit.*

19. *ab occidente... Mare rubrum* — Sixtini *ab Occidente... mare Rubrum;* sed minutiora haec ad orthographiam unice spectantia subinde attigisse sufficiat. Pro *arreptam,* cod. E *abreptam;* non male. Pro *ne una,* codd. F, R, S, V, Cas. 8., Bibl. Ord., Reg., all. *nec una.*

21. *Dixit autem... in caelum* — Margo Ordin. *Dixitque... ad caelum.* Mox codd. E, V *ut sint.* Pro *super terram,* cod. B *super omnem terram;* cod. Cas. 1. *super universam terram;* concinunt arabs, slavon. ostrog., pauci codd. holmesiani, cod. 150. Kennic.

22. *Extenditque* — Legunt *Extendit* sixtini, codd. A, B, C 2. m., D, E, F, G, N, O, S, T, U, V, Cas. plures, Hugo, Brev. Goth. p. 208., Rabanus, Bruno ast., Rupertus; item armen. et georg. Pro *manum,* cod. G *manus;* cod. Cas. 1. *manum suam;* item hebr. et veteres interpretes, praeter graecum, de quo conf. Holmes. Pro *horribiles,* Brev. Goth. l. c. *terribiles.* Pro *in universa terra,* codd. Cas. 12. *super universam terram;* item graecus; cod. C *super terram.* Post verba *tribus diebus* edd. clementinae cum Rob. Steph. et Lovan. periodum claudunt: at vero antiquiores edd. cum Bibl. Ordin., Reg., all. ab iisdem verbis novam periodum exordiuntur. In hebr., graeco et reliquis eadem verba geminantur, seu in utraque periodo leguntur.

23. *Nemo vidit fratrem suum* — Brev. Goth. l. c. *Nec frater vidit fratrem;* cod. E praemittit *et;* item graecus et cod. 75. Kennic. Pro *de loco,* codd. C, D, N, O, S, T, Rabanus *de eo loco.* Mox cod. A 1. m. *in quo erant.*

24. *et Aaron, et dixit eis* — Cod. H legit tantum *et dixit;* concinunt hebraeus, syrus, Onkelos, Ionathanus, arabs, graecus ven. et persa: sed addunt *et Aaron* samarit., graecus, cod. 17. Kennic., cod. 661. derossianus, et nonnulla exemplaria chald. « Neque enim, » inquit Houbigantius, sine Aarone convenie- » bat Moyses Pharaonem. » Post *Domino,* addunt *Deo vestro* codd. A, Cas. 13.; item graecus, syrus et cod. 296. derossianus. Pro *tantum* cod. B legit *autem;* et pro *remaneant* cod. A *maneant.*

25. *Ait Moyses* — Cod. A particulam *et* praemittit; it. hebr., graecus et plerique vett.

26. *Cuncti* — Brev. Goth. l. c. *Cunctique;* item hebr., graecus et reliqui. Pro *non,* codd. F, Cas. 3., Petrus Com. *nec;* item graecus et syrus; conf. Sabatier. Pro *eis,* codd. Cas. 10. *his.* Pro *quae,* codd. Cas. 12. *quia;* hebr. legit כי, sed alia est periodi ratio. Pro *in cultum Domini Dei,* cod. B *in cultu Dei.* Post *immolari,* margo Ord. addit *Domino,* ut hebr. et vett.

28. *Dixitque* — Codd. D, F *Dixit quoque.* Pro *Pharao ad Moysen,* sixtini legendum duxerant *Pharao ad eum,* uti habent codd. B, E, Cas. 13., Brev. Goth. l. c.; quibus consentiunt hebr. et reliqui, excepto syro et tribus codd. holm. qui cum Vulgato faciunt, et graeco qui legit tantum Φαραώ. Ante verbum *cave* tacent *et* sixtini, codd. A, B, E, G, H, N*, R, Cas. 17., Brev. Goth. l. c., Rupertus; his adstipulantur hebr., graecus et reliqui, praeter arabem, georg. paucosque graecos codd. Post *quocumque,* cod. T addit *enim;* item hebr., graecus et reliqui. Pro *morieris,* cod. S, Brev. Goth. l. c. *morte morieris.*

29. *Ita fiet* — Ita legunt codd. F, V et Dionysius carthus.; reliqui codd., et edd. veteres habent *Ita fiat.* Hodiernam lectionem primus, ut videtur, protulit Sixtus, quem ceteri imitati sunt. Quum vero romanorum censorum documenta heic sileant, haud temere, mea quidem sententia, quis suspicaretur fortuita potius ex caussa, puta typorum vitio, quam data opera id immutatum fuisse; nec enim quidquam sensum turbare videtur. Mox cod. E tacet *ultra,* ut cod. 109. Kennic.

Cap. XI, 1. *plaga tangam* — Brev. Goth. p. 208. *plaga tantum feriam.*

2. *Dices ergo* — Rabanus *Dic ergo.* Pro *argentea, et aurea,* cod. B, Rabanus *aurea, et argentea;* item Augustinus *Quaest. 39. in Ex.* cf. Gen. XIII, 2. Ex. III, 22. Addunt *et vestem* correctores Pii V., codd. L, R, S, Cas. 2., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Rob. Steph. 1540. 1545., all.; his suffragantur samaritanus, graecus, cod. 109. Kennic.; cf. Houbigantius et De-Rossi; it. infra XII, 35. Codd. M, N, O adnotant non esse huius loci verba *et vestes.*

3. *populo suo* — Tacent *suo* sixtini, codd. A, B, C 1. m., G, Cas. 17., Brev. Goth. l. c.; his favent hebr. et veteres interpretes, excepto graeco, de quo cf. Holmes.; at samaritanus et pauci codd. hebraici apud De-Rossi habent העם הזה. Mox cod. Cas. 1. tacet *valde;* item duo codd. Kennic.

4. *Et ait* — Brev. Goth. l. c., margo Ord. addunt *Moyses,* uti hebr., graecus et reliqui vett. interpretes.

Ibid. *egrediar* — « Haec lectio, ait Rocca » l. c., in multis Bibliis mss. exstat, et melior » censetur. » Re quidem vera ita legunt fere omnes nostri codices et Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., aliaeque paucae editiones. Nam Sixtus, veteres edd. longe plures cum paucis codd. (F, G, U), Brev. Goth. l. c., Brunone ast. et Petro Com. habent *ingrediar;* hanc lect. retinuit mendosa Calmeti editio qua deceptus fuit Vallarsius: eidemque accedunt graeci; quamquam graeci εἰσωρεύομαι; sed edit. Ald. εἰσπορεύσομαι. Hinc Toletus scribit: « Lege *egrediar:* sic hebr. et decem » mss., et Ordin. ad marginem, et Congrega- » tio posterior; licet in quibusdam mss. sit » *egredior,* quam lectionem secuta est prior » Congregatio. » Posterioris Congregationis nomine Toletus designare solet gregorianam; priorem autem dicit sixtinam. Quod in laudatis verbis de gregoriana asserit verissimum est; non item quod de sixtina Congregatione. Ex nostro enim codice carafiano perspicue apparet sixtinos quoque scripsisse *egrediar.* Praeterea animadvertendum est hebraicum textum יוצא, lectioni *egredior,* potius quam alteri favere; unde graecus ven. interpretatur ἔξειμι, cui plerique veterum consentiunt. Mox ante *Aegyptum* tacent *in* cod. Cas. 1., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all.

5. *et morietur* — Cod. E tacet *et.* Pro *a primogenito,* cod. B *a primogenita.* Pro *primogenita iumentorum,* codd. Cas. 3. et Bibl. Ord. *primogenita Aegyptiorum.*

6. *nec ante fuit* — Cod. E *nec fuit ante;* codd. F, R, U, Brev. Goth. l. c. *nec antea fuit.*

7. *omnes autem* — Cod. F tacet *autem;* uti cod. 18. holm. et graeca edit. Aldi. Mox cod. Cas. 1. tacet *usque.* Pro *sciatis,* codd. G, Cas. 1. *scias;* item graecus et samaritanus. Pro *dividat,* Bibl. Reg. *dividet;* uti hebr. et graecus. Pro *Dominus Aegyptios,* Brev. Goth. l. c. *inter Aegyptios;* particula *inter* legitur quoque in hebr., graeco et reliquis; vox autem *Dominus* desideratur in duobus codd. Kennic. Pro *et Israel,* codd. L 5., Bibl. Lugd. 1550. 1567., all. *et filios Israel,* quibus concinunt arabs, slav. et pauci codd. graeci apud Holm.

8. *tui isti ad me* — Brev. Goth. l. c. tacet *isti;* item cod. 134. holmes. Pro *et adorabunt,* codd. C, D, L 5., N, O, R, S, T, U, V, Cas. 2. *et orabunt,* quod Onkelos et Ionathanus expresserunt per ויבעון, *et rogabunt;* scholiastes codicis N scribit: « Incaute quidam pro *ora-* » *bunt,* posuerant *adorabunt,* quae est littera » LXX. in graeco. Significat enim hebraicum » quod hic est inclinationem, qui est actus » et adorantis et orantis seu deprecantis: » saepius autem ponitur pro adoratione; sed » non hic, ne propheta videretur blasphema- » re. Ponitur etiam expresse pro orando I » Reg. II. (v. 36.) *ut oretur pro eo.* Sic etiam » e contrario pro *orare* accipitur *adorare,* ut » II Paral. VI. (v. 32.) *et adoraverit;* et eo- » dem cap. (v. 34. 38.) *et adorabunt te.* » Mox post *populus,* addunt *tuus* codd. A et nonnulli Cas. cum graeco.

9. *iratus nimis* — Cod. A *nimis iratus.* Mox post *signa* cod. E, margo Ord. cum Augustino addunt *mea;* item hebr., graecus et reliqui.

10. *omnia ostenta* — Cod. P *omnia por-*

tenta; Sixtus, codd. F, R, S, V 1. m., Cas. 5., vett. edd. et correctores Pii V. *omnia signa et ostenta.* Ad haec Lucas Brugensis notat: « Quaedam exemplaria *et ostenta* demunt; at » ea praeferenda, quae *signa et* auferunt. » Toletus vero scribit: « Verba *signa et* non » sunt in hebraeo et graeco; nec in novem » mss., et Congregatio abstulit. » Eadem fere habet Rocca l. c. Revera tum sixtini, tum gregoriani expunxerunt *signa et,* quae in reliquis nostris codd., inter quos sunt omnes vetustiores, absunt; itemque in correctoriis M, N, O expungenda dicuntur: his suffragantur hebr. et veteres interpretes. At circa graecam versionem adnotandum est Toletum et Rocca inspexisse graecam ed. Compl., quae quidem cum multis graecis codd. habet tantum πάντα τὰ τέρατα ταῦτα; sed ed. vatic. legit πάντα τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα ταῦτα. Sirletus (in cod. vatic. 7093.) adnotaverat in vetustissimis quibusdam codd. haberi *fecerunt omnia ostenta coram Pharaone,* pro eo quod Vulgati editiones legebant *fecerunt omnia signa et ostenta quae scripta sunt, coram Pharaone.* At Hieronymus posuisse videtur *quae scripta sunt* pro hebr. הֵאֹלָה, et pro graeco ταῦτα. Vallarsius deceptus a vitiosa Calmeti ed. qua utebatur, falso adnotavit Vulgatum tacere verba *de terra sua.*

Cap. XII, 1. *Dixit quoque*—Cod. R, Bruno ast. *Dixitque.* Ante *Aaron* cod. E praemittit *ad.* Margo Ordin. monet quosdam codd. tacere *in terra Aegypti;* conf. Holmes.

2. *mensium* — Codd. A, C, D, all. scribunt *mensum,* de quo conf. Forcellini.

3. *dicite* — Cod. A, Miss. Moz. p. 451., Balduinus CCIV, 731. *dicetis.* Pro *eis,* codd. A, E *ad eos;* cod. R *ei.* Post *agnum* codd. Cas. 13. addunt *ab ovibus;* codex memmianus addit *ab ovibus et haedis,* sed post verba *domos suas;* conf. nota Martianaei; nobis haec verba petita videntur ex vers. 5. ubi eadem occurrunt in veteri itala. Vallarsius monet cod. Urbin. tacere *et domos.*

4. *Sin autem* — Pauci codd. et patres legunt *Si autem;* cf. Gen. XLIII, 5. Pro *sufficere possit,* codd. N* 1. m., R, S, Cas. 7., Rabanus, Rupertus *sufficere non possit;* Beda II, 305. *non sufficere possit;* Balduinus l. c. *non possit sufficere:* particulam negativam habet ex graeco itala; verum codd. N, O et correctores Pii V. illam uti supervacaneam recte abiiciunt. Pro *iunctus est,* cod. V, veteres Vulgati edd., Rabanus, Bruno ast. II, 1001., Rupertus habent *coniunctus est;* item Miss. rom. (ed. vat. 1609.) feria VI. in Parasc. et in Sabb. S. At hodiernam lectionem ad fidem omnium antiquiorum codd. sixtini probarunt.

Ibid. *domui suae* — Legunt *domui eius* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 22., Bibl. Ord., Ven. 1476., Reg., all., Miss. Moz. l. c., Bruno ast. Mox pro *possunt,* codd. B, C 1. m., G, R, Cas. 1., Bibl. Ven. 1480., Paris. 1566., all. et margo Ord. *possint;* codd. F, V *possit;* singularem num. exhibet cum graeco itala. Pro *ad esum agni,* cod. Cas. 1. et Rupertus *ad vescendum agnum.*

5. *Erit autem* — Cod. C tacet *autem;* consentiunt hebr. et veteres interpretes. Cod. Cas. 1. legit *Erit enim.* Pro *anniculus,* codd. F, G, R, V, Cas. 4. *agniculus.* Ante *haedum* tacent *et* codd. C, D, G, O, R, T, U, Cas. 12., Amalarius CV, 1025. Non vacat ambiguitate hoc loco itala, itemque Vulgatus; nam vel agnum, vel haedum, non vero utrumque sumendum fuisse recte monent Augustinus, Caietanus, Bochartus, Estius, Eugubinus, Rosenmullerus, all.

6. *immolabitque* — Beda III, 574., Rupertus, Petrus Com. *et immolabit.* Pro *ad vesperam,* codd. C, D, H, R, T, U, Hugo, Miss. Moz. l. c. *ad vesperum;* item veteres patres apud Sabatierium.

7. *de sanguine eius*—Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, T, U, Cas. 17., Miss. Moz. l. c., Rabanus, Petrus Dam. CXLV, 880., Ivo carn. CLXII, 540., Victor et Petrus cap. in *Spicil. soles. I, 300. II, 242.;* his concinunt hebr., graecus et chaldaeus. Legitur tamen in syro, arabe, immo et in itala; cf. auctor de *Computo pasch.* LIX, 551. et Sabatier.; codd. U 2. m., V, Gregorius M.

I, 1533. IV, 61., Bruno ast., Rupertus, Balduinus l. c. Innocentius III. CCXVII, 853. habent *de sanguine agni;* item *Spicil. solesm. III, 198. 414. 423.* Mox cod. B habet *ponant.*

8. *carnes nocte illa assas* — Cod. A *carnem nocte illa assam;* cf. Sabatier.; cod. S, Miss. Moz. l. c., Rabanus in *Spicil. soles. II, 240.*, Balduinus l. c., Innocentius III. l. c. *nocte illa carnes assas;* nonnulli cum itala non minus latine habent *assatas.*

9. *ex eo crudum* — Cod. E *crudum ex eo.* Pro *nec coctum,* Gregorius M. III, 67., Balduinus l. c. p. 735. *aut coctum.* Pro *tantum assum,* Sixtus, veteres edd. et codd. fere omnes, Gregorius M. I, 1533., Bruno ast. *assum tantum;* emendarunt sixtini et gregoriani ex cod. A, aliisque apud Rocca l. c., et Ruperto. Post *pedibus* tacent *eius* codd. C 1. m., G, Cas. 1., Gregor. M. I, 1535., Beda II, 306., Rabanus, Rupertus, Ivo carn., Balduinus ll. cc., Garnerius ling. CCV, 686.; it. itala cum graeco; syrus et chaldaeus habent pronomen licet non exprimatur in latina eorum versione.

Ibid. *vorabitis*—Primo sixtini hoc verbum expunxerant quod hebr., graecus et reliqui omittunt; at dein restituerunt. Hoc loco Miss. rom. l. c. addebat *et os eius non confringetis,* item Nicolaus de Lira, qui tamen adnotat non heic legi in sacro textu; hoc additamentum ex antiquis Missae *Lectionariis* edidit quoque Thomasius V, 341. (item p. 338. ubi legit *et os non comminuetis ex eo*); eadem, non quidem hoc loco, sed versiculo sequenti post *mane,* habet syrus, et ex graeco vetus itala apud Cyprianum, Augustinum et Gaudentium brix. a Sabatierio excitatos, quibus addere possumus auctorem de Computo pasch., Ivonem carnut. ll. cc. et Petrum Com.: ceterum recte ab Origene haec obelo notata fuerant; pertinent enim ad versic. 46.; conf. Num. IX, 12.

10. *quidquam ex eo* — Sixtini *ex eo quidquam;* item codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Miss. rom. et Miss. Moz., Gregor. M., Beda, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Balduinus, Victor cap. ll. cc. Pro *si quid,* cod. G *sed si quid;* optarem hanc lectionem graviori testimonio apud latinos inniti. Pro *residuum,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, O, Cas. 15., Thomas. V, 338., Miss. Moz. l. c., Beda II, 714., Rabanus, Rupertus *residui.* Pro *igne,* non pauci codd. *igni* ut supra; hoc enim verbum in sexto casu duplicem habet positionem.

11. *et calceamenta* — Particulam *et* tacent sixtini, codd. A, C, D, E, G, S, T, U, Cas. 22., Thomas. l. c., Gregorius M. IV, 61., Rabanus, Ratherius CXXXVI, 718. 722., Henricus parm. CXXXIX, 1530., Rupertus, Balduinus l. c., Petrus Com.; his favent hebraeus, chaldaeus, graecus ven., Augustinus in *nova patrum bibl. I, 181.* (at non item in *Speculo,* cap. 119. ibid.), cod. 130. holm. Addunt *vestra* cod. L (seu Q.), Bibl. Roberti Steph. 1528. 1532., all., margo Ordin., Rabanus; item hebr., samaritanus (cuius mendosa est latina versio in polygl.), chald., syrus, arabs, graec. ven., armenus et plurimi graeci codd., itemque veteres patres apud Sabatierium, quibus adstipulantur Augustinus in *Speculo* l. c., Iulianus tolet. XCVI, 606. et Ivo carn. l. c.; vetustiores codd. fere scribunt *calciamenta,* sed utraque scriptio recepta est; cod. A *calciamentum;* tres codd. Kennic. נעלכם. Pro *habebitis,* Petrus Com., codd. Cas. 13. *habentes.* Post *pedibus* addunt *vestris* margo Ordin., vetera Lectionaria apud Thomas. V, 338., Gregorius M. I, 1533. IV, 61., Iulianus tol. l. c., Paschasius radb. CXX, 414., Ratherius veron. CXXXVI, 402., Ivo carn. l. c.; itemque itala apud Sabatierium, cui addes Augustinum l. c. *Spec.*, auctorem de Computo pasch. l. c. et Meliton. in *Spicil. solesm. III, 164.;* concinunt hebr. et reliqui vett., excepto armeno et cod. 129. Kennic.

Ibid. *baculos in manibus*—Tacent particulam *in* codd. C, D, F, N, T, Victor cap. l. c.; praeterea legunt *baculum* codd. C, D, L, N, T, U, V, Bibl. Ord., Victor cap. l. c., Paschasius radb. CXX, 1345., Henricus parm. l. c. p. 1532.; item hebr. et chaldaeus; sed conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

*

Ibid. *festinanter*—Legunt *festinantes* codd. A, B, C, D, E, F, G, N, O, T, U, Cas. 17., Thomas. l. c., Bibl. Roberti Steph. et Lov., margo Ordin.; item Augustinus in *nova pp. biblioth.* l. c., Gregor. M. l. c., Beda I, 515., Victor cap. l. c., Rabanus, Paschasius l. c., Ratherius ver. p. 718. 722., Rupertus; apud Sabatierium Hieronymus *cum festinatione;* conf. ad Deut. XVI, 3.

Ibid. *est enim Phase (idest transitus) Domini*—Verba intra parenthesim posita exhibent interpretamentum a Hieronymo, ut videtur, adiectum; quum enim nominis *Phase* etymon vitiose quidam ducerent a *πάσχω*, *patior*, uti Irenaeus *adv. haeres. l. IV, c. X*, Tertullianus *adv. Iudaeos c. X.*, Lactantius *lib. IV. Instit. c. 26.*, Auctor *serm. 35. in App. Opp.* Ambrosii, opportune Hieronymus hebraicam vocem *Phase* interpretabatur. Diserte id innuit s. Doctor in *Comm. in Matth. cap. XXVI.* « *Pascha*, quod hebraice dicitur » *Phase* (פסח), non a *passione*, ut plerique » arbitrantur, sed a *transitu* nominatur: eo » quod exterminator, videns sanguinem in » foribus Israelitarum, pertransierit, nec per» cusserit eos. » Hanc eamdem sententiam amplexi sunt Nazianzenus in *Orat. 45.* et Ambrosius *de Sacram. l. I. c. 4., de Cain l. 1. c. 8.* et *Hexaem. l. 1. c. 4.*; immo Augustinus quoque in *Epist. LV. ad Ianuar. c. 1., Tract. LV. in Ioh., Enarr. in Pss. 68. 120. 138., de Civ. Dei l. XVI, c. 43.* et in *nova patrum biblioth. tom. I, p. 181. 243. 548.*, Isidorus III, 272. V, 370. 371., Beda V, 370., all. plures hieronymianam doctrinam plane sequuti sunt. Cur autem cl. Pitra in *Spicil. solesm. I, 301.* adnotaverit placuisse Augustino atque Isidoro huius vocis etymon a graeco *πάσχω* transversim deducere, ignoramus. Ceterum Miss. Moz. l. c. habet *Pascha enim Domini est*, quae lectio ex itala derivata videtur. Sixtini primo censuerant expungenda verba *idest transitus*, at dein illa restituerunt; ab aliis quoque eadem olim expuncta fuisse colligitur ex cod. N, qui sollicite notat illa non esse abiicienda.

12. *diis Aegypti*—Cod. Cas. 1. tacet *Aegypti;* ut cod. 109. Kennic.

13. *et transibo*—Cod. A *et pertransibo;* cod. F, Bibl. Paris. 1566., Rabanus *ac transibo.* Pro *erit in vobis*, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo *erit vobis;* it. codd. 59. holmes.

14. *hunc diem*—Codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Bruno ast., Hugo eter. CCII, 319. *hanc diem.* Pro *monumentum*, codd. C 2. m., E, F, S, Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph., Lovan., all. *monimentum;* est idem, uti recte docet Forcellini; igitur hanc prae illa lectione urgere non debuisset De Vence, multoque minus Vulgato postremam adscribere. Pro *eam*, Bibl. Reg., Lugd. 1513. 1522., all., Rabanus, Rupertus *eum;* refertur enim ad *hunc diem.* Pro *sollemnem*, cod. B *sanctam.* Pro *cultu sempiterno*, cod. Cas. 1. *in cultum sempiternum.*

15. *azyma comedetis*—Cod. F, Petrus cellen. CCII, 945. *comedetis azyma.* Pro *in die* codd. B, Cas. 3. *et in die;* hebraicum אך ביום veteres fere per coniunctionis particulam exprimunt hoc loco; at cf. Gesen. *Thes. p. 88.*

Ibid. *erit fermentum*—Codd. B, E, Cas. 8., omnes codd. Martianaei, Bibl. Lugd. 1522., Hugo, Humbertus Card. CXLIII, 934., Hugo eterian. l. c., Rupertus *erit fermentatum;* item cod. 72. holmes.; cf. Sabatierius. « Retinenda » tamen, ait Martianaeus, editorum lectio, » quia in fonte hebraico *fermentum* legimus, » non *fermentatum.* »

Ibid. *comederit fermentatum* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545., Lovan., all., Beda VI, 273., Bruno ast. *comederit fermentum;* Gaudentius brix. (at non ubique) *manducaverit fermentum;* graecus *ζύμην*. « Sed quidem non recte, ait Rocca » l. c., quia non comeditur fermentum, sed » panis ex farina cum fermento factus, qui » *fermentatus* dicitur. » Item Franc. Lucas Brugensis. Hodiernam lectionem probarunt ad fidem omnium antiquiorum codd. correctores Pii V. et sixtini, quibus consentiunt Bibl. Ord., Paris. 1566., all., Rabanus, Rupertus; it. hebr. et veteres plerique interpre-

tes. Pro *anima illa*, cod. R, Rabanus, Bruno ast., itemque Gaudentius brix. *anima illius;* cf. vers. 19. Pro *de Israel*, codd. Cas. 13. *de populo Israel;* arabs من بنى اسرايل, cod. 155. Kennic. מעדת ישראל. Pro *a primo die*, sixtini, cod. A, Ceolfridus LXXXIX, 351., Beda l. c., Hugo eter. l. c. *a die primo.*

16. *atque sollemnis* — Cod. N *et sollemnis;* Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *ac sollemnis.* Pro *et dies septima*, codd. C, D, G, N, V *et die septima;* scholiastes cod. N testatur Biblia Karoli *mentensis* legere quidem *et dies VII.*, sed vetustiores codd. habere *et die VII.;* hanc vero lectionem utpote obscuriorem interpretari nititur ex Num. XXIX, 7. ubi eadem lectionis varietas occurrit. At vulgatam lectionem cod. O recte propugnat.

17. *observabitis azyma* — Non male Rabanus *servabitis azyma;* cod. E subdit *et custodietis praeceptum hoc; in hac enim die educam exercitum vestrum de terra Aegypti, et observabitis diem istum;* cod. B tacet *enim*, ut coptus et cod. 72. holmes. Pro *in generationes vestras*, codd. B, C, O, R, S, T, V, Cas. 5., Bibl. Ord. *in generationibus vestris.* Pro *perpetuo* cod. Cas. 1. *sempiterno.*

18. *ad vesperam comedetis* — Cod. U, Bibl. Paris. 1566., Humbertus Card. l. c. *ad vesperum comedetis;* Beda I, 513. 589., Ceolfridus l. c. tacent *ad vesperam.* Pro *vigesimam primam*, codd. G, Cas. 2. *vigesimam.*

19. *diebus fermentum* — Sixtus, codd. B, C, D, F, G, O, R, S, T, U, Cas. 10., veteres edd., Beda I, 514. 598. VI, 273., Ceolfridus l. c., Rabanus I, 722., Humbertus l. c., Bruno ast., Hugo eter. l. c. Innocentius III. l. c. *diebus fermentatum;* concinit syrus; Toletus scribit: « Lege *fermentum;* ita hebr., graecus, mss. » et Congregatio. » Conf. Rocca l. c., Lucas Brugens. et Bukentopius p. 391., et supra ad vers. 15. Revera correctores Pii V., sixtini et gregoriani cum codd. A, E, H, L (seu Q.), Cas. 13. legendum censuere *fermentum.* Margo codicis memmiani aperte reprobat alios legentes *fermentatum;* cuius codicis notam Vallarsius mendose refert ad vers. 15.

Ibid. *qui comederit fermentatum* — Rabanus, Anselmus havelb. CLXXXVIII, 1235. pro *qui*, legunt *quicumque;* Hugo eter. l. c. habet *omnis quicumque*, graecus πᾶς ὃς ἂν: pro *fermentatum*, Rabanus *fermentum.* Pro *de coetu*, cod. G *de terra;* Alius in Hexaplis ἐκ γῆς.

20. *fermentatum* — Codd. Cas. 2., Anselmus havelb. l. c. *fermentum.* Pro *habitaculis vestris*, codd. C, D, O, R, S, T, U, V, Cas. 1., Bibl. Ordin., Hugo, Humbertus l. c., Rupertus, Anselmus l. c. *habitationibus vestris.* In cod. Cas. 1. sequitur *sed edetis;* nam quidam interpunctionem adhibent post *vestris.*

21. *Vocavit autem* — Cod. A *Vocavitque.* Pro *filiorum Israel*, codd. H, Cas. 1., Dungalus CV, 487., Rupertus *Israel;* uti hebr., chaldaeus, graecus ven., persa et non pauci graeci codd. Mox tacent *et* ante *immolate* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ordin., Hugo, Dungalus l. c., Bruno ast., Rupertus.

22. *in sanguine* — Particulam *in* tacent codd. B, C, D, E, G, O, S, U, Cas. 2., Hugo, Dungalus l. c.; attamen cod. O notat in hebraeo legi. Cod. A *in sanguinem;* cod. Cas. 1. *de sanguine;* graec. ἀπὸ τοῦ αἵματος.

Ibid. *qui est in limine* — Haec desiderantur in codd. F, Cas. 3.; Isidorus Clarius *qui fuerit in pelvi;* pro *limine*, margo Ord. habet *vase;* lovanienses quoque hanc lectionem ex chaldaeo notant; nam Onkelos, quocum syrus consentit, interpretatur במנא, *in vase;* Ionathanus דבמן פחרא, *in vase fictilino;* arabs uterque فى الطشت, *in pelvi;* item persa; graecus ven. τῷ ἐν τῇ λεκάνῃ; Iarchi בכלי, *in vase.* Quamvis autem hebraica vox סף reddi quoque possit *limen*, prout heic interpretati sunt alexandrinus et Vulgatus, tamen hoc loco longe probabilior videtur altera aeque certa eiusdem vocis notio, quam reliqui interpretes sequuti sunt; conf. Steuchus Eugubinus in h. l. Pro *aspergite*, vetustiores codd. fere scribunt *aspargite;* conf. vers. 34. Pro *ex eo superliminare*, cod. B *ex eo quod est in liminare.* Pro *egrediatur*, codd. Cas. 4.

egredietur. Mox cod. Cas. 1. tacet *suae*. Pro *mane*, codd. G, N, O, U, Rupertus *in mane*.

23. *ostium domus* — Vocem *domus* praetermittunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, L 5. O, T, U, V, Cas. 21., Victor cap. in *Spicil. solesm.* I, 301., Rupertus; accedunt hebr., graecus et reliqui veteres; idque Lucae Brugensi probatur. Mox cod. A tacet *vestras*. Cod. E pro *laedere*, habet *percutere*, quod magis accedit hebr. et graeco.

24. *Custodi verbum istud legitimum tibi et filiis tuis* — Lucas Brugensis censet apud latinos primo lectum fuisse prout est in hebr., chaldaeo et graeco *Custodite verbum istud legitimum tibi et filiis tuis;* cod. E *Et observabitis praeceptum hoc legitimum tibi et filiis tuis*. Codd. L 5., U et Cas. 8. habent *Custodite;* codd. L 5. et Cas. 3. *vobis . . . vestris;* conf. Holmesius. De-Rossi *(de hebr. typogr. Ferrar. p. 51.)* monet omnes veteres, cum hebraico textu, plurali numero verbum *Custodite* expressisse. Attamen Gaudentius brix. legit *Et custodies*. Alia sex exemplaria apud Lucam Brug. legunt *Custodi verbum istud: legitimum erit tibi* etc.; cod. Cas. 1. *legitimum tibi erit*. Pro *usque in aeternum*, cod. A, Rupertus *usque in sempiternum*.

25. *Dominus* — codd. G, L, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Rob. Steph. 1528. 1540. 1545., all. addunt *Deus*. Post *pollicitus est* Rupertus addit *vobis;* item georg.

26. *dixerint vobis* — Cod. F tacet *vobis*.

27. *dicetis eis* — Tacent *eis* cod. E, Beda I, 515.; item hebr., chaldaeus, graec. ven. et arabs. Pro *Domini*, codd. V, Cas. 1. *Dei*. Pro *super domos*, cod. B *per domos;* Cas. 1. tacet *domos*. Pro *nostras liberans*, codd. Cas. 3. *vestras liberans;* conf. Holmes.; cod. A *nostras eliberans* (nota huius verbi novum testimonium); cod. B *nostras salvans;* cod. E *transliberavit*.

28. *Et egressi* — Tacent copulam cod. G, Bibl. Lugd. 1522. Pro *praeceperat*, cod. Cas. 1. *praecepit;* item Augustinus cum graeco. Pro *Moysi*, cod. E *ad Moysen;* cf. vers. 50.

29. *in solio eius sedebat* — Legunt *sedebat in solio eius* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Brev. Goth. p. 208.; pro *eius*, cod. L legit *suo*. Mox pro *primogenitum*, cod. E *primogenita*. Pro *captivae*, cod. B *ancillae* (ut supra XI, 5.); Brev. Goth. l. c., reliquis omissis, legit *usque ad primogenitum iumentorum*. Pro *et omne primogenitum*, cod. E *et usque primogenita*.

30. *Surrexitque* — Bibl. Reg. *Surrexit;* item georg. Ante *nocte*, cod. E addit *media*. Mox cum hebraeo margo Ordin. habet *ipse et omnes;* sed plures minus recte referunt הוא ad praecedens לילה. Pro *neque enim*, Brev. Goth. l. c. *neque*. Pro *iaceret*, cod. B *iacebat*.

31. *Vocatisque Pharao* — Tacent *Pharao* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, O, R, S, T, U, Cas. 18., Brev. Goth. l. c., Rupertus: accedunt hebr., chald., arabs, graec. ven. et persa. Sed legitur apud Ambrosium, in alexandrino, syro, et cod. 193. Kennic.; Bruno ast. habet *Vocavitque Pharao*.

Ibid. *nocte, ait* — Brev. Goth. l. c. tacet *nocte;* item cod. 109. Kennic.; codd. A, F, Bruno ast. *nocte, et ait;* item hebr., graecus et reliqui; sed isti praemittunt *Vocavitque* pro *Vocatisque;* codd. T, U *ait: Nocte;* cod. E ponit verbum *nocte* ante *Moyse*. Post *Surgite* expungunt *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, L, O, R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476., Rob. St., all., Brev. Goth. l. c., Rupertus; item hebr. et veteres interpretes, excepto graeco, de quo conf. Holmes. Mox post *populo meo* addunt *et* sixtini, laudati codd., Bibl. Ord., priores edd. Rob. St.; item hebr. et vett., praeter georg. et paucos codices holmes. At Bibl. Ordin. tacent *et* post *vos*. Pro *Israel*, cod. Cas. 1., Brev. Goth. l. c., Rupertus, itemque Ambrosius, *vestri*. Post *ite* addunt *et* codd. F, L, Cas. 4., veteres fere omnes edd., Rupertus III, 1284.; item Ambrosius, graecus et arabs; sed cf. Holmes.; lovaniensibus hodiernam lectionem acceptam referimus. Pro *dicitis*, margo Ordin. *dixistis;* non inepte; nam veteres quoque interpretes hunc fere sensum reddunt; Bruno ast. *scitis*.

32. *benedicite*—Brev. Goth. l. c. *benedicito*.

33. *populum* — Codd. F, V, Cas. 2., Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., Rob. Steph. 1540. 1545., all., Bruno ast. addunt *Israel;* accedit targum Ionathani. Post *de terra* codd. F, V, Cas. 1., Bruno ast. addunt *Aegypti;* Cas. 1. addit *sua;* mox pro *Omnes moriemur*, legit *Ne forte omnes moriamur*.

34. *conspersam* — Cod. A et Brev. Goth. l. c. *consparsam;* cf. vers. 22. et 39. Vide sis quae eruditus Mazochius de hac voce adnotavit in *Spicil. bibl.* II, 24. Pro *ligans*, cod. Cas. 1. *alligans*. Pro *palliis*, codd. C 1. m., D, G, T, U *palleis;* vide utrum ita scripserint more veterum pro *pallis;* nam hic sermo est de veste exteriori, quae eleganter *palla* latine dicitur.

35. *Feceruntque* — Codd. E, F, Brev. Goth. p. 209., Philippus de harv. CCIII, 922. *Fecerunt*. Pro *sicut praeceperat Moyses*, Sixtus, codd. R, S, memmianus apud Martianaeum, veteres edd., Brev. Goth. l. c., Philippus de harv. l. c., *sicut praeceperat Dominus Moysi;* accedit arabs: Rupertus *sicut praeceperat Dominus*. At Toletus scribit: « Lege » *Moyses*, et dele *Dominus:* sic hebr., grae» cus, mss. et utraque Congregatio; sed in » multis impressis legitur ut erat in textu » (seu ed. Sixti V.). » Cf. Bukentop. p. 141. et Lucas Brug.; Rocca l. c. dicit alios codd. mss. legere *Filii Israel fecerunt sicut praeceperat eis Moyses*, quod vel ex Augustino, vel ex graecis petitum videtur. Profecto Rabanus ex Augustino habet *Filii autem Israel fecerunt sicut praeceperat illis Moyses*. Margo Ordin. *sicut dixerat Moyses*. Hodiernam lectionem, consentientibus antiquioribus omnibus codd., sixtini et gregoriani intulerunt. Pro *argentea et aurea*, Bibl. Ordin., Rabanus *aurea et argentea;* item Augustinus, georg., armenus et multi graeci codd. Cf. ad XI, 2. Pro *vestemque plurimam*, codd. B, Cas. 1. *vestesque plurimas;* graecus καὶ ἱματισμόν; Ionathanus et cod. 84. Kennic. silent; reliqui cum hebr. *et vestes*.

36. *Dominus autem dedit* — Legunt *Dedit autem Dominus* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Bruno ast. Eadem lectionis varietas in graecis codicibus occurrit. Post *populo*, Bibl. Ordin. et Rabanus addunt *suo;* item Augustinus cum graecis; cod. B 2. m. addit *suo Israel*. Pro *Aegyptios*, Bruno ast *Aegyptum*.

37. *Socoth*—Vetustiores codd. *Soccoth;* alii *Sochot;* cf. dicta ad Gen. XXXIII, 17. Codd. T, U 2. m. addunt *mense primo*. Pro *fere*, codd. A, E, F, T, Rabanus *ferme*. Mox Rupertus tacet *peditum;* accedit arabs. Cod. G, et nonnulli codd. hebr. tacent *virorum*. Post *absque parvulis* « quidam codd., ait Mariana, » addunt *et mulieribus*, quod Hieronymum de » suo addidisse nonnulli putant; » ita codd. R, S, memmianus, « his consentiunt tres mss. » codd. Colbertinae bibliothecae, et unus e » recentioribus s. Germani a Pratis; » uti testatur Martianaeus; consentit et Rabanus. At margo codicis memmiani notat: « Hebraeus » non habet. » Idem additamentum cum antiquis Vulgati edd. retinuit Sixtus. Hinc Toletus scribit: « Hoc non legitur in hebraeo, » graeco et duodecim mss., et superfluum » est, cum excludantur mulieres nomine *vi*» *rorum* etiam in hebraeo et graeco: et ita » censuit Congregatio. » Item Rocca l. c., Bukentopius p. 391. et Lucas Brugens. Sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum codd. illa verba expunxerunt.

38. *innumerabile* — Cod. S, Rupertus praemittunt *et*. Ante *animantia* tacent copulam Bibl. Reg.; it. hebr., arabs et Onkelos (cuius mendosa est latina versio in polygl.), de quo tamen cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Cod. Cas. 1. praemittit *et iumenta*.

39. *de Aegypto conspersam tulerant* — Sixtini *conspersam de Aegypto tulerant*, uti habent codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo et Rupertus. Brev. Goth. l. c. *consparsam de Aegypto tulerant*. Conf. vers. 34. Mox Bibl. Lugd. 1522. tacent *et fecerunt;* nec repugnant hebr., graecus et reliqui. Vaticanae edd. Clementis VIII. habent *subcineritios* tum hoc loco, tum III Reg. XVII,

13.; sed Gen. XVIII, 6. Iudic. VII, 13. III Reg. XIX, 6. Ezech. IV, 12. Os. VII, 8. habent *subcinericios;* utraque scribendi ratio suos habet auctores. A Furlanetto recte adiectam videmus hanc vocem Lexico Forcellini; at pro eadem excitare poterat praeter Isidorum IV, 486. et Hieronymum in Os. VII, 8. in Ezech. IV, 12., veteris quoque italae auctorem, qui graecum ἐγκρυφίας reddidit *subcinericium*, prout ex Ambrosio *l. 1. de Abr. c. 5.* et ex Gaudentio brix. *serm. 7.* aperte constat.

Ibid. *poterant* — Sixtus cum plerisque antiquis edd. habet *poterat;* unde Toletus adnotat: « Lege *poterant;* sic in plurali legitur in » Complut., Reg., Ordin. et mss.; et utraque » Congregatio sic censuit. Apud Lovanienses » est in singulari. » Pro hodierna lect., quam sixtini et gregoriani probarunt, stant omnes antiquiores codd. et Rupertus. Rocca l. c. monet hoc verbum referri ad panes, non vero ad farinam; unde concludit codices latinos et hebraicum textum recte legere *poterant:* verum ad hebraicum quod spectat fallitur Rocca; habet enim singularem numerum, uti et graecus et reliqui. Cf. Bukentop. p. 391. Mox Rupertus legit *et nullam moram facere sinentibus.* Pro *quidquam*, cod. B *quiddam;* cod. F *quidem.* Pro *occurrerat*, codd. A, B, C, D, E, F, N, O, S, T, U, V, Cas. 17. *occurrerant;* veteres omnes cum hebraeo habent hoc verbum plurali numero: unde cod. N notat: « Antiqui *occurrerant;* hebraeus habet *pul-* » *mentum quoque non fecerunt.* Similiter II » Paral. XXX. (v. 3.) *Non occurrerunt facere* » *tempore suo.* » Cod. L *curaverant*, idque expositionis gratia factum censet Lucas Brugens. Pro *praeparare*, cod. B *praeparasse;* cod. T *praeparari.*

40. *qua manserunt* — Sixtini, codd. A, C, D, G, O, S, T, U, V, Cas. 2., Rabanus, Rupertus *qua manserant;* Bruno ast. *qui manserant;* cod. H, Bibl. Reg. *qui manserunt;* hanc lectionem nequicquam praefert auctor notularum in Bibl. Paris. 1837. Nam praeter quam quod vix ullo nititur praesidio, nil inde in rem suam colligere potest. Famosam quaestionem de annis, quibus in Aegypto commorati sunt Israelitae, iam leviter attigimus ad Gen. XV, 13., ubi admonuimus eam nobis probabiliorem videri sententiam, quae docet quadringentos saltem annos interfluxisse ab hebraeorum adventu in Aegyptum, ad ipsorum exitum. Nostrum non est ea, quae ex aliis multis locis obiiciuntur respuere; quod quidem plures nostra et superiori aetate laudabili studio praestiterunt. Sat erit adnotasse Vulgatum interpretem heic cum hebraico textu, quem longe plures doctioresque scriptores tuentur, consentire. Hoc enim ab omni corruptionis suspicione vindicato, haud magni interest, nec mirum est si ex vetustissimae historiae obscuritate difficultates prope inextricabiles quoad chronologiam exurgere videantur. Hinc posthabitis samaritani concinnatoris, graecique interpretis coniecturis, quas abunde refellit Gesenius *(de Pentat. samar. p. 49.)*, in germana quam tenemus Hieronymi interpretatione tuto fidenterque quiescendum ducimus.

41. *exercitus Domini* — Cod. F *exercitus Israel;* Bruno ast. tacet *Domini.*

42. *Nox ista est*—Sixtini, codd. A, C, D, E, H, N, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Nox est ista;* codd. G, Cas. 3., Rupertus tacent *est.*

Ibid. *observabilis Domini*—Legunt quidem *observabilis Domino* omnes vaticanae edd. Clementis VIII. nempe ann. 1592. 1593. 1598., itemque romanae editiones ann. 1624. 1627. 1671. 1765. 1768., aliaeque non paucae alibi impressae, Rupertus, Petrus Com., margo Ordin. His accedere videntur hebr. לֵיהוה, et graecus τῷ Κυρίῳ; at conf. Holmes. Verum non hanc, sed illam lectionem praeferunt veteres Vulgati codd. (excepto cod. F) et edd., illamque intactam servarunt sixtini, gregoriani, Toletus et Rocca: unde sequitur lectionem clementinarum edd. typographorum mendo adscribendam esse. Et revera in correctorio ipsius Clementis VIII. auctoritate edito anno 1598. perspicue monemur in tribus

vaticanis edd. legendum *Domini* pro *Domino*. Iure itaque mendosam lectionem primo ablegarunt plantiniani editores, quos dein alii plures imitati sunt. Miramur autem cum Bukentopio p. 391. antiquum errorem a Pontifice reiectum, ob editorum segnitiem atque incuriam ad nostram usque aetatem propagatum saepiusque repetitum fuisse. Ex romanis edd. recte se habent Biblia ann. 1618. 1784.

Ibid. *de terra Aegypti* — Haec desiderantur in cod. B, in quo verba huius versiculi praecedentia a secunda manu suppleta fuerunt. Mox codd. B, S 1. m. et Bruno ast. tacent *omnes;* item arabs: item, sed mendose, latina versio Onkelosi. Margo Ordin. habet *Domino omnes*, uti hebr., graecus, syrus et chaldaeus.

43. *Dixitque* — Codd. R, S, Cas. 2. *Dixit quoque*, cod. U *Dixit autem;* cod. V, Bruno ast. et Victor cap. l. c. *Dixit*. Pro *comedet*, cod. E *comedat*, item in vers. seq.

45. *edent* — Codd. C, D, G, O, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo, Isidorus V, 370., Beda II, 308., Bruno ast. *comedent*.

46. *efferetis* — Cod. T *efferetur;* cod. R *auferetur;* Bibl. Lugd. 1522. 1535. *afferetis*.

47. *faciet* — Cod. E *faciat*. Cod. S, Bruno ast. mox legunt *istud*, pro *illud*.

48. *Quod si* — Hugo, Bibl. Lugd. 1522. *Quasi si*. Pro *Phase Domini*, cod. H, Rupertus *Phase Domino;* accedunt hebr. et graecus. Pro *circumcidetur*, Bibl. Ord. *circumcidatur*. Mox codd. Cas. 2. tacent *prius*. Pro *et tunc rite celebrabit*, cod. T *et tunc recte celebrabitur;* legitur quoque *celebrabitur* in Bibl. Ven. 1480. 1498.; cod. E tacet *et*. Pro *eritque sicut*, codd. R, S, Cas. 3. *eritque simul sicut;* at vero cod. O notat non esse interponendum *simul*.

49. *peregrinatur* — Codd. F, G, S, V, Cas. 1. *peregrinantur*. Pro *apud vos*, Bibl. Paris. 1566. *ad vos;* conf. Holmes.

50. *Feceruntque* — Sixtini, codd. Q, V, Cas. 3. *Fecerunt autem;* Harlemius quoque hanc lect. ex codicibus laudat: codd. A, B, C, D, E, F, N, O, T, U, Cas. 5., Bibl. Ordin., Beda II, 309., Rupertus *Fecerunt*. Mox codd. G, V tacent *omnes;* it. graecus, arabs et pauci codd. apud De-Rossi. Pro *Moysi et Aaron*, cod. E *ad Aaron*.

51. *Et eadem die* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 22., Rupertus *et in eadem die;* Augustinus *in die illa*.

Cap. XIII, 2. *Sanctifica* — Cod. Thomasii I, 21., Ratramnus CXXI, 90 *sanctificate;* item persa et slav. ostrog. Pro *de iumentis*, codd. A 1. m., B *in iumentis*. Pro *sunt enim*, codd. F, G, Rupertus *enim sunt;* codd. Cas. 9. tacent *enim;* item hebr., graecus et reliqui.

3. *Mementote* — Cod. S, Bibl. Paris. 1566. *Memento;* atque ita hebr. זכור interpretatur Vulgatus infra XX, 8. Deut. XXV, 17. XXXII, 7. et alibi. Grammatici docent illam esse vocem infinitivi, quae pro imperativo usurpatur; ita Gesenius, Roorda, Schroederus, Maurerus: at samaritanus textus legit זכרתם *Mementote*, quod Houbigantio probatur. Ante *de domo* codd. Cas. 3. et Rupertus tacent *et;* it. hebr., graecus et reliqui; conf. vers. 14. Pro *ut non*, Bukentopius p. 11. et 141. coniectatus fuerat Hieronymum scripsisse *et non;* it. De Vence, qui praeterea pro *comedatis* legit *comedetis:* utramque coniecturam confirmat cod. E, qui habet *et non comedetis*.

5. *introduxerit te* — Sixtini, codd. A, C, E, F, M, R, S, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *te introduxerit;* codd. D, Cas. 3. *te induxerit;* codd. L 3., Cas. 1. pro *te*, habent *vos;* it. syrus, cod. unus graecus et alter armenus apud Holmes. Ante *Hethaei* cod. G, Bibl. Ord. tacent *et;* item samaritanus textus, et nonnulli codices hebr. apud De-Rossi, qui tamen in eo castigandus est, quod asserat sex codices samaritanos a reliquis dissentire, et cum recepto textu hebr. congruere; nullus enim est codicum samaritanorum heic dissensus: exceptio autem a Kennicotto memorata pertinet ad vocem החוי, non ad החתי. Post *Amorrhaei* codd. V, Cas. 12. addunt *et Pherezaei;* alii codd. Cas. 12. post *Hevaei* addunt *et Gergesaei;* samaritanus et graecus utrumque nomen addunt, sed prior post *Amorrhaei;* de altero vide Holmesii notas; cf. supra ad III, 8.

Ibid. *celebrabis*—Ita sixtini ad fidem antiquiorum plurimorumque codicum, Bibl. Ord., et Reg.; cf. Rocca I, 305. At codd. D, F, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 6., longe plures edd. et Bruno ast. habent *celebrabitis;* scholiastes cod. N scribit: « Sicut supra licet hebraeus » habeat *Memento,* interpres non in singula» ri, sed in plurali posuit, sic et hic, licet » hebraeus habeat in singulari, dicitur in » plurali *celebrabitis;* talia enim singularia » collective accipiuntur; » hanc autem lectionem Hieronymo adscribit Rosenmullerus; pluralem numerum exprimunt syrus et duo codd. arab. holmesiani.

6. *vesceris* — Cod. Cas. 1. *vescemini;* itala ex graeco et syrus *comedetis.* Pro *azymis,* cod. F *azyma;* item itala.

7. *comedetis* — Sixtus habet *comedes;* item legitur apud Humbertum Card. CXLIII, 934.; at nisi aliquo fortuito casu id factum sit, hanc lectionem ex contextu illum praetulisse dicendum videtur. Merito autem gregoriani communem lectionem restituerunt. Cf. Rocca l. c. Latina vero interpretatio samaritani textus in polyglottis mendose habet *comedes;* nam samaritanus cum hebr. legit יאכל, hoc est *comedatur,* pro *comedant;* vel, ut aliis placet, *comedentur.* Pro *fermentatum,* codd. G, N *fermentum;* hebr., graecus et reliqui, excepto syro, utrumque legunt; illosque imitatus est Isidorus Clarius.

8. *filio tuo in die illo* — Cod. E *in die illo filio tuo.* Pro *mihi Dominus,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, N, O, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, *Dominus mihi.*

9. *monimentum* — Sixtus habet *monumentum* ut supra XII, 14.; ita enim legunt Bibl. Antuerp. 1583.; at priorem lectionem, quae et magis recepta erat, praetulerunt clementini. Codices modo hanc, modo illam sequuntur. Bruno ast. addit *appensum,* quod ad vers. 16. pertinet. Mox cod. Cas. 1. tacet *et;* nec legitur in hebr., graeco et reliquis.

Ibid. *Domini semper sit* — Tacent verbum *sit* sixtini, codd. A, B, C, D, E, N, O, U, Cas. 13.; cod. F legit *sit Domini semper;* cod. N habet hoc scholion: « Sacramentum Phase, » memoriale egressionis de Aegypto, erit qua» si signum in manu, et monimentum in fa» cie, et erit ut lex in ore cibus; legem enim » hic vocat huiuscemodi cultum, de quo sub» iungit *Custodies huiuscemodi cultum:* unde » super hoc in rubrica Capituli graecus sup» ponit sic: *Lex Paschae* (cf. Thomas. I, 15.); » hinc antiqui non habent *sit* post *et ut lex.* » Nondum enim legis datae in monte Sina » fecerat mentionem secundum litteram, quae » habet *sit,* quae de LXX. cantatur in eccle» sia: oportet igitur quod hoc quod dicitur » *lex* sit ex parte suppositi. » Pro *de Aegypto,* codd. Cas. 10. *de terra Aegypti;* conf. Holmes.

10. *Custodies*—Codd. C 1. m., D, T, U, V *Custodiens;* cod. G *ut custodias.*

11. *introduxerit* — Cod. E *induxerit;* Ambrosius *inducet.* Pro *te Dominus,* cod. O cum Ambrosio *te Deus;* sixtini, codd. A, C, D, E, G, T, U, Cas. 5. tacent *Dominus;* it. cod. 99. Kennic.; contra fidem sui textus omittitur in latina versione Ionathani. Pro *tibi eam,* sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Ratramnus l. c., Concil. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1416. *eam tibi.*

12. *omne quod* — Cod. Cas. 1., Rupertus *omne primogenitum quod;* item syrus et cod. 37. holmesianus. Pro *habueris,* codd. C, D, F, G, U, Cas. 4. *habuerit.*

13. *Primogenitum asini* — Gregorius M. I, 870., Garnerus CXCIII, 89., Beda II, 309. *Primogenita asini.* Pro *redemeris,* codd. A 2. m., C 2. m., G, R, V *redimeris.*

14. *In manu* — Cod. S, Rupertus *Quia in manu;* uti graecus et syrus. Pro *nos Dominus,* codd. N, T, U, Bibl. Ordin., Hugo *Dominus nos.* Pro *de terra Aegypti,* sixtini, codd. A, B, E, F, G, Cas. 22. *de Aegypto;* item hebraeus et veteres interpretes, praeter graecum, de quo cf. Holmes. Mox cod. O notat quosdam perperam addere *et* uti supra v. 3.

15. *induratus esset Pharao* — Cod. B *indurasset Pharao cor suum;* Ionathanus והוה כד אקשי מימרא דיי ית לבא דפרעה. Pro *im-*

molo; codd. D, E, Ratramnus l. c. *immola;* codd. Cas. 3. *immolabo;* Cas. 1. *ego immolo.* Pro *redimo,* Ratramnus l. c. *redime;* vetustissimi codd. scribunt *redemo:* hebr., graec. et reliqui *redimam.*

16. *Erit igitur* — Codd. Cas. 4. *Erit enim.* Pro *inter oculos,* Sixtus, codd. R, S, T, fere omnes vett. edd., Beda II, 1211., Bruno ast. II, 262. 1108., Petrus Com. *ante oculos;* item graecus. Toletus adnotat: « Lege *inter:* sic » hebr., Ord., et sex mss., et Congregatio. » Sixtini nempe et gregoriani, consentientibus fere omnibus codd., omnibus correctoriis antiquisque interpretibus, excepto graeco, hodiernam lectionem probarunt. Conf. Rocca I, 306. Mox cod. N tacet *tuos,* cod. E *eo,* cod. B *in.* Pro *eduxit nos,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., Hugo *eduxerit nos;* cod. G *reduxerit nos;* Rabanus *eduxerit vos;* codd. Cas. 3., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1483. all. *eduxit vos;* samaritanus, graecus et syrus *eduxit te.*

17. *emisisset* — Codd. S, V, Cas. 13., Miss. Moz. p. 329., Gregorius M. apud Rabanum, Rupertus *dimisisset;* Augustinus *dimisit.* Pro *duxit,* cod. B *perduxit;* codd. H, S, Rupertus II, 661., Petrus Com., Petrus cellens. CCII, 1044. et Isidorus Clarius *eduxit;* Petrus Dam. CXLV, 737. cum Augustino *deduxit.*

Ibid. *Deus* — Sixtus *Dominus;* utraque lectio suos habet testes; Toletus scribit: « Lege » *Deus:* sic hebr., graecus, Reg., Compl. et » mss. et Congregatio. Sed Ordin. et Lovan. » *Dominus.* » Nimirum sixtini et gregoriani cum plerisque codicibus praetulerunt *Deus;* cf. Rocca l. c.; Sixtus autem cum plerisque edd., codd. A, B, V, Miss. Moz. l. c., Gregorio M. I, 773., Rabano, Petro Dam. l. c., Ruperto, alteram lect. praeposuit. Mox Bibl. Reg. tacent *in* ante *Aegyptum.*

18. *armati* — Pro hebr. חמשים vetus itala ex graeco habet *quinta autem progenie;* at Hieronymus I, 165. Aquilam et Symmachum sequutus (cf. Eucherius *Quaest. in Ex.*) interpretatur *armati;* idque licet nonnullis minus arriserit, tamen plures philologi tuentur. Cf. Gesen. Thesaur. p. 494., Rosenmullerus in h. l.; Isidorus IV, 520., seu potius eius editores, mendose legunt *ad mare.*

19. *Tulit quoque* — Bibl. Paris. 1566., Miss. Moz. l. c., Beda II, 309. *Tulitque;* cod. S *Tulit ergo.* Pro *Visitabit vos Deus,* Miss. Moz. l. c. *Cum visitaverit vos Deus;* cod. E *Visitabit vos Dominus;* item graecus. Pro *efferte,* cod. R *ferte;* Miss. Moz. l. c. *afferte;* cod. U *et afferte;* cod. V *et auferte;* codd. C, D, N, O, T *et efferte;* hebr. et graecus *et eferetis.*

21. *Dominus* — Cod. Cas. 1. et Beda l. c., cum itala et graeco, *Deus.* Pro *per noctem,* cod. Cas. 1. *nocte;* cf. Sabatier. Pro *ut dux,* nonnulli suggesserant correctoribus Pii V. legendum esse *et lux,* quod magis consentaneum hebraeo textui videtur; at illi nil contra fidem latinorum codicum mutandum censuerunt.

Cap. XIV, 1. *Locutus est autem* — Codd. C, D, E, U, Thomas. I, 21., Miss. Moz. p. 329., Rupertus tacent *autem;* item georg.; Rabanus *Locutusque est.*

2. *filiis Israel* — Cod. Cas. 1. *ad filios Israel;* Miss. Moz. l. c. addit *et dices ad eos;* mox legit *in regione* pro *e regione.* De *Phihahiroth* cf. vers. 9. Pro *Magdalum,* Rupertus testatur multos codices legere *Magdol;* cod. E *Magdolum;* conf. Hieronymus III, 21. et 242. et quae adnotavimus ad Num. XXXIII, 7. Mox cod. B legit *Beel-Sebon.* Pro *castra ponetis,* cod. F *castra ponent;* Onkelos legit תשרון, unde perperam in polyglottis redditur *castrametabuntur.*

3. *super filiis* — Codd. F, S, Cas. 7. *super filios;* Rupertus tacet *filiis.* Sixti editio habet *Coartati,* pro *Coarctati;* indifferens est.

4. *ac persequetur* — Rabanus *et persequetur;* Miss. Moz. l. c. *ac persequentur.* Pro *glorificabor,* cod. Cas. 1. *gloriabor.* Pro *Feceruntque,* Miss. Moz. l. c. *Fecerunt.*

5. *Aegyptiorum* — Codd. Cas. 12., Miss. Moz. l. c. *Aegypti;* cf. Holmesius; hebraicus textus utramque interpretationem admittit. Mox codd. Cas. 12. addunt *eo* ante *quod.* Six-

*

tini et clementini legunt *super populo*, uti habent codd. A, C 1. m., D, E, F, G, H, R, U, V; conf. Rocca l. c.; at Sixtus cum reliquis codd. et antiquis edd. *super populum*. Pro *serviret*, codd. E, R *servirent;* item itala ex graeco; cod. T *deserviret*.

6. *Iunxit* — Cod. T *Iunxerunt*. Pro *ergo currum*, Beda II, 310. *igitur Pharao currum;* Rupertus *ergo currum suum Pharao;* vetus itala ex graeco *ergo Pharao currus suos;* pronomen legitur quoque in hebr. et reliquis interpretibus. Mox cod. B tacet *suum*. Pro *assumpsit*, cod. E *sumsit*.

7. *sexcentos* — Codd. Cas. 3. et Bibl. Ord. *trecentos;* cod. M adnotat: « Glossa exponit » *trecentos;* sed Ioseph dicit quod *sexcenti* » currus persequebantur eos, et equites L. » millia, et CC. millia peditum pariter armatorum: et intelligitur quod Pharao CCC. » proprios, et CCC. currus de Aegypto habuit. » Hoc scholion petitum videtur ex Petro Com. apud quem legitur: « Tulitque trecentos currus proprios, et trecentos ab Aegyptiis, et insecutus est eos; equites quoque duxit quinquaginta millia, et ducenta millia peditum armatorum. » Verum haec futilia videntur; erroris originem Rogerius Bacon scite investigavit (*Opus maius. p. 139. edit. Lond. 1733.*), cuius verba sunt attendenda: « Secundum hebraeum et graecum et » Iosephum et antiquos codd. latinos lege » *sexcentos*. Sed pars Glossae *(interlinearis)* » truncata fere in omnibus libris, facit quod » exemplar vulgatum habeat *trecentos;* nam » communiter hoc tantum habetur in Glossa: » *Contra fidem Trinitatis pugnaturus;* unde » propter nomen *Trinitatis* abraserunt *sexcentos*, et posuerunt *trecentos*. Sed in pluribus antiquis glossatis invenitur sic: *Contra fidem Trinitatis numero senario se armavit pugnaturus*. Et ideo secundum Glossam possunt ibi esse *sexcenti*. »

Ibid. *et quidquid* — Particulam *et* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, T, U, V, Cas. 20., Rupertus; qui postremus mox legit *curruum in Aegypto fuit*.

8. *in manu* — Bibl. Ordin. Lugd. 1590., Antuerp. 1634. tacent *in;* cod. Cas. 1. addit *forti et*.

9. *omnis*—Cod. V 2. m., Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Miss. Moz. l. c. *omnisque;* ut graecus. Pro *erant*, sixtini, codd. A, B, E, F, V, Miss. Moz. l. c. *erat;* hebr. et graecus silent. In voce *Phihahiroth* mire discrepant codices. Legunt *Ahiroth* codd. A (super rasuram), C, D, E, F, S, T, U, V, Cas. 18., omnes mss. Martianaei; cod. O notat: « Alii habent *Ai*» *roth*, sed videtur hoc factum vitio scripto» rum, cum hebr. sit *Phiairoth* sicut supra » (v. 2.). » Scholiastes codicis N scribit: « *Hairoth*. Sic variant antiqui: *Hiroth* est no» men vel alpium, vel vallium, vel flumi» num, vel huiusmodi; et sunt duo vel tria » nomina: *Phi* idem est quod *os; Hiroth* est » ille locus: *Ha*, articulus, qui gallice dici» tur *le:* unde modo ponitur *Phiaroth*, modo » tantum *Ahiroth*, quod dicitur *le Hiroth*, si» cut dicimus *Le Rone*, et *Bouche le Rone*. » Huius scholii vim expendes ex iis quae adnotavimus ad Num. XXXIII, 7.; codd. B, G et Miss. Moz. l. c. *Phiharoth*. Pro *Beelsephon*, cod. B *Beel Sebhon*.

10. *oculos* — Addunt *suos* Rupertus et Hugo de s. Vict. CLXXVII, 953.; item hebr. et veteres interpretes, excepto graeco, de quo tamen conf. Holmes.

12. *ad te*—Cod. E tacet. Mox cod. H cum hebr. legit *et serviamus*. Pro *erat servire* legunt *est servire* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 22., Bibl. Ord., Paris. 1566., all., Miss. Moz. p. 330., Hugo de s. Vict. l. c. et p. 1103.; item Cyprianus. Nempe haec verba isti accipiunt tamquam prolata ab Israelitis dum in Aegypto morabantur. Hanc autem sententiam samaritanus textus confirmat dum ad Ex. VI, 9. haec eadem verba inserit; nec obstant hebr. et graecus; at sunt graeci codd. addentes *ἦν*.

13. *Domini*—Codd. R, S, Cas. 14., Rupertus et pauci graeci codd. *Dei;* singularis est Petrus cap. qui in *Spicil. solesm. II, 112.* legit *Astate et videte magnalia quae Deus*.

Mox codd. Cas. 3. tacent *quos*. Sixtini primo expunxerant *nunc*, quod in cod. A desideratur. Post *videbitis* cod. E addit *eos;* ut hebr., graecus et reliqui.

14. *Dominus*—Miss. Moz. l. c. addit *enim;* item duo codd. arabici apud Holmesium; Rupertus addit *autem;* Cyprianus *ipse*. Pro *pugnabit*, codd. C, D, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *pugnat;* item armenus. Codd. Cas. 8. tacent *pro vobis;* ut cod. 80. Kennic.

15. *Dixitque*—Codd. Cas. 3. *Dixit quoque*. Pro *Loquere*, cod. B et Miss. Moz. pag. 451. *Dic;* conf. Sabatier.

16. *virgam tuam*—Bruno ast. et Martinus legion. CCVIII, 271. tacent pronomen. Sixtini expungunt *tuam* post *manum*, consentientibus codd. A, B, E, Cas. 13., Miss. Moz. l. c. Pro *ut gradiantur*, cod. E *et gradiantur;* Rupertus et Petrus Com. *ut ingrediantur;* item hebr. et graecus. Pro *mari*, codd. B, C 2. m., Miss. Moz. l. c., Rupertus *maris*. Martinus legion. l. c. habet *per medium sicci maris*.

17. *Ego autem*—Sixtini primo cum cod. A *Ego enim;* cf. Sabatier. Pro *cor Aegyptiorum*, cod. Cas. 1. *cor Pharaonis et Aegyptiorum;* item ex graeco itala, et cod. 378. derossianus. Pro *ut persequantur*, Miss. Moz. l. c. *et persequentur;* nec refragantur hebr. et graecus. Ante *omni* cod. E tacet *in*. Post *exercitu eius* sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, S, T, U, V, Cas. 15., Miss. Moz. l. c. tacent *et;* item hebr., chald. et graecus ven. Post *curribus* cod. Cas. 1. addit *eius;* ut hebr. et reliqui, praeter graecum, de quo conf. Holmes. Ante *equitibus* Bibl. Ordin. tacent *in;* Miss. Moz. l. c. habet *equitibus eius;* codd. Cas. 3. *atque in equitibus*.

18. *quia ego* — Sixtini cum cod. A *quod ego*. Post *Dominus* codd. R, S, Cas. 2. addunt *Deus*. Miss. Moz. l. c. mox legit *atque equitibus*.

19. *Tollensque se* — Codd. L 4. (quaedam edd. hentenianae mendose notant 14.), V 1. m., Miss. Moz. p. 452., Hincmarus CXXV, 666. tacent *se;* Franciscus Lucas Brugens. in suis Notationibus suspicatur graecum interpretem et latinum legisse ויסא (fortasse dicere voluit וישא, aut ויסח); at communem lectionem illos expressisse longe verisimilius videtur. Pro *angelus Dei*, Sixtus cum paucis codd., plerisque edd., Rabano, Ruperto, Hugone de s. Vict. l. c., Balduino cant. CCIV, 706., Miss. Moz. l. c. *angelus Domini;* Toletus scribit: «Lege *Dei:* sic hebr., graecus, Reg., » Compl., Ordin., mss. et Congregatio. Lo» vanienses autem legunt *Domini*. » Sixtini enim, gregoriani et fere omnes codd. pro hodierna lectione stant. Cf. Rocca I, 306. Post *praecedebat* cod. B addit *eos*. Mox cod. E legit *et abiit;* it. Rabanus, at hic praemittit *Levavit se;* eademque est syntaxis in hebr. et graeco.

Ibid. *post tergum*—Nonnulli codd. heic distinguunt, atque periodum claudunt. E contra alii cum nostris editionibus licet versiculum in haec verba terminent, eadem tamen cum sequentibus connectunt legentes *post tergum stetit, inter* etc. At vero hebr., graecus et reliqui interpretes perspicue legunt *stetit post tergum, et venit inter* etc.; ex quo in hodierna saltem interpungendi ratione apparet unum verbum pro duobus in Vulgato positum esse. Miss. Moz. l. c. *post tergum. Stetitque*.

20. *et castra Israel* — Codd. F, T 2. m., Cas. 3. *et inter castra Israel;* it. hebr., graecus et reliqui. Mox codd. B, E, Cas. 12. tacent *ita;* nec legitur in hebr. et graeco.

21. *et vertit* — Codd. B, V et Miss. Moz. l. c. *et evertit*.

22. *sicci maris*—Sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Bruno ast., Miss. Moz. l. c. *maris sicci*. Pro *a dextra eorum et laeva*, codd. B, G, N, O, T, U, V, Cas. 16., Bibl. Ord., Miss. Moz. l. c. *ad dexteram eorum et laevam;* cf. infra ad vers. 29.

23. *et omnis* — Particulam *et* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 23., Miss. Moz. l. c. et Martinus leg.; accedunt hebr. et veteres interpp., excepto graeco, de quo tamen conf. Holmes.

24. *Iamque* — Miss. Moz. l. c. *Itaque*. Mox Bibl. Compl. et Reg. tacent *ecce;* nec legitur in hebr. et antiquis interpretibus. Pro *inter-*

fecit, nonnulli ex correctoribus Pii V., collato hebraeo textu et graeco, legebant *turbavit;* cod. V 2. m. et Amalarius CV, 1189. praemittunt *et;* cui favent hebr. et veteres; sed alia est periodi ratio.

25. *Dixerunt ergo... Dominus enim*—Bibl. Paris. 1566. *Dixeruntque ... quia Dominus.* Mox codd. C, D, S, T, U *pro eis pugnat.*

26. *Et ait* — Cod. E tacet *Et.* Post *manum* cod. B et Miss. Moz. l. c. tacent *tuam.* Mox pro *ut,* legunt *et* codd. B, F, Miss. Moz. l. c.; accedunt hebr. et graecus. Pro *ad Aegyptios,* Miss. Moz. l. c. *super Aegyptios;* it. hebraeus.

27. *Cumque* — Cod. F *Cum;* it. copt. Pro *fugientibusque,* codd. E, G *fugientibus.*

28. *Reversaeque* — Cod. E *Reversae.* Pro *nec unus,* sixtini, codd. A, C, D, E, H, O, R, U, Rabanus *ne unus;* cf. *Varr. Lectt.* De-Rossi et Holmes.

29. *sicci maris* — Miss. Moz. l. c. *maris sicci;* conf. vers. 22. Cod. N heic habet scholion: « Nota quomodo variat dicendi modus. » Supra (v. 22.) dicitur *erat aqua;* hic *erant* » *aquae,* cum idem sit in hebraeo: supra » *quasi murus;* hic *quasi pro muro:* supra *ad* » *dexteram;* hic *a dextris:* supra *laevam;* hic » *a sinistris* nominat. Quod non attendentes » multi, propter nescio quos apices iudaeo- » rum, venustatem adimunt translationis, et » hic et in aliis multis locis. »

30. *die illa* — Sixtini, codd. A, C, D, F, O, all., Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Miss. Moz. l. c. *die illo.*

31. *servo eius* — Cod. A *famulo eius.*

Cap. XV, 1. *cecinit Moyses et filii Israel* — Miss. Moz. p. 452. *cantavit Moyses;* codd. Cas. 11. *cecinit Moyses cum filiis Israel;* pro *cecinit* Cas. 1. cum Augustino legit *cantavit.* Pro *Domino,* Miss. Moz. l. c. *Deo;* it. graecus.

Ibid. *magnificatus est* — Codd. A, E, Cas. 12., Thomas. II, 303. III, 552. V, 250. 351., Miss. Moz. l. c., Florianus ab. LXXII, 917., Isidorus V, 372. VI, 367., Hildefonsus tol. XCVI, 149., Beda II, 311. IV, 371., Rabanus VI, 1103. *honorificatus est;* eadem lectionis varietas occurrit vers. 21., eademque veteris italae codices occupasse videtur; nam pro utraque lectione gravissimos testes Sabatierius protulit; neutram Hieronymo abiudicare audemus. Pro *deiecit,* codd. A, E, F, G, N*, R, Cas. 14., Thomas. II, 303., Florianus, Isidorus, Hildefonsus, Beda ll. cc., Rabanus, Bruno herbip. CXLII, 537., Bruno ast., Rupertus *proiecit;* codd. N et O monent hanc lectionem ad vers. 4. pertinere: eadem quaestio occurrit vers. 21.; plura dabit Sabatier.

2. *Fortitudo mea* — Rabanus tacet pronomen. Semel adnotasse sufficiat Rabanum, Bedam, aliosque in huius cantici expositione fere secutos fuisse antiquiorem latinam interpretationem, aut saltem quaedam identidem ex versione antehieronymiana mutuatos fuisse. Quum enim librarii istud canticum una cum aliis, quae in liturgiae usum iam pridem consecrata fuerant, ad psalterii calcem describere consuevissent, factum est ut eadem ratio quae obstitit ne vetus psalmorum interpretatio interiret, huius quoque cantici priscam lectionem servaret atque ad nostram usque aetatem propagaret. Hinc patres qui a seculo VIII. ad XIII. floruerunt, posthabita hieronymiana versione, huius cantici verba ex liturgicis libris saepius excitarunt, aut saltem veterem, quam memoria tenebant, cum nova seu hieronymiana versione permiscuerunt. Quapropter non pauca heic offendimus, quae criticam manum requirunt, ut ea, quae ad Hieronymum pertinent, a reliquis secernantur: idque dum perficere conamur, in salebris identidem haeremus. Cod. E plane ex itala legit *Adiutor et protector factus est mihi.* Cod. Cas. 1. tacet *mihi.*

3. *vir pugnator* — Cod. A tacet *vir.*

4. *in mare* — Cod. Cas. 1. addit *rubrum.* Pro *Mari rubro,* codd. E, U *rubro mari;* cod. T *mare rubrum.*

5. *descenderunt*—Cod. A 1. m. *descendunt;* Bibl. Ordin. praemittunt *et;* concinunt codd. arabici holmesiani. Pro *quasi,* codd. U, Cas. 1. *tamquam;* item itala.

6. *Dextera tua Domine magnificata est* — Cod. memmianus *Dexteram tuam Domine ma-*

gnificem; in hoc postremo verbo consentiunt codd. A, E; et fortasse ad eamdem lectionem revocandi sunt alii codd. apud Martianaeum, qui legunt *magnifice;* item Prudentius trec. CXV, 1130.; alius codex Martianaei, et nostri D, O, T, U, Cas. 9. *magnificetur;* Rabanus, Thomas. l. c. *glorificata est;* conf. Sabatier.; singularis est codex B, qui habet *magnificata est mihi;* cui adstipulatur graecus ven. *κεκρατοίωται μοι*: nempe isti in hebraico verbo נאדרי censuerunt *iod* denotare pronomen quod vocant suffixum, de qua sententia conf. Poli *Synopsis critt.*, Malvenda et Schroeder. At reliqui veteres interpretes, itemque recentiores plerique philologi, Ewaldus, Gesenius, Maurerus, illud *iod* pro littera paragogica habuerunt; adeoque nullum heic pronomen agnoscunt. Quid vero expresserit Hieronymus, in tanta codicum varietate haud facile definieris. Ab hodierna enim lectione, quae facilis et plana, atque priscis versionibus plerisque consentanea videtur, ita recedunt antiquiores fere Vulgati codd. aliam atque aliam difficilioremque lectionem praeseferentes, ut vix fieri possit ne haesites an haec vel illa Hieronymo adiudicanda sit. Pro *inimicum,* cod. E, Gregorius M. I, 77. *inimicos;* item itala ex graeco.

7. *adversarios tuos* — Fere omnes codd., praesertim antiquiores A, B, C, D, E, all., plures edd., Rabanus, Prudentius trec. l. c., Haymo CXVI, 702., Bruno hebr. l. c. *adversarios meos* (hinc codd. Cas. 8. legunt *deposui* pro *deposuisti*); Martianaeus scribit: « Mss. » omnes optimae notae et antiquiores habent » *meos.* » Item codices Roberti Stephani et Vallarsii; Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1526., all. *adversarios nostros;* tacent pronomen codd. Cas. 2. cum itala et graeco. Hodiernam lectionem induxerunt sixtini, quibus adstipulantur codd. L 4., Cas. 3., Bibl. Complut., Reg., Rob. Steph. 1528. 1532., Lugd. 1550., all.; item, ut videtur, Rupertus, quem laudat quoque Lippomanus; accedunt reliqui omnes veteres interpretes cum sacro textu; immo etiam aethiops et georgianus etsi alexandrinum fontem in ceteris sequantur. Cf. Lucas Brugensis, Bukentopius p. 141. et Rocca l. c. Pro *sicut stipulam,* codd. A, E, Cas. 12. *ut stipulam.*

8. *Et in spiritu* — Tacent nexum codd. C, D, N, O, T, U, V; cf. Holmes.; accedit Augustinus; it. syrus in polyglottis, sed Ephraemus I, 216. legit ܘܒܪܘܚܟ. Pro *congregatae sunt abyssi,* minus recte Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Haymo l. c. *congregati sunt abyssi.* Pro *medio mari,* codd. B, U, Thomas. II, 304. III, 553. *medio maris;* cod. F tacet *mari.*

9. *et comprehendam* — Particulam *et* tacent cod. B, Thomas. l. c.; item hebr., graecus et chaldaeus; sed conf. Sabatier. et Holmes. Pro *implebitur,* codd. Cas. 10. *replebitur;* codd. S, Cas. 2. et Rupertus *et implebitur;* Augustinus *et replebo;* item arabs. Ante *interficiet* codd. Cas. 4. addunt *et;* conf. Holmes. et Sabatier. Pro *manus,* cod. E *anima.*

10. *spiritus tuus* — Codd. Cas. 3. *spiritus eius.*

11. *similis tui* (bis) — Sixtini primo, codd. A, B, C 1. m., Cas. 1., Thomas. l. c., Rabanus *similis tibi;* conf. Sabatier. Pro *fortibus,* cod. Cas. 1. cum itala *diis;* alex. et graecus ven. *θεοῖς.* Pro *Domine,* cod. F *Deus.* Pro *magnificus,* codd. U, Cas. 1. *magnificatus.* Ante *faciens* praemittunt *et* primo sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, L 11., R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all., Rabanus VI, 1107., Bruno herbip. l. c., Henricus salzb. CXCVI, 1548.; accedunt syrus et duo codd. arabici holmesiani.

13. *misericordia tua* — Cod. E tacet *tua;* cod. Cas. 1. legit *terra tua.* Post *populo* codd. O, R, S, Cas. 1. addunt *tuo,* quod scholiastes codicis N respuit; margo Ord. *huic;* itala ex graeco *populum tuum hunc.* Hebr. עם זו; sed egregie Vulgatus in hoc cantico pro זו posuit *quem;* est enim forma poetica pro אשר, uti docent Ewaldus, Gesenius, Maurerus, all.; frustra itaque additur *tuo,* vel *huic.*

14. *Ascenderunt* — Correctores Pii V., sixtini, Rabanus, Thomas. l. c., Brev. Goth.

p. 370. et LXXXIII., Lit. gallicana in Patrol. LXXII, 194., Isidorus Clarius, margo Ordin. et margo codicis memmiani *Audierunt;* sed omnes isti hanc lectionem ex itala, vel ex hebraeo, cui omnes veteres consentiunt, hauserunt. Sixto placuit vulgatam latinorum lectionem retinere. Hanc rursum primo abiecerat congregatio gregoriana; at dein nil immutandum esse censuit. Hinc Toletus scribit: « Hebraeus, graecus et aliquot mss. (altera » manus adiecit: *puto esse nullos*) habent *Au-* » *dierunt;* tamen in omnibus impressis est » *Ascenderunt;* et quia haec lectio est com- » munissima, relicta est a Congregatione. » Houbigantius, De Vence et auctor notularum in Bibl. Paris. 1837. autumant Hieronymum scripsisse *Attenderunt:* indeque librariorum vitio hodiernam lectionem ortam fuisse. At quamvis aliquam veritatis speciem haec coniectura praeseferat, tamen, deficientibus idoneis testibus, postremi romani censores veterem receptamque scriptionem servandam existimarunt.

Ibid. *irati sunt* — Margo cod. H *perturbati sunt;* Aquila ἐκλονήθησαν, Alius, fortasse Symmachus, ἐταράχθησαν: ad utramque notionem hebr. ירגזון trahi potest; non male graecus ven. φρυάξονται. Pro *dolores obtinuerunt,* sixtini cum cod. A *dolor obtinuit;* consentiunt hebraeus, syrus, arabs, graecus ven., georg. Pro *habitatores,* codd. E, T *habitantes;* codd. Cas. 9. *inhabitatores;* Beda l. c. *inhabitantes;* conf. Sabatier.

15. *conturbati* — Cod. E *congregati;* graecus ἔσπευσαν, Augustinus « *festinaverunt,* id » est *conturbati sunt.* » Pro *principes,* cod. B, Thomas. l. c., Liturg. gallic. l. c. *duces;* conf. Sabatier. Mox in cod. D desunt verba *tremor: obriguerunt.*

16. *Irruat* — Cod. E *Decidat;* ut itala; codd. S, U, Bibl. Lugd. 1522. *Irruit;* cf. Holmes. Pro *pavor, in magnitudine* codd. A, C, D, O, T, U, Palatin. *pavor magnitudinis* (mendose Vallarsius *magnitudines*); itala *tremor magnitudinis;* conf. Holmes.

Ibid. *donec pertranseat . . . donec pertranseat* — Alterutrum, et quae his interiacent omittunt codd. B, F, G. Habent utroque loco *donec transeat* codd. A, H, Rabanus et quidam veteres apud Sabatierium: alii vero ibidem ita legunt tantum priori loco; it. codd. Cas. 11., Thomas. l. c., Liturg. gall. l. c., Brev. Goth. pag. 369. et LXXXIII. Hebr. et graecus idem verbum utroque loco usurpant. Margo Ordin. *donec transierit.*

Ibid. *populus tuus iste*—Sixtini, cod. E tacent *tuus;* neque legitur in hebr., syro, graeco ven. et arabe.

17. *eos, et plantabis* — Codd. U, Cas. 2., Rabanus *et plantabit eos;* Thomas. II, 306. *et planta eos;* accedit itala cum graeco; reliqui interpretes cum hebraeo pronomen adhibent utroque loco. Mox cod. T *firmissimum habitaculum tuum.* Post *sanctuarium* tacent *tuum* sixtini, codd. A, D, H, L, N, O, Thomas. l. c., Rabanus; consentiunt hebr. et veteres interpretes, exceptis syro et Ionathano; cod. E legit *sanctimonium tuum,* de qua lectione cf. Sabatier. Nota antiqui codicis veterisque italae testimonio novi verbi usum firmatum. Quum enim ἁγίασμα non modo *sanctuarium,* sed et *sanctitatem* denotet, heic italae auctor posuit *sanctimonium* (id est sanctitatem, vel sanctimoniam), quod verbum plus semel ab Augustino aliisque usurpatum adnotarunt Cangius in *Glossar.* et Maius in *tom. IX. Spicil. rom.;* Beda quoque II, 312. ex itala habet *sanctimonium,* at id interpretatur « sanctum aedificium Dei; » quod huius vocis notioni minus consentaneum videtur; item Rabanus et Glossa.

18. *regnabit* — Codd. A, F, G, Cas. 10., Thomas. V, 250. 351. *regnavit;* cod. N * « Lege *regnabit,* non *regnavit.* » Hunc locum ex itala habet Gregorius M. I, 522. *Domine, qui regnas in aeternum, et in seculum et adhuc;* quod adnotare Sabatierius debuisset; cf. et Beda l. c. Cod. E veterem novamque ut solet permiscens versionem habet *Domine regnavis in aeternum et ultra.*

19. *eques*—Legunt *equus* correctores Pii V., sixtini, codd. A, B, D 1. m., E, G, H, L 8.,

M, N, O, Q, Cas. 17., Bibl. Rob. Steph. 1528., margo Ordin., Prudentius trec. l. c.; idque probant Thomasius III, 555., Lucas Brug., Bukentopius p. 11. et 141., De-Rossi *de praecip. causs.* p. 72. et 95., Mariana, De Vence. Scholiastes cod. M adnotat: « *Equus* ponitur » collective; et *Pharao* est genitivi casus. » Hinc graecus ven. Ἵππος τοῦ Παραῶνος. De nomine *Pharao* vide sequentem adnotationem. Interim adnotamus veteres plures editiones mendose adhibuisse interpunctionem post verbum *eques*. Animadvertendum quoque est Vulgati lectionem, quoad sensum, non esse mendosam, prout non pauci censores adfirmarunt, inter quos Carpzovius in *Crit. S. part. 2. c. VI. §. 4.* Nam compertum est apud latinos nomen *eques* usurpatum fuisse pro *equus;* cf. Forcellini. Unde Magdalius in suo Bibliorum correctorio notat: « *equus* » legi debet, non *eques*, nisi equitem pro ipso » iumento cui insidetur, accipere velimus. » Utrumque enim eques significat, ut refert » Aulus Gellius l. XVIII. c. V. » Ceterum tacent codd. L 4., Rabanus VI, 1111., Haymo CXVI, 704., Bruno herbip. l. c., Rupertus.

Ibid. *Pharao* — Antiquissimi latini codd. passim scribunt *Pharao* pro quolibet casu; hinc cod. M accurate docet heic pro secundo casu esse. At quum Vulgato hoc nomen declinabile sit, correctores Pii V., primo sixtini, codd. B, G, Cas. 14., margo Ordin. cum itala heic legunt *Pharaonis*. Post *equitibus* tacent *eius* codd. C, D, L, N, T, Rabanus, Prudentius trec. l. c., itala et graecus; conf. Sabatier. et Holmes.; latina interpretatio samaritani textus in polyglottis mendose tacet pronomen. Cod. A legit *equitatibus eius*. Mox cod. E *et reduxit Dominus super eos*. Pro *in medio eius*, cod. B *per medio eius;* Gregorius M. II, 849. 870. *per medium mare;* Bibl. Ord., Hugo, Bruno herbip. l. c. *in medio maris;* codd. Cas. 12., Rabanus *in medio mari;* conf. Sabatierius; accedunt hebr., graecus et reliqui.

20. *prophetissa* — Sixtini, codd. A, H *prophetis;* cf. Sabatierius; minus recte codd. C, D, O, T, U, Cas. 1.; Bibl. Ordin. *prophetes*. Post *in manu* tacent *sua* codd. B, C, D, E, F, U, V 1. m., Cas. 5., Thomas. I, 21. V, 250. 351., liturg. gallic. l. c., Bruno ast.; item Ionathanus.

21. *praecinebat, dicens* — Cod. B *praecinebant, dicentes*. Pro *magnificatus*, codd. S, Cas. 8. *honorificatus;* cf. vers. 1. Post *ascensorem* tacent *eius* sixtini, codd. B, C, D, F, G, O, T, U, V, Cas. 22., Thomas. II, 306. III, 555. V, 250. 351., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph., all., Bruno ast.; it. itala cum graeco; cf. vers. 1. Pro *deiecit*, legunt *proiecit* codd. B, F, N*, R, V, Cas. 22., codices Avell. et Langob. apud Sirletum, Thomas. l. c., Gregorius M. III, 400., Bruno ast.; conf. Sabatier.

22. *Moyses* — Codd. F, U 2. m., Cas. 1., Bruno ast. addunt *et Aaron*. Pro *egressi*, codd. F, R, T, U, Cas. 4., Bruno ast. *ingressi;* cod. 18. Kennicotti ויבאו. Pro *ambulaveruntque*, codd. U, Cas. 1. *ambulaverunt*. Mox codd. A, R *in solitudinem*.

23. *Mara* (ter) — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, N, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., Lugd. 1522., all., Bruno ast., Rupertus, Martinus leg. CCVIII, 285. *Marath;* sed horum plerique, ut et Cas. omnes, nonnisi priori loco ita legunt, ubi hebr. מרתה cum ה locali; hinc cod. N adnotavit: « *Et venerunt in Marath*, per *th* finalem; sed » secundo et tertio loco ponitur *Mara* per *a* » finalem: sic hebr. et antiqui. » Pro *aquas de Mara*, cod. E *aquam de Mare*. Pro *loco nomen*, codd. C, D, F, N, U, V 1. m. *loci nomen*. Pro *vocans illum*, cod. V *vocans eum;* mendose Vulgatus in ed. polyglottorum Waltonii *vocans illam;* licet enim in hebraeo pronomen sit feminini generis, quia refertur ad *Mara*, tamen aliter est apud latinos. Multi censent verbum קרא hoc loco accipiendum esse pro *vocatum est;* ita Clericus, De Vence, Glaire, Diodati, aliique; passivam notionem revera exprimunt arabs, et non pauci graeci codices holmesiani. At reliqui interpretes antiqui e Vulgato stant. Sixtini, codd. A, C, D, E, F,

G, H, N, O, T, U, Rabanus, Rupertus, Bibl. Ord. *vocans illud.* Scholiastes in cod. N scribit: « Quod dicitur *illud* ad nomen refertur: » similiter IV Reg. XXIII. (v. 34.) *vertitque* » *nomen eius Ioachim;* id est vertendo vocavit » nomen eius Ioachim. Sequitur *id est ama-* » *ritudinem.* Notula, quae dicit quod hoc he- » braeus non habet, frivola est, quia nihilo- » minus est de textu. Sed require Gen. XXXV. » (v. 18.). » Hisce postremis verbis scholiastes arguit notulam quam in cod. M legimus: « Quod dicitur *id est amaritudinem,* hebraeus » non habet. » Haec verba declarationis gratia a Hieronymo interposita primo expunxerant sixtini, dein restituerunt.

25. *in aquas* — Margo Bibl. Ord. *in aquis.* Pro *ei praecepta, atque iudicia,* Rupertus *ei iudicia, atque praecepta;* tacet *ei* cod. T. Mox cod. E tacet *et.*

26. *dicens* — Cod. H *et dixit;* item hebr., graecus et reliqui. Pro *vocem,* cod. A *nomen.* Pro *mandatis,* cod. F *mandata.* Mox cod. Cas. 1. tacet *omnia.*

Ibid. *ego enim Dominus* — Sixtus et plures veteres edd. *ego enim sum Dominus Deus;* hinc Toletus: « Expunge *sum* et *Deus;* sic » hebr., graecus, Ord. et Congregatio. » Item Rocca l. c. Animadverte Toletum et Rocca adivisse graecam ed. Compl. in qua habetur ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος, prout legunt et multi codd. holmesiani; at graeca ed. vatic. addit ὁ Θεός σου; neutra tamen editio Toleto adstipulatur. Ceterum hodiernam Vulgati lectionem ad fidem plurimorum codd., praesertim B, C, D, E, F, all., Rabani et Ruperti comprobarunt sixtini et gregoriani; cf. Brugensis et Bukentopius p. 391. Codd. A, R, S legunt verbum *sum;* codd. Cas. 2. habent *Deus,* pro *Dominus.* Pro *sanator,* codd. I, N, R, S, V, Cas. 16., Bibl. Lugd. 1513. 1522. 1526., Ven. 1533., all., Hugo, Rabanus, Rupertus *salvator;* cod. N habet hoc scholion: « Per hoc » manifestum est omnia illis contigisse in » figura, ut sanitas aquarum ad sanitatem » mentium referatur. »

27. *in Elim filii Israel* — Tacent *filii Israel* sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, I, L 9., O, R, T, U, Cas. 8., Thomas. I, 21., Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Bruno ast., Rupertus; hisce concinunt hebr., graecus et veteres omnes; unde merito Lucas Brugensis scribit: « Non » temere libri quidam omittunt *filii Israel.* » Cod. A et Godefridus CLXXIV, 258. *filii Israel in Elim;* prout legitur in Miss. rom. Dom. in Palmis.

Cap. XVI, 1. *Profectique sunt de Elim, et venit* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., Lugd. 1513., all. *Profectique de Elim, venit.* Pro *quintodecimo,* cod. N, Bibl. Reg., Paris. 1566., all. *quintadecima.* Mox Bibl. Lugd. 1550. *Aegyptii.* Animadverte hunc versiculum in multis codd. referri ad cap. XV.; nam a versiculo sequenti illi exordiuntur cap. XVI.

2. *et Aaron* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F 2. m., G, H, O, R, S, T, U, Cas. 5., Brev. Goth. p. 401., Rabanus, Rupertus *et contra Aaron;* accinunt hebr., chaldaeus, graecus ven. et syrus. Tacent *in solitudine* Brev. Goth. l. c., Augustinus et graecus, de quo tamen conf. Holmes.

3. *Dixeruntque filii Israel ad eos* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Rupertus II, 1375. et Miss. rom. (edit. vatic. 1609.) Dom. in Palmis *Dixeruntque ad eos filii Israel;* Brev. Goth. l. c. *Dixerunt ergo filii Israel.* Pro *essemus,* codd. Cas. 11. *fuissemus.* Pro *in terra Aegypti,* Rupertus et Petrus Com. *in Aegypto;* item copt. et Cyrillus alex. apud Holm. Pro *super ollas,* Brev. Goth. l. c. et *Spicil. solesm. III, 224. ad ollas.*

Ibid. *panem* — Primo sixtini, codd. B, C, D, E, F, N, O, R, S, T, U, Cas. 6., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus, Godefridus CLXXIV, 262. *panes;* item Tertullianus cum graeco; cod. N adnotat: « Sicut *Maim* (מים) et pro » *aqua,* et pro *aquis* accipitur, licet sit quasi » plurale; sic *Leem* (לחם) et pro *pane,* et » pro *panibus;* licet sit singulare. Unde non » bene pro *panes,* quidam *panem* mutave- » runt. » Pro *cur eduxistis,* Sixtus, codd. C, D, G, S, T, V, Cas. 9., veteres edd., Miss. rom.

l. c.; Rupertus, Godefridus l. c., Hugo de s. Vict. CLXXVII, 953. *cur induxistis;* codd. R, U, Cas. 8. *cur induxisti;* codd. A, F *cur eduxisti;* Tertullianus et quidam graeci codd. *quoniam eduxisti;* Brev. Goth. l. c. *quid eduxistis;* Toletus scribit: « Lege *eduxistis;* ita » hebr. et graecus; » et ita, cum reliquis codd. et Rabano, sixtini et gregoriani; conf. Rocca I, 306., Lucas Brugens. Mox codd. Cas. 9. et margo Ordin. tacent *istud;* codd. C, I legunt *istum.*

4. *pluam vobis* — Brev. Goth. l. c. *vobis pluam;* Beda II, 313. et Bruno ast. tacent *vobis.* Mox cod. B tacet *panes;* codd. H, V, Cas. 5., Miss. rom. l. c., Beda l. c. legunt, ut supra, *panem;* item georg. Pro *sufficiunt,* codd. Cas. 6., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Bruno ast., Rupertus II, 1549., margo Ordin. *sufficiant.* Mox Brev. Goth. l. c. habet singularem lectionem *utrum si ambulet in viis meis.*

5. *Die autem* — Codd. Cas. 6. *In die autem;* totidem codd. Cas. *A die autem.* Pro *sexto,* codd. C, F, H, O, T, Bibl. Ord., Rabanus, Rupertus, Godefridus l. c. *sexta.* Mox Brev. Goth. l. c. *duplum quod colligere.*

6. *eduxerit vos* — Brev. Goth. l. c. *eduxit vos.*

7. *gloriam Domini* — Cod. Cas. 1., Thomas. V, 336., Brev. Goth. l. c., Godefridus tom. cit. p. 265. et 645. *gloriam eius;* conf. Sabatier.; codd. V, Cas. 1., Isidorus V, 374., Beda IV, 371. *gloriam Dei;* item codex alexandrinus. Pro *audivit,* Sixtus, codd. D, F 2. m., G, I, R, S, T, U, Cas. 10., pleraeque edd. veteres, Rupertus *audivi;* correctores Pii V., sixtini et Toletus, consentientibus antiquioribus omnibus codd., Bibl. Ord. et Rabano, emendarunt. Cod. E tacet *enim.* Pro *murmurastis,* sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 5., Bibl. Ord., Rupertus, Godefridus l. c. *murmurationes* (plerique ex laudatis codd. scribunt *murmurationes*); item graecus; Cas. 1. *sic murmurastis.*

8. *Dabit vobis Dominus* — Codd. A, C, D, E, R, S, T, U, Godefridus l. c., Rupertus *Dabit Dominus vobis;* codd. F, Cas. 2. *Dabit enim Dominus vobis.* Bibl. Ordin. tacent *Dominus;* seu potius edd. Lugd. 1545. 1590. hanc vocem mendose transtulerunt ad vers. superiorem, ubi inepte legunt *nos vero Dominus sumus.* Mox pro *panes,* codd. Cas. 2. *panem;* pro *in saturitate,* cod. H et Rupertus *in saturitatem;* pro *audierit,* Godefridus l. c. *audivit.* Pro *murmurati estis,* codd. B, Cas. 5., Godefridus l. c. *murmurastis;* codd. Cas. 8. cum Augustino *murmuratis.* Rabanus dein cum Augustino et graeco legit *contra nos; nos autem;* at recte monuit Lucas Brugens. haec ex itala potius esse. Denique pro *Dominum,* codd. A, Cas. 1., Brev. Goth. l. c., Gregorius M. II, 1279. (sed alias cum Vulgato), Rupertus *Deum;* item Augustinus cum graeco.

9. *Dixit quoque*—Legunt *Dixitque* sixtini, codd. paene universi, praesertim antiquiores, Bibl. Ordin.; Brev. Goth. l. c.; Rabanus. Mox cod. B tacet *filiorum;* item cod. 69. Kennic.

10. *Cumque* — Codd. F, Cas. 8. *Cum.* Pro *ad omnem,* cod. Cas. 1. *ad universum.*

11. *Locutus est autem* — Codd. U, Cas. 4. *Locutusque est;* tacent *autem* codd. Cas. 8., Brev. Goth. l. c., Martinus leg. CCVIII, 278.; item georg.

12. *murmurationes* — Cod. A *murmurationem;* Augustinus cum graeco *murmur.* Post *Israel* codd. C, T 2. m. addunt *quibus contra vos murmurant;* haec verba leguntur Num. XVII, 5. Pro *panibus,* cod. H, Rabanus *pane;* cf. Holmes et supra ad vers. 3. Pro *scietisque,* sixtini cum cod. A *et scietis;* Brev. Goth. l. c. *scietis.*

Ibid. *quod ego sum* — Sixtini primo, codd. A, C 2. m., D, O, T, V, Cas. 18., Bibl. Ord., Hugo *quod ego sim;* codd. E, H, Thomas. V, 336., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Bruno ast., Martinus leg. l. c. *quod sim;* cf. Holmes.

13. *Factum est ergo*—Codd. A, F, Cas. 12. *Factum est autem;* item graecus. Pro *ascendens,* Brev. Goth. l. c., Rabanus et Rupertus *ascendit;* item hebr., graecus et itala. Pro *cooperuit castra,* cod. A *cooperuit terram;* cod. K *operuit terram;* item Spicil. soles. II, 508.; Brev. Goth. l. c. *operuitque castra;* cod. T,

*

Rupertus *et operuit castra* (itala *et cooperuit castra*); praeterea legunt quoque *operuit* primo sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, H, R, S, U, V, Cas. 23., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Bruno ast., Petrus Com., Balduinus CCIV, 746., Pseudo-Hieron. III, 744. Pro *per circuitum*, cod. B *super circuitum*.

14. *minutum* — Codd. Cas. 5. *man*. Pro *tusum*, sixtini, codd. A, C, F, H, O, V *tunsum*; utraque lectio probabilis est; codd. D, E, G, R, S, T, U, Brev. Goth. l. c., Beda II, 315., Balduinus diserte tom. cit. p. 748. *tonsum*, quod mendosum videtur. Conf. ad Lev. XXII, 24. In vocis hebraicae מחספס interpretatione Gesenius *Thes. p. 504.* censet verum vidisse chaldaeum, syrum et Erpenium, qui habent *desquamatum*, vel *decorticatum*; at Hieronymi interpretatio, si bene perpendatur, haud longe ab illa notione recedit. Reliqui veteres minus probabiles coniecturas sectati sunt. Pro *in similitudinem*, codd. C, D, G, S, T, U, Rupertus *in similitudine*.

15. *quod significat: Quid est hoc?* — Haec verba a Hieronymo, ut videtur, adiecta primo abiecerant sixtini; sed mox restituerunt: ita enim vocem *manhu* veterum plerique interpretati sunt. Fatetur quidem Gesenius *Thes. p. 799.* heic narrari nomen מָן inde ortum, quod Israelitae quaesierint *Quid hoc?* At temere prorsus aliud probabilius huius vocis etymon ex linguae arabicae analogia haberi affirmat (cf. Drach *Lex. Cath. p. 355.*); multoque magis errat dum supponit aetate sacri nostri scriptoris apud arabes domesticam fuisse notionem illius cibi de quo heic sermo est. Ex argumentis a Gesenio prolatis minus absurde colligeremus arabicam linguam aliquid extulisse ex pervulgata opinione de manna, qua alti sunt hebraei in deserto. Pro *Dominus dedit vobis*, primo sixtini, codd. F, V, Brev. Goth. l. c., Bibl. Ord., Balduinus l. c., Martinus leg. l. c. *dedit vobis Dominus* (conf. Sabatier. et Holmes.); secundo autem sixtini, codd. A, C, D, E, H, R, S, T, U, Hugo, Rabanus, Bernardus clar. CLXXXIII, 719. *dedit Dominus vobis;* cod. G *dedit Dominus ad vescendum vobis*.

16. *praecepit* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., posteriores edd. Rob. Steph., all. plures addunt *vobis;* it. cod. unus graecus, alter armenus apud Holmes; cod. U legit *praeceperat*. Pro *unusquisque ex eo*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Rabanus, Balduinus, Martinus leg., Pseudo-Hier. ll. cc. *ex eo unusquisque*. Pro *sufficit*, codd. F, H, O, S, V, Cas. 11., Rabanus, Martinus leg. l. c. *sufficiat*. Pro *per singula*, Rabanus *super singula;* Martinus leg. l. c. *videlicet per singula*. Denique pro *tabernaculo*, cod. E (ex quo reliquam huius capituli partem, ex antehieronymiana interpretatione petitam, ad Exodi calcem proferemus) et Martinus leg. l. c. *tabernaculis*.

17. *Feceruntque ita* — Codd. Cas. 5. tacent *ita*. Pro *alius plus, alius minus*, codd. T, Cas. 2., Petrus Com. *alii plus, alii minus;* cod. O interponit *et;* cui favent hebr. et vett.

18. *congregaverunt* — Sixtini, codd. A, C, D, G, O, R, U *congregarunt*.

19. *Dixitque Moyses* — Rupertus *Dixitque Dominus per Moysen*. Pro *relinquat*, Pseudo-Hieron. l. c. *reservet*. Pro *in mane*, codd. V, Cas. 13., Rupertus, Balduinus l. c. *usque mane*, ut versic. seq.

20. *ex eis usque* — Codd. Cas. 12. *ex eis in;* cod. Cas. 1., Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538., Pseudo-Hieron. l. c. *ex eo usque;* cod. E *ex eo in mane*. Tum hebraeus, tum veteres interpretes habent heic, ut versic. superiori, *ex eo usque;* nempe pronomen refertur ad panem de quo supra.

21. *incaluisset* — Rabanus *incubuisset*.

22. *In die autem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *In die vero*. Mox post *venerunt* cod. B tacet *autem*.

23. *sanctificata est* — Codd. A, F, H, V, Cas. 13., Balduinus tom. cit. p. 755. *sanctificata erit;* codd. Cas. 8. addunt *in*, Cas. 1. *a*. Verbum *cras* fere omnes antiquiores edd. Vulgati, paucique codd. connectunt cum iis quae sequuntur, non vero cum superioribus. Hinc Flaminius Nobilius adnotat: « *Cras* in Compl.

» et in multis edd. Vulgatae, itemque in chal-
» daeo coniungitur cum sequentibus; ut in-
» telligatur, quod cocturi estis cras, coquite
» hodie: sed melius coniungitur cum praece-
» dentibus. » Quod de chaldaeo dicit Nobilius refertur ad Complut. et Reg. editionem; non vero ad recentiores. Eadem interpungendi varietas locum habet in graecis edd., etsi Holmesius taceat. Pro *coquenda sunt,* cod. B *coquenda est.* Pro *reponite,* cod. C *ponite.*

25. *Domini* — Sixtini, codd. A, B, D, G, L 6., Q, Cas. 11., Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., Lugd. 1513., all. *Domino;* favent hebraeus, graecus et reliqui. Pro *invenietur hodie,* cod. A *inveniebatur hodie;* codd. F, Cas. 4. praemittunt *idcirco,* ut versic. seq.; arabs et cod. 667. Kennicotti coniunctionis particulam addunt; cod. F tacet *hodie;* item graecus, sed conf. Holmes.

26. *Domini* — Rursum sixtini, ut versiculo superiori, iisdem fere codd. et edd. adstipulantibus, legunt *Domino;* at heic tacent codd. E, H, Bibl. Compl., Rob. Steph. 1528. 1532., hebr., graecus et reliqui; legitur autem in cod. 10. derossiano. Cod. B legit *invenitur* pro *invenietur;* it. plures graeci codd. ἐστίν, pro ἔσται.

27. *Venitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, R, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ord., Hugo, Balduinus et Pseudo-Hieron. ll. cc. *Venit.*

28. *custodire mandata* — Cod. B et Pseudo-Hier. l. c. *servare mandata;* Hugo de s. Vict. l. c. *credere mandata.* Balduinus l. c. mox legit *et leges meas;* cui plerique veterum favent.

29. *Videte* — Codd. Cas. 13. praemittunt *Et dixit Moyses.* Pro *die sexta tribuit vobis,* codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo *tribuerit vobis die sexto;* habent quoque *tribuerit* sixtini, codd. B, H, Cas. 22. Ante *nullus* addunt *et* Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476. aliaeque plures edd., Balduinus l. c.; item syrus, Ionathanus, arabs, armenus, slavon. ostrog. et, apud Kennicottum, quinque codd. samaritani.

30. *sabbatizavit* — Codd. D, G, I, T, U, V, Cas. 10., Hugo, Bibl. Roberti Steph. 1540. 1545., all. *sabbatizabit.* Mox cod. N *die septima.*

31. *domus Israel* — Cod. B *populus;* cod. V *omnis Israel;* graecus, syrus, arabs et pauci codd. Kennic. *filii Israel;* Saadias, edit. Cp. אסראיל. Pro *Man* cod. E, plures codd. Martianaei, Rabanus *Manna;* item Augustinus et quidam codd. graeci heic et in sequentibus; conf. Holmes ad vers. 35.; accedunt syrus, chaldaeus et arabs; Vulgatus ipse, excepto Num. XI., in reliquis libris V. et N. T. legit *Manna.* Codd. T 2. m., V, Cas. 1. mox pergunt *eo quod erat.*

32. *praecepit* — Bibl. Paris. 1566. *praecipit.* Pro *Imple,* codd. Cas. 12. *Ut impleatur.* Pro *panem, quo,* codd. Cas. 4. *panes, quibus.* Pro *alui vos,* Bibl. Paris. 1566., Petrus Dam. CXLIV, 870. *alui eos;* et mox pro *educti estis,* margo Bibl. Paris. 1566., Petrus Dam. l. c. *eduxi eos;* concinunt arabs et tres codd. Kenn.

33. *Dixitque* — Codd. Cas. 12. *Dixit quoque.* Pro *repone,* Rabanus *pone.* Pro *servandum in,* codd. Cas. 5. *conservandum in;* mox codd. L 6. addunt *futuras retro,* ut superiori versiculo; hinc Lucas Brugens. « Merito dele-
» tum est *futuras retro,* quod a quibusdam
» exemplaribus additur. » Recte autem monet margo codicis H haec verba in hebr. ne in superiori quidem versiculo legi. Cod. Cas. 1. legit *in generationibus vestris.*

34. *praecepit* — Codd. L, Cas. 2., Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., all. *praeceperat;* et ita habet latinus interpres samaritani textus et persae. Conf. *Notationes* Lucae Brug.

35. *comederunt* — Cod. vaticanus apud Thomas. I, 21. *postquam comederunt;* cod. G *manducaverunt.*

36. *ephi* — Edd. vatic. 1593. 1598. *Ephi.* Mirum quantum in huius vocis scriptione discrepent libri. Codd. A, C *oephae;* codd. B, U *oephi;* codd. D, T *ephae;* cod. H *epha;* alii aliter. Accipe scholion codicis N: « Antiquio-
» res et Strabus et Karolus *ephe.* Moderni cor-
» rigunt secundum graecum. Sed et *he* littera
» hebraica est eius finalis; secundum puncta

» hebraica dicitur *epha:* unde super Ezech. » XLV. Hieronymus dicit: *epha,* quae corru- » pto sermone graece dicitur *ephi.* (Martianaeus ἔφι, alii legunt ὔφι, quod et codd. holmesiani servant; at conf. Schleusneri *Lex. LXX.* ad verbum οἰφί.) Sed et ubi graecus » ponit *i,* nos ponimus *e,* ut cum dicimus *Io-* » *seph,* graecus dicit *Iosiph,* et pro *Herodes,* » dicit *Hirodis;* et propter hoc antiqui latini » habent *ephe.* » De huius vocis etymo haeret Gesenius, qui tamen in *Thes. p. 83.* confert copticum ⲱⲡ, vel ⲏⲡⲓ; at vero אֵיפָה hebraeorum, et οἰφί alexandrinorum consonat thebaicum ⲟⲩⲟⲓⲡⲉ, (seu basmiricum ⲁⲓⲡⲓ), prout adnotat cl. Peyronius in *Lex. copt. p. 10. et 150.*

Cap. XVII, 1. *castrametati sunt*—Codd. A, B, F, G, Cas. 21., Bruno ast. *castrametata est;* quod refertur ad multitudinem.

2. *Qui iurgatus contra Moysen, ait*—Brev. Goth. p. 211. *Qui iurgati sunt contra Moysen, et dixerunt;* hebr. quoque ויאמרו, cui veteres interpp. concinunt. Glossa edita ab Arevalo *Isid. VII, 411.* legit *Quae iurgata* etc. Pro *ut bibamus,* codd. G, Cas. 5., Bibl. Ord. *ad bibendum.* Pro *Quibus respondit Moyses,* codd. R, Cas. 4., Bibl. Ordin. *Quibus iratus Moyses ait;* fortasse ex XVI, 20.; cod. S *Quibus iratus Moyses respondit;* cod. G *Quibus ait Moyses.* Ante *cur tentatis* addunt *et* codd. C, D, F, N, O, T, U, V, Cas. 6.; quibus suffragantur veteres interpretes cum samaritano textu et non paucis codd. hebraicis apud De-Rossi *Varr. Lectt.*

3. *ibi populus*—Codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Brev. Goth. l. c., Rabanus *populus ibi.* Pro *prae aquae,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Brev. Goth. l. c., Hugo *pro aquae;* mox Brev. Goth. l. c. tacet *dicens.*

Ibid. *fecisti nos exire* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, R, S, T, U, V, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus *nos exire fecisti;* Hugo de s. Vict. CLXXVII, 950. *exire nos fecisti.* Post *occideres* addunt *et* sixtini, codd. A, C, D, H, N, O, S, T, Rabanus, Hugo de s. Vict. l. c. Pro *liberos nostros,* cod. B *parvulos nostros;* Brev. Goth. l. c. *filios nostros.* Post *iumenta* codd. R, Cas. 1. addunt *nostra;* accedunt hebr. et veteres interpretes praeter graecum, de quo conf. Holmes.

4. *paululum* — Primo sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, N, O, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Ordin., Hugo, Glossa edita ab Arevalo l. c. *pauxillum,* non male; codd. E, Cas. 7., Brev. Goth. l. c., Ambrosius autp. LXXXIX, 1313., Petrus Com. *pusillum.* Pro *lapidabit,* codd. B, E (qui heic veteris italae lacinias ad calcem Exodi nobis proferendas servat), Brev. Goth. l. c., Rabanus *lapidabunt;* item hebr., graecus et reliqui.

5. *Et ait*—Tacent copulam codd. A, B, C, D, F, G, H, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 21., Brev. Goth. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus; accedunt armenus et georg.; codd. N*, Cas. 1. legunt *Ait autem.* Pro *populum* codd. N, T *paululum;* cod. N addit scholion: « Sed mu- » taverunt *paululum* in *populum,* quod he- » braeus habet; addo quod et graecus. Sed » videntur mihi ab hebraeo recedere dum ei » conantur adhaerere. Cum enim habeat *tran-* » *si ante populum,* virtute eius quod dictum » est *quid faciam populo huic* etc. et statim » Dominus ait: *Antecede,* intelligitur quod » dicitur *populum.* Sed cum dicitur *paululum,* » accipi oportebat per hoc quod dicitur *transi* » *ante;* non enim quando sic antecedit, ut se » absentet a populo, ante populum transit, » sed qui non pertranseundo, sed transeundo » ante populum incedit; idem prae illis et » coram illis vadit: et hoc est antecedere pau- » lulum. Varius etiam modus attestatur; prius » dicit *pauxillum,* postea *paululum.* »

Ibid. *de senioribus* — Sixtini, codd. A, K *de senibus;* conf. Ex. X, 9. Pro *Israel,* codd. E, K *populi;* item Augustinus et graecus. Pro *fluvium,* cod. A legit *mare;* it. coptus et slav., all. apud Holmesium; Mariana heic pro fluvio intelligit mare rubrum; conf. Augustinus *Quaest. 64. in Ex.* Mox Rabanus addit *et;* item cod. 196. Kennic.

6. *En ego* — Brev. Goth. l. c. *Ecce ego.* Pro *ibi coram te,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H,

R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Bruno ast. *coram te ibi;* tacent *ibi* cod. D, Brev. Goth. l. c., nonnulli codd. hebr. apud Kennic. et graeci apud Holmes. Pro *supra,* sixtini, codd. A, F, G, Rabanus *super.* Pro *Fecit,* cod. V, Bruno ast. *Fecitque;* consentiunt hebraeus et vett. omnes. Pro *senioribus,* sixtini, codd. A, B, Cas. 1. *senibus;* Cas. 1. addit *filiorum,* ut syrus et arabs.

7. *loci illius* — Codd. C, D, H, R, S, T, U *illius loci.* Post *Tentatio* cod. H addit *et lis;* item margo Rob. Steph.; hebr. habet מסה ומריבה; veteres autem interpretes duo haec nomina exhibent; nec apparet ratio cur horum alterum Vulgatus praetermittat: at fortasse correctores Pii V. acu rem tetigerant dum legendum censuerant *Tentatio et iurgium, propter iurgium* etc. Nimirum librariis valde proclive fuit geminatum verbum praetermittere. Ceterum editiones clementinae, quae heic in hoc nomine priorem litteram maiusculam adhibent, eamdem servare debuissent Deut. VI, 16. IX, 22. XXXIII. 8. Cf. ad Num. XX, 13.

Ibid. *et quia tentaverunt* — Sixtini, cod. A, Rabanus *et quia tentaverant;* codd. Cas. 9. tacent *et;* item cod. 15. holmesianus. Pro *Dominum,* Brev. Goth. l. c. *Deum.* Pro *Dominus,* codd. B, R, Cas. 5., Brev. Goth. l. c., Bibl. Lugd. 1550., Paris. 1566., all., margo Ord. *Deus.*

8. *Amalec* — Codd. L 4. addunt *ad pugnam;* quod Lucas Brug. respuit. Post *contra* codd. Cas. 2., Breviar. Goth. l. c., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *filios;* cf. *catena* Lippomani; it. arabs.

9. *contra Amalec: cras ego* — Notabilis est varia huius loci interpunctio; nam Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. habent *contra Amalec cras. Ego;* codd. N*, R, Cas. 5., Brev. Goth. l. c. *contra Amalec cras; et ego* (Cas. 2. *en ego*); his favent graecus, syrus et Cyprianus; idque perplacuit Iohanni Clerico. At recepta interpungendi ratio planior videtur; unde cod. N habet: « *contra Amalec;* fac versum, » et inchoa alium: *Cras ego:* nec hebr., nec » antiqui interponunt coniunctionem *et.* » Mox pro *vertice,* codd. A, U *verticem.*

10. *locutus erat* — Sixtini, codd. A, B, F, G, H, V, Rabanus *locutus ei erat;* codd. Cas. 15. *locutus ei fuerat;* pronomen additur in hebr., graeco et reliquis versionibus, excepta georg.; Bibl. Lugd. 1522., Brev. Goth. l. c. *locutus fuerat.*

11. *levaret* — Rabanus cum graeco et Cypriano *levabat;* Breviar. Goth. l. c. et Petrus Com. *elevasset.* Pro *remisisset,* margo Ordin. *remittebat.*

12. *subter eum* — Tacent pronomen Gregorius M. I, 1598., et Garnerus CXCIII, 197. (at ex eodem Gregorio legitur apud Taionem LXXX, 762.); Vallarsius vitiose habet *super eum,* quod mirum est ab editoribus Patrologiae emendatum non fuisse. Sunt quidem graeci codd. legentes ἐπ' αὐτόν, sed aliam profecto interpretationem exigunt. Mox Bruno ast. tacet *in.* Pro *sustentabant,* sixtini, codd. A, S, Cas. 11. *sustinebant;* cf. infra XVIII, 23. Post verba *ut manus,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, R, T, U, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Rupertus legunt *ipsius;* cod. S, Brev. Goth. l. c. *eius.*

13. *Fugavitque* — Codd. Cas. 9. *Fugavit;* conf. Sabatier. Pro *populum,* cod. F *filios.*

14. *ob monumentum* — Ita habet cum plerisque codd. princeps editio Clementis VIII.; sed eiusdem pontificis altera et tertia editio cum aliis multis antiquis edd. *ob monimentum;* Hugo de s. Vict. l. c. tacet *ob;* Bibl. Ordin., Rabanus, Bruno ast. *ad monimentum,* alii pauci cum Brev. Goth. l. c. *in monumentum;* graecus εἰς μνημόσυνον. Conf. ad XII, 14. XIII, 9. XXX, 16. Post *trade* addunt *in* codd. A, F, R, V, Cas. 5., Bruno ast.; it. Cyprianus cum graeco; cod. O adnotat hebraeum legere *in.* Pro *sub caelo,* codd. B, Cas. 1., Petrus Com. *de sub caelo;* cod. O notat ita legi in hebraeo textu; concinunt Cyprianus et reliqui veteres, paucis exceptis apud Holmesium; cf. ad Deut. IX, 14.; cod. Cas. 1. *de caelo.*

15. *Aedificavitque* — Conc. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1416. *Aedificavit;* cod. Cas. 1. addit *ibi;* item georg. Post *altare* cod. S, Brev. Goth. l. c. addunt *Domino;* item graecus; at non pauci graeci codd. hoc additamentum respuunt; conf. ad XXIV, 4. Pro *exaltatio*, cod. U, Bibl. Lugd. 1513. 1522. 1526., posteriores edd. Rob. Steph. all., Petrus Com. *exultatio;* Bruno ast. *exauditio.*

16. *solii Domini* — Hanc Vulgati lectionem praeferunt correctores Pii V. et reliqui romani censores, quibus suffragantur codd. C, D, E, F, G, M, N, O, Q, R, U, margo V, Cas. 14., correctorium sorbonicum, Biblia Complut., Reg., Ord., Rob. Steph. 1528. 1532. et edd. hentenianae; item Conc. Aquisgr. l. c., Bruno ast. et Dionysius carthus. Ad hanc lect. revocandus est cod. A qui habet *soli Domini,* itemque editio Lovan. 1547.; nam ad huius calcem monemur ex typographi mendo impressum fuisse *soli* pro *solii:* perperam igitur Bibl. henteniana Antuerp. 1559. 1561. 1563. legunt *soli.* At vero habent *solius Domini* codd. B, I, L, S, T, V, Cas. 10., edd. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482. 1483., aliaeque longe plures; itemque posteriores Roberti Steph. et innumerae lugdunenses; Beda II, 600., Rabanus, Rupertus, multique scriptores saeculo XIV. et sequenti. Monet tamen Alfonsus Tostatus alios legere *solii.* Mendosam autem esse lectionem quae habet *solius* consentiunt Lucas Brugensis, Estius, Bukentopius pag. 142., Eugubinus, all. recentiores omnes. Cod. H, Bibl. Ven. 1533. et Isidorus Clarius legunt *super solium Domini;* quam lectionem ex hebraeo probavit Eugubinus. Hebraici enim textus verba sunt יה על כס; veteres plerique interpretes cum Hieronymo habuerunt כס pro כסא *(solium),* uti legit samaritanus textus; ita syrus, Onkelos, Ionathanus, targum hierosolym., Saadias, persa: at alexandrinus, collato verbo כסה *(abscondit),* fecit κρυφαίᾳ, ex quo vetus itala, heic Sabatierio ignota, apud Rabanum V, 438. *In manu abscondita* (vel *valida*), *expugnat Dominus Amalech a generatione in generationem;* cf. *Spicil. solesm. I, 191. III, 298.* Graecus ven. legebat יה על כם, unde habet ἐφ' ὑμῖν τοῦ ὄντωτοῦ, a quo non multum abest cod. 53. Holmesii, qui interponit ὑπὲρ Ἰσραήλ. Recentiores interpretes plerique hebraicum textum alia ratione emendandum existimant; at nec ullo id veterum suffragio confirmant, nec in eius interpretatione satis sibi constant. Audiamus Maurerum: « Quum haec » verba causam afferant, cur Moses vers. 15. » altari nomen: *Iova vexillum meum* impo» suerit, dubitari vix potest, pro כם legen» esse נם (quod in uno cod. exstat), ut sen» sus sit: *manus quippe* mea *vexillo Iovae* » admota est, manu mea teneo vexillum Io» vae. Vulgaris lectio explicari solet: *nam* » *manus* (Amalekitarum) fuit *contra solium* » *dei,* h. e. contra gentem Israel, in qua se» dem quasi habuit Iova. Quae interpretatio » quam sit dura per se, et a superiore vers. » aliena, ultro apparet. » Schroederus autem in *nova Ianua* interpretatur: « Nam manum » vexillo impositam tenebat Iova; i. e. victo» riae nobis auctor fuit. » Conf. Rosenmulleri *Scholia,* Glassii *Philol. S. edit. Dathii tom. 1. p. 955.,* De-Rossi *Varr. lectt. Append.,* Gesenius *de Pent. sam. p. 34.* et *Thes. p. 699.* Aliam viam ineunt alii, inter quos editores Bibl. hebr. Pisis 1803., R. Salomon Urbinas in suo *Ohel moed* p. 95. et Aben Ezras, qui verbum יד heic de *iureiurando* interpretati sunt; cui sententiae tres targumim et arabs accedere videntur.

Ibid. *et bellum* — Cod. H tacet nexum; nec legitur in hebr. et antiquis interpretibus. Pro *Domini erit,* codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, Cas. plerique, Bibl. Ord., Ven. 1476., Lugd. 1550., all., Conc. Aquisgr. l. c., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *Dei erit;* Cod. C 1. m. *Dei erat;* Cas. 1. *eius erit.* Mox codd. A, E *in generatione* pro *in generationem.*

Cap. XVIII, 1. *cognatus* — Margo Ord. toto hoc cap. legit *socer.* Quum superius III, 1. IV, 18. Vulgatus Iethronem dicat socerum, non vero cognatum, heic nonnulli ex correctoribus Pii V. eamdem vocem subiicere co-

gitabant, prout fecit Isidorus Clarius; sed recepta lectio praevaluit. Et merito; est enim ipsa germana Hieronymi interpretatio, uti superius ll. cc. declaravimus, quam heic magno consensu codd. servant. Petrus Com. adnotat: « Hebraeus ubique ponit *cognatum.* » Pro *fecerat Deus,* codd. A, B, G, S, U, V, Cas. 18., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Lugd. 1522., all., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *fecerat Dominus;* uti graecus; cf. infra vers. 8. Pro *Israeli populo suo,* Rupertus *populo suo Israel;* codd. quoque et edd. plures legunt *Israel,* de quo conf. supra ad VI, 14.

Ibid. *et quod*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 22., Brev. Goth. p. 212., Bibl. Lugd. 1522. 1535., Hugo, Rabanus, Rupertus *eo quod;* Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. legunt *quod* tantum; hebr. כי, cui plerique veteres consentiunt. Pro *eduxisset,* codd. B, G *deduxisset;* Bibl. Ven. 1480. 1498. *duxisset;* ex mendo Vallarsius *aduxisset,* ex quo ed. Migne *adduxisset;* sed Martianaeus cum Vulgato facit.

3. *Gersam* — Sunt codd. et edd. legentes *Gersan,* vel *Gersom,* de quibus conf. ad Gen. XLVI, 11. et Ex. II, 22.

4. *Deus* — Brev. Goth. l. c. *Dominus.* Pro *eruit me,* codd. F, V, Cas. 2. *eripuit me,* uti legitur Ex. II, 22. Pro *de gladio,* Brev. Goth. l. c. *de manu;* item Vulgatus l. c., graecus cum versionibus inde petitis; sed codex alexandrinus ἐκ μαχαίρας.

5. *et filii eius, et uxor eius* — Alterum pronomen tacent codd. E, Cas. 12., Rabanus; graecus utrumque omittit; sed cf. Holmes.; Brev. Goth. l. c. ordine praepostero *et uxor eius, et filii eius,* uti tres codd. holmesiani.

6. *Iethro cognatus tuus*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c. *cognatus tuus Iethro;* eamdem varietatem exhibent graeci codd. apud Holmes. Mox codd. Cas. 2. tacent *tui.*

7. *intrasset* — Codd. Cas. 9. *introissent;* Cas. 2. *intrassent;* neque obstant hebr. et vett.

8. *fecerat Dominus* — Codd. B, C, D, E, F, G, N, O, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Hugo *fecerat Deus,* uti supra vers. 1. Cod. N « Nota » contra illos, qui dicunt: Licet antiqui habeant *Deus,* hebraeus habet *Dominus* non » vero *Deus.* Est quidem hic nomen tetragrammaton quod dicitur *Adonai* (יהוה), id » est *Dominus;* nonnumquam tamen in *Deus* » vertitur. » Pro *universumque,* codd. A, B, C 1. m., D, E, H, O, T, U, Cas. 6., Bibl. Ord. *universum;* item hebr. et chaldaeus; graecus ven. ξύμπαντα; codd. C 2. m., F, G, R, V *et universum:* cum Vulgato faciunt reliqui interpretes, et quatuor codd. Kennic.

Ibid. *et quod* — Codd. A, B, C, D, E, G, H, O, R, S, U, Cas. 20., Bibl. Ord., Brev. Goth. l. c. *quo;* cod. Cas. 1. *et quomodo;* codd. F, V tacent *et.* Pro *liberaverat,* codd. A, C, D, E, F, R, T, U *liberarat;* codd. S, Cas. 5. *liberavit.*

9. *omnibus bonis*—Legunt tantum *omnibus* codd. Cas. 2. et Brev. Goth. l. c. Pro *Dominus,* cod. E, Brev. Goth. l. c. *Deus.* Post *eruisset eum* cod. Cas. 1. addit *Dominus;* item slav. et quidam codd. graeci apud Holmes.

10. *liberavit vos*—Brev. Goth. l. c. corrupte *liberavit nos.* Mox pro *Aegypti,* codd. A 1. m., F, T *Aegyptii;* codd. V, Cas. 2. *Aegyptiorum;* accedunt veteres interpretes, praeter graecum, apud quem haec desiderantur.

11. *quia magnus*—Codd. S, Cas. 6., Brev. Goth. l. c. addunt *est;* cod. B legit *quod magnus.* Pro *egerint,* Bibl. Ordin., Rupertus II, 272. *egerit;* codd. F, Cas. 4. *egerunt.* Pro *contra illos,* Bibl. Ven. 1476. 1480., all., Brev. Goth. l. c. *contra eos;* ad israelitas autem hoc pronomen referendum esse suadet, praeter alia, locus parallelus II Esdr. IX, 10.; conf. Maurer.

12. *holocausta* — Cod. Cas. 1. *holocaustomata;* graecus ὁλοκαυτώματα; item Augustinus, ex quo hunc locum protulit Hugo a s. Charo. Pro *hostias Deo,* Sixtus, codd. C, F, G, Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1540. 1545., Lovan., all., Petrus Com. *hostias Domino;* it. syrus et Cyrillus alex.; at vero Toletus: « Lege *hostias Deo;* sic hebr., graecus, Reg., » Compl., Ordin. et Congregatio. » Cf. Rocca pag. 306. Sixtini nempe ac gregoriani ad fi-

dem plurimorum codd. et edd. emendarunt. Post *veneruntque* codd. S, Cas. 1. addunt *Moyses et;* item armenus.

Ibid. *seniores* — Sixtini, codd. A, B, E, Brev. Goth. l. c., Rabanus *senes*. Mox cod. B tacet *Israel;* item quatuor codd. holmesiani; Bibl. Reg., Rob. Steph., Paris. 1566., all. cum syro et arabe legunt *filiorum Israel*. Pro *ut comederent*, Brev. Goth. l. c. *et comederunt*. Cod. E *panes*, pro *panem*. Pro *coram Deo*, codd. A, B, C, D, E, F, G, N, O, S, T, U, V, Cas. 12., plures mss. apud Martianaeum, Bibl. Ordin., Ven. 1476. 1480., all., Rabanus, Petrus Com., Petrus cellens. CCII, 1015. *coram Domino;* cod. N adnotat: « Antiqui legunt *Do-* » *mino*. Quia enim parum ante posuerat *Deo*, » ubi legitur *hostias Deo*, hic ponit *Domino;* » accedit armenus; cod. R legit utrumque, nempe *coram Domino Deo*.

13. *Altera* — Sixtini, codd. A, E, Rabanus *Altero*. Post *sedit* cod. B addit *autem;* hebr. וישב. Pro *assistebat*, codd. C, G *adsistebant*. Pro *a mane*, legunt ut versic. seq. *de mane* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, R, T, V, Thomas. I, 21., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Brev. Goth. l. c. Demum pro *vesperam*, sixtini, codd. A, F, Brev. Goth. l. c. *vesperum*.

14. *vidisset* — Codd. F, V addunt *Iethro;* item slav. ostr.; graecus quoque legit *Iethro*, sed tacet quod sequitur *cognatus eius;* cuius loco Brev. Goth. l. c. habet *cognatus Moysi*, uti hebr., chaldaeus, graecus ven., syrus et persa. Rabanus tacet *in* ante *populo;* codd. Cas. 11. legunt *in plebe*. Mox codd. Cas. 2., Bibl. Reg., Rob. Steph., Ven. 1476., all. tacent *hoc*. Pro *facis in plebe*, Glossa interlinearis *agis in populo*, ut supra. Ante *omnis* cod. A tacet *et*. Pro *de mane*, Bibl. Ordin. ut supra *a mane*. Mox Brev. Goth. l. c. *vesperum*.

15. *sententiam Dei* — Margo Ordin. *Deum;* item hebraeus, ex quo graecus ven. ad verbum τὸν Θεόν; at sacri textus sensum optime expressit Vulgatus, cui veteres interpretes fere consentiunt.

16. *Cumque acciderit* — Cod. B *Cum acciderit;* cui favent hebr., chaldaeus, arabs, armenus et Augustinus; etsi copula legatur in graeco, cui accedunt syrus et quatuor codd. samaritani. Pro *eis*, cod. A *ei*. Mox Bibl. Paris. 1566. pro *disceptatio*, habent *discrepatio*.

17. *At ille* — Brev. Goth. l. c. *Et ille*.

18. *consumeris et tu* — Codd. V, Cas. 6. tacent *et;* cf. Holmes. Post *negotium* cod. Cas. 1. addit *hoc*. Post verba *tecum est*, cod. E habet ex itala quae sequuntur: *Grave tibi est hoc verbum; non poteris hoc facere tu solus.* (v. 19.) *Nunc ergo audi me, et consiliabor tibi, et erit Deus* etc.

19. *consilia* — Codd. V, Cas. 12., Brev. Goth. l. c. *consilium*. Pro *erit Deus*, Sixtus, codd. B, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rob. Steph., Lugd. 1522., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus, Petrus Com., Petrus Cantor CCV, 86. *erit Dominus;* Toletus adnotat: « Lege *erit Deus;* ita hebr., graecus, » Compl., Reg. et Congregatio. » Ita enim ad fidem aliorum codd. (A, E, H, all.) legendum sixtini et gregoriani censuerunt. Conf. Rocca l. c. Post *Esto tu* cod. E addit *in*. Mox Rupertus legit *ad Dominum*. Pro *referas*, cod. B *reveles*. Aliquod negotium nonnullis facessit id quod in Vulgato fere ambigue positum videtur *ad eum*, cuius loco, ex hebraeo antiquisque interpretibus, legere mallent *ad Deum;* minus recte cod. U *ad eos*.

20. *viamque* — Sixtini, codd. A, T *viam;* item samaritanus textus (saltem in plerisque codicibus) et georg. Pro *ingredi debeant*, codd. Cas. 5. *ingrediantur*. Pro *facere debeant* codd. Cas. 15. *faciant;* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R 1. m., S, T, U, Cas. 4., Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., Rabanus legunt tantum *facere;* nam verbum *debeant* ex proximo membro facile subintelligitur; e contra cod. V illud tacet in priori membro.

21. *de omni plebe* — Cod. Cas. 1. tacet *omni;* Concil. Paris. ed. Hard. IV, 1336. 1358. legit *de omni populo*. Pro *potentes*, Sixtus, codd. G, V 2. m., Bibl. Ven. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all., Glossa interlinearis, Petrus Cantor l. c. *sapientes*, prout legitur Deut. I, 13. 15.; Petrus Com. et

Nicolaus de Lira legunt *potentes;* at subdunt: « Alia translatio habet *sapientes.* » Cod. Cas. 1. utramque vocem habet; margo Ord. *fortes;* Toletus scribit: « Lege *potentes;* ita hebr., » graecus, Complut., Reg., Ordin., mss. et » Congregatio. » Re quidem vera pro hac lectione correctores Pii V. enumerabant triginta codd.; hanc praetulerunt sixtini et gregoriani, consentientibus codicibus paene universis, Rabano et Conc. Paris. l. c. (quod tamen semel legit *prudentes*); cf. Rocca l. c., Lucas Brugens. et Bukentopius p. 142.

Ibid. *et timentes Deum*—Codd. B, Cas. 11., Petrus Com. *timentes Dominum;* copulam tacent hebr., graecus et reliqui. Pro *qui oderint,* codd. C 1. m., S, Brev. Goth. l. c., Ionas aurel. CVI, 293., Philippus de harv. CCIII, 677. *qui oderunt;* cod. E tacet *qui.* Pro *constitue ex eis,* cod. B *constituite ex eis;* Bibl. Paris. 1566. *constitue eis;* hebr. et veteres interpretes *pones super eos,* nempe super populum. Ante *quinquagenarios* tacent *et* Rabanus cum hebraeo, chaldaeo et graeco ven.; pro Vulgato stant reliqui interpretes et duo codd. hebr. apud De-Rossi; Conc. Paris. l. c. tacet *et decanos;* cod. B tacet *et;* item cod. 109. Kennic.

22. *sit tibi*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Concil. Paris. l. c., Rabanus, Philippus de harv. l. c. *tibi sit.* Pro *in alios onere,* cod. E, Brev. Goth. l. c. *in alios honore;* mendose.

23. *imperium Dei*—Cod. S, Bibl. Ven. 1476. 1480., Lugd. 1513., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Philippus de harv. l. c., Conc. Paris. p. 1336. *imperium Domini.* Pro *sustentare,* codd. S, Cas. 5., Bibl. Ordin. *sustinere.* Pro *ad loca sua cum pace,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Brev. Goth. l. c., Conc. Paris. l. c. *cum pace ad loca sua.*

24. *ille suggesserat*—Brev. Goth. l. c. *ille suggessit;* codd. Cas. 2. *illi suggesserat;* hanc lectionem, contra fidem principis editionis, exhibent plures edd. hentenianae, veluti Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1579. 1583.; Augustinus ex graeco *dixit ei;* cui consentiunt syrus, arabs et armenus; Conc. Paris. l. c. utrumque complectitur legens *Iethro illi suggesserat.*

25. *principes populi* — Brev. Goth. l. c. *principes super Israel.* Bibl. Ordin. tacent *et* ante *centuriones;* Bibl. Reg. ante *quinquagenarios;* utrobique cod. G, hebr., Onkelos et graecus venetus; sed priori loco legitur copula in samaritano textu et quinque codd. Kennicotti.

26. *iudicabant* — Cod. S, Bibl. Ven. 1476. 1480., Rob. Steph. 1540., Paris. 1566. *iudicarent.* Eaedem edd. aliaeque plures post *plebem* addunt *Domini;* item codd. Cas. 3., aliquot mss. Martianaei, Brev. Goth. l. c. et margo Ordin.

27. *Dimisitque* — Cod. G *Dimisit quoque;* Cas. 3. et margo Ord. *Dimisit ergo.* Post *cognatum* tacent *suum* sixtini, codd. A, B, F, H, T, Cas. 11. Pro *terram suam,* Brev. Goth. l. c. *domum suam.*

Cap. XIX, 1. *Israel* — Codd. H, L 3., Q, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Lugd. 1550., all. *filiorum Israel;* it. Hieronymus et Augustinus apud Sabatierium, hebr., graecus et reliqui. Pro *de terra Aegypti,* codd. Cas. 3. et Bruno ast. *de Aegypto;* ut Hieronym. et syrus.

3. *ascendit ad Deum* — Codd. L, R, S, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476. 1479., Ord., Rob. Steph. 1540. 1545., all. *ascendit in montem ad Deum;* Augustinus cum graeco *ascendit in montem Dei;* Ionathanus סליק לרישׁ טוורא; cod. V, Bruno ast. *ascendit ad montem;* codd. E, F, Rupertus *ascendit ad Dominum:* receptam Vulgati lectionem, utpote consentaneam priscis codicibus et sacro textui, correctores Pii V. et reliqui censores romani comprobarunt. Rosenmullerus porro animadvertit haec verba nil aliud significare nisi Mosem ad montem Sinai ascendisse. Mox codd. Cas. 3. tacent *Dominus.*

4. *vidistis* — Cod. A *videtis;* Brev. Goth. p. 131. *audistis.* Post *assumpserim* cod. Cas. 1. addit *vos;* favent hebr. et veteres.

*

5. *mea est enim omnis terra* — Codd. G, Cas. 3. tacent *enim;* it. Lucifer calar.; Brev. Goth. l. c. legit *meus est enim orbis terrae.*

6. *in regnum sacerdotale* — Particulam *in,* de qua dubitaverant correctores Pii V., abiecerunt sixtini, nec legunt codd. A, E, G, Cas. 15., Brev. Goth. l. c., Beda II, 776., Rabanus, Godefridus CLXXIV, 885.; hebr. textus ממלכת כהנים *(regnum sacerdotum);* Onkelos מלכין כהנין; graecus *βασίλειον ἱεράτευμα* (item I Petri II, 9.); graecus ven. *βασιλεῖα ἱερεῖς*; Lucifer calar. *regnum sanctissimum;* coptus *regnum sanctum.* Interponunt copulam legentes *regnum et sacerdotes* syrus, Ephraemus I, 221., Ionathanus, targum hierosolym., armenus; itemque recepta lectio ad Apocal. I, 6., ubi tamen valde dissentiunt codices. Cf. infra ad XXIII, 22.

7. *Venit*—Sixtini, cod. A *Venit ergo;* hebr. ויבא; item veteres interpretes, praeter armenum et georg.

Ibid. *et convocatis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones* — Brev. Goth. l. c. *et vocavit maiores natu populi, et posuit omnes hos sermones;* si post verbum *posuit* addas *coram eis,* haec cum hebr. et graeco conveniunt; Bruno ast. legit *exposuit eis;* graecus *παρέθηκεν αὐτοῖς*: cod. B *vocatis maioris* (sic) *natu filiorum Israel exposuit* etc.; cod. quoque 84. Kennic. legit ישראל; item codex alexandrinus et targum hierosolym.; pro *convocatis,* codd. Cas. 11. *vocatis.* Post *mandaverat,* cod. T, Bibl. Lugd. 1550. 1567. addunt *ei;* item hebraeus et plerique veteres; at multi graeci codd. habent *αὐτοῖς*: cum Vulgato tacent pronomen graecus ven., coptus, cod. 106. Kennicotti et cod. 118. Holmesii.

8. *omnis populus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Bruno ast., Brev. Goth. l. c. *universus populus;* codd. Cas. 3. tacent *omnis.* Post *Dominus,* cod. A addit *noster.* Pro *retulisset,* cod. E *adtulisset.* Pro *Dominum,* cod. A *Deum;* item graecus.

9. *ait ei Dominus* — Bruno ast. *ait ei dicens.* Pro *caligine,* Brev. Goth. l. c. *caliginem.* Godefridus l. c. tacet *nubis.* Post *populus* cod. Cas. 1. addit *meus.* Brev. Goth. l. c. tacet *ad te.* Pro *credat,* Godefridus l. c. *credant;* item hebr., graecus et reliqui. Pro *tibi,* cod. Cas. 1. *mihi;* item in *catena* Nicetae I, 710.

Ibid. *in perpetuum* — Codd. V, Cas. 7. addunt *Venit itaque Moyses, et nuntiavit filiis Israel omnia, quae locutus fuerat ei Dominus; at illi adoraverunt.* Codd. Cas. 2. addunt *Haec quoque Moyses populo exposuit. Dixitque populus: Fiat Domini voluntas.* Haec autem verba non aliunde nisi ex audaci concinnatoris cuiusdam coniectura orta fuisse videntur. Quum enim vers. 8. scriptum sit Mosem retulisse verba populi ad Dominum, atque heic iterum eadem legantur, existimavit ille Mosem rursum ad populum reversum fuisse, rursumque alia populi verba ad Deum retulisse. Haec autem posterioris legationis verba quae in sacro textu non leguntur, ille temere supplevit. At vero Alfonsus Tostatus et Caietanus animadvertunt *verba populi,* de quibus in hoc versiculo sermo est, eadem esse ac illa, de quibus in superiori versiculo; unde nil desideratur in sacro textu.

10. *sanctifica illos* — Codd. Cas. 2. tacent *illos;* cuius loco Rabanus legit *eos;* cod. B, Amalarius CV, 1269. *illum;* item duo graeci codd. holmes. Pro *et cras, laventque,* Brev. Goth. l. c., Miss. Moz. pag. 163., Ivo carnot. CLXII, 541. *et cras lavent.*

11. *Et sint* — Cod. E *Et fiant.* Pro *in diem tertium,* legunt *ad diem tertium* Bruno ast. et Amalarius CV, 1154., sed p. 1269. legit *in die tertio* uti habet cod. E. Pro *in die enim,* sixtini, codd. A, E, G, Rabanus, Ivo carnot. l. c., Godefridus l. c. *die enim;* item Augustinus et Hieronymus; codd. B, F, V, Cas. 3., Brev. Goth. et Miss. Moz. ll. cc., Bruno ast. *die autem.* Pro *tertia,* legunt *tertio* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, T, Cas. 3., Bibl. Ordin., Reg., all., Rabanus, Amalarius, Godefridus, Brev. Goth. ll. cc.; item Cyprianus.

12. *terminos populo per circuitum; et dices ad eos* — Brev. Goth. l. c. *terminum populi per circuitum, dicens;* Petrus cellens. CCII, 953.

terminos per circuitum populo, et dices; sixtini quoque tacent *ad eos*, nec legunt codd. A, B, C, D, F, G, H, L 8., O, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus; quibus accedunt hebr., graecus et chaldaeus. Pro *nec tangatis*, codd. Cas. 3., Beda II, 316. *ne tangatis;* cod. E praemittit *et;* Bibl. Paris. 1566. *ne tangetis*. Post *omnis* addunt *enim* codd. F, T 2. m., Bruno ast.; it. syrus, arabs, armenus, slav. ostrog. Pro *tetigerit*, cod. E *tetigerint*.

13. *Manus* — Cod. Cas. 1. addit *enim*. Pro *tanget*, codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lov., posteriores edd. Rob. Steph., all., Rupertus *tangent;* sixtini ad fidem reliquorum codd. emendarunt, quibus concinunt Bibl. Ordin., Rabanus; conf. Rocca pag. 307. et Brugensis; margo codicis H ex hebr. legit *tangat eum, quia si tetigerit lapidibus opprimetur*. Pro *opprimetur, aut confodietur*, cod. B, Beda II, 316., Petrus cellens. l. c. *obruetur, aut confodietur;* Brev. Goth. l. c. *opprimetur via, ut* (legendum videtur *vi, aut*) *confodiatur*. Pro *non vivet*, codd. Cas. 2. *morietur*, Cas. 1. *morte morietur*, ut supra.

Ibid. *cum coeperit clangere* — Cod. Cas. 1. *cum vero coeperit clangere;* Brev. Goth. l. c. *cumque coeperit clangere;* copulam addunt quoque syrus, arabs, slavon. et non pauci graeci codices; item itala, quam nobis servat hoc loco cod. E, in quo legimus *Cum autem voces, et tubae, et nubes discesserint a monte, tunc illi ascendent in montem;* animadverte italam cum graeco, cui accedunt chaldaeus et syrus, alium huius loci sensum praeseferre. At reliqui veteres cum Vulgato sacri textus verba pressius sequuntur; cf. Lippomanus et Calmetus; Bibl. Ordin., Hugo *cum clangere coeperit;* cod. A 1. m. *coeperint*. Codd. Cas. 3. tacent *tunc*. Pro *ascendant*, codd. C, E, Bibl. Paris. 1566. *ascendent;* Brev. Goth. l. c. *ascendunt;* cod. Cas. 1. *ascendat;* Beda l. c. *ascendit*.

14. *Descenditque* — Sixtini, cod. A, Petrus cellens. CCII, 978. *Descendit;* item georg. et cod. 132. holmesianus. Pro *de monte ad populum*, cod. F et quinque codd. holmesiani *ad populum de monte;* Godefridus l. c. tacet *de monte*. Mox pro *eum*, Amalarius l. c. *eos*, ut supra vers. 10.; item cum graeco Augustinus in *Speculo*, cap. 48. ed. Maii. Pro *Cumque lavissent*, Brev. Goth. l. c. *Qui cum lavassent;* in verbo *lavassent* consentiunt codd. B, C, D, E, T, U, Rabanus.

15. *et ne* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, R, S, T, U, Cas. 19., Rupertus, Amalarius, Godefridus tacent *et;* concinunt hebr., graecus et reliqui, excepto arabe; cod. G, Brev. Goth. l. c. et Rabanus legunt *nec;* cod. V et Petrus cell. l. c. *et non;* Augustinus l. c. cum Vulgato facit.

16. *Iamque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Cas. omnes, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus, Godefridus et Petrus cellen. ll. cc. *Iam;* item Cyrillus alex. Pro *tertius dies*, codd. F, S, Bibl. Ord., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus, Godefridus, Petrus Com., Petrus cell. ll. cc. *dies tertius*. Pro *inclaruerat* (quod alias in Vulgato non legitur), cod. F magis latine habet *claruerat*. Mox cod. C 1. m., Brev. Goth. l. c. et Rabanus tacent *ecce;* nec legitur in hebr. et reliquis. Pro *operire*, codd. Cas. 5., Rupertus, Petrus Com. *operuit*. Pro *et timuit*, codd. H, L 2. (seu Q), Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *timuitque omnis;* item hebr., graecus et reliqui; codd. A, C, D, E, G, O, S, T, U, V, Cas. 6., Rabanus tacent *et;* codd. F, R, Brev. Goth., Godefridus ll. cc. *timuitque*.

17. *ad radices* — Codd. Cas. 9., A 1. m., Bruno ast. *ad radicem*.

18. *Totus autem mons* — Cod. E *Mons autem;* Vallarsium, ut alibi saepius, fefellit mendosa Calmeti editio, in qua legitur *Tunc autem mons*. Pro *fumabat*, codd. R, S, Bibl. Paris. 1566. *fumigabat;* cod. B cum Cypriano et Augustino *fumabat totus*.

Ibid. *Dominus* — Sixtus, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., all. *Dominus Deus;* hinc Toletus scribit: « Illud *Deus* non habetur in » hebr. et Ordin.; sed tantum *Dominus;* et » Congregatio expunxit: graece est tantum » *Deus*: Complut., Reg., Lovan. et alii codd.

» latini utrumque coniungunt. » Nimirum sixtini et gregoriani, consentientibus fere universis codd., in primis antiquioribus, et Rabano, emendarunt. Cf. Rocca l. c. et Bukent. p. 391. Pro *et ascenderet*, codd. Cas. 5. cum Augustino in *Spec.* c. 54. ed. Maii, et apud Sabat. *et ascendebat;* Brev. Goth. l. c. et Bruno ast. *et ascendit;* Rabanus addit *et*. Pro *eratque omnis mons*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Bruno ast. *eratque mons omnis;* Brev. Goth. l. c., duo codices holmesiani et Saadias *eratque populus*, de qua lectione conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

19. *tendebatur*—Cod. D *tendebantur;* graecus quoque habet num. pluralem, sed praemisit αἱ φωναί. Post *Moyses* cod. B addit *quidem;* cod. V addit *autem;* pauci graeci codd. habent δέ. Mox pro *Deus*, legunt *Dominus* codd. A, B, C, D, E, F, G, R, T, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., all., Brev. Goth. l. c., Bruno ast., Hugo de s. Vict. Pro *respondebat ei*, cod. E *respondit ei;* margo Ordin. addit *in voce*, all. *per vocem;* uti hebr., graecus et reliqui.

20. *Descenditque* — Cod. B, Petrus cellens. CCII, 979. *Descendit;* conf. vers. 14. et 25. Pro *montis vertice*, codd. E, T *vertice montis*. Pro *Quo*, codd. Cas. 3. *Qui*.

21. *velit* — Codd. B, C, D, F, H, L, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 10., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Rupertus, Petrus ven. CLXXXIX, 525. *velint;* it. hebr., graecus et reliqui. Post *transcendere* codd. Cas. 5. addunt *propositos*. Mox pauca ex veteri itala immiscet cod. E ubi legitur *ad videndum, et pereat, et cadat ex eis turba.* (v. 22.) *Sacerdotes autem qui adpropiant se ad Dominum Deum sanctificentur ne casus perdat ab eis Dominus.*

22. *Sacerdotes quoque*—Cod. F, Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., all. addunt *et populus*. Pro *accedunt*, codd. B et Rupertus *ascendunt*. Pro *percutiat*, codd. C, D, R, S, T, U, V, Cas. 10., Prudentius trec. CXV, 1421., Rupertus *percutiam*.

23. *Dixitque* — Cod. E *Dixit autem*. Pro *vulgus*, cod. E *populus*. Pro *testificatus es, et iussisti*, Brev. Goth. p. 132. *testificatus iurasti;* cod. E ex alia versione haec habet *testatus es nobis dicens: Secernere montem et sanctificaturum illum*. Pro *circa montem*, codd. Cas. 11. *iuxta montem*. Pro *illum*, cod. A *illos*.

24. *Cui ait Dominus* — Cod. E *Et dixit Deus;* pronomen tacent armenus et duo codd. Kennic. Post *Vade* Bruno ast. addit *et;* conf. Holm. Pro *ascendesque*, codd. A 1. m., E, G, O *ascendensque*. Pro *sacerdotes autem*, Brev. Goth. l. c. *sacerdotes quoque;* cod. E rursum italam permiscens legit *sacerdotes vero et populus ne conentur ascendere ad Deum, ne casus perdat ex eis Deus*. Pro *ne transeant*, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *non transeant;* codd. A, T *ne transeat;* cod. U *nec transeat*. Pro *illos*, cod. B *eos*.

25. *Descenditque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, R, S, T, U, Cas. fere omnes, Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c. *Descendit*; item armenus; conf. vers. 20.

Cap. XX, 1. *Locutusque* — Codd. A, B, E, Cas. 1. *Locutus quoque;* codd. N, Cas. 3. *Locutus;* item August. in *Spec.* c. 44. ed. Maii, et armenus. Pro *Dominus*, sixtini, codd. C, D, E, H, L 2., N, O, Q, T, U, Bibl. Reg., plures edd. Rob. Steph., margo Ordin., Rupertus *Deus;* his consentiunt hebr. et syrus; quidam graeci codd. utrumque nomen connectunt. Pro *cunctos*, codd. Cas. 3. *omnes;* cod. G tacet, uti cod. 30. holmesianus.

2. *Ego sum*—Codd. Cas. 4. *Ego enim sum*. Ante *de domo* codd. F, V, Cas. 1. et Bruno ast. addunt *et;* it. cod. 18. holmesianus, uti habet Vulgatus supra ad XIII, 3. cf. ad Deut. V, 6.

3. *Non. habebis deos* etc. — Quaestio est utrum hisce verbis alterum legis praeceptum, vel potius prioris praecepti altera pars contineatur. Augustinus *Quaest. 71. in Ex.* communiorem fere sententiam amplectitur, quae censet a versiculo 2. ad 6. primum praeceptum exponi; nonum vero et decimum versiculo 17. complecti. Non diffitetur tamen s. Doctor primum illud ab aliis in duo praecepta dividi; nonum autem et decimum pro uno ha-

beri. Dubium exponunt Petrus Com. *c. 40. in Ex.* et Hugo de s. Charo. Pro Augustini sententia strenue pugnant Branca *de Vulgatae edit. auctoritate, tom. II, pag. 167. seqq.* et Cornelius a Lapide, qui alios quoque plures eiusdem sententiae patronos memorant. At contra stant Philo, Iosephus, Origenes aliique veteres scriptores a Calmeto excitati, quibus accedunt Radulphus Ardens CLV, 1755., Bruno ast., Rupertus; quorum postremus diserte asserit hanc praeceptorum distinctionem in nostris codicibus ex translatione Hieronymi haberi; tum subdit: « Ceterum alias » quatuor praecepta, quae ad dilectionem Dei » pertinent, in tria esse redacta; et e contra- » rio eorum, quae ad dilectionem proximi » spectant, ultimum, id est *Non concupisces*, » in duo divisum legimus; . . . quod ex LXX. » interpretibus sumptum fuisse arbitramur; » ex recentioribus Kennicottus in *Diss. Gen.*, Hieronymus de Prato ad *tom. 2. Opp. Sulpicii Sev., p. 478.* Nobis memorasse sufficiat vetustissimos Vulgati codices, imprimis codicem A, graecis litteris maiusculis, seu numeris ad marginem depictis decalogi praecepta hoc pacto distinxisse: A. *Ego sum Dominus* etc. B. *Non habebis deos* etc. Γ. *Non assumes nomen* etc. Δ. *Memento ut diem* etc. E. *Honora patrem* etc.; et ita usque ad decimum quod totum vers. 17. complectitur. Eamdem plane distinctionem expressam habemus in antiquissimo graeco codice vaticano. Latini alii codices minus antiqui uti codd. C, D, F, H, T, U, cum Thomasio I, 16. paullo aliter primum et secundum praeceptum dispescunt; nam primum complectuntur atque concludunt iis verbis *Non habebis deos alienos coram me:* alterum a vers. 4. exordiuntur; in reliquis praedictam enumerandi rationem sequuntur: haec autem distinctio a Beda quoque II, 319. memoratur, et ab Anonymo CXXIX, 1419.

4. *et quae* — Cod. B *neque quae*. Mox Rupertus legit *neque eorum, quae in aquis sunt.*

5. *ego sum* — Codd. F, H, R, V, Cas. 4., Rabanus, Bruno ast. *ego enim sum;* uti in loco parallelo Deut. V, 9.; item hebr., graecus et reliqui; at cf. Sabatier. et Holmes.; codd. N, O diserte notant non esse interponendum *enim*. Post *Deus tuus* cod. Cas. 1. addit *qui eduxi te de terra Aegypti*, uti vers. 2. Idem cod. pro *iniquitatem* legit *peccata et iniquitatem;* nempe veteris italae, quae habet *peccata*, lectionem inseruit; cod. A et Victor cap. *(Spicil. solesm. I, 274.) iniquitates*. Pro *in filios*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, N, O, T, U, V, Cas. fere omnes, Rabanus, Bruno ast. *in filiis;* cf. ad Num. XIV, 18. Pro *eorum qui*, codd. B, Cas. 1., Paschasius radb. CXX, 1243. *his qui;* item Hieronymus VII, 663. et locus parallelus Deut. V, 9.; cf. Sabatier.

7. *Non assumes* — Brev. Goth. p. 132., Ionas aurel. CVI, 221., Hincmarus rhem. CXXV, 661., Atto vercell. CXXXIV, 101. *Non assumas;* Conc. Turon. edit. Hard. IV, 1028. *Ne assumas*. Sequitur *nomen Domini Dei tui;* at tacent *Domini* codd. T, Cas. 12., Thomas. I, 16., Pirminius LXXXIX, 1031., Beda II, 318., Iulianus tolet. XCVI, 608., Rabanus, Anonymus in Patrol. CXXIX, 1419., Atto verc. l. c., Ratherius veron. CXXXVI, 319., Bruno ast., Hugo de s. Vict., Petrus Com., Garnerius CCV, 670., Martinus leg. CCVIII, 291. 296. 782., Concil. Turon. l. c., Bonizo in *nova pp. biblioth.* t. VII. parte 3. p. 60. (non item p. 70.); accedunt persa et georg.; conf. Sabatier. et Holmes. Eadem lectio habetur in latina versione samaritani et Onkelosi, sed mendose. Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. tacent *Dei*. Pro *nec enim*, Bibl. Paris. 1566. *non enim;* concinit vetus itala; Atto vercell. l. c. *quoniam non;* hebr. כי לא, quod Vulgatus in loco parallelo Deut. V, 11. egregie expressit per verba *quia non*, item reliqui interpretes. Pro *Domini Dei sui*, collatis hebraeo et graeco, nonnulli autumabant legendum *eius*, (prout legit Atto verc. l. c.) quorum sententiam correctores Pii V. reiecerunt; codd. A, Cas. 9., epistola Leodiens. apud Hard. Conc. VI, 1776. tacent *Dei;* codd. Cas. 5., Ionas aurel. l. c. tacent *Domini*.

9. *Sex diebus* — Cod. G, Beda IV, 374. *Sex*

dies. Mox Rabanus tacet *omnia;* item Gaudentius brix.

10. *Septimo autem die* — Pirminius et Beda ll. cc., Isidorus V, 380., Alcuinus I, 568., Rabanus, Martinus leg. CCVIII, 291. 782. *Septimus autem dies;* his concinit hebraeus; at conf. De-Rossi *Varr. Lectt.;* Iulianus tol. l. c., Humbertus Card. CXLIII, 936. *Septima autem die*. Pro *sabbatum Domini Dei tui est*, legunt *sabbati Domini Dei tui* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, T, U, Cas. 21., Beda I, 327. II, 35., Rabanus V, 296., Rupertus IV, 588., Martinus leg. l. c.; tacent quoque *est* cod. H et Humbertus l. c.; cf. Deut. V, 14.; Iulianus tol. l. c. *sabbata Domini Dei sunt;* conf. Sabatier.

Ibid. *omne opus in eo* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, L 12., O, T, U, Cas. fere omnes, Isidorus l. c., Rabanus, Rupertus, Humbertus l. c., tacent *in eo;* item hebr., chaldaeus, graecus ven. et arabs; reliqui cum textu samaritano illud legunt; codd. D, F, G, H, R, S, V, Isidorus VI, 96., Beda II, 35., Bruno ast., Petrus Com., Martinus leg. l. c. *in eo omne opus*. Ante *servus tuus* addunt *et* codd. C 1. m., D, G, R, S, T, U, V, Cas. 9., Bruno ast.; item syrus, arabs, Ionathanus (licet eius latina versio sileat), graecus ven., slav., georg., plures codices hebr. et Onkelosi apud De-Rossi, et pauci codd. graeci apud Holm. Post *iumentum* tacent *tuum* codd. Cas. 8.

11. *fecit Dominus* — Codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, Bibl. Ord., Ven. 1476., Paris. 1566., all., Beda I, 327., Florus diac. CXIX, 216., Petrus Alph. CLVII, 660., Bruno ast., Rupertus l. c. *fecit Deus;* item Augustinus in *Spec.* c. 56. ed. Maii. Cf. Holmes.; cod. O notat: « Antiqui legunt *Deus*, » sed hebr. et graecus *Dominus*. » Ante *mare* tacent *et* codd. F, R, Cas. 14., Beda, Rabanus, Rupertus ll. cc., Bruno ast.; item hebr., Onkelos, graecus ven., persa, slav. ostrog. et Augustinus l. c.; sed cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Post *requievit* cod. Cas. 1. addit *ab omni opere;* tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, D, G, S, T, U, V, Cas. 15., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rupertus et Humbertus ll. cc. Pro *Dominus diei*, cod. B *Deus diem*, ut syrus; codd. E, H, Petrus Alph. et Humbertus ll. cc. *Dominus diem;* cod. D *Dominus die*.

12. *matrem tuam* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, G, Cas. 11., Thomas. I, 16., Beda III, 158., Iulianus tol. XCVI, 608., Petrus Dam. CXLIV, 261., Augustinus in *Spec.* (tom. III. parte 1. col. 682.); it. Deut. V, 16.; conf. Sabatier. et Holmes.; apud quem addes in codice antiquissimo vaticano pronomen σοῦ superadditum fuisse; nam primo deerat. Pro *dabit tibi*, Ionas aurel. CVI, 195., Thomasius V, 333. *daturus est tibi*, uti Deut. l. c.

13. 14. *Non occides. Non moechaberis* — Haec duo praecepta ordine inverso leguntur expressa apud multos veteres quos laudat Sabatierius; itemque apud nonnullos ex his, qui Vulgatum nostrum sectati sunt, inter quos Pirminius l. c., Beda II, 318. IV, 374., Rabanus, Ratherius veron. l. c., Garnerius l. c., Martinus legion. CCVIII, 296. 783. Cf. Marci X, 19. Luc. XVIII, 20.; graecus vatic. versiculo 13. praemittit duos sequentes versiculos; sed conf. Holmes.

15. *Non furtum facies* — Brev. Goth. l. c., Petrus ven. CLXXXIX, 580. *Non facies furtum*.

16. *Non loqueris* — Cod. A *non loquaris;* cod. E *Non iuraveris;* graecus Οὐ ψευδομαρτυρήσεις.

17. *Non concupisces domum* — Cod. B, Thomas. l. c., Gregorius M. I, 913. 1337., Pirminius l. c., Rabanus, Garnerius l. c., Martinus leg. CCVIII, 294. 297. *Non concupisces rem;* cf. Sabatierius. Etsi cum hebraico textu Vulgatus consentiat, tamen plures censent turbatum heic fuisse verborum ordinem, collatoque Deut. V, 21. legendum existimant: *Non desiderabis uxorem proximi tui; nec concupisces domum eius* etc. Mox cod. V et Hincmarus rhem. CXXV, 658. 1026. post *non bovem*, addunt *non ovem*, quod Bruno ast. praemittit. Singularem huius versiculi lectionem, ex veteri interpretatione haustam, quam praefert cod. E, subiicimus: *Non concupisces*

domum proximi tui, nec agnum (lege *agrum* uti est in graeco et samaritano, et Deut. V, 21. cf. De-Rossi), *nec serbum* (servum) *eius, nec ancillam eius, nec vobem* (bovem) *eius, neque subiugalem eius, nec iumentum eius, neque ullum pecus eius, nec quicquam proximi tui.*

18. *Cunctus autem* — Cod. A *Cunctus quoque;* cod. E *Et omnis;* item Augustinus ex itala. Pro *videbat,* codd. F, L 6., V, Cas. 5., Brev. Goth. l. c., Bruno ast., Petrus ven. l. c. p. 522. *audiebat;* Bessarion testatur plerosque codd. latinos mendosam hanc exhibentes lectionem se reperiisse; cod. M notat: « *Videre* » hic ponitur pro visu et auditu. » Item Augustinus *Quaest. 72. in Ex.,* Hieronymus V, 31., Rabanus, Haymo CXVII. 1021., Victor capuan. l. c.; conf. et Rosenmullerus in h. l. Attamen samaritanus textus, eiusque versio, itemque codex arabs apud Holmesium habent *audiebat.* Cod. G legit *audiebat voces, et videbat lampades;* cod. R *videbat voces et lampades audiebat.* Pro *lampades,* sixtini, codd. A, C, D, Brev. Goth. l. c. *lampadas;* it. Augustinus: utramque positionem habent latini. Pro *fumantem,* codd. G, S, V, Cas. fere omnes et Miss. rom. feria IV. post Dom. III. Quadr. (ed. vat. 1609.) *fumigantem;* cf. XIX, 18. Pro *concussi,* codd. S, Cas. 11. *perculsi,* vel *percussi.*

19. *audiemus* — Brev. Goth. l. c. *audiamus.* Ante *non loquatur,* praemittunt *et* codd. B, E, Beda III, 999., Libri Carolini XCVIII, 1038.; fortasse ex itala; consentiunt hebr., graecus et reliqui. Mox cod. E tacet *nobis.* Pro *Dominus,* Bibl. Reg., Rabanus, Libri Carolini l. c. *Deus;* item cum Augustino hebr. et graecus.

20. *venit Deus* — Codd. A, V *venit Dominus.* Mox codd. Cas. 9. tacent *et;* ut graecus et syrus.

21. *Moyses autem* — Codd. E, G tacent *autem.* Pro *accessit,* cod. C *ascendit.* Pro *ad caliginem,* cod. B *in caligine;* et pro *in qua,* cod. Cas. 1. *ubi;* item itala; graecus εἰς τὸν γνόφον, οὗ. Pro *Deus,* Bruno ast. *Dominus.*

22. *Dixit* — Codd. C, D, F, R, U, V, Cas. fere omnes, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Bruno ast. *Dixitque;* consentiunt veteres; sed pro particula coniunctionis Vulgatus subiicit *praeterea.* Pro *Dominus,* codd. B, E *Deus.* Pro *vidistis,* codd. A, Cas. 9. *videtis;* codd. Cas. 2. *audistis.* Pro *locutus sim,* codd. A, B, R, S, U, Cas. 7., margo Ordin., Rabanus, Rupertus, Bruno ast. *locutus sum;* item Augustinus in *Spec.* c. 44. ed. Maii. Cod. G *locutus sit.*

23. *Non facietis* — Addunt *mecum* sixtini, codd. A, B, H, L 3., M, N*, Q, R, V, Cas. 14., aliique optimae notae codd. apud Martianaeum, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Ven. 1538., all., Augustinus in *Spec.* edit. maur., Philippus de harv. CCIII, 675.; correctores Pii V. animadvertunt hoc additamentum haberi in codd. 17.; verum utrum reassumendum esset dubitaverant: cod. O notat: « He» braeus legit *mecum;* nec propter hoc apud » nos debet addi; sicut et plurima quae ille » habet, quae non habemus. » In cod. N extat hoc scholion: « Quod novi codices de novo » interponunt *mecum,* non est necessarium, » eo quod non posset cum aliis diis habere » societatem: et totum etiam abnegat quan» doquidem ait *Non facietis.* » Unus codex lovaniensium addit *coram me,* cui consentit chaldaeus; Isidorus V, 383., Beda II, 320. IV, 375., Rabanus cum itala et graeco addunt *vobis;* syrus utrumque connectit لحمي لحمد. Mox pro *vobis* cod. A *vobiscum;* Philippus de harv. l. c. *mihi.*

24. *Altare de terra* — Codd. E, F 1. m. tacent *de terra.* Pro *offeretis,* cod. A 1. m. *offertis.* Pro *super eo,* codd. Cas. 2., Conc. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1416. et Felix PP. IV. ibid. p. 1092. *super illud;* it. itala. Post *oves* Rupertus tacet *vestras;* it. graecus, sed cf. Holmes. et Sabatier. In iis quae sequuntur, nonnulli, inter quos Rabanus, variam interpungendi rationem usurpant legentes *et boves. In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam* etc.; item syrus, arabs, persa; immo et hebr. ita accipi potest; et ita redditur chaldaeus in polygl. Antuerp. At graecus addit καὶ ante ἥξω. Cf. Calmet. Pro *memoria fuerit,* codd. A, G, Rupertus et Conc. Aquisgr. l. c. *fuerit memoria;* cod. Cas. 1. *memoria erit.*

25. *Quod si* — Hugo *Quia si*. Pro *feceris*, codd. F, G, Victor cap. l. c. *feceritis;* item targum hierosolym.; mox pro *aedificabis;* idem Victor cap. *aedificabitis*. Post *cultrum*, addunt *tuum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 16., Q, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Petrus Dam. CXLV, 511., Bruno ast., Rupertus, Petrus Com.; it. hebr., graecus, Aquila, Symmachus, Theodotio, graecus ven. et Onkelos. Montfauconius in Hexaplis hanc lectionem Vulgato adscribere non debuisset.

Ibid. *super eo*—Sixtus, codd. A, B, C 1. m., H, Bibl. Ord., Roberti Steph., Lovan., Petrus Dam. l. c. *super eum*. At Toletus scribit: « Lege *super eo;* ita Complut., Reg., mss. et » Congregatio. » Revera sixtini et gregoriani, cum longe potiori codicum numero antiquioribusque omnibus edd., hodiernam lectionem intulerunt. Cod. Cas. 1., Bibl. Antuerp. 1537. 1538., Miss. rom. l. c., margo Ordin. *super illud;* Isidorus V, 383., Beda IV, 375. *super id;* Rabanus cum graeco et arabe *super illos;* Martinus leg. CCVIII, 301. *super eos* (mox legit *polluentur*, graecus μεμίανται); Lucas Brugens. monet non esse legendum *eum*, multoque minus *illos*. Verum pro singulari numero stant quidem hebraeus, et plures graeci codd. una cum Aquila, Symmacho, Theodotione, aliisque; at non inde sequitur, quod volunt Rocca I, 307. et Bukentopius p. 391., istud pronomen ad *altare* referendum esse; ex qua opinione orta videtur illorum coniectura, qui idem pronomen per neutrum genus extulerunt. Nam ex hebraeo constat referri ad *lapidem* (collective sumptum pro *lapidibus*) ex quo altare aedificabatur, unde sensus est: « Si levaveris cultrum tuum su- » per eos lapides, isti polluentur. » Cf. Deut. XXVII, 5. Praeclare nodum solvit Ionathanus, qui pro hebraico עליה, posuit על אבנא. Retinenda igitur recepta graecorum lectio ἐπ' αὐτούς. Alios autem plerosque interpretes hebraica constructio fefellit, quibus accedere videtur samaritanus textus legens ϫπ∠ν.

26. *turpitudo tua*—Margo codicis H addit cum Augustino *super illud*, item margo Ord.; Isidorus Clarius et margo Bibl. Lugd. 1550. *iuxta illud*. Correctores Pii V. recte negarunt addenda esse verba *super illo*, quae licet in hebraeo fonte et graeco legantur, tamen in latinis nullis codd. heic occurrunt.

Cap. XXI, 1. *Haec sunt* — Cod. Cas. 1. addit *praecepta atque*. Pro *propones*, cod. A *proponis;* cod. B *praepones;* Augustinus ex graeco *pones coram*. Pro *eis* codd. F, V, Cas. 2., Bruno ast. *filiis Israel;* his favere videtur Ambrosius; Rabanus tacet.

3. *veste* — Heic, et versic. seq. Vulgatus vocem גזה ex usu aramaeo interpretatur de veste; cui accedit samaritanus, Kimchius et Salomo ben Melech. Etsi porro probabilior sit aliorum sententia, qui huius loci sensum reddunt: *Si cum solo corpore* (graecus μόνος, id est caelebs) *venit*, etc. tamen Vulgati interpretatio non caret omni fundamento, uti perperam contendit Amama in *Antibar*. p. 291. Pro *habens*, codd. V, Cas. 1. *habuerit*. Pro *egredietur*, sixtini, codd. A, F, Cas. fere omnes, Gregorius M. I, 1196. IV, 68., Rabanus, Bruno ast., Garnerius CXCIII, 142, 445., Spicil. solesm. III, 106. *egrediatur*.

4. *dederit illi* — Codd. A, S, *dederit ei*. Pro *pepererit*, codd. A, E, G, T, U, V, Cas. 10., Bibl. Ordin., Reg., all., Bruno ast. *peperit*. Pro *liberi*, Bibl. Ordin. *filii*. Post *domini* sixtini cum cod. A expunxerunt *sui;* item Petrus Com., arabs, et, contra fidem sui textus, latina versio samaritani in polyglottis. Pro *exibit*, Rabanus *exiet;* etsi hanc vocem minus probaverit Forcellinius, tamen ea passim occurrit non modo apud Tertullianum, Augustinum aliosque veteres afros scriptores, sed et in itala, et in vulgata interpretatione usurpatur. Cf. Iudith XI, 14. Isa. LI, 4. et quae adnotavimus ad Lev. XXV, 10.

5. *et uxorem* — Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. tacent *et;* item hebr., chaldaeus et graecus ven. Pro *ac liberos*, Rabanus et Bruno ast. *et liberos*. Pro *egrediar*, cod. E *egredietur*.

6. *offeret* — Codd. C, D, G, R, S, T, U, V, Cas. 13., Bibl. Ordin., Reg., all., Bruno ast.,

Rupertus *offerat;* accedit slavon.; Gregorius M. et Garnerius ll. cc., Rabanus *sed offerat;* copulam praemittunt hebr., Aquila, Symmachus, graecus ven., Onkelos, Ionathanus et persa. Pro *dominus diis,* cod. K *dominus eius sacerdoti;* pronomen interponunt quoque hebr., graecus et reliqui. Pro *applicabitur... perforabitque,* Gregor. M. et Garnerius ll. cc. et Rabanus *applicetur... et perforet;* pro *et erit ei,* iidem auctores *ut sit ei;* cod. A et Bruno ast. tacent *ei.* Pro *in saeculum,* codd. S, V 2. m., Cas. 5., Urbinas apud Vallarsium *usque in saeculum;* Bruno ast. *in perpetuum.*

7. *Si quis... filiam suam*—Cod. H, et cod. sangermanensis apud Martianaeum *Et si... filiam eius;* copulam praemittunt quoque hebr. et veteres. Errat Vallarsius dum codici memmiano communem lectionem tribuit. Pro *egredietur,* codd. C 2. m., F *egrediatur.* Pro *ancillae,* margo Ordin. *servae,* forte scribendum *servi;* nam, si graecum excipias, omnes veteres interpretes cum sacro textu masculinum genus exprimunt. Cod. B 1. m. tacet verbum *exire.* Pro *consueverunt,* codd. C, D, N, O, Rabanus *consuerunt;* conf. infra ad XXII, 17. et Gen. XL, 13.

8. *domini sui* — Rabanus tacet *sui;* item Onkelos. Pro *fuerat,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, Cas. 11., Bibl. Ord., Ven. 1476., priores edd. Rob. Steph., all., Bruno ast., Rupertus *fuerit;* codd. Cas. 10., Rabanus *fuit.* Pro *dimittet,* codd. B et Bruno ast. *dimittat.* Pro *habebit,* codd. B, F, V, Cas. 4., Bruno ast. *habeat;* codd. E, Cas. 12., Rupertus *habet;* Augustinus ex graeco *est dominus.* Pro *potestatem,* Bibl. Ordin. *licentiam.*

9. *Sin autem* — Non pauci codd. et edd. veteres legunt *Si autem.* Pro *suo desponderit,* cod. A 1. m. *suo sponderit;* cod. B *spoponderit;* pronomen cum graecis omittit quoque Augustinus; sed conf. Holmes. Post *filiarum* cod. Cas. 1. addit *suarum.* Pro *faciet,* cod. B *faciat;* item slavon.

10. *nuptias, et vestimenta* — Cod. Cas. 1. *nuptias, et alimenta;* alter cod. *nuptias, et vestimentum;* margo Ordin. *alimentum et vestimenta;* Isidorus Clarius *victum et vestimenta.* Bellarminus in *Diss. de ed. Vulg.* asserit Vulgati interpretationem hoc in commate absurdam esse. Hanc nos utpote implicatam obscuramque ex sacri textus, aliorumque veterum interpretum collatione declarandam ducimus. Sensus igitur est: *Si alteram* (uxorem) *accipiet ei* (vel sibi), *alimenta, indumenta, et habitationem* (seu potius debitum coniugale) *eius* (prioris uxoris) *non denegabit;* praeclare id expressit graecus ven. Ἐὰν ἕτεραν λαβῇ ἑαυτῷ, τὴν τροφὴν αὐτῆς, τὴν σκέπην ταύτης καὶ τὸν θορὸν (sic lego pro ορον) ταύτης οὐκ ἐλαττώσει. Si quid autem coniectura assequi possumus (verendum tamen ne aberremus), unius litterulae immutatione magna difficultas evanescit; nam Vulgati verba legere possumus: *si alteram ei acceperit, providebit puellae nuptae* (seu *alimenta,* τὰ δέοντα praebebit), *et vestimenta et pretium pudicitiae non negabit.*

12. *moriatur* — Codd. E, G, Cas. 5. *morietur;* favent hebr. et Alius in Hexaplis.

13. *illum tradidit*—Codd. F, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo *tradiderit illum;* cod. S, Bruno ast. *tradidit illum.* Pro *in manus,* sixtini, codd. G, V, Agobardus CIV, 253., Rabanus *in manu;* hebr. לידו; codd. Cas. 12. *in manibus;* it. Hieronymus II, 718. Pro *tibi,* cod. Cas. 1. *illi,* alter *ei;* item armenus. Pro *in quem,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 22., Bibl. Ordin., Hugo, August. in *Spec.,* Agobardus l. c., Bruno ast., Rupertus *quo;* Bibl. Reg., Ven. 1476., Lugd. 1522., all. *in quo.*

14. *per industriam* — Sixtini, codd. A, B, E, F, H, L, Q, R, Cas. fere omnes, Augustinus in *Spec.,* Glossa edita ab Arevalo Isid. VII, 411., Bruno ast. *de industria.* Pro *et per insidias: ab altari,* cod. B 2. m. *et per insidias, refugerit ad altare meum, ab altario;* glossam sapit; attamen conf. Holmes. Augustinus in *Spec.* tacet *et.* Pro *evelles,* sixtini, codd. B, C, D, E, F, O, R, U, Bibl. Ordin., Ven. 1476., priores edd. Rob. Steph., all., Prudentius trec. CXV, 1422., Bruno ast., Rupertus *avel-*

les; Bukentopius pag. 142. scribit: « Notat » Lucas Brugensis aliquos bonos libros le- » gere *avelles,* qualiter ego puto Hieronymum » transtulisse. » Pro *ut moriatur,* cod. E *morte moriatur.*

15. *aut matrem*—Codd. A, B, D, E, H, L 4., N, O, Q, S, T, U, Cas. 12., Augustinus in *Spec.,* Rabanus *et matrem;* item reliqui interpretes, praeter graecum, ex quo habet *aut matrem* Augustinus in *Spec.* ed. Maii c. XXI.; rectissime tamen particula *vau* pro coniunctione disiunctiva heic habetur: cod. Cas. 1. et Bruno ast. addunt *suam;* item hebr., graecus et reliqui.

16. *Qui furatus fuerit* — Codd. Cas. 3. et margo Ordin. *Qui furatur.* Animadverte Sixtum, codd. G, R, S et veteres plerasque Vulgati edd. cum Brunone ast. versiculum 17. praeposuisse huic versiculo 16., ut nempe leges latae in eos qui parentes iniuria afficiunt, quae exstant versiculis 15. et 17., copularentur: his favent graecus (de quo tamen conf. Holmes.), arabs et cod. 998. derossianus. Verum sixtini et gregoriani ad fidem vetustiorum omnium codd., sacri textus et reliquorum interpretum, hodiernum ordinem restaurarunt. Cf. Rocca l. c. et Lucas Brugens.

17. *vel matri* — Sixtini, codd. C, D, G, N, O, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Augustinus in *Spec.,* Prudentius trec. l. c. *aut matri;* Libri Carolini XCVIII, 1200. *aut matri suae;* codd. A, B, E, H, Cas. 7., Ionas aurel. CVI, 195., Rabanus *et matri;* cf. supra v. 15. et ad Levit. XX, 9. Cod. Cas. 3. tacent *morte.*

18. *Si rixati*—Cod. D *Qui rixati.* Pro *sed iacuerit,* Rabanus *et iacuerit.*

19. *foris* — Rabanus mendose *fortis;* codd. F, V, Bruno ast. *foras;* sollicite notant correctoria N, O legendum *foris.* Pro *percusserit,* sixtini, codd. A, B, E, F, Cas. 15., Augustinus in *Spec.* tum in ed. maurina, tum in ed. Maii cap. 58., Rabanus, Philippus de harv. CCIII, 1193. *percussit.* Pro *operas,* codd. D 2. m., E, N, O, T, U, V, Cas. 8., Bruno ast. *opera;* cod. N habet hoc scholion: « Hebraeus » legit *vacationem,* vel *cessationem,* id est pre- » tium operum quae operatus esset; unde » Strabo: Opera iustitiae studeat recuperare. »

20. *servum suum* — Cod. F tacet pronomen; item cod. 58. holmesianus. Pro *vel,* cod. B *et.* Pro *mortui fuerint,* cod. E, Augustinus in *Spec.* in utraque edit. cit., ex quo Martianaeus et Vallarsius in suis edd., *mortuus fuerit;* item hebr., graecus et reliqui veteres, praeter coptum qui legit *moriantur;* castiganda latina versio samaritani in polyglottis, quae contra fidem sui textus sequitur Vulgatum. Pro *in manibus,* cod. B *in manu,* item hebr. et reliqui, excepto graeco; attamen Augustinus in *Spec.* c. 58. ed. Maii *sub manu.* Bruno ast. legit *suis,* pro *eius.*

21. *Sin* — Bibl. Reg., all. *Si;* cf. vers. 36. Pro *vel duobus supervixerit,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Augustinus in *Spec.,* Bruno ast. *supervixerit vel duobus;* Bibl. Ordin., Hugo *vel duobus supervixerint.* Pro *pecunia illius,* cod. A *pecunia eius.*

22. *quidem* — Apud Rabanum non legitur. Pro *maritus mulieris expetierit,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Augustinus in *Spec.,* Rabanus *expetierit maritus mulieris;* Beda II, 321. *petierit maritus mulieris;* cod. E corrupte *expeterit manus mulieris;* pro *maritus,* codd. Cas. 9. cum itala *vir.* Pro *iudicaverint,* sixtini, codd. C, D, E, H, U, Augustinus l. c. *iudicarint.* Ex hoc et seq. versiculo quamplures scriptores post IX. seculum legem proferunt verbis partim ex itala, partim ex vulgata editione mutuatis, et ita conceptis: *Si quis percusserit mulierem praegnantem, et fecerit abortivum, si formatum non erat, mulctetur pecunia: quod si formatum, reddat animam pro anima;* cf. infra ad vers. 29.

23. *Sin* — Bibl. Reg., all. *Si;* cf. vers. 36. Pro *mors eius,* codd. B, V, Cas. 9., Beda l. c. *mors ei;* hebr., graecus et reliqui nullum habent pronomen, secluso Ionathano, qui legit בה, *in ea.* Ambigitur utrum de matris, an de filii morte sermo sit; et fortasse aeque reus mortis utroque casu auctor necis indicitur.

25. *adustionem pro adustione* — Rabanus *combustionem pro combustione;* item Augustinus *Quaest. 80. in Ex.* et in *Spec.* cap. 58. edit. Maii.

26. *eos liberos*—Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, E, F, R, U, Cas. 5., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Hincmarus rhem. CXXV, 1024., Bruno ast.

27. *dimittet eos*—Rursum sixtini cum cod. A tacent pronomen; item armenus; codd. C, D, H, S, T, U, Bruno ast. *eos dimittet.* Correctores Pii V. adnotarunt non esse adiiciendum *pro dente suo*, etsi in hebr. et graeco legatur.

28. *cornu percusserit* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, T, Cas. 19., Augustinus in *Spec.*, Rabanus *cornu petierit;* cod. B *cornipetierit;* cod. S *cornupeta percusserit.* Pro *aut mulierem*, cod. B *ac mulierem;* Bruno ast. *et mulierem.* Pro *obruetur*, cod. B *obruatur;* margo Ordin. addit *bos*, ut hebr., graecus et reliqui. Pro *dominus quoque*, codd. B, C, D, E, F, H, R, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Ordin., Hugo, Bruno ast. *dominusque;* Rabanus cum Augustino et graeco *dominus autem.*

29. *Quod si* — Bibl. Reg., all. cum hebr. *Et si.* Pro *cornupeta*, codd. A, B, C *cornipeta;* it. Maius in *Class. Auctt. VIII, 152.;* utrumque habet Cangius; conf. Isidorus VII, 411. Perperam inter barbaras voces Forcellinius amandavit *cornupeta;* illam enim usurpant Hieronymus, Augustinus et veteris italae auctor. Pro *fuerit*, Rabanus *fuit.* Pro *sunt dominum*, codd. Cas. 9. *sunt domino.* Pro *recluserit*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, R, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Augustinus in *Spec.*, Rabanus *reclusit;* non male, praesertim si contuleris v. 36. Pro *eum*, cod. R, posteriores edd. Rob. Steph., *eum dominus;* cod. S, Bibl. Paris. 1566. et margo Ordin. *dominus eum.* Pro *aut mulierem*, Augustinus in *Spec.* legit *ac mulierem.* Cod. G, et margo cod. B heic addunt *in utero habentem, et exiverit infans necdum formatus, damno mulctabitur; quodcumque vir mulieris petierit, dabit cum dignitate* (it. Lucifer calar. ad vers. 22. ex graeco μετὰ ἀξιώματος): *si autem formatus fuerit vel maturus, dabit animam pro anima.* Eadem habet cod. Cas. 1. exceptis sequentibus: pro *exiverit*, habet *ita exierit;* pro *dabit*, legit *dabitur;* pro *vel maturus*, ponit *ut maturus.* Manifestum est haec derivata fuisse ab illa lege, de qua verba fecimus ad vers. 22. Ante *bos* cod. H, Petrus Cantor CCV, 220. tacent *et;* it. hebr. et graecus. Pro *dominum eius*, legunt *dominum illius* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Petrus Cantor l. c.; singularis est Bruno ast. qui cum cod. U legit *dominus illius occidetur.*

30. *fuerit ei* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Bruno ast. *ei fuerit.* Pro *quidquid*, cod. B *quantum.* Pro *postulatus*, codd. E, Cas. 5., Bibl. Ordin. *postulatum.*

31. *et filiam* — Codd. B, F, V, Bruno ast. *aut filiam;* aperte consentiunt hebr., graecus et reliqui. Pro *cornu percusserit*, cod. F *cornu petierit;* cf. vers. 28. Pro *sententiae*, codd. A 1. m., C, D, T, U *sententia.*

32. *ancillamque* — Codd. V, Cas. 1. *aut ancillam.* Pro *domino dabit*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Bruno ast. *dabit domino;* cod. Cas. 1. *domino suo restituet;* hebr. et veteres pronomen exprimunt. Pro *opprimetur*, codd. G, V, Cas. 3., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, margo Ordin. *obruetur*, uti est vers. 28. et 29.

33. *Si quis* — Cod. Cas. 1. addit *autem;* item Augustinus *Locut. 102.* ex graeco. Pro *cisternam, et foderit*, codd. T, U *et foderit cisternam;* correctores Pii V. adnotarunt hebraeum et graecum legere *aut*, pro *et.* Mox pro *aut asinus*, legunt *vel asinus* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Gregorius M. I, 548. IV, 70., Taio LXXX, 808., Rabanus, Bruno ast., Gerhohus CXCIV, 1191., Bernardus fontiscal. CCIV, 813., Martinus leg. CCIX, 165.

34. *reddet dominus cisternae* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Augustinus in *Spec.*, Gregor. M., Taio, Gerhohus, Bernardus fontisc., Martinus leg. ll. cc., Rabanus, Bruno ast. *dominus cisternae reddet.*

35. *bovem alterius* — Codd. C 1. m., D, Rupertus *bovem alterum.* Pro *vulneraverit*, codd. A, B, E, Bibl. Reg., Lugd. 1569. *vulneravit.* Pro *autem mortui*, codd. Cas. 2., Rabanus *autem mortuum;* codd. Cas. 3. tacent *autem.* Pro *dispertient;* cod. B *divident;* Bibl. Reg., Paris. 1566. *dispartient;* cod. S *dispertientur.*

36. *Sin*—Sixtus, codd. C, D, H, T et veteres edd. *Si.* Ad normam aliorum codd. et v. 9. 21. 23. sixtini, gregoriani et Toletus scripserunt *Sin;* cf. ad Gen. XLIII, 5. et Rocca l. c.

Cap. XXII, 1. *bovem aut ovem* — Sixtini, codd. C, D, F, O, R, T, U, V, Thomas. I, 22., Rabanus, Bruno ast. *ovem aut bovem;* item cod. 53. holmesianus; cod. A *bovem et ovem.* Mox Bibl. Ord. edd. Lugd. 1545. 1590. tacent *et.* Post verba *pro uno*, sixtini cum cod. A expunxerunt *bove.* Pro *restituet*, Bibl. Paris. 1566., *restituat;* cf. vers. 4. 5. 7. et 17.

2. *suffodiens* — Codd. Cas. 12. *effodiens;* Rabanus *fodiens;* nota apud Vulgatum duo verba, nempe *effringens*, et *suffodiens* posita esse pro במחתרת. Pro *mortuus fuerit*, cod. E *mortuus est;* cod. G *fuerit mortuus.*

3. *Quod si* — Bibl. Reg. *Et si;* hebr. tacet nexum; sed conf. De-Rossi *Varr. Lectt.;* cod. Cas. 1. addit *iam.* Ante *homicidium* cod. Cas. 1. addit *et.* Pro *perpetravit*, codd. F, Cas. 3. *perpetraverit;* cod. Cas. 1. *perpetrabit.* Pro *morietur*, Biblia seculi XV. cum Rabano *moriatur.* Post *reddat* tacent *ipse* sixtini, codd. A, B, E, G, H, O, R, S, T, Cas. 19., Bibl. Ord., Augustinus in *Spec.*, Rabanus; quibus concinunt hebr. et veteres interpretes.

4. *si inventum*—Legunt *si autem inventum* Augustinus in *Spec.*, graecus, syrus, arabs et unus vel alter codex Kennic., et Onkelos in polygl. Ant. Pro *restituet*, Rabanus *restituat.*

5. *vel vineam* — Rabanus addit *proximi sui;* fortasse ex vers. 8. vel 11. Post *iumentum* cod. E tacet *suum.* Post *vinea* cod. Cas. 1. addit *sua*, ut hebr. et veteres; codd. R, V, Cas. 13. et Bruno ast. tacent *in* quod praemittitur. Pro *restituet*, codd. B, E, Rabanus *restituat.*

6. *spinas* — Legunt *spicas* Sixtus, codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 15., Thomas I, 23., veteres edd. fere omnes, Bruno ast., Augustinus in *Spec.*, ubi maurini editores testantur ita legi in omnibus codd., quibus Bibliorum volumen corbeiense consentit; Martianaeus quoque et Vallarsius hanc lectionem, quam ex librariorum lapsu ortam fatentur, in omnibus suis codicibus, unico excepto cod. memmiano, habuerunt. Hinc Toletus scribit: « Lege *spinas:* sic hebraeus, graecus, » Complut., Reg., mss. et utraque Congrega» tio; licet Ordin., Lovan. et alia impressa » legant *spicas.* » Nempe praeeuntibus correctoribus Pii V., sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur codd. A, B, E, H, L 5., Q, Cas. 9., antiquum errorem emendarunt. His accedunt Bibl. Rob. Steph. 1532. et Rabanus. Cf. Rocca I, 307., Lucas Brugens. et Bukentopius p. 142. Pro *acervos*, cod. E *acervum;* plures graeci codd. legunt ἄλωνα; neque obstat hebr. Pro *succenderit*, cod. B *incendit;* Rabanus *succendit.*

7. *commendaverit* — Cod. E *commendarit;* cod. I, Bibl. Lugd. 1522. *commodaverit;* veteres interpretes cum hebr. *dederit.* Post *amico*, codd. E, V, Cas. 1. addunt *suo;* item hebr. et veteres interpretes, excepto graeco, de quo cf. Holmes. Pro *aut vas*, codd. C, D, O, R, S, T, U, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, all. *vel vas.* Pro *fuerint*, codd. C, D, R, U, Thomas. l. c.; Bruno ast. *fuerit;* item hebr. et veteres interpretes, praeter chaldaeum; si hanc admiseris lectionem, verbum *ablata*, quod praecedit, referes ad pecuniam; ceterum cod. E legit *ablatum*, retulitque ad vas. Pro *reddet*, cod. C 1. m., Bibl. Ordin., Hugo *reddat;* Rabanus *reddatur.*

8. *latet fur* — Tacent *fur* sixtini, codd. B, C, D, F, G, N, O, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ord., Hugo, Augustinus in *Spec.*, Rabanus,

Bruno ast.; cod. N adnotat: « *si latet;* Glossa: » scilicet *fur;* quod novi de novo in textu ap- » ponunt, quod contra antiqui non habent. » Pro *dominus*, codd. C, D, N, O, T, U, Cas. 9. *dominum;* de hac lectione scholiastes codicis O notat: « *si latet dominum domus;* hebr. *si* » *latet fur, dominus domus;* apud graec. *si* » *non invenitur fur;* unde videtur quod casus » mutatur in littera nostra sic: *si latet,* sup- » ple *fur, dominus domus applicabitur.* » Pro *ad deos*, codd. G, T, V *ad eos;* cod. Cas. 1. addit *et ad sacerdotes et ad sapientes.*

9. *perpetrandam* — Bibl. Reg. *perpetrandum.* Pro *ac vestimento*, Bibl. Ven. 1480., Rabanus *et vestimento;* codd. R, S *ac iumento vel vestimento.* Pro *damnum inferre*, codd. Cas. fere omnes et Bruno ast. *damni inferri;* codd. F, G, H, L 2., O, U, V, Bibl. Ordin. *damni inferre*, quod Lucae Brugensi non probatur. Pro *ad deos*, codd. E, G, V, Cas. 12., Bruno ast. *ad eos;* Cas. 1. addit *scilicet ad sacerdotes;* Augustinus in *Spec.* praemittit *et.* Pro *perveniet*, cod. B *perveniat;* codd. Cas. 11. *proveniet.* Cod. Cas. 1. prosequitur *Quod si illi iudicaverint, duplum reddet.*

10. *proximo suo* — Cod. Cas. 1. *amico suo.* Pro *asinum, bovem,* Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *bovem, asinum.* Pro *bovem, ovem,* codd. F 2. m., G, V, Cas. 13., Augustinus in *Spec. bovem et ovem;* Rabanus *ovem, bovem,* uti multi graeci codd. holmesiani. Rabanus tacet *et* ante *omne;* codd. Cas. 2. tacent *omne;* cf. Holmes. Pro *ad custodiam*, codd. B, G, V, Cas. 4. *ad custodiendum;* item hebr., graecus et reliqui. Pro *aut debilitatum,* Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545. *et debilitatum;* Bibl. Paris. 1566. *ac debilitatum.* Pro *ab hostibus*, codd. Cas. 3. *a bestiis;* cf. nota maurinorum ad *Spec.* Augustini.

11. *iusiurandum*—Margo Ordin. addit *Domini;* item hebr. et veteres interpretes, at graecus *Dei.* Pro *erit*, cod. Cas. 1. *sit.* Post *manum* cod. Cas. 1. addit *suam;* ut hebr. et vett.; conf. vers. 8. Pro *suscipietque*, cod. E *suscipiatque.* Pro *cogetur*, Bruno ast. *cogatur.*

12. *Quod si* — Bibl. Reg. *Et si;* conf. ad vers. 3. Pro *ablatum*, Augustinus in *Spec. sublatum.*

13. *a bestia* — Rabanus addit *fuerit.* Pro *deferat*, sixtini, codd. A, E, F, Cas. 14., Urbinas apud Vallarsium, margo codicis memmiani, Augustinus in *Spec.*, Rabanus *deferet;* huic lectioni favent hebr. et graecus; Bruno ast. *perferet;* codd. C, D, H, O, R, T, U, Cas. 1. *proferat.*

14. *quidquam* — Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph., all. *quidquid.* Pro *mutuo*, codd. C, D, F, O, R, T, U, V, Cas. 6., Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Bruno ast. *mutuum.* Mox cod. E legit *compellentur.*

15. *Quod si* — Bibl. Reg. ut supra *Et si.* Pro *impraesentiarum*, multi codd. scribunt *in praesentiarum;* conf. ad Deut. V, 3. Pro *dominus fuerit*, sixtini, codd. A, C, D, E, F 2. m., G, T, U, V, in *Spec.* Augustinus *fuit dominus;* codd. F 1. m., H, S, Rabanus *fuerit dominus;* Bibl. Ordin. *dominus fuit.* Pro *venerat*, codd. F, V *venerit;* Bruno ast. *fuerit.*

16. *Si seduxerit quis*—Augustinus in *Spec.* legit. *Si quis seduxerit.* Pro *necdum*, Bruno ast. *nondum.* Pro *desponsatam*, cod. A 1. m. *sponsatam.* Pro *dormieritque*, codd. A, E, G, Augustinus l. c., Rabanus *et dormierit.* Post *habebit* tacent *eam* sixtini, codd. A, B, E, Cas. 12.; his favere videntur hebr. et graecus.

17. *dare* — Cod. G, Rabanus praemittunt *eam*, ut hebr., graecus et reliqui; sed conf. Holmes. Pro *reddet*, cod. G, Augustinus in *Spec.* et Rabanus *reddat;* animadverte hanc pecuniae solutionem non quidem patri, sed filiae faciendam fuisse; nam pudicitiae pretium maritus coniugi reddebat. Pro *modum*, cod. Cas. 1. *morem.* Pro *consueverunt*, sixtini, codd. A, C, D, H, O, U, *consuerunt;* conf. XXI, 7.

18. *Maleficos* — Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., Ven. 1538., all. *Maleficas;* item hebr., Onkelos, interpres samaritanus, graecus ven. et persa; Rabanus IV, 1095. V, 424. addit *in terra tua.* Pro *patieris*, legunt *patiaris* sixtini, codd. A, G, Rabanus, Petrus Dam. CXLV, 827., Leo VII. edit. Hard. VI, 578.

20. *immolat* — Bibl. Lugd. 1522. 1526. *immolabit*. Ante *occidetur* codd. Cas. 3. addunt *similiter*. Pro *praeterquam*, legunt *praeter* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., all., Brev. Goth. p. 436., Augustinus in *Spec.*, Rabanus l. c., Bruno ast.; conf. Sabatier.

21. *neque affliges* — Codd. G, R, S, Brev. Goth. l. c. *nec affliges*. Pro *enim et ipsi*, cod. B, Brev. Goth. l. c. *etenim ipsi;* codd. Cas. 3. et Augustinus in *Spec.* tacent *et ipsi*, uti hebr., graecus et all.; conf. Sabatier. et Hexapl. Pro *in terra Aegypti*, codd. Cas. 7. *in terra aliena*.

22. *nocebitis* — Rabanus, Bruno ast. et arabs *nocebis*.

23. *laeseritis* — Rabanus, Bruno ast. *laeseris;* it. hebr., chaldaeus, graecus ven., arabs et persa; sed reliqui cum samaritano stant pro Vulgato. Pro *vociferabuntur*, cod. E *vociferabunt*. Pro *audiam*, codd. B, S, Cas. 14., Augustinus l. c. *exaudiam;* item Cyprianus cum graeco; conf. vers. 27. Pro *clamorem*, codd. Cas. 3. *vocem*.

24. *percutiamque* — Cod. F *percutiam*.

25. *mutuam* — Codd. M, S, Cas. 1. *mutuo;* cf. v. 14. Pro *populo*, codd. S 1. m., Cas. 2. *pupillo;* idque in cod. O reiicitur; Sabatierius profert hunc locum ex Ambrosio ubi legitur *pupillo;* at meliorem italae lectionem servat Augustini *Spec.* cap. XI. ed. Maii; cf. et Holmes. Pro *urgebis*, codd. A, O, T, V *urges;* codd. C, D, F, U *urgues;* Bruno ast. *urgeas;* cod. E, Brev. Goth. l. c. *argues*. Pro *opprimes*, codd. G, Cas. 1. *opprimas*.

26. *reddes ei* — Legunt *redde ei* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Prudentius trec. CXV. 1423., Bruno ast.; cum hodierna Vulgati lectione vetus itala consentit.

27. *est solum* — Cod. A 1. m. *solum est*. Pro *operitur*, codd. A, C, D, V, Bruno ast. *operietur*. Post *dormiat* margo cod. H cum hebr. addit *et erit*.

28. *Diis* — Cod. Cas. 1. addit *et sacerdotibus*. Pro *principi*, codd. Cas. 11. *principes;* Petrus Cantor in *Spicil. solesm.* II, 238. *principibus;* habent numerum pluralem Ionathanus, graecus ven. et pauci codd. holmesiani. Codd. C 1. m., F, Cas. 1. et Rabanus *principem;* item Augustinus apud Sabatier. et in *Spec.* ed. Maii, c. XIX. Mox Rabanus tacet *tui*. Pro *maledices*, cod. B *maledicas*.

29. *Decimas tuas et primitias tuas* — Tacent pronomen secundo loco positum sixtini, codd. C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. l. c., Augustinus in *Spec.*, Ionas aurel. CVI, 205., Rabanus, Bruno ast., Concil. Aurel. edit. Hard. VI, 522.; his accedunt armenus et non pauci graeci codices: priori loco pronomen tacent Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph. aliaeque plures, Concil. Arelatense ed. Hard. IV, 1004., Petrus cellens. CCI, 966.; quibus accedit graecus. Ceterum hebraica verba מלאתך ודמעך ad litteram reddit graecus ven. Τὴν πλήρωσίν σου καὶ τὸ δάκρυ σου: egregie autem illorum sensum expressit alexandrinus Ἀπαρχὰς ἄλωνος καὶ ληνοῦ σου, quem fere imitati sunt reliqui interpretes. Cf. Rosenmullerus in h. l., Gesenius in *Thes.* p. 789. et Schleusner *Lexic. LXX.* I, 333.; Augustinus in *nova pp. biblioth.* I, 142. *Primitias areae tuae et torcularis tui*.

Ibid. *tardabis reddere* — Legunt *tardabis offerre* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Thomas. l. c., Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476., Rob. Steph. 1528., all., Augustinus l. c. et in *Spec.*, Ionas aurel. l. c., Rabanus, Prudentius trec. l. c., Bruno ast., Petrus Com., Petrus cellens. l. c., Brev. Goth. l. c.; codd. Cas. 2. addunt *Domino*.

30. *et ovibus* — Rabanus *et de ovibus*. Pro *octava*, sixtini, codd. A, F, G, V, Bibl. Ordin. *octavo*. Pro *reddes illum*, cod. Cas. 1. *dabis illum;* Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *reddes eum*.

31. *Viri sancti eritis mihi* — Codd. A 1. m., G *Viri eritis mihi sancti;* cod. F *Viri sancti mihi eritis;* cod. Cas. 1. addit *sancte et munde coram me*. Pro *comedetis*, cod. A *comeditis*.

Cap. XXIII, 1. *suscipies* — Cod. A, margo Ordin. *suscipietis;* numeri permutatio in hoc capitulo frequens occurrit in ipso sacro textu. Pro *nec*, cod. S, Bruno ast. *non*. Pro *iunges*, cod. A *iungis;* cod. B et Defensor LXXXVIII, 708. *iungas*.

2. *sequeris* — Brev. Goth. p. 436. et margo Ordin. *sequaris*. Pro *plurimorum*, Bruno ast. *pessimorum*. Pro *acquiesces*, codd. C 1. m., D, F, S, U, V, Rabanus *acquiescens*. Mox codd. D, T tacent *ut*. Pro *vero*, codd. G, Cas. 3. *veritate*.

3. *Pauperis quoque non* — Rabanus cum Augustino *Et pauperis non;* codd. V, Urbinas tacent *quoque;* codd. F, T 2. m., V, Cas. 6., Palatinus apud Vallarsium, Bruno ast. (diserte) tacent *non*. Pro *in iudicio*, correctores Pii V. adnotaverant mss. 34. legere *in negotio;* et ita legunt sixtini, codd. A, B, C, D 1. m., F, G, H, K, L 14., N, O, Q, R, T, V, Cas. 19., Thomas. I, 23., codex legionensis, Urbinas apud Vallarsium, Corbeiens. 1. m. apud maurinos editores *Spec.* s. Aug. « Huic » lectioni, ait Martianaeus, consentiunt vete» res Bibliorum codices mss. ac Speculum » s. August. in codice ms. carnutensi; » item Bruno ast.; Lucas Brugensis adnotat: « Non » est visum correctoribus (gregorianis) *iudi*» *cio* mutare cum *negotio*, quamvis hoc a mul» tis legatur non sine similitudine veri. » Denique ipsemet Toletus scribit: « Legitur *in* » *iudicio* in graeco, Reg., Compl., Ord., Lov. » et aliis. In quibusdam mss. legitur *in ne*» *gotio;* et sic est in hebr. scilicet *in caussa* » *sua:* idem est sensus. » Cas. cod. 1. legit *in caussa iniusta;* scholiastes codicis N habet: « *in negotio*, id est *in causa;* similiter II Reg. » XV. (v. 2.) *habebat negotium*. » Hodierna Vulgati lectio fortasse ex itala derivata fuit.

5. *iacere* — Codd. B, Cas. 7., margo Ord., *iacentem;* consentiunt hebr., graecus et reliqui. Pro *cum eo*, codd. Cas. 5. *illum;* conf. Deut. XXII, 4. et Sabatierius.

6. *in iudicium* — Legunt *in iudicio* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, L 13., Q, R, S, T, U, V, Cas. 22., Thomas. I, 17. 23., Brev. Goth. l. c., Augustinus in *Spec.*, Ionas aurel. CVI, 219. « Multi alii codices, ait Mariana, legunt » *in iudicio;* sicque legendum videtur. » Hanc lectionem recepit Martianaeus ad fidem *Speculi* s. Augustini; nullo enim in codice Bibliorum (quod sane mirum est) eam reperire potuit, ut ipse testatur.

7. *Insontem* — Codd. G, Cas. 2., Brev. Goth. l. c. *Innocentem;* item Lucifer calar. et Augustinus in *Spec.* cap. X. ed. Maii; cod. O notat hanc lectionem apud recentiores tantum inveniri. Pro *aversor*, codd. G, R, V, Bibl. Reg., Brev. Goth. l. c., Iohannes saresb. CXCIX, 209. *adversor;* in cod. N legitur: « *adversor*, » id est non iustifico; quod hebraice est gra» tiam avertere. » Hugo a s. Charo: « *adver*» *sor*, id est adversarium habeo. »

8. *Nec accipies* — Codd. A, N, T, U, Brev. Goth. l. c., Bibl. Ord. *Nec accipias;* codd. D, G, O, R, Thomas. I, 24., Augustinus in *Spec.*, Petrus Dam. CXLV, 531., Bruno ast. *Ne accipias;* cod. C, Thomas. I, 23. *Ne accipies;* cf. ad Deut. XVI, 19. Pro *etiam excaecant*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ord., Hugo, Augustinus in *Spec.*, Ionas aurel. l. c., Rabanus, Prudentius trec. l. c., Bruno ast. *excaecant etiam;* Brev. Goth. l. c. *excaecant et*. Pro *prudentes*, Concil. Turon. ed. Hard. IV, 1027. *oculos sapientum;* Alcuinus I, 353. *corda sapientum;* cf. Deut. l. c., De-Rossi *Varr. Lectt.* eiusque *Suppl.* Pro *subvertunt*, cod. A *avertunt*. Pro *verba*, cod. Cas. 1. *animos*.

9. *Peregrino . . . scitis* — Brev. Goth. l. c. *Peregrinis . . . scies*. Pro *Aegypti*, cod. A *Aegyptii*.

10. *fruges eius* — Cod. A *fruges tuas;* item tres codd. holmesiani; codd. Cas. 2. tacent pronomen, ut Ionathanus.

11. *et requiescere* — Rabanus tacet *et*. Pro *reliquum*, sixtini, codd. A, B, D, F, N, O, T, Rabanus *reliqui*. Pro *edant*, codd. Cas. 2., Bruno ast., Petrus Com. *comedent;* codd. V, Cas. 1., Bibl. Ordin. et Augustinus ex graeco *edent*.

12. *septimo* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, S, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ord., Reg., Ven.

1476., all., Bruno ast. *septima;* cod. O monet non esse praemittendum *in*. Pro *et refrigeretur*, codd. B, D, T, U, Bibl. Ordin. *ut refrigeretur;* cf. cod. E in fragmentis quae ad calcem Exodi collocavimus; graecus utramque particulam exprimit καὶ ἵνα ἀναψύξῃ. Cod. Cas. 1. prosequitur *filius tuus et filius ancillae tuae et advenae*.

14. *mihi festa* — Cod. S *mea festa;* Rabanus tacet *mihi*. Pro *celebrabitis*, Bruno ast. *celebrabis;* item hebraeus.

15. *Sollemnitatem* — Codd. O, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *quoque*. Pro *diebus*, cod. B *dierum*. Pro *comedes*, codd. L, Cas. 1., et edd. mox laudatae legunt *comedetis;* item Hieronymus apud Sabatierium ex graeco ; cod. E *edetis*. Post *praecepi* Bibl. Paris. 1566. tacent *tibi*. Pro *mensis novorum*, codd. G, N* 1. m., S, V, Cas. 12. *messis novorum;* Cas. 1. *messis novae*. Pro *in conspectu meo*, cod. B *ante conspectum meum;* item Hieronymus V, 762.

16. *Et sollemnitatem* — Cod. B tacet *Et*. Pro *messis*, codd. A, B, C, D, E, F, L, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1528., Lugd. 1522., all., Rabanus, Rupertus II, 304. *mensis;* quae lectio merito a Luca Brugensi reiicitur; scholiastes quoque cod. N adnotat: « Quia legitur supra *mensis novorum*, » sive primitivorum, quidam decepti putave» runt quod hic esset *mensis;* sed quod hic » sit *messis* probatur per XXXIV. (v. 22.), et » per hebr. et graecum; est enim primitiva » messis pentecostes. » Pro *seminaveris*, sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, R, S, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Bruno ast., glossa edita ab Arevalo VII, 411. *severis;* codd. A, T, U *serueris*. Post *anni*, Rabanus addit *facias*. Pro *congregaveris*, codd. G, Cas. 3. et margo Ordin. *congregabis*. Pro *fruges tuas*, codd. Cas. 10. *fructus tuos;* cod. B tacet pronomen ut pauci codd. holmesiani.

17. *Deo tuo* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, H, L 6., M, O, Q, T, U, Cas. 11., Bibl. Ord., Hugo, Rob. Steph. 1528. 1532., Rabanus; his accedunt hebr., chaldaeus, graecus ven., arabs, persa, armenus et tres codd. holmesiani.

18. *fermento*—Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *fermentum*. Pro *victimae meae*, Sixtus, codd. C, D, G, N, N* 1. m., O, R, S, T, U, V, Cas. plerique, fere omnes vett. edd. *victimae tuae;* item pauci graeci codices: pro hodierna lectione stant plerique ex antiquioribus codd., Rabanus, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., correctores Pii V., sixtini et gregoriani; unde Toletus: « Lege *meae;* sic hebr., graecus et mss. no» vem et Congregatio. At Compl., Reg., Ord. » et Lovan. *tuae*. » Cf. Ex. XXXIV, 25., Rocca I, 307., Lucas Brug. et Bukentopius p. 142. Mox pro *sollemnitatis meae*, non paucae ex editionibus hentenianis veluti Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1579. mendose legunt *sollemnitatis tuae;* item cod. 55. holmesianus.

19. *Primitias frugum terrae* — Brev. Goth. l. c., Thomas. I, 17. tacent *frugum*. Pro *deferes*, cod. B *defer;* cod. V et Rabanus *deferas*. Mox cod. F, Rabanus tacent *Dei;* ut cod. 177. Kennic. ; quinque codd. holmesiani tacent Κυρίου. Pro *Non coques*, codd. A, C, D, F, R, T, Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538. *Nec coques;* copulam addunt arabs et armenus.

20. *mittam* — Codd. G, L 2., Q, Cas. 3., Isidorus VI, 3., Hildefonsus tol. XCVI, 71., Libri Carolini XCVIII, 1040., Rabanus, Ratherius CXXXVI, 302., Adso CXXXVII, 649., Martinus leg. CCVIII, 71., Concil. Hispal. ed. Hard. III, 562. *mitto;* item Tertullianus, Augustinus et Arnobius; accedunt hebr., graecus et reliqui. Post *angelum* (2ª. et 3ª. edit. vatic. *Angelum*), tacent *meum* sixtini, codd. C, D, H, I, L 6., M, Q, S, T, U, Cas. 13., Thomas. I, 24., Libri Carolini l. c., Rupertus; quibus favent hebr., chaldaeus, syrus, graecus ven. et arabs; Lucas Brugens. testatur multa bona exemplaria mss. omittere illud pronomen. At pro Vulgato faciunt reliqui codd. et interpretes cum samaritano textu. Post *custodiat* addunt *te* Hildefonsus et Concil. Hispal. ll. cc.; item itala, hebr., graecus

et reliqui. Pro *in locum*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, M, O, R, T, U, Cas. omnes, Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c., Rabanus, Libri Carolini l. c., Bruno ast., Rupertus, Martinus leg. et Concil. Hisp. ll. cc. *ad locum*.

Ibid. *paravi* — Sixtus, cod. F, fere omnes vett. edd., Libri Carolini et Conc. Hisp. ll. cc. *praeparavi;* cf. Sabatierius; codd. Cas. 15., Brev. Goth. l. c., Bibl. Brix. 1496., Ven. 1497. 1501., Lugd. 1535. *praeparavi tibi;* it. graecus et arabs. Toletus scribit: « Lege *paravi;* » sic Ordin. et Congregatio. » Nempe sixtini et gregoriani cum priscis codd. et Rabano et Augustino ita legendum censuerunt; conf. Rocca l. c.

21. *Observa eum* — Martinus leg. l. c. *Observa igitur*. Pro *nec contemnendum*, Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538. *non contemnendum;* Brev. Goth. l. c. addit *eum;* cui favent hebraeus et veteres. Pro *dimittet*, cod. D *demittet;* cod. Cas. 1., margo Ord. et Martinus leg. l. c. addunt *te;* graecus ὑποστείληταί σε. Pro *peccaveris*, sixtini, codd. A, B, F, H, L 5., Q, T, Cas. 9., priores edd. Rob. Steph., Hugo, Rabanus *peccaveritis;* consentiunt hebr., chaldaeus, syrus, graecus ven., arabs, persa et Symmachus apud Nicetam.

22. *audieris* — Codd. Cas. 2. *audieritis;* it. samaritanus textus et alexandrinus; sed cf. Holmes. Pro *omnia*, Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1417. *ea*. Pro *loquor*, cod. Cas. 1. *loquitur;* dein codd. B 2. m. et Cas. 1. addunt: *ad te; et custodieris testamentum meum; eris mihi populus exsuperans* (Cas. *exuberans*) *ab omni gente* (Cas. *genere*); *mea est enim omnis terra; vos autem eritis mihi regnum conservatum, et gens sancta: haec ergo verba dices filiis Israel. Si autem audieritis vocem meam, et feceritis omnia quae dico vobis*. Manifeste ex graecis codicibus istud additamentum derivatum est; inde enim manavit quoque in versionibus coptica, slavonica mosq. et georgiana. De itala apud Sabatierium non constat; illud autem legebat Iuvencus qui in *Spicil. solesm.* I, 199. huius versiculi sententiam sequenti periphrasi adornavit:

Eia agite, sanctisque auditum iungite dictis;
Mandatumque meum sincera assumite mente;
Ut sitis plebs cara mihi, populusque beatus,
Et regnum sublime Dei, gens ardua semper,
Omnibus in terris quas sol utrimque recurrens
Aspicit, et calido mundum complectitur axe.
Concordes palpabo tuos, cunctisque resistam,
Qui tecum bellare parant.

At non solum abest a reliquis versionibus et a sacro textu, verum etiam a slavonica ostr. et armena, quae e graeco fonte fluxerunt; immo et cod. E, qui hoc capitulum ex itala habet (quod ad Exodi calcem subiicimus), additamentum illud plane ignorat, ut et nonnulli graeci codd. a Flaminio Nobilio et Holmesio memorati. Graeci vero id petiisse videntur ex superiori cap. XIX, 5. 6. Ceterum laudatorum codicum latinorum lectio aliquid lucis pro re critica vel afferre vel etiam mutuari posse videtur, si eamdem heic cum graeco fonte eiusque variis lectionibus comparemus. Pro *custodieris . . . eris*, graecus legit φυλάξητε . . . ἔσεσθε, uti XIX, 5.; sed conf. Holmes. — Pro *exsuperans*, seu uti legit cod. Cas. *exuberans*, graecus περιούσιος, quod utramque exhibet notionem (cf. Schleusner *Lexic. LXX.* ad h. v.); priori tamen accedunt coptus et slavon. qui habent *selectus*, et georg. qui interpretatur *praecipuus;* alteri vero favet Lucifer calar. qui ad XIX, 5. legit *abundans;* ubi egregie Vulgatus hebraicam vocem סגלה reddit *in peculium;* conf. Gesen. *Thes. p. 937.* — Pro *ab omni gente*, graecus habet ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν. — Pro *regnum conservatum;* legendum videtur *regnum consecratum;* nam graece est βασίλειον ἱεράτευμά; coptus *regnum sanctum;* Lucifer calar. *regnum sanctissimum;* georg. *in regnum, in sacerdotium;* conf. XIX, 6. — Mox graecus tacet *ergo*, et *autem*. — Pro *dico vobis*, graecus εἶπω σοι; sed georg. *dixero vobis*.

23. *introducet te* — Tacent *te* codd. B, F, Cas. 3., Brev. Goth. l. c. et Rabanus; item cod. 82. holmesianus. Pro *Hethaeum*, Brev. Goth. l. c. *Cethaeum;* cf. Ex. III, 8. Pro *Chananaeumque*, cod. G, Bibl. Reg. cum Augustino *et Chananaeum*. Mox Brev. Goth. l. c.

*

tacet *et Hevaeum;* item Augustinus, cod. 58. holmesianus et cod. 190. Kennicotti. Ante *Iebusaeum* tacent *et* quaedam edd. hentenianae, uti Antuerp. 1559. 1563. 1565., Francof. ad M. 1566., Ven. 1579. Pro *conteram*, cod. A *contribo;* Brev. Goth. l. c. *contrivero.*

24. *deos eorum*—Cod. Cas. 1. *deos alienos.* Pro *nec coles*, cod. F *nec coletis;* Bibl. Reg. et in *Spec.* Augustinus *neque coles;* sed *Spec.* ed. Maii, c. XLIV. *neque servietis;* item Onkelos et Ionathanus. Pro *facies*, cod. V et Rabanus *facias.* Pro *destrues eos, et confringes statuas eorum*, cod. A *destrues aras eorum, et confringes statuas;* conf. Saadias et Holmes.

25. *ut benedicam* — Brev. Goth. l. c. *ut benedicat;* accedunt hebr., chaldaeus, syrus, graecus ven. et persa; cum Vulgato faciunt alexandrinus et arabs, quos tuetur Houbigantius. Pro *panibus tuis*, codd. A, Cas. 1. *panibus vestris;* cod. H *pani tuo;* Augustinus ex graeco *panem tuum;* cf. ad XVI, 3. Mendose codd. I, R, S, legunt *iniquitatem* pro *infirmitatem.*

26. *sterilis in terra* — Codd. A, B, F, G, L 7., V, Cas. 16., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Brev. Goth. l. c., Bruno ast. *sterilis terra;* hanc lectionem Lucas Brugens. oppugnavit; cod. Cas. 1. *sterilis in domo.* Pro *implebo*, codd. E, F, Cas. 2. *replebo;* item itala.

27. *Terrorem* — Codd. E, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo et Augustinus cum graeco *Timorem.* Pro *praecursum tuum*, Rupertus *praecursum vestrum.* Mox pro *et*, cod. Cas. 1. *ut.* Pro *ingredieris*, cod. B *introieris.* Dein Brev. Goth. l. c. tacet *coram te;* it. graecus et cod. 80. Kennicotti.

28. *emittens*—Rupertus *emittam;* cui suffragantur hebr., graecus et reliqui. Ex hoc versiculo Brev. Goth. l. c., ceteris omissis, legit tantum verba *antequam introeas.* Pro *crabrones*, nonnulli codd. et non paucae ex antiquioribus editionibus legunt *scrabrones*, uti Bibl. Brix. 1496., Ven. 1497. 1501., Lugd. 1513. 1522., all.; sunt et quaedam edd. legentes *scabrones*, uti Ven. 1480. de Hailbrun, et 1483., it. Petrus Com. et Hugo a s. Charo; neutrum agnoscit Forcellinius: at in Mamotrecto adnotatur legendum *scabroneś*, non vero *scrabrones;* eique concinunt glossaria vetera a Maio edita in *Class. AA.* VI, 544. VIII, 535. 560. ubi *scabro* dicitur vespa cum longis cruribus. Cod. V et Bibl. Ven. 1498. mendose *carbones.* Ante *Chananaeum* Bruno ast. tacet *et;* item hebr. et plerique veterum; sed conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

29. *in solitudinem* — Codd. F, G, V, Brev. Goth. l. c. *in solitudine.* Correctores Pii V. adnotarunt hebr., graecum et quosdam latinos in margine post *bestiae* addere *agri;* ut supra vers. 11. et Lev. XXVI, 22.

30. *conspectu tuo*—Rupertus *conspectu meo;* graecus ven. ἀπὸ προσώπου μου.

31. *Ponam autem* — Cod. F et Bruno ast. tacent *autem.* Pro *Palaestinorum*, Martianaeus edidit *Philistinorum*, non quidem ex codicum testimonio, sed permotus auctoritate Hieronymi, qui *Comm. in Dan. XI.* hanc lectionem probat; et ita legit cod. E in fragmento ad finem Exodi relato. Cf. ad Gen. XXI, 33. Post *ad fluvium*, codd. Cas. 12. addunt *magnum;* correctores Pii V. notarunt duos codd. cum graeco addere *magnum Euphraten;* ita quoque ex itala legit cod. E. Ante *manibus* tacent *in* sixtini, codd. A, B, C, D, F, N, R, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus; cod. E et margo Ord. *in manus vestras.* Pro *conspectu vestro*, codd. R, Cas. 1. et Rabanus *conspectu tuo;* itala in nostro cod. E (nam tacet Sabatierius) *ante te;* favent hebr., graecus et reliqui, excepto georg. qui habet *a facie vestrûm.*

32. *inibis* — Cod. A *inibitis;* cod. D *ibis.*

33. *habitent* — Cod. B *habitet.* Pro *terra tua*, Rupertus *terra vestra.* Pro *faciant*, cod. B *faciat.* Pro *tibi certe erit*, sixtini, codd. A, B, Rabanus *tibi certo erit;* Rupertus *certe erit tibi;* cod G *tibi erit certe.*

Cap. XXIV, 1. *senes*—Codd. G, H, Cas. 6., margo Ordin. *seniores;* quibus favet Augustinus; conf. Ex. X, 9. Ante *Israel* codd. E (ex quo istud cap. proferemus ad calcem Ex.), G, L 2., Q, Cas. 11. tacent *ex;* item Augustinus cum hebr., graeco et reliquis. Cod. A tacet particulam *et* quae sequitur.

2. *Solusque*—Cod. B *Solus quoque;* Bruno ast. *Solumque.* Pro *Moyses ascendet,* sixtini, codd. A, F, V, Brev. Goth. pag. 445. *Moyses ascendat;* codd. Cas. 4. *tu ascendes.* Pro *cum eo,* codd. Cas. 12. *tecum.*

3. *omnis populus*—Legunt *cunctus populus* sixtini, codd. A, C 2. m., D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 22., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., Hugo, Rabanus, Bruno ast., Brev. Goth. l. c. Pro *verba Domini, quae locutus est,* cod. Cas. 1., Brev. Goth. l. c., Gregorius M. I, 1017. *verba quae locutus est Dominus;* item cod. E, Augustinus, hebr., graec. et reliqui; alter cod. Cas. tacet *verba Domini,* alter vero *quae locutus est.*

Ibid. *faciemus*—Addunt *et audiemus* glossa interlinearis, Gregorius M. l. c., Rabanus, Petrus Com.; item cod. E et Augustinus ex graeco; syrus et duo codd. arabici apud Holmes. *audiemus et faciemus;* hunc autem ordinem samaritanus, syrus et pauci codices graeci et armeni sequuntur infra ad vers. 7., ubi Vulgatus egregie habet *faciemus, et erimus obedientes;* nam verbum שמע, itemque ἀκούω, non modo *audivit,* sed et *obedivit* significat; conf. Gesen. *Thes. p. 1459.*

4. *altare*—Cod. R, Bibl. Ven. 1476. 1480., Ordin., pleraeque edd. Rob. Steph., all., Petrus Com. addunt *Domino;* conf. Sabatier. et supra ad XVII, 15. Pro *radices,* codd. B, V, Cas. 12., Brev. Goth. l. c. *radicem;* conf. Ex. XIX, 17. XXXII, 19. Mendose Bruno ast. legit *vitulos* pro *titulos.*

5. *vitulos* — Conc. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1417. tacet; item cod. 89. Kennic.; cf. Holmes.; Martinus legion. CCVIII, 351. praemittit *et;* addunt *duodecim* Sixtus, codd. B 1. m., C, D, F, G, I, R, S, T, U, V, Cas. 14., vett. edd. longe plures, Bruno ast., Rupertus, Petrus Com.; item Nicolaus de Lira qui tamen illud abiiciendum censet. Toletus vero animadvertit: « Non legitur *duodecim* in hebr., » graeco, Reg., Compl. et mss.; tamen Ordin. » et Lovan. legunt. Utraque Congregatio ab» stulit. » Nempe sixtini et gregoriani ad fidem praesertim codicis A et Rabani illud verbum expunxerunt; Lippomanus perspicue adnotat non ab interprete, sed ab aliorum errore ortum habuisse illud additamentum; cf. Rocca I, 307., Lucas Brugens. et Bukentop. pag. 142.

6. *Tulit itaque*—Brev. Goth. l. c., Rupertus IV, 579., Petrus Com. *Tulitque.* Pro *crateras,* Brev. Goth. l. c., Petrus Com. *crateres;* hanc lectionem praefert Vulgatus noster ad I Esdr. VIII, 27.; illam vero ad Num. IV, 7.; utraque positio optimis auctoribus probatur. Bruno ast. habet *craterem;* item Augustinus et cod. E; conf. Holmes.

7. *audiente*—Brev. Goth. l. c. *audienti.* Pro *erimus obedientes,* Rabanus et glossa interlinearis cum Augustino et cod. E *audiemus;* cf. ad vers. 3.; codd. V, Cas. 1. addunt *ei.*

8. *vobiscum*—Brev. Goth. l. c. tacet; item cod. arabs apud Holmes. Pro *his,* cod. A *eius;* codd. G, Cas. 4., margo Ordin. *istis.*

9. *Ascenderuntque*—Rabanus et Bruno ast. *Ascenderunt.* Rupertus addit *et* ante *Nadab;* item graecus, syrus et arabs; ex sola licentia interpretis nexus exprimitur in latina versione Onkelosi. Pro *de senioribus Israel,* sixtini prima manu, codd. F, G, H, V, Cas. 5., Rabanus *de senibus Israel;* sixtini secunda manu, cum cod. A *senes ex Israel;* Martinus leg. CCVIII, 445. *de senioribus populi;* cod. B legit tantum *e senioribus.*

10. *viderunt Deum Israel*—Codd. B, U et Petrus Com. *Dominum,* pro *Deum;* codd. R, S, Martinus leg. l. c. utrumque habent; Brev. Goth. l. c. tacet *Israel;* uti codd. 223. Kennic. Quum Ex. XXXIII, 20. legatur *Non videbit me homo, et vivet,* veteres interpretes hebraei huius loci sententiam emollire studuerunt: hinc Onkelos et Ionathanus habent *viderunt gloriam Dei Israel;* graecus alex. εἶδον τὸν τόπον οὗ εἱστήκει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ; hinc cod. E *viderunt locum ubi stabat Deus Israhel;* interpres samaritanus ⲥⲁⲙ ⲭⲗⲟⲧⲭ ⲗⲁⲫⲥⲙⲁⲙ ⲙⲭⲗⲁⲛ; Saadias فنظروا ملاك الله اسرايل, vel, uti alii legunt نور الله; quae quidem ex arbitraria interpretatione fluxerunt. Cum sacro textu et Vulgato nostro conspi-

rant syrus, Aquila, Symmachus, persa et graecus ven.

Ibid. *et sub*—Coniunctionis particulam tacent codd. A, B, D, L, N, Q, R, S, T, U 1. m., Cas. 15., Bibl. Ven. 1476., Reg., plures edd. Rob. Steph., all., Beda II, 1167., Rabanus, Rupertus; mendose in editionibus hentenianis adnotavit Lucas Brugens. hanc particulam deesse in hebr., graeco et chaldaeo; ubique enim legitur, excepto cod. 84. Kennic. Pro *sapphirini*, apposite legunt *sapphiri* sixtini, codd. A, F, G, V, Cas. 10., Brev. Goth. l. c., Beda l. c. et IV, 198., Rabanus V, 466., Bruno ast., Martinus leg. l. c., margo Ordin.; item cum cod. E Hieronymus et Augustinus; estque ipsum hebr. הספיר, et graecum σαπφείρου.

11. *Nec super eos*—Codd. R 2. m., S, Bibl. Complut., Reg., all. contrario sensu *Nec non super eos;* at id mendosum esse scite adnotavit post Liranum Lucas Brugens. Sequitur *qui procul recesserant;* Brev. Goth. l. c., Rabanus, Bruno ast. *qui procul recesserunt;* cod. M hoc scholion habet: « Id est non abscondit se et » iam ab iis qui longe erant. » At quo pacto illa Vulgati verba cum sacro textu antiquisque interpretibus conciliari possint haud facile dixeris. Nam hebraeus legit אצילי, quod *principes, nobiles* vel *electos* apud omnes interpretes significat. Calmetus dicit Vulgati versionem non satis perspicuam et ab aliis plurimum discrepantem esse; nihilque praeterea ad illius explanationem addit. Sunt qui conferant אֵצֶל, *iuxta;* unde suspicantur in Vulgato legendum *qui propius accesserant;* at aeque obstant hebraeus et veteres. Lucas Brugensis negavit vulgatam lectionem sollicitandam esse; hanc vero ipse interpretatur de senioribus, qui, conscenso monte, procul recesserant a reliquo populo; eique consonant Cornelius a Lapide, Tirinus et Menochius. At doceri vellemus qua ratione haec verba cum hebraico textu cohaereant; interea vero adnotamus hanc interpretationem ne cum vulgata quidem lectione conspirare. Ceterum nos quoque in recepta lectione nil immutandum profitemur. Attamen ni vehementer fallimur omnis critica difficultas evanescit; planeque sibi constant amiceque conspirant hebraeus et veteres et Hieronymus, dummodo admittas hunc scripsisse *qui proceres erant*. Huius lectionis latinos testes quos proferamus nullos habemus; verum coniecturae nostrae haud leve praesidium est in hebraico textu, antiquis interpretibus et orationis serie. Post *manum* cod. B tacet *suam*. Post *Deum*, Anselmus cant. CLVIII, 655. addit *Israel*, ut vers. superiori. Cod. Cas. 1. habet cum Augustino ex graeco *et apparuerunt in loco Dei*. Brev. Goth. l. c. tacet *Deum*.

12. *tibi tabulas*—Legunt *tibi duas tabulas* codd. F, S, V, Cas. 5., Thomas. V, 329., posteriores edd. Rob. Steph., all., Beda II, 395., Bruno ast., Rupertus, Miss. rom. feria IV. quattuor temp. Quadr. (edit. vatic. 1609.); codd. M, N adnotant hebraeum non legere *duas*, sed subintelligi; animadverte codicem E, qui hoc cap. ex itala habet, heic legere *tibi tabulas duas*, etsi nostri graeci codices ignorent istud *duas*. Pro *doceas eos*, codd. F, G, L, S, V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545., all., margo Ordin., Miss. rom. l. c., Rabanus, Rupertus, Bruno ast., Concil. Aquisgr. edit. Hard. l. c. *doceas filios Israel;* cod. M notat: « In ecclesia dici- » tur ad Missam *doceas filios Israel*, ut sit » ornata sententia. »

13. *Surrexerunt*—Cod. F *Surrexeruntque;* Rabanus et cod. R *Surrexit;* item hebraeus et veteres; sed conf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *minister eius*, codd. Cas. 2. *et ministri eius*. Pro *Dei*, cod. B *Domini*.

14. *referetis*—Cod. A *refertis*.

16. *gloria Domini* — Codd. G, Cas. 2., margo Ord. *gloria Dei;* item graecus et arabs. Pro *eum de medio*, codd. A, L, R, S, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Miss. rom. l. c., Petrus Com. *eum Dominus de medio;* item Augustinus ex graeco, syrus et cod. 84. Kennic.; Vallarsius, inspecta mendosa Calmeti editione, hanc lect. Vulgato tribuit.

17. *Erat autem* — Particulam *autem* tacet Brev. Goth. l. c.; item semel Augustinus apud Sabatier. Pro *ardens*, non male Brev. Goth. l. c. *ardentis*.

18. *ascendit in montem*—Rabanus *ascendit montem*. Pro *fuit ibi*, Rupertus *ibi fuit*. Pro *diebus, et quadraginta noctibus*, codd. B, Cas. 7., Brev. Goth. l. c. *dies, et quadraginta noctes*.

Cap. XXV, 1. *Locutusque*—Codd. S, Cas. 2., Rabanus et Augustinus *Locutus*.

2. *primitias ab* — Ita, sine ulla interpunctione, cum Bibl. Lovan. habent prima et altera ed. vaticana Clementis VIII.; item edd. rom. 1671. 1768.; conf. Sabatierius. Verum tertia edit. vaticana 1598. interponit comma *primitias, ab;* item Sixtus, edd. rom. 1618. 1624. all.; sixtini cum multis edd. seculi XVI. habent *primitias: ab;* item polyglotta londin., edd. rom. 1765. 1784.; demum plures edd. seculi XV. legunt *primitias. Ab;* aliquam interpunctionis notam desiderari demonstrant hebr. et veterum plerique; itemque locus parallelus Ex. XXXV, 5. Margo cod. H monet hebr. legere *oblationes;* et ita habent quoque margo Ordin. et Isidorus Clarius; Vulgatus sequutus est graecos interpretes. Mox cod. A tacet *omni;* ut cod. 54. holmesianus. Pro *offeret*, quod intulerunt sixtini et clementini, quodque legitur in Bibl. Lugd. 1526. 1535., Sixtus cum antiquis codd. et editionibus paene universis habet *offert;* praeclare in hunc locum Martianaeus: « Manuscripti codices, » nullo excepto, legunt *offert;* editorum nihi- » lominus lectio praeferenda videtur, quia ad » sensum Scripturae et ad veritatem hebrai- » cam propius accedit. » Pro *accipietis eas*, cod. B *recipietis eas;* Rabanus *accipietis primitias mihi;* accedunt hebr., graecus et reliqui, excepto armeno.

3. *accipere debetis*—Cod. B *accipere debeatis;* Rupertus *recipere debetis*. Ante *argentum* tacent *et* codd. E, F, G, Cas. plerique, Beda II, 399., Concil. Aquisgr. l. c., Rabanus et Augustinus, qui adstipulantes habent samaritanum textum et versionem, slav. ostrog. et multos graecos codices.

4. *hyacinthum* — Praemittunt *et* cod. R, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Rupertus et Petrus cellens. CCII, 1048.; item hebr., graecus et reliqui, excepto samaritano, cui accedunt georg. et pauci codd. holmesiani; quibus favet cod. E qui huius capituli lectionem ex itala nobis servavit. Pro *et purpuram*, Rabanus *ac purpuram*.

Ibid. *coccumque bis tinctum* — Ita saepissime in hoc libro hebraica verba תולעת שני Hieronymus interpretatus est: easdem autem voces Lev. XIV, 6. 51. reddidit *coccum;* Num. IV, 8. *coccineum;* Ex. XXXV, 25. XXXVI, 35. 37. et alibi saepius *vermiculum;* Ex. XXXIX, 28. *vermiculum bis tinctum*. Qua in varia interpretandi ratione s. Doctor diversas graecorum opiniones secutus videtur, de quibus cf. Montfauconius in *Hexaplis* ad Ex. XXVIII, 5. et alibi; at maior veterum recentiorumque interpretum pars voces illas exponit de *vermiculo cocci* vel *coccifero*, seu de coccinea tinctura; unde praeclare Hieronymus in epist. ad Fabiol. LXIV. §. 19. scribit: « *Coccus* igni » et aetheri (deputatur), qui hebraice שני » appellatur; quod Aquila διάφορον, Sym- » machus δίβαφον interpretatus est. Pro » *cocco* iuxta latinum eloquium, apud he- » braeos תולעת, id est *vermiculus* scribitur. » Graecus ven. σκώληξ ἐρυθρός. Ante *pilos* cod. S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all., Rupertus addunt *et;* item hebr., graecus et reliqui.

5. *pellesque*—Sixtini, codd. B, C, D, F, G, N, O, S, U, V, Cas. 19., Rabanus, Rupertus *pelles;* cf. Holmes. Pro *ianthinas*, codd. A, B, C, D, F, G, N, O, R, S, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Beda l. c., Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Petrus cellens. l. c., Petrus Com. *hyacinthinas;* graecus quoque cum nostro cod. E ὑακίνθινα; sed Aquila, Symmachus et Theodotio ἰάνθινα. Conf. Nobilius, Holmesius in *App. ad Ex.* et Lucas Brugensis in *Notation.* ad Num. IV, 6. ubi eruditus auctor de hac varia lect. fuse disserit; veterum et recentiorum varias coniecturas de hebr. תחש vide

sis apud Gesenii *Thesaurum* p. 1500. Pro *setim*, quod est hebr. שטים, veteres libri non pauci legunt *sethim*, vel *setthim*, aut *settim*, quod postremum et in cod. A et apud Hieronymum legitur; immo et apud Vulgatum; cf. ad Num. XXV, 1. Deut. X, 3. Vocis etymon viri docti ab aegyptiaco verbo ϣⲟⲛⲧⲉ, cui consonat سنط, derivant; quod est spina, seu acacia in Aegypto crescens; quae, si vera sunt, miramur alexandrinos interpretes fugisse. Cf. Peyronius *Lex. copt. p. 299.*, Gesenius *Thes. p. 1452.* At praetermittere non possumus Hieronymi verba, qui VI, 215. testatur *Settim* esse genus arboris in eremo, *spinae albae* simile; hinc idem s. Doctor IV, 502. laudat Theodotionem, qui interpretatus est *spinam* (ἀκάνθαν, cf. altera Append. in Bibl. Holm. ad Esai. XLI, 19.); Symmachus quoque ad Ex. XXXV, 7. habet ἀκάνθινα. Hieronymi autem sententiam sequuti sunt Beda, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Petrus Com. aliique plures; cf. Calmetus, qui tamen dubitare non debuisset de lectione graecorum ἀσήπτων.

6. *oleum* — Cod. R *oleumque;* cod. V et Bruno ast. *et oleum;* item samaritanus, syrus, arabs, graecus ven. et pauci codd. Kennic. Mox margo cod. H notat hebraeum non legere verbum *concinnanda*. Pro *aromata*, Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566. *aromatum*. Ante *unguentum* tacent *in* codd. A, G, T, Beda II, 399.; cod. R legit *et unguentum*. Pro *thymiamata*, sixtini, codd. A, F, G, O, R, T, V, Cas. 21., Beda l. c., Rabanus, Petrus cell. l. c. *thymiama*, uti habet Vulgatus in loco parallelo Ex. XXXV, 8.; cod. B *in thymiama;* hebr. ולקטרת, cui reliqui consentiunt.

7. *ac rationale* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Bruno ast., Conc. Aquisgr. l. c. *et rationale*. Animadverte Hieronymum in hebraicae vocis חשן interpretatione secutum fuisse alexandrinum, Aquilam, Symmachum et Theodotionem, qui saepius habent λόγιον sive λογεῖον.

8. *Facientque* — Cod. Cas. 1. *Facient*.

9. *in cultum* — Sixtini et cod. A *in cultu*. Pro *sicque*, cod. T 1. m. *sic;* item graecus, syrus et cod. 80. Kennic.; sed conf. Holmes. Mox pronomen *illud* respuit margo Ordin.; nec legitur in hebr., graeco et reliquis.

10. *habeat*—Codd. G, Cas. 4., margo Ord., Rabanus, Petrus cellens. l. c. *habebit*. Pro *duos et semis cubitos*, codd. E, G tacent *et semis;* codd. A, B, C, D, F, H, N, S, T, U, V, Thomas. l. c., Beda I, 308. 700. II, 401., Rabanus *duos semis cubitos;* item copt., georg., armenus, et Vulgatus ipse infra ad XXXVII, 1.; codd. Cas. 3., margo Ord., Petrus Com. *duos et semissem cubitos;* Bruno ast. *duos semicubitos;* cod. O cum Vulgato facit, sed notat modernos legere *duos cubitos et semissem*. Mox cod. B tacet *ac semissem*, ut cod. 1. Kennic.

11. *mundissimo* — Codd. Cas. 2. et Bruno ast. *purissimo*. Pro *faciesque supra*, Rabanus *facies insuper;* Bruno ast. *faciesque super;* Bibl. Lugd. 1535. *faciesque super eam;* pronomen addunt quoque hebr. et veteres.

12. *et quattuor* — Margo Ordin. *et fundes ei quattuor*, ut hebr. et veteres. Pro *sint*, cod. F, Hugo, Bibl. Lugd. 1535. *sunt*.

13. *Facies quoque* — Cod. B, Gregorius M. II, 33., Petrus Dam. CXLIV, 579., Bruno ast. *Faciesque;* conf. Holmes. Post *operies* tacent *eos* Gregorius M. et Petrus Dam. ll. cc., Rabanus, Hugo de s. Vict. CLXXVI, 1148., Petrus cellens. l. c.

14. *Inducesque* — Codd. D 1. m., R, S, Bibl. Paris. 1566. *Introducesque;* margo Ord. addit *vectes*, ut hebr. et veteres. Mox Rabanus tacet *arcae*.

15. *extrahentur* — Hugo de s. Vict. l. c. *abstrahentur*.

16. *in arca*—Sixtini, codd. A, C, D, F, R, T, U, V, Bibl. Lugd. 1535., Rabanus, Bruno ast. *in arcam;* item Ambrosius, sed hic praemittit verbum *immittens;* cf. cod. E ad calcem Exodi. Pro *testificationem*, cod. T *sanctificationem*.

17. *Facies et* — Rabanus in *Spic. sol. III, 212.*, Rupertus *Faciesque;* accedunt hebr. et veteres. Pro *mundissimo*, Rabanus et Petrus

cellen. ll. cc., margo Ordin. *purissimo*. Pro *et dimidium tenebit*, codd. F, G, V, Cas. 7., Bruno ast. *et dimidium habebit;* Martinus leg. CCVIII, 319. *et dimidium erit;* Rupertus *tenebit et dimidium*. Pro *et cubitum ac semissem*, codd. A, B, C, D, F, G, H, O, R, T, U, V, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Martinus leg. l. c. *semissem et cubitum;* Adamus praem. CXCVIII, 654. *et semissem et cubitum*. Pro *latitudo*, cod. F *in latitudine;* cf. XXXVII, 6.

18. *Cherubim* — Sunt qui scribant *Cherubin*, de quibus Beda II, 405. « Numero sin- » gulari *Cherub*, plurali autem *Cherubim* di- » citur, et est nomen generis masculini. Sed » graeca consuetudo neutro genere *Cherubin* » posuit, *m* littera in *n* mutata. Verum noster » interpres hebraeum secutus idioma, mascu- » lino genere posuit: *Duos Cherubim aureos,* » *et productiles facies*, non *Duo Cherubin au-* » *rea et productilia*. Quod scriptorum incuria » credo in eius translatione esse corruptum, » ut pro *Cherubim* antiquorum more, scribe- » retur *Cherubin*. » Haec Bedae verba, eius suppresso nomine, recitantur quoque a Rabano in Comm. ad h. l.; his vero consentit Florus Diac. CXIX, 37. qui ex Vigilio haec habet: « Sciendum quod *Cherubim* et *Sera-* » *phim* per *m* litteram prolata, iuxta proprie- » tatem linguae hebraeae, masculini sunt ge- » neris et pluralis numeri tantum. Si autem » per *n* litteram dicantur . . . graeca declina- » tione in neutrale genus mutantur. » Conf. Hieronymus V, 94. et 334., vide et quae adnotavimus ad Gen. III, 24. Antiquissimus codex graecus vaticanus modo unam modo alteram lectionem exhibet.

19. *Cherub* — Codd. A 1. m., G, Gregorius M. IV, 72. et Bruno ast. *Cherubim;* it. multi graeci codd. Post verba *in latere uno* codd. F, R, Cas. 1., Bruno ast., Rupertus IV, 602. addunt *oraculi;* idem verbum praemittunt codd. C, D, I, O, T, U et duo mss. Martianaei. Isti ad hanc periodum trahere videntur, ut graecus et syrus, verba מן הכפרת, quae Vulgatus cum reliquis interpretibus ad sequentem refert.

20. *respiciantque* — Bibl. Ordin. *respicientque*. Post *propitiatorium* interpunctionem adhibent Bibl. Reg. aliaeque vett. edd. Post *arca* codd. R, S, V, Cas. 5. et margo Ordin. addunt *Domini*, quod cod. O notat non esse adiiciendum.

22. *supra propitiatorium* — Sixtini, codd. A, F, H, S, Cas. 14., Richardus Vict. CXCVI, 163. 227., Petrus cellens. l. c. *super propitiatorio;* conf. Sabatierius; codd. G, N, O, T, V, Bibl. Ordin., Paris. 1566., Hugo *supra propitiatorio;* cod. N adnotat: « *supra* pro *de* ac- » cipitur, et utrique servit casuali. » Ad verba *ac de medio* praemittunt *scilicet* sixtini, codd. et edd. fere omnes, Beda II, 406., Rabanus, Richardus Vict. et Adamus praem. ll. cc.; Beda II, 667. legit *de medio scilicet propitiatorii et;* codd. A, C, D, F, G, H, N, O, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Paris. 1566., Richardus Vict. p. 227. tacent *de;* hebr. et veteres legunt tantum *de medio*. Pro *qui erunt*, Rabanus cum Sedulio *quae erunt;* at Hieronymus l. c. recte docet *Cherubim* masculini generis esse. Pro *super*, Rabanus et Adamus praem. l. c. *supra*.

23. *habentem* — Codd. B, F, G *habentes*. Pro *longitudinis, et in latitudine*, cod. B *longitudine, et latitudine;* Bibl. Ord. quoque tacent *in;* Rabanus addit *unum;* pro *latitudine*, et *altitudine*, codd. A 1. m., D, F, N, O, T, V, Rupertus *latitudinem*, et *altitudinem*. Codd. C, I, R 1. m. tacent verba *et in altitudine cubitum;* mendose Bibl. Ord. *cubitorum*. Pro *ac semissem*, Rabanus et Petrus Com. *et semissem*.

24. *purissimo* — Codd. F, Cas. 2., Bruno ast. *mundissimo;* conf. vers. 17. Pro *aureum*, cod. T *aereum*. Pro *labium*, et vers. seq. pro *labio*, Sixtus cum Bibl. Ord. *labrum* et *labro;* clementini ad fidem aliarum edd. et codicum emendarunt; vide infra ad XXX, 18.

25. *aureolam* — Heic idem est ac *auream*, prout legitur infra XXXVII, 12.

26. *pones eos* — Codd. Cas. 7. *impones eos;* graecus ἐπιθήσεις. Codd. G, S, Cas. 3. tacent *eos*. Post *pedes* cod. E, Bibl. Lugd. 1535. addunt *eius*, uti hebr. et veteres.

27. *coronam* — Cod. I et Hugo de s. Vict. l. c. addunt *auream*. Mox Bibl. Lugd. 1535. tacent *aurei;* neque legitur in hebraeo et antiquis. Pro *et possit*, Rabanus *ut possit;* item infra XXXVII, 14.

28. *Ipsos quoque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, T, U, Cas. 8., Adamus praem. l. c. *Ipsosque*. Pro *lignis*, cod. B *ligno;* singulari quoque numero utuntur syrus, arabs, slav. ostrog.

29. *Parabis et acetabula* — Cod. H *Et parabis acetabula;* Rupertus tacet nexum; pro *acetabula*, cod. A aliique non pauci scribunt *acitabula*, de qua scribendi ratione cf. Cangius; cod. B *acitabulam;* Forcellinius animadvertit *acetabulam* fem. gen. inveniri apud Varr. si Scaligeri emendationem sequimur; Petrus Com. testatur quosdam scribere maluisse *acceptabula*, et ita scriptum fuit in cod. N ante correctionem; cf. Liranus. Pro *thuribula*, sixtini cum antiquioribus codd. scribere maluerunt *turibula;* nec male; cf. Forcellinius ad v. *tus*. Pro *et cyathos*, codd. C, D, G, R, S, T, U, V, Rupertus, Adamus praem. l. c. *ac cyathos*.

30. *super* — Bibl. Paris. 1566., all. *supra*.

31. *ductile* — Margo Ord. *ductibile;* minus latine. Pro *mundissimo*, codd. F, V, Beda II, 414., Rabanus, Adamus praem. l. c., Petrus Com. *purissimo;* cf. v. 24. Pro *et calamos . . . ac lilia ex ipso*, Rabanus *calamos . . . et lilia ex illo;* priori loco tacent quoque particulam coniunctionis Beda l. c. et slav. ostrog.

32. *egredientur* — Cod. A *egrediuntur*. Pro *de lateribus*, Rupertus et margo Ordin. *ex lateribus candelabri*.

33. *sphaerulaque simul et lilium* — Bis ista occurrunt in hoc versiculo; atque non modica in iisdem verbis est codicum discrepantia. Sixtus cum cod. G antiquisque edd. fere universis utroque loco habet *sphaerulaeque simul et lilia*, prout legitur quoque infra ad XXXVII, 19.; sixtini primo loco scripserunt *sphaerulaque simul et lilium*, uti habent codd. A, B, H; secundo loco *sphaerulaque et lilium*, uti codd. A, C, D, N, O, T, U; gregoriani, quos sequitur Martianaeus, hodiernam lectionem intulerunt, a qua alii aliter recedunt; nam priori loco cum Sixto consentit Rabanus; at vero codd. C, D, F, O, R, S, U, V, Cas. fere omnes et Bruno ast. habent *sphaerulaeque simul et lilium;* altero vero loco cod. B *sphaeraeque et lilium;* codd. F, R, Cas. plerique et Bruno ast. *sphaerulaeque et lilium;* Rabanus, Bibl. Ordin., Hugo *sphaerulaeque et lilia;* codd. S, V *sphaerulaeque simul et lilium;* cf. Rocca l. c., Lucas Brug. et Bukentop. pag. 392. De hodierna lect. Toletus scribit: « Sic habent hebr., graecus, mss. et utraque » Congregatio. » Posthabita enim quaestione de altero *simul*, quod sixtini expunxerant, qua in re a gregorianis dissentiunt, Toletus asserit utramque congregationem, cum hebr. et graeco, verba, de quibus agimus, numero singulari efferenda statuisse; nam in sacro textu legitur כפתר ופרח, in graeco σφαιρωτὴρ καὶ κρίνον, in graeco ven. egregie ad litteram ex hebr. μῆλον καὶ ἄνθος, cui consentiunt Iosephus, Saadias et Kimchius; cf. Gesenius Thes. p. 709. Denique animadverte antiquiores codices, abiecta adspiratione et priore vocali diphthongi, passim scribere *sperula*, quod recte Forcellinius, ad v. *sphaera*, monet non esse imitandum. At Forcellinius verbum *sphaerula*, quod demum bonae latinitatis esse Furlanettus vidit, praetermittere non debuisset.

35. *Sphaerulae* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, N, O, T, U, Cas. 7. *Sphaerula*, uti graecus et syrus; hanc correctionem primo receperant gregoriani, mox neglexerunt; cod. R, Bibl. Paris. 1566., all., Adamus praem. l. c. *Et sphaerulae*, uti infra XXXVII, 21.; legunt *Et sphaerula* hebr., chald., graec. ven., arabs, persa et tres codd. holmesiani. Pro *qui simul*, Bibl. Compl. et Reg. *quae simul*. Pro *fiunt*, cod. Cas. 1. *fient*.

36. *Et sphaerulae* — Cod. D, Beda II, 419., Hugo de s. Vict. CLXXVII, 1156. *Et sphaerae*. Pro *ex ipso erunt, universa*, Bibl. Ordin. *ex ipso, erunt universa;* cf. Holmes. Pro *de auro*, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all., Adamus praem. l. c. *ex auro*, uti XXXVII, 22.

38. *ubi quae* — Codd. G, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., margo Ord., Beda II, 420., Adamus praem., Hugo de s. Vict. ll. cc. *ubi ea quae;* item infra l. c. Pro *fiant,* sixtini codd. A, S, Cas. 12., Bibl. Paris. 1566., Hugo de s. Vict. l. c. *fient.*

Ibid. *de auro* — Rob. Steph. anno 1532. particulam *de* expunxit, quem secuti sunt Lovan. aliique plures; hos imitatus est Sixtus. At vero sixtini et gregoriani cum antiquioribus omnibus codd. et edd. illam particulam restituerunt; hinc Toletus: « Adde *de;* » sic hebr., graecus, Ordin., Reg., Complut. » et Congregatio: sed non est in Lovan.: » et Rocca l. c. « Praepositio illa *de* legitur in » hebr. textu... et in quinque Bibliis mss. » Sed perperam Toletus et Rocca ad hebraicum textum provocant, ex quo nil conficitur; hebraeus enim legit זהב sine praepositione, tum hoc loco, tum alias saepe ubi Vulgatus interpretatur *de auro,* vel *ex auro,* uti hoc ipso in capite vers. 17. 29. 31. 36.; attamen codd. 686. Kennicotti legit מזהב. Ad graecum quod spectat, duo codd. holmesiani tacent ἐκ, quibus accedit itala in nostro cod. E. Margo Ordin. et codex R *ex auro.*

39. *purissimi* — Codd. A, C, D, F, H, R, T, U, Cas. 19., Bibl. Ord., Hugo, Beda II, 421., Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Hugo de s. Vict. l. c. *mundissimi;* conf. vers. 31.

Cap. XXVI, 1. *Tabernaculum vero* — Codd. F, V, Cas. 2. tacent *vero,* uti cod. 84. Kennic. Pro *facies,* codd. B, C, D, H, O, R, S, T, U, Cas. 20., aliquot mss. Martianaei, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Beda II, 423. (non item p. 425.), Bruno ast., Rupertus *fiet.*

2. *cortinae unius* — Cod. F *cortinae huius;* de v. *cortina* cf. Mazochius Spic. bibl. II, 50. Pro *universa tentoria,* margo Ordin. *universae cortinae;* conf. Ex. XXXVI, 9.

4. *Ansulas* — Codd. F, V, Bruno ast. addunt *quoque;* nexum habent hebr. et veteres omnes; conf. Ex. XXXVI, 11.

5. *ansulas cortina* — Margo Ordin. *ansas cortina una;* fortasse ex hebr. et graeco. Pro *ansa contra ansam veniat,* codd. C, D, F, H, O, S, T, U, V, Cas. 7., Adamus praem. CXCVIII, 643. *ansae contra ansas veniant;* it. cod. N, in quo scholiastes subdit: « Hoc quidam mu- » taverunt dicentes *ansa contra ansam,* quia » hebraeus habet *mulier ad sororem suam.* » Nemo ignorat hebraica verba אשה אל-אחתה reddenda esse *altera ad alteram.* Pro *aptari,* Sixtus, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., all. *adaptari;* unde Toletus: « Lege *aptari;* sic » Ordin. et Congregatio. » Sic enim ad fidem veterum codd. sixtini et gregoriani emendarunt; et merito quidem; nam ut scite animadvertit Rocca I, 308., verbum *adapto* a nemine usurpatum reperitur. Adeoque mendosum verbum perperam retinuerunt *Concordantiae Bibl.* edit. Paris. 1839. cura et studio F. P. Dutripon.

6. *cortinarum vela iungenda sunt* — Margo Ord., forte ex hebr. et graeco, *cortinas iunges.*

7. *Facies et saga* — Codd. C, D, S, T, U, Rupertus *Et facies saga;* Aug. *Et facies vela.*

10. *ansas in ora sagi unius* — Codd. Cas. 2., Beda II, 432., Rabanus *ansulas in ora sagi unius.* Pro *ora,* codd. A, F, V *ore.* Pro *altero queat,* Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *altero queant;* cod. B *alio queat.*

11. *Facies et* — Haec non leguntur in codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 19., omnibus mss. Martianaei et Vallarsii, Rabano (qui praeterea cum cod. E habet *aureas* pro *aeneas*), Richardo Vict. CXCVI, 215.; cf. Ex. XXXVI, 18. Pro *ut unum,* codd. A, C, D, F, N, O, S, T, U, V, Cas. 16. *et unum;* conf. Sabatier.

12. *parantur* — Cod. V et Rabanus *praeparantur;* minus recte Bukentopius p. 502. et Leander van Ess in Bibl. Tubingae ed. 1824. affirmant editionem vatic. 1593. mendose legere *paratur;* nam haec ed. habens *parâtur,* superimposita compendii nota, cum reliquis consentit. Pro *tecto,* Mariana testatur alios legere *tabernaculo,* quae lectio nobis non occurrit. Pro *operies,* cod. A *cooperies.* Pro *posteriora tabernaculi,* Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1535. all. *tabernaculi posteriora.*

13. *ex altera* — Codd. A, F *ex altero.* Pro

*

sagorum longitudine, Rupertus *longitudine sagorum*; codd. N, T, U, Cas. 1., Adamus praem. l. c. *sagorum magnitudine*; cod. quoque O notat alios hanc lectionem praeferre, ad quam scholiastes codicis N scribit: « Antiqui legunt » *sagorum magnitudine*; pro quo quidam he- » braeo adhaerentes posuerunt *longitudine*; » sed noster interpres dicit Ios. IX. (v. 13.) » *ob longitudinem largioris viae*, cum he- » braeus habeat *ob pluralitatem viae nimis*; » et alia pro invicem ponuntur. »

14. *ianthinis* — Codd. A, B, C, D, F, G, I, L, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ven. 1476., plures edd. Rob. Steph., all., Beda II, 435., Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Richardus Vict. l. c. *hyacinthinis*; cf. supra ad XXV, 5. At ex laudatis testibus nonnulli scribunt *iacinthinis*, prout mendose habent Biblia edita Romae 1671.; ex quo patet erroris occasionem in proclivi fuisse. Praeclare Estius in h. l. notat: « Glossa Bedae interpretatur *hya-* » *cinthinis*; sic et Rabanus et Augustinus ex » graeco. . . . Arbitror tamen Hieronymum » vertisse *ianthinis*, et scribas imperitos mu- » tasse in *hyacinthinis*. » Cf. cod. E qui hoc capitulum ex itala servavit, quod in fine Exodi proferemus.

15. *stantes tabernaculi* — Cod. Cas. 1. *stantes ante ostium tabernaculi*; Bruno ast. *stantes ante tabernaculum*.

16. *singulos* — Beda II, 438. et margo Ord. *cubitos*.

17. *duae incastraturae* — Rabanus tacet *duae*; cod. A legit *duae castraturae*; Forcellinius neutrum verbum agnoscit; at praeter ea quae de utroque habet Cangius, Card. Maius in tom. IX. *Spicil. rom.* pro verbo *incastratura* haud improbabiles auctores protulit. Nos Hieronymi auctoritatem in primis urgemus. Pro *fient*, codd. B, D 1. m., R, S, Cas. 5., Beda II, 438., Bruno ast., Richardus Vict. CXCVI, 217., margo Ordin. *fiant*; cod. O notat ita alios legere codices; cod. F *erunt*.

18. *erunt* — Codd. A, F *erant*.

19. *duos angulos* — Codd. Cas. 2. *singulos angulos*.

20. *ad Aquilonem* — Bibl. Ordin. *in aquilonem*; licet autem editiones vaticanae, aliaeque romanae, tantum non omnes, hoc loco, uti alias plerumque, ad normam Lovan. hanc vocem cum priori littera maiuscula efferant, tamen plerique ex recentioribus editoribus minusculam suffecerunt; quam scribendi rationem ipsaemet edd. vaticanae sequuntur ad Gen. XIII, 14. Ex. XXVII, 11. Deut. III, 27. Ios. VIII, 13.

21. *singulis tabulis* — Codd. Cas. 2. addunt *per duos angulos*; uti vers. 19. et graecus. Pro *supponentur*, codd. Cas. 2. *subiiciantur*, ut supra; Adamus praem. l. c. *supponantur*.

23. *duas quae in angulis erigantur* — Rabanus *duas in angulis, et erigantur*.

24. *Eruntque* — Addunt *sibi*, codd. R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all.; cod. O notat expungendum esse *sibi*. Pro *usque sursum*, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Adamus praem. l. c. *usque ad sursum*; cf. ad XXXVI, 29. Pro *omnes*, codd. A, D, T, U *omnis*.

25. *per unam* — Margo Ord. *subter unam*; item hebraeus.

26. *tabernaculi* — Codd. F, V, Cas. 2. addunt *testimonii*.

27. *et eiusdem* — Cod. A tacet *et*.

28. *mittentur* — Cod. A, Rabanus *mittuntur*.

29. *Ipsas quoque* — Legunt *Ipsasque* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Beda II, 443., Rabanus, Bruno ast., Adamus praem. l. c., Hugo. Pro *et fundes in eis*, sixtini, codd. B, Cas. 8., Beda l. c., Rabanus *et fundes eis*; cod. F *infundes in eis*; in polyglottis Waltonii mendose legitur *et fundes in eius*. Mox cod. B 1. m. tacet *aureos*; it. cod. 109. Kennic.; Augustinus legit *aereos*.

30. *exemplar* — Legunt *exemplum* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, T, U, V, Cas. 22., Beda l. c., Rabanus, Bruno ast., Adamus praem. l. c.; item Num. VIII, 4.

31. *coccoque* — Rabanus cum Augustino *et cocco*; item alias passim.

32. *appendes ante* — Cod. Cas. 1. *pones super*; accedunt hebr. et vett.; codd. D, F, T, U,

Bruno ast. *appendens ante*. Pro *ipsae quidem*, cod. Cas. 1., margo Ordin. *et ipsae quidem;* Bibl. Rob. Steph. 1545. *ipsae equidem*. Pro *sed bases*, codd. F 2. m., S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522. 1550., all., Bruno ast. *et bases;* cf. Sabatierius; utramque particulam habet Rabanus *sed et bases*.

33. *arcam testimonii* — Cod. A, Rabanus, Adamus praem. l. c. *arcam testamenti;* ita quoque legit latinus interpres Saadiae in polyglottis londin. pro صندوق الشهادة. In lexico Castelli شهادة pag. 3701. redditur aeque per *testimonium* et *testamentum;* at Freytagii lexicon t. 2. p. 460. hanc postremam notionem non agnoscit. Pro *quo et Sanctuarium*, sixtini, codd. A, C, D, H, R, S, T, U, Bibl. Ord., Adamus praem. l. c. *et quo Sanctuarium;* codd. F, V, Cas. 8., Bruno ast., Rupertus *ex quo Sanctuarium;* codd. G, Cas. 4., Rabanus *quo Sanctuarium*. Mox pro *et Sanctuarii*, Rupertus habet *Sanctuarii, et;* et pro *dividentur*, legit *dividuntur*.

34. *in Sancto*—Sixtus cum antiquis edd., multis codd. et Brunone ast. *in Sancta;* quod emendarunt sixtini et gregoriani, quibus consentiunt codd. A, H, Rabanus, Augustinus, hebr. et graecus.

35. *mensamque* — Rabanus *mensam*. Pro *mensa enim*, codd. Cas. 6. *mensa autem*. Pro *stabit*, Bruno ast. *stabat*. Pro *in parte*, codd. B, G 2. m., Cas. 4., Adamus praem. l. c. *in latere;* hebr. על צלע.

36. *plumarii* — Sixtini, codd. A, C 2. m., F, H, N*, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522. 1535., all. etiam ex hentenianis, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Adamus praem. l. c. *plumario;* hanc lectionem servat Vulgatus supra ad vers. 1. et 31. et XXXVIII, 18.; at saepius legit *plumarii*, quod latinae puritatis sectatoribus magis probatur. Scholiastes in cod. N animadvertit interpretem ob pulcram orationis varietatem modo unam, modo alteram scriptionem adhibuisse; item cod. O notat dici posse *opus plumarium*, et *plumarius artifex*. Ceterum pro huius loci hieronymiana interpretatione praeclarissime, praeter alios, facit Gesenius in *Thesauro* p. 1310. et seq.

37. *lignorum* — Codd. V, Cas. 2. *de lignis;* Cas. 1. *de ligno*. Correctores Pii V. et margo Ordin. notant verba *ante quas ducetur tentorium*, alias desiderari, nec legi in hebr. et graeco. Mox Rabanus tacet *erunt;* conf. Sabatierius.

Cap. XXVII, 3. *lebetes* — Codd. C, D, O, T, U, Beda II, 451. *lebetas*, quod magis receptum est apud latinos. Ad *fuscinulas* correctores Pii V. adnotarunt: « Addendum videtur » *uncinos*, quod legitur infra XXXVIII, 3., » quodque est in hebraeo. » Hugo quoque a s. Vict. eadem fere habet. Ante *omnia* codd. Cas. 11. addunt *et;* item graecus (sed conf. Holmes.), syrus et cod. 683 ס Kennic. seu iudaeorum *Sebir*.

4. *Craticulamque* — Beda II, 454., Rabanus, Adamus praem. l. c. *Craticulam quoque*. Pro *annuli*, cod. B *anguli*. Semel adnotasse sufficiat nonnullos scribere *aerei* pro *aenei*, quod idem est.

5. *quos pones* — Correctores Pii V. adnotarunt nonnullos codices in margine legere *quam pones*, prout legit hebraeus et margo Ordin.; hanc lectionem habent veteres interpretes omnes, praeter graecum; conf. Innocentius III. t. CCXVII, 571. 576. Pro *subter arulam*, codd. C, D, L 7. (etsi plures edd. hentenianae sileant), N, O, T, U, Cas. 6., Bruno ast., Adamus praem. l. c., Innocentius III. l. c. *super arulam;* his favent syrus et cod. 128. holmesianus; immo ipsemet Beda II, 454., quem sequitur Rabanus, haud obscure exponit craticulam fuisse super arulam. At, post Hugonem a s. Charo et Liranum, Estius notat: « Male quaedam exemplaria le- » gunt *super arulam*, repugnante hebraica » veritate et versione graeca. » Praeter laudatos auctores, de hac quaestione agunt Hugo a s. Vict. CLXXV, 71., Richardus Vict. CXCVI, 221., Petrus Com. CXCVIII, 1180., Petrus cellen. CCII, 1078., qui postremus habet *ante arulam*. Quaestio, ni fallimur, ad hermeneuticam potius quam ad criticam per-

tinet; constat vero opus reticulatum quatuor annulis instructum, de quo in superiori versiculo, *sub margine* (כרכב, *arulam* dixit Hieronymus, graeci ἐσχάραν), qui ipsum altare ambiebat, fuisse; adeoque margo vel ambitus, de quo hic sermo, craticulae superpositus dicitur. Ceteris omissis, scholion quod habetur in cod. N recitamus: « Antiqui, et » Strabus, et Magister in historiis *quos pones* » *super arulam altaris*. Quidam, propter he- » braeum modernum, de eo quod est *super* » fecerunt *subter*. Sed per hebraeum et lati- » num probatur quod hic deberet esse *super*, » quia infra XXXVIII. (v. 4.) dicitur: *Et* » *subter eam in altaris medio arulam*. Ergo » cum annuli essent in summitate craticulae, » erant super arulam. Sed animadvertendum » quod hebraei multipliciter utuntur praepo- » sitionibus: unde I Paral. XXV. (v. 3.) ubi » habemus *sub manu patris*, hebraeus habet » *super manum*; et postea ibidem (v. 6.) ubi » habemus *super manum patris sui*, hebraeus » habet *super patrem suum*. Graecus in hoc » capitulo nullam facit mentionem de illa » *arula*; quoniam de craticula sic: *Et facies* » *craticulam ei* (cod. *in*) *opere reticulato ae-* » *neam; et facies craticulae quatuor digitos* » (vel *annulos*) *aeneos super quatuor* κλίτη, » *summitates; et suppones eos sub craticula al-* » *taris* κάτωθεν, *deorsum; et erit craticula* » *usque ad altaris medium*. Craticula autem a » graeco dicitur ἐσχάρα: infra XXXVIII. » (v. 4. apud graec. v. 24.) vocavit παράθεμα, id est *appositurum*, sic aiens: *Hic* » *fecit altari parathema, opus reticulatum,* » *subtus ignium receptaculum* (ὑπὸ αὐτό, id » est *sub ipso*), *usque ad medium eius*. In- » strumentum quod supra vocaverat *ignium* » *receptaculum*, hic videtur vocare *arulam*. » Κλίτη autem possunt *latera* interpretari, » quasi *posituras*. » — Pro *eritque*, Rabanus *erit namque*; margo Ordin. *et erit*. Mox cod. A tacet *ad*.

6. *vectes altaris* — Falsus est Vallarsius dum, inspecta mendosa Calmeti editione, adfirmat Vulgatum non legere *altaris*. Margo Ordin. notat expungendum *duos*, nec legitur in hebr., graeco et reliquis.

7. *per circulos* — Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *per circulum*; cod. F addit *quos pones*. Post *eruntque* Petrus Dam. CXLV, 60. et margo Ord. addunt *vectes*, uti hebr. et graecus.

8. *cavum* — Codd. V, Cas. 1., Petrus Dam. l. c., Bruno ast. *vacuum*; codd. G, R, S, Cas. 5., Bibl. Ordin., Rabanus, Petrus Com. *concavum*; item Augustinus; codex O notat hanc lect. nonnisi apud modernos occurrere. Pro *in Monte monstratum est*, codd. F 1. m., Cas. 11. *in Monte demonstratum est*; Rabanus *est monstratum in Monte*. Heic quoque recentiores edd. habent *monte* sine littera maiuscula.

9. *Facies* — Cod. T *Faciesque*. Pro *australi plaga*, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rabanus, Bruno ast., Adamus praem. l. c. *plaga australi*. Mox Rabanus cum Augustino tacet *contra meridiem*; it. XXXVIII, 9. Margo Ordin. expungit *unum*.

11. *et in latere* — Tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Beda II, 458., Rabanus, Adamus praem. l. c. et graecus. Pro *eiusdem numeri*, cod. B *totidem numeri*. Pro *earum*, cod. Cas. 1. *columnarum*, ut hebr. et vett.

12. *quod respicit* — Beda l. c. et Rabanus *quae respicit*. Pro *per quinquaginta cubitos*, codd. Cas. 12. *per quinquagenos cubitos*; margo Ordin. *quinquaginta cubitorum*; item ex graeco Augustinus. Pro *basesque*, codd. G, V, Cas. 2. *bases quoque*.

13. *atrii latitudine* — Codd. F, V et Bruno ast. *latitudine atrii*.

14. *in quibus* — Margo Ord. *e quibus*. Pro *uno*, codd. G, S, Cas. 5. *uni*, quod apud latinos magis frequentatum est.

15. *columnae tres* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, N, O, S, T, U, V, Adamus praem. l. c. *columnas tres*. Mox ante *bases* tacent *et* sixtini, cod. A, georg. et armenus. Cod. E totum versiculum omittit; item tres codd. Kennic. et unus holmesianus, alter samaritanus.

16. *In introitu* — Cod. A 1. m. *In introitum*; cod. B *Introitu*; conf. ad XXXVIII, 18.

Pro *ex hyacintho*, cod. D *et hyacintho;* item cod. 80. Kennic. Pro *plumarii*, codd. N*, R, S, V, Cas. 10., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522., all., ex hentenianis quoque non pauca, Bruno ast., Adamus praem. l. c. *plumario;* cf. ad XXVI, 36. Pro *columnas*, codd. V, Cas. 3., Bibl. Ord. *columnasque;* item samaritanus textus (exceptis codd. 64. et 197.), graecus in ed. Compl., arabs et armenus. Post *habebit*, cod. Cas. 1. addit *lignorum sethim.*

17. *argenteis laminis*—Sixtini, codd. A, C, D, E, H, O, T, U, Beda II, 461., Rabanus *argenti laminis;* nec obstant hebr. et vett.

18. *quinquaginta* — Vallarsius de more aberrans tribuit Vulgato *quadraginta*. Celeberrimam doctissimi viri editionem saepius castigare cogimur, ne cuiquam fucum faciat.

19. *omnes usus et ceremonias*—Codd. Cas. 2. tacent *omnes;* cod. Cas. 1. addit *eius;* idem pronomen interponitur a Beda II, 462. et Rabano post *usus;* item hebr.; cf. Holmes. Pro *paxillos*, Bibl. Reg. mendose *pauxillos;* Bruno ast. *clavos*. Pro *facies*, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., margo Ordin. *facietis*.

20. *afferant*—Cod. A, Beda l. c., Rabanus, Gerardus cam. CXLII, 1289., Rupertus, Innocentius III. tom. CCXVII, 775. *offerant*. Ad verbum *contusum* cod. O notat: « Non dicitur » *contunsum;* licet in simplici dicatur *tun-* » *sum*, ut habet Servius super Virgilium. » Conf. ad XVI, 14.

21. *oppansum* — Codd. A, B, E, F, S, V, Cas. 8., Rabanus, Bruno ast., margo Ordin. *appensum;* cf. ad XXXV, 12. Pro *testimonio*, cod. B *testimonii;* codd. Cas. 3. *tabernaculo;* codd. aliquot apud Martianaeum, et Cas. 1. utrumque habent *tabernaculo testimonii;* cf. Holmes. Pro *ut usque*, legunt *et usque* codd. A, F, R, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522., all., Beda II, 464., Rabanus, Bruno ast., Innocentius III. l. c. et margo Ordin. Pro *successiones*, codd. N, O *successionem;* margo Ordin. *generationes*. Mox cod. Cas. 1. tacet *eorum*.

Ibid. *a filiis*—Codd. G, Cas. 1. *filiis;* Sixtus, codd. R 2. m., S, Cas. 9., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all., margo Ordin. *coram filiis;* hinc Toletus adnotat: « Lege *a filiis;* sic hebr., » graecus, Ordin., mss. et utraque Congrega- » tio. In Compl. autem, Reg. et Lovan. legi- » tur *coram filiis*. » Sixtini nempe et gregoriani ad normam antiquiorum omnium codd. emendarunt; cf. Rocca l. c.

Cap. XXVIII, 1. *mihi: Aaron* — Nullam agnoscunt interpunctionem Bibl. Ord., Reg., Paris. 1566., all., Rabanus et graecus, sed cf. Holmes. Mox codd. Cas. 2. et Bibl. Ordin. tacent *Eleazar, et Ithamar;* at glossa interlinearis monet haec in plerisque exemplaribus legi; codd. B, F, G, V, Rabanus praemittunt *et;* quibus concinunt graecus, syrus et arabs; Bibl. Lugd. 1535. addunt *filii Aaron;* item hebr. et vett.

2. *Aaron* — Tacent hoc nomen codd. A, B, C, D, E, G, N, T, U, Cas. 7., Thomas. I, 25., Hugo, Rabanus, Rupertus, Martinus leg. CCVIII, 355.; item cod. 111. Kennic.

3. *prudentiae*—Bibl. Ordin., Hugo *sapientiae;* correctores Pii V. adnotarunt ita legi in hebr., graeco, et infra multis in locis. Pro *Aaron, in quibus*, Bibl. Reg., Beda II, 466. *Aaron fratri tuo, in quibus;* Bibl. Ven. 1476. 1480., Lugd. 1535., Paris. 1566., all. *Aaron fratri tuo in gloriam et decorem, in quibus;* ex superiori versiculo haec derivata videntur.

4. *erunt vestimenta* — Codd. G, Cas. 3. et glossa interlinearis *sunt vestimenta;* Beda l. c. et Rabanus *vestimenta erunt*. Pro *tunicam et lineam strictam*, Rupertus *tunicam lineam et strictam;* sixtini primo expunxerant *et*, quod non legitur in samaritano textu, in cod. 181. Kennic. et in duobus codd. holmesianis. Ex sola interpretis licentia omittitur nexus in latina versione Onkelosi et Ionathani in polyglott. londin. In hebr. textu legitur ומעיל וכתנת תשבץ; prior vox significat *tunicam ampliorem et manicatam;* altera vero et tertia denotant *tunicam ocellatam*. Cf. Gesen. *Thes.* pag. 1356.

Ibid. *Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron et filiis eius*—In priori verbo non con-

sentiunt codices; nam cod. B legit *Faciant*, uti slavon. ostrog.; codd. F, U, V, Cas. 2., margo Ord., Bruno ast. *Facientque*, uti hebr., graecus et reliqui; Rabanus *Facient et;* Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1535., all. transponunt verba et legunt *Facient fratri tuo Aaron et filiis eius vestimenta sancta;* alium ordinem secuti sunt sixtini, quibus adstipulantur codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Bruno ast., legentes *Facient vestimenta sancta Aaron fratri tuo et filiis eius;* item cod. U, sed pro *filiis*, legit *filio;* cod. R *Vestimenta facient sancta Aaron fratri tuo et filiis eius.*

5. *Accipientque* — Codd. Cas. 2. *Accipient.* Pro *coccumque*, cod. B *et coccum.* Post *byssum*, cod. B 2. m. addit *retortam;* item syrus et coptus; non autem samaritanus, licet in eius latina versione exprimatur.

6. *et purpura* — Sixtinis placuit legere *ac purpura*, prout habent codd. A, C, D, F, H, all., Bibl. Ord., Beda II, 467., Rabanus, Bruno ast., Rupertus. Pro *opere polymito*, codd. R, S *opere plumario polymito;* codd. Cas. 2. et margo Ordin. *opere plumarii*, quod respuunt correctoria M, N, O; nam recte Vulgatus plerumque reddit חשׁב *polymito*, non autem *plumario* quod esset רקם; cf. ad XXVI, 36.

8. *Ipsa quoque* — Sixtini, codd. A, C, D. E, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 21., Hugo, Beda l. c., Rupertus *Ipsaque.* Pro *et purpura*, rursum sixtini cum codd. C, D, G, O, all., Bibl. Ordin. *ac purpura.* Pro *coccoque*, cod. B *et cocco.* Semel monemus codices C, D, aliosque paucos legere *retorto* tum hoc loco, tum alibi saepe ubi hoc nomen refertur ad byssum; quod scriptorum vitio tribuendum censemus.

9. *duos lapides* — Sixtini, cod. A, Beda II, 469., Rabanus *lapides duos.*

10. 11. *eorum. Opere . . . gemmarii, sculpes* — Bibl. Ordin., all. *eorum, opere . . . gemmarii. Sculpes;* item graecus. Pro *gemmarii*, codd. C, D, O, T, U, Cas. 5., Bibl. Lugd. 1522., Hugo *gemmarum.* Ante *nominibus* margo Ordin. praemittit *cum;* hebr. על, graecus ἐπί; conf. Montfauc. *Hexapla.*

14. *ex auro purissimo* — Sixtus cum codd. et edd. longe plurimis habet *auri purissimi;* sixtini cum cod. A scripserant *auro purissimo;* gregoriani demum addiderunt *ex;* conf. Sabatierius; hinc Toletus: « Lege *ex auro pu-* » *rissimo;* ita est in graeco, et eodem modo » in hebraico textu habetur *uncinos ex auro,* » et *catenulas ex auro.* Compl., Reg., Lovan. » et Ord. legunt *auri purissimi:* at Congrega- » tio *ex auro purissimo.* » Rocca I, 309. aperte dicit hodiernam lect. ex hebr. textu probari; sed minus recte, nam hebr. זהב טהור nullam habet praepositionem; cf. ad XXV, 38. Ante *uncinis*, cod. E addit *in.*

15. *Rationale* — Cod. D *Rationabile;* hanc lect. habent infra ad vers. 22. Bibl. Roberti Steph. 1532., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. Mox post *hyacintho* (Waltonius mendose *hyacinthino*) tacent *et* Bibl. Lugd. 1535.

16. *erit et duplex* — Particulam *et* primo expunxerant sixtini, quam nec hebraeus, nec ullus veterum habet; cod. G *erit et duplam.*

17. *et topazius* — Tacent *et* codd. S, Cas. 1. et Rabanus V, 465.; item hebr., graecus, all.; conf. Sabatier. et Holmes.

18. *sapphirus* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. praemittunt *et;* it. graecus, syrus, arabs, targum Ionathani et hierosolym., licet in latina horum versione omittatur. Norunt eruditi pleraque gemmarum nomina, quae hoc loco in sacro textu memorantur, incerti valoris esse. Hieronymus graecum alexandrinum prudenter imitatus est. In arabe Saadiae ومعها البلور altera vox prioris explicatio videtur, nempe *beryllus.*

19. *ligurius* — Sixtini, codd. A, C, D, F, O, R, T, Cas. 16., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph. habent *ligyrius;* cod. B *ligidius;* Hieronymus *lyncurius;* graece enim dicitur non tantum λιγύριον, sed et λυγκούριον, hoc autem apud latinos receptum fuit.

20. *chrysolithus* — Haec est recta huius nominis scribendi ratio, quam exhibet editio princeps Clementis VIII. At quum in altera et tertia vaticana editione clementina ex mendo irrepsisset *chrysolitus*, reliquae editiones

fere omnes tum Romae, tum alibi impressae mendum sequutae sunt, quod et Bukentopii et Leandri van Ess diligentiam fugit.

21. *Israel: duodecim nominibus caelabuntur* — Rabanus *Israel duodecim. Caelabuntur.*

22. *catenas* — Codd. Cas. 13., Beda II, 472. *catenulas;* ut supra vers. 14.

24. *catenasque* — Rursum codd. C 1. m., D, V *catenulasque.* Conf. ad Ex. XXXIX, 17.

25. *copulabis* — Cod. A et Rabanus *copulabuntur;* hi testes heic mirifice consentiunt.

26. *in oris* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, R, U, V, Cas. 22., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Rabanus, Bruno ast. *et in oris.*

27. *et alios* — Rabanus tacet *et.*

28. *et stringatur* — Cod. A et Rabanus *et instringetur;* nota antiquissimi codicis pro hoc verbo testimonium; codd. C 1. m., D, T, U, Cas. 6., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1535., all. *ut stringatur.* Cod. B 1. m. tacet *annulis suis.* Pro *maneat iunctura,* codd. Cas. 8. *maneat in iunctura.* Pro *et a se invicem,* bene Rabanus *et ab invicem;* Bruno ast. *ut a se invicem.*

29. *ingredietur* — Primo sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, R, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus *ingreditur.*

30. *ingredietur* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, T, U *ingreditur.*

32. *medio* — Cod. E *medium.* Pro *supra erit,* codd. Cas. 5. *superaverit.* Ante *textilis* codd. Cas. 11. addunt *erit.* Pro *rumpatur,* codd. A 1. m., G, V, Cas. 4., Rabanus, Bibl. Reg. *rumpantur;* et ita post Martianaeum legit Vallarsius apud Hieronymum I, 361., ubi tamen Victorius legendum contendit *rumpatur.*

33. *bis tincto* — Correctores Pii V. adnotarunt quosdam codd. cum graeco addere *et bysso retorta;* ita codd. G, L, R, S, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Bruno ast.; item samaritanus et graecus. At cod. O monet: « Hic » non additur *et bysso retorta,* prout etiam » innuit Beda in Glossa. » Revera Beda II, 476. adnotat illa verba non hoc loco, sed in sequentibus legi: quae Bedae adnotatio occurrit et apud anonymum auctorem vitae s. Remberti in Patrol. t. CXXV, 995. Hinc Lucas Brugensis asserit illud additamentum a romanis correctoribus merito neglectum fuisse. Obiter adnotamus plerosque veteres legere *mistis,* pro *mixtis,* quod indifferens est.

34. *ita ut* — Codd. Cas. 3. addunt *inter unum et alium.* Mox tacent *punicum* codd. B, E, Cas. 6. Hisce concinit cod. A in quo legitur *ita ut tintinnabulum alium aureum, et malum: rursumque* etc.

35. *in officio ministerii* — Sixtini, cod. A, Beda II, 477. *in officium ministerii;* Rabanus *in officii ministerio.* Pro *ingreditur et egreditur,* codd. R, V 2. m., Bibl. Brix. 1496., Lugd. 1522. 1526., margo Ordin., Bruno ast. *ingredietur et egredietur;* apud Amalarium CV, 857. et Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1087. *ingreditur aut egreditur.*

38. *obtulerunt et sanctificaverunt* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, R, S, U, V, Cas. 18., Bibl. Ordin., Rabanus, Bruno ast. *obtulerint et sanctificaverint;* Bibl. Lugd. 1535. *obtulerunt et sacrificaverunt.* Pro *filii,* codd. A, C 1. m., F *filiis.* Pro *sit eis,* codd. C, D, E, F, G, T, U, Hugo *ei sit;* Sixtus, pauci codd. et fere omnes vett. edd. *sit ei;* unde Toletus: « Lege *eis:* » sic hebr., graecus, Ordin., mss. et utraque » Congregatio. Sed Compl., Reg. et Lovan. le» gunt *ei.* » Cf. Rocca l. c. Animadvertendum autem sixtinos cum codd. A, H scripsisse *eis sit;* gregorianos cum cod. B et Rabano *sit eis.*

39. *tunicam bysso* — Cod. A et Beda II, 480. *bysso tunicam.*

40. *et decorem* — Ivo carnot. CLXII, 78. *et ad decorem;* cod. G, margo Ord. *ac decorem.*

41. *Aaron* — Codd. Cas. 2. tacent.

42. *feminalia* — Codd. G, V, Cas. 14., Beda II, 325. *femoralia;* item Augustinus; Hieronymus I, 142. *femorale;* sed 359. scribit: « περισκελῆ, a nostris *feminalia* vel *bracae* » usque ad genua pertingentes vocantur. » Pro *ad femora,* codd. A 1. m., B, E, H, O, Rabanus, Hugo a s. Vict., Philippus de harv. CCIII, 727. *ad femina;* cod. A 2. m., C, D, F, N, T, U, V, Ivo carnot. CLXII, 80., Bruno

ast. *ad feminalia;* cod. O habet hoc scholion: « Antiqui *femina*, moderni *femora*, quod idem » significat. Quidam male habent *feminalia*, » quae sunt genus indumenti, sic dicta quia » operiunt *femina*, id est *femora*. » E contra in cod. N legitur: « Antiqui *feminalia;* novi » *femora*. Uldericus, qui difficilia Bibliae ver- » ba exponit, habet *femina*. Papias dicit quod » femina sunt partes femorum, vel feminum, » per derivationem a femine. Strabus et Ka- » rolus habent hic *feminalia*. »

43. *utentur eis*—Codd. Cas. 8. *utentur his*. Pro *vel quando appropinquant*, Bruno ast. *vel quando appropinquabunt;* graecus ἢ ὅταν προσπορεύωνται, etsi Nobilius interpretatur *vel quando accedent;* cod. T *vel quando propinquant;* cod. C tacebat *vel;* in cod. graeco vat. deerat, quod non adnotavit Holmesius.

Cap. XXIX, 1. *facies*—Margo Ordin. addit *eis*, quod veteres omnes cum hebr. legunt. Pro *in sacerdotio*, codd. H, Cas. 9., margo Bibl. Rob. Steph. 1545. *in sacerdotium;* Bibl. Paris. 1566. tacent *in*.

2. *et crustulam*—Codd. C 1. m., D, H, O, Bibl. Rob. Steph. 1545. *et crustula;* idque in cod. O plane confirmatur: « Beda ait: Crustula » oleo conspersa ad consecrationem Domino » offerimus. Per haec autem patet quod est » generis neutri et pluralis numeri; item se- » cundum graecos. » In nostris quidem Bedae edd. II, 486. legimus *crustulam oleo conspersam;* itemque in Glossa ubi Bedae sententia recitatur; at vero apud Rabanum, ubi eadem Bedae verba referuntur, prior lectio servatur; adde latinis neutrum genus in isto nomine magis probari; omnes autem veteres (excepto alexandrino, qui tacet) cum hebraeo numerum pluralem usurpant; conf. ad vers. 23. et III Reg. XIV, 3.; margo Ordin. *et placentas;* cod. B *scrutula*, quod mendosum videtur. Pro *conspersa sit*, sixtini codd. B, C, D, E, G, H, O, R, S, U, V, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1528., Reg., all., Bruno ast. *conspersa sint;* cod. T *conspersa sunt;* margo Ord. *conspersae sint;* Anselmus hav. CLXXXVIII, 1236. *conspersae sunt*. « Quidam libri, ait Lu- » cas Brugens., legunt plurali numero *sint*. » Accedunt hebraeus et vett. Mox cod. T tacet *cuncta*.

3. *vitulum autem*—Margo Ordin. *vitulam etiam*.

4. *ad ostium*—Margo Ordin. *ad aditum*. Post *filiis* tacent *suis* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Cas. 18., Isidorus VI, 417., Amalarius CV, 827., Rabanus, Gerardus cam. CXLII, 1290. 1293., Bruno ast., Hard. Concil. I, 70. IV, 1064.

5. *vestimentis*—In cod. B hoc verbum est rescriptum supra rasuram. Ante *tunica* tacent *et* codd. R 2. m., Cas. 1., Isidorus l. c., Philippus de harv. CCIII, 735.; item samaritanus, qui tamen alia heic interponit. Ante *superhumerali* tacent *et* codd. C, D, L 4., N, O, Q, S, T, U, V, Cas. 1., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Philippus de harv. l. c. Pro hac lectionis varietate perperam lovanienses excitant hebr. et chaldaicum; nam Vulgatus habet *et tunica* pro verbis ואת מעיל האפד; et reddit quod sequitur ואת האפד per *et superhumerali;* cum hebraeo consentit chaldaeus. Neuter itaque particulam illam omittit.

6. *in capite eius*—Rabanus *in caput eius*. Mox Bibl. Reg. tacent *et*, ut cod. 72. holmes.

7. *et oleum* — Tacent nexum Bibl. Ven. 1480. 1498.

8. *cingesque balteo*—Cod. E *cinges eos balteo;* quoad pronomen favent hebr. et graecus; codd. C 1. m., D, O, T, U *cingesque balteum*.

9. *Aaron scilicet*—Codd. Cas. 2. tacent *scilicet;* item Hard. Conc. I, 70. Ab ipso interprete additum videtur. Pro *sacerdotes mihi*, codd. A, C, D, N, O, S, T, U, Cas. 16. *sacerdotes mei in;* legunt tantum *sacerdotes mei* sixtini, codd. B, E, F, R, V, Cas. 3., mss. antiquiores Martianaei, Palatinus apud Vallarsium, codd. Isidori VI, 417., Amalarius l. c., Rabanus, Bruno ast., Philippus de harv. l. c., Conc. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1064.; conf. Holmes.

10. *applicabis*—Cod. B *manus applicabis*. Mox codd. Cas. 3. tacent *et*. Pro *Imponentque*, cod. E *Imponent*.

12. *Sumptumque de sanguine*—Hunc locum suspectum habuerunt et correctores Pii V.; codd. B, S, Cas. 3. *Sumptumque sanguinem;* codd. Cas. 6. *Sumensque de sanguine;* codd. Cas. 2. *Sumptoque de sanguine.* Quamlibet ex duabus prioribus lectionibus eligas, planior excurrere videtur oratio. Post *super* margo Ordin. addit *quatuor.* Pro *basim,* multi codd. *basem;* at illa positio magis recepta. Pro *eius,* margo Ordin. *altaris,* ut hebr. et vett.

13. *reticulum* — Bochartus legendum censuerat *resticulum;* at cf. Vallarsius et Gesenius *Thesaur.* p. 645. seq.

14. *carnes vero* — Cod. N *carnes quoque;* cod. Cas. 1. tacet *vero.* Post *corium* Bruno ast. addit *eius,* ut hebr. et vett., secluso graeco. Post *combures* cod. E addit *eos.* Mox Vallarsius mendose, ut solet, adnotat Vulgatum legere *pro peccatis.*

16. *circa altare* — Codd. V, Cas. 1. *super altare;* hebr. et vett. (de alexandrino conf. Holmes.) habent *super altare circum,* nempe super altaris circuitum; graecus ven. ἐπὶ τοῦ θυτηρίου κύκλῳ.

17. *ipsum autem* — Cod. B omittit *autem.* Pro *ac pedes,* Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et pedes.* Conf. Levit. VIII, 21.

18. *in incensum* — Codd. B, G, S, T, V, Cas. 6. tacent *in.* Pro *oblatio est Domino,* codd. A, E, Cas. 9. *oblatio est Domini;* Miss. Moz. p. 645. *oblatio Domini est;* cod. B *oblationes Domini:* cf. Holmes. Pro *victimae Domini,* sixtini *victima Domini;* codd. A, C, D, N, O, S, T, U, Thomas. I, 25., Miss. Moz. l. c. *victima Dei;* « quaedam bona manuscri- » pta, ait Lucas Brugensis, habent *victima;* » codd. B, G, Cas. 19. *victimae Dei;* cod. N adnotat: « Quia ante praemiserat *Domino,* hic » ponit *Dei.* Hebr. et antiqui habent *victima.* » At hebr. אשה ליהוה הוא, graecus θυμίαμα (multi codd. θυσίασμα) κυρίῳ ἐστί; Aquila et Theodotio πύρρον κυρίῳ αὐτό.

19. *ponent* — Bibl. Ordin. *ponunt.* Post *manus* nonnulli codd. Cas. addunt *suas,* ut hebr. et vett.

20. *sanguine eius* — Sixtini codd. A, C, D, E, G, H, O, S, T, U, Cas. 17., Bibl. Ordin. *sanguine ipsius.* Pro *auriculae dextrae,* laudati codd. aliique plures, Bibl. Ordin., Bruno ast. *dextrae auriculae.* Pro *ac pedis,* codd. C, D, H, O, all., Bruno ast. *et pedis.*

21. *filios* — Cod. Cas. 1. addit *eius;* item hebr. et vett. Post *Consecratisque* addunt *et* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, O, R, T, U, Cas. 20., Bibl. Lugd. 1535., Hugo, Bruno ast., Philippus de harv. l. c.

22. *tolles adipem* — Cod. F *tolles et adipem;* hebr. et vett. *et tolles adipem.* Pro *consecrationis,* sixtini, codd. A, E, H, Cas. 4. *consecrationum;* consentit hebr.; cf. vers. 31.

23. *tortamque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, S, T, U, Cas. 20., Bruno ast. *tortam.* Pro *crustulam conspersam,* codd. A, E, H, O *crustulum conspersum;* magis latine; conf. ad vers. 2.

24. *super manus* — Cod. B *super manum;* accedit syrus.

25. *universa* — Codd. Cas. 2. *omnia;* Bruno ast. mendose *munera.*

26. *elevatum* — Cod. A *delatum.* Pro *partem tuam,* codd. C, D, N, S, T, U, V, Cas. 11., Bibl. Ven. 1476., Ord., posteriores edd. Rob. Steph., all., Bruno ast. *partem suam;* et ita legitur quoque Levit. VIII, 29.; cod. O legit *suam,* at subdit: « Hebr. *tuam;* graecus *tibi* » *in parte:* per hoc videtur quod vitio scri- » ptorum habent antiqui *suam.* » E contra in cod. N scholiastes animadvertit: « Antiqui » *partem suam;* ad sensum refertur, quia in » hoc Moyses vicarius erat ipsius Aaron; un- » de cito post dicit (v. 28.) *cedent in par-* » *tem Aaron.* Interpres ergo latinus ponit hic » *suam* licet hebraeus et graecus habeant » *tuam.* Similiter Ierem. XLIX. (v. 4.) *quae* » *confidebas,* cum hebr. habeat *confidebat;* » Thren. IV. (v. 20.) *in umbra tua,* cum » hebr. habeat *eius;* et Ierem. XXVI. (v. 8.) » *moriatur,* cum hebr. habeat *morieris.* »

27. *Sanctificabisque et* — Sixtini, codd. A, E, F, Bruno ast. *Sanctificabis et.* Pro *separasti,* cod. E *consecrasti.*

28. *cedentque* — Codd. E, R *cedent.* Pro

filiorum, cod. B *filii* (forte *filiis*, uti legit Augustinus). Ante *pacificis* Bibl. Paris. 1566. addunt *et*. Pro *offerunt*, Bibl. Ord. *offeruntur*.

29. *Vestem* — Cod. Cas. 1. et margo Ord. *Vestes;* accedunt hebr. et vett., praeter graecum. Pro *utetur*, sixtini, codd. A, C 1. m., D, F, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Bruno ast. *utitur;* consentiunt hebr. et vett. Pro *in ea*, margo Ordin. *in eis*, ut hebr. et vett.

30. *ingredietur* — Codd. G, Cas. 2. *ingreditur*. Post *ministret* codd. F, T addunt *mihi;* Bruno ast. *Domino*.

31. *consecrationis* — Sixtini, codd. A, B, C 1. m., D, E, L 7., O, Q, Cas. 8., priores edd. Rob. Steph., all., margo Ord. *consecrationum;* item hebr.; conf. ad vers. 22. Post *carnes* tacent *eius* cod. R, Bibl. Ordin., Hugo; item graecus, sed conf. Holmes.

32. *vescetur* — Cod. F *vescentur;* uti graecus. Mox codd. Cas. 2. tacent *testimonii*.

33. *sacrificium* — Codd. Cas. 12. addunt *Domino*. Mox Bruno ast. legit *Alienigena enim*, cod. O *Sed alienigena;* hebr. quoque et veteres particulam coniunctionis legunt. Pro *quia sancti*, codd. C 1. m., D, L 5., N*, O, Q, R, S, U, Cas. 7. *quia sancta;* consentit correctorium Sorbon.; correctores Pii V. pro hac lect. excitant sex supra viginti codices; codd. E, G, L, Cas. 1., margo Ordin. *quia sanctificata;* at vero cod. N adnotat: « Antiqui *quia sancti;* » nec oportet quod hic ponatur *sancta* neu» traliter, quia hoc quod dicitur *sancti* potest » accipi zeugmatice pro aliis. » Hebr. כי קדש הם; graecus ἔστι γὰρ ἅγια; sed ven. ὅτι ἅγιόν εἰσιν.

34. *Quod si* — Bibl. Reg. *Et si*. Pro *reliquias igni*, codd. C 1. m., D, N, O, S, T *reliqua igni;* pro hac lect. scholiastes codicis N argute scribit: « Hebraeus habet: *Combures* » *reliquum igni; non comedetur, quia sanctum* » *est illud;* et quod dicitur *illud*, refertur ad » id quod dictum est *reliquum*. Per hoc ergo » quod in littera remansit quod dicitur *san*» *ctificata*, videlicet *reliqua*, patet quod male » mutatum est *reliqua* in *reliquias:* aut mu» tassent quod dicitur *santificata* in *sancti*» *ficatae*. » Mendose Biblia Paris. 1566. *reliquias agni;* et vers. seq. *praecipio tibi facias*.

35. *filiis eius* — Codd. A, G *filios eius;* non male.

37. *sanctificabis* — Cod. A addit *illud;* optima lectio, quam hebr. et vett. confirmant.

39. *et alterum* — Cod. S, Bibl. Ordin. et Hugo tacent *et;* cod. Cas. 1. addit *agnum;* item hebr. et plerique vett. Post *vespere* codd. Cas. 6. addunt *immolabis;* nec obstant hebr. et vett.

40. *conspersae oleo tuso* — Sixtini cum cod. A *conspersam oleo tunso;* conf. ad XVI, 14.; codd. longe plures pro *tuso*, legunt *tunso;* Bruno ast. *contuso;* graecus κεκομμένῳ. Vulgatus in loco parallelo Num. XXVIII, 5. legit *conspersa sit oleo purissimo*. Pro *habeat*, cod. A *habet*. Mox in cod. B 1. m. deerat *mensuram;* nec obstant hebr. et graecus. Codd. Cas. 8. tacent *partem*.

41. *ad vesperam* — Cod. A *vespere*. Ante *iuxta ea* tacent *et* nonnulli codd. Cas., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all.

42. *est Domino* — Sixtini, codd. B, E, H, N*, Cas. 16. tacent *est;* Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *Deo;* Bibl. Paris. 1566. legunt *Domino Deo est*. Pro *generationes vestras*, cod. B *generationibus vestris;* cod. Cas. 1. heic addit *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Sta;* haec autem omnino spuria esse, atque ab aliquo sciolo addita non dubitamus. Pro *ubi*, cod. T *ibi*.

43. *Ibique praecipiam* — Cod. E mendose *Ibique praecipies;* codd. F, V *Ibi praecipiam*.

44. *Sanctificabo et* — Codd. C, D, E, T, U, Hugo *Et sanctificabo;* concinunt hebr. et graecus; Bibl. Ordin. tacent *et*. Cod. E prosequitur *tabernaculum testimonii et altare, et Aaron et filios eius sanctificabo ut* etc. Haec autem ex itala fluxisse videntur. Pro *filiis suis*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, I 2. m., R, T, U, V, Cas. 16., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. *filiis eius*.

45. *Et habitabo in medio filiorum Israel, eroque* — Cod. E *Et invocabor in filios Isra-*

hel, et ero; haud dubie quin haec ad italam sint referenda, quae heic apud Sabatierium vacat; totidem enim verba in graeco habentur Καὶ ἐπικληθήσομαι ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἔσομαι.

46. *quia ego*—Addunt *sum* codd. C 2. m., E, Cas. 14.; graecus quoque ὅτι ἐγώ εἰμι. Pro *ego Dominus Deus ipsorum*, codd. Cas. 3. *ut essem Deus eorum*, hanc lect. cod. O tribuit modernis; haud valde abest graecus καὶ εἶναι αὐτῶν Θεός; cf. Holmes.; legunt quoque *eorum* codd. A, E, R, Cas. 7. et Bruno ast.

Cap. XXX, 1. *Facies quoque* — Codd. C, D, N, O, T, U, Cas. 3. *Faciesque*. Post *altare* cod. Cas. 1. addit *tertium*. Pro *ad adolendum*, codd. A, F, G, O, V *in adolendum;* cod. E *in adolendo*. Pro *thymiama*, codd. Cas. 2. et margo Ordin. *thymiamata*.

2. *in altitudine* — Codd. C, D, N, O, S, T, U, Cas. 5., Adamus praem. CXCVIII, 655. *altitudinis*. Pro *ex ipso*, margo Ordin. *ex illo*.

3. *per circuitum* — Cod. Cas. 1. et margo Ordin. addunt *eius;* cf. Holmesius; Rabanus tacet, uti cod. 84. Kennic. Pro *Faciesque*, codd. C, D, H, Q, S, T, U, V, Cas. 5., Bibl. Ord., Hugo *Facies quoque;* cod. G *Facies*. Mox codd. Cas. 2. tacent *ei;* uti georg. Pro *coronam*, cod. B *coronulam*. Pro *aureolam*, cod. Cas. 1., Petrus Com. *auream;* conf. ad XXV, 25.

4. *sub corona* — Cod. A *sub coronam;* Rabanus *subter coronam*.

5. *Ipsos quoque* — Rabanus *Ipsosque*. Post *inaurabis* Bruno ast. addit *eos;* cui hebraeus et vett. suffragantur.

6. *contra velum* — Margo Ord. *ante velum*. Pro *tegitur*, cod. F *tegetur*. Pro *tibi*, codd. S, Cas. 1. *ad te*.

7. *fragrans, mane. Quando* — Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Amalarius CV, 1181., Adamus praem. l. c. *fragrans. Mane quando;* consentiunt hebr. et chaldaeus, idque ad contextum aptius videtur; cf. Lippomanus. Pro *fragrans*, codd. A, C, D, E, F, G, T, U, Gerardus camer. CXLII, 1288. *flagrans*. Pro *componet*, cod. F *ponet;* Amalarius l. c. *componit*.

8. *collocabit*—Legunt *collocat* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 22., Bibl. Ordin., Reg., Ven. 1476., Rob. Steph. 1528., all.; Beda II, 491., Amalarius l. c., Rabanus, Gerardus l. c.

9. *offeretis* — Cod. A 1. m. *offertis*. Pro *et victimam*, Bruno ast. *nec victimam*. Mox cod. Cas. 1. tacet *nec*. Pro *libabitis libamina*, sixtini, codd. A 2. m., B, E, H, N*, R, S, V 2. m., Bibl. Ven. 1476., Paris. 1566., all., glossa edita ab Arevalo Isidori VII, 412. *liba libabitis;* cod. G *libabitis liba altaris;* Rabanus *liba libanda;* legunt tantum *libabitis* codd. A 1. m., C, D, F, L 8., N, O, T, U, V 1. m., Cas. 18., Bibl. Reg., Hugo; in cod. N adnotatur: « Antiqui non apponunt hic quod dici- » tur *liba*, quod subintelligitur. Unde Num. » XXVIII. (v. 7.) *libabitis in sanctuario Do-* » *mini;* hebr. habet *in sanctuario libationis li-* » *batae*, quae apponi non oportuit; et Lev. » XXI. (v. 5.) *non facient incisuras;* hebr. » habet *non incident incisuram.* »

10. *cornua eius* — Codd. G, Cas. 3., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo, Beda II, 493. *cornua altaris;* item syrus, coptus et cod. 75. holmesianus. Pro *quod oblatum*, codd. G, Cas. 3., Bibl. Ordin. *qui oblatus;* hanc lectionem temere secutus est in suis polyglottis Waltonius, unde Montfauconius deceptus illam Vulgato nostro adscripsit. Communem autem lectionem, licet insolentior videatur, ab ipso Hieronymo profectam fuisse haud dubitamus; commode enim illa referri potest ad *sanguen*, quod neutri generis est. Pro *placabit*, cod. V *placebit;* codd. T, Cas. 7., Bruno ast. *placabitur;* margo Ordin. praemittit *semel in anno*, ut hebr. et vett., excepto graeco, de quo tamen conf. Holmes. Pro *super eo*, codd. Cas. 6. *super eos Dominus;* cod. G *super eos*.

13. *ad nomen* — Vetera correctoria sequutus Lucas Brugensis hanc germanam esse Hieronymi lectionem autumat. At codd. G, H, L 3., Q, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., margo Ord. *ad numerum;* Alius in Hexaplis ἐν τοῖς ἀριθμοῖς; accedunt syrus, chal-

daeus, arabs et persa; adde Vulgatum eamdem vocem hebr. de *numero* accepisse in superiori, et in sequenti vers.; hebr. על הפקדים denotat *recensitos*, eos nempe qui in censum veniunt; alexandrinus τὴν ἐπίσκεψιν, cui accedunt Symmachus et Theodotio; graecus ven. ἐπὶ τῶν ἐπεσκεμμένων. Nos censemus Hieronymum heic posuisse phrasim *qui transit ad nomen*, eodem plane sensu ac in seq. vers. scripsit *qui habetur in numero;* nempe cuius nomen recensitum est, vel in numerum recensitorum est relatum. Codd. B 2. m. et Cas. 1. legunt *ad Dominum*. Pro *dimidium*, cod. B *dimidimnum* (sic). Pro *templi*, margo Ordin. *sanctuarii*, uti legunt veteres omnes cum sacro textu: ex quo patet quam futilis sit illorum ratio qui ex Vulgati verbo Pentateuchum longe post Mosem scriptum argumentantur. Pro *obolos habet*, codd. C, D, F, H, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus III, 377. *habet obolos*.

14. *a viginti* — Cod. B tacet *a*.

16. *quae collata* — Codd. F, R, V, Cas. 1. *quae collecta*. Pro *in usus*, sixtini, codd. A, G, Beda II, 495., Rabanus *in usum;* it. hebr. et graecus; at Symmachus εἰς τὰ ἔργα (in *Append.* Holmesii). Mox Bibl. Reg. tacent *ut sit;* Rabanus l. c. et margo Ordin. habent *ut sit in;* item hebr., chald. et non pauci graeci codd. Heic quoque, uti supra ad XVII, 14. monuimus, editio princeps Clementis VIII. legit *monumentum*, cui longe plures codd. consentiunt; at vero altera et tertia editio vaticano-clementina habent *monimentum*. Pro *animabus eorum*, sixtini, codd. A, E, F, V, Cas. 15., Rabanus, Bruno ast. *animabus illorum*.

17. *Locutusque* — Cod. G, Rabanus *Locutus;* conf. Holmes.

18. *labrum* — Ita heic legendum esse tum ex latinae linguae consuetudine, tum ex sequentibus capitulis recte adnotarunt correctores Pii V., quos sixtini et reliqui censores sequuti sunt; cf. Rocca I, 309. et Lucas Brugensis. Codices enim et vett. edd. heic legebant *labium;* immo Beda II, 495. et Rabanus diserte asserunt in sequentibus appellari *labrum* illud vas, quod hoc loco *labium* dicitur. Etsi porro, uti docet Forcellinius, ubi agitur de oris extremitate, *labium* et *labrum* indistincte scribatur; tamen ad significandam concham, quam graeci λουτῆρα dixerunt, latine *labrum* scribitur, prout notant Isidorus IV, 501. V, 45. et Beda I, 138. Hinc in vulgata editione *labium* nonnisi de extrema parte alicuius rei usurpatur. Conf. Ungarelli *Proleg.* §. XXII. Pro *inter tabernaculum*, codd. A, B, C 1. m., D, T, V, Bruno ast., Rupertus, Innocentius III. t. CCXVII, 831. *in tabernaculum;* cod. E, Amalarius CV, 1128. *in tabernaculo*. Pro *et altare*, codd. A, T. Amalarius et Innocentius ll. cc. *ad altare*.

19. *in ea* — Codd. B, C, D, E, F, H, Q, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Beda II, 496., Bruno ast., Rupertus *in eo;* hebraeus enim et vett. istud pronomen ad labrum, non vero ad aquam referunt. Concedimus tamen Cornelio a Lapide id intelligendum esse de aqua ex labro per fistulam defluente.

20. *tabernaculum testimonii* — Codd. C, D, F, O, U *testimonium tabernaculi;* cod. V, Rupertus *testimonii tabernaculum*. Post *accessuri* tacent *sunt* sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, S, T, U, Cas. 14., Bruno ast., Rupertus.

21. *successiones* — Codd. Cas. 2. *successionem*.

23. *aromata, primae myrrhae et electae* — Cod. A *aromata prima, et zmyrnae electae;* legunt quoque *prima* codd. E, T, Isidorus VI, 109. (cod. Cas. 1. habet *praecipuae*); hinc sixtini *aromata prima, myrrhae electae;* hanc autem lectionem margo codicis memmiani notat veluti consentaneam hebraico textui; eamdem probaverant et gregoriani, uti constat tum ex cod. columnensi in vaticana, tum ex schedis Angeli Rocca in angelica bibliotheca. His consentit in sua italica versione Diodati qui interpretatur *Prenditi degli aromati eccellenti, della mirra schietta* etc. At vel ipsi gregoriani sententiam mutarunt, vel certe clementini demum communiorem lectionem restituerunt, prout ex Toleti adnotatione

colligitur; scribit enim: « *aromata, primae* » *myrrhae et electae;* sic legitur in Compl., « Reg., Ordin., Lovan. et ceteris impressis. » In aliquot mss. *aromata prima, myrrhae ele-* » *ctae.* Sed lectio nostra est accommodatior » sensui hebraico et graeco; nam LXX. le- » gunt: *Sume tibi aromata, florem myrrhae* » *electae.* Pro illo *florem,* hebraeus habet ראש, » id est *caput.* Sensus est: Accipe aromata ex » primo liquore myrrhae electae, seu *liberta-* » *tis,* ut est in hebraeo, seu *fluentis;* quod » idem est ac *primae myrrhae.* Ideo commu- » nis lectio retenta est. » Quaestionem criti- cam minus accurate hisce verbis doctissimus Toletus expedivit. Nam in primis heic *aro- mata,* hebr. בשׂמים, dicuntur ראשׁ, hoc est *praestantissima;* qua in re hebraico textui ad- stipulantur veteres interpretes omnes, secluso graeco; neque aliter habet samaritanus tex- tus, etsi ex mira latini interpretis licentia in polyglottis londin. legatur *aromata myrrhae primae et electae.* Praeterea in hebr. *myrrha,* מר, dicitur דרור, id est *sponte-fluens* (quae, nulla facta incisione, sponte ex arbore ef- fluxit), seu, ut graecus et Vulgatus habent, *electa.* Ergo Vulgati verba *primae myrrhae* conferenda non erant cum hebr. דרור. Deni- que coniunctionis particulam, quam Vulga- tus interponit, quamque sixtini expunxerant, tacent hebr., graecus et reliqui omnes; nec legitur in codd. D, F, H, I, Thomas. I, 25. Obiter adnotamus fere omnes veteres latinos codices, graecorum more, scribere *smyrnae,* vel *zmyrnae* pro *myrrhae;* at hoc verbum in cod. G reticetur.

Ibid. *medium* — Bibl. Ordin. et Hugo men- dose *modium.* Sixtini, codd. A, B, E, H, ta- cent *siclos* ante *calami;* nec legitur in hebr., graeco, syro et persa; sed cf. Holmes. (Cod. N tacet *siclos* post *quingentos,* vers. 24.) De- mum post verba *similiter ducentos quinqua- ginta* Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., margo Ordin., Bruno ast. addunt *siclos,* On- kelos מתקל, Ionathanus מנין. Hoc loco men- dosam lacunam habet latina versio samari- tani textus in polyglottis londinensibus.

24. *casiae autem* — Codd. C, D, G, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 9., margo Ordin., Rupertus *casiae quoque;* nonnulli codices scribunt *cassiae* cum duplici *s.* Pro *olei,* codd. B, C, D, F 2. m., N, O, R, S, T, U, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all., Petrus Dam. CXLIV, 554., Bruno ast., Rupertus *oleum;* it. graecus. Pro *mensuram,* codd. B, G, Petrus Dam. l. c. *mensura;* haec vox non legitur in hebr., graeco et reliquis.

27. *cum vasis suis* — Cod. E, Petrus Dam. l. c. *cum basibus suis.* Pro *candelabrum, et,* cod. A 1. m., *candelabrum cum;* codd. G, V, Cas. 1. *candelabrumque et;* concinunt hebr., graec. et reliqui, excepto samaritano. Mar- tinus leg. CCVIII, 1169. addit *omnia;* item samaritanus, graec. et nonnulli codd. hebr. apud De-Rossi *Varr. Lectt.;* cf. Holmes. Pro *altaria,* cod. A et Bruno ast. *altare;* cf. infra ad XXXI, 8.

28. *supellectilem* — Codd. G, I, O, R, *su- perlectilem;* hanc scribendi rationem, unde huius nominis etymon declaratur, habemus et in veteri inscriptione apud Maffeium; cf. Forcellinius. Pro *pertinet,* codd. B, C, D, E, N, O, S, U, V, Cas. 3., Bibl. Ordin., Isido- rus VI, 109., Martinus leg. l. c. *pertinent;* item Vulgatus in polygl. londin.; margo Ord. addit *et labium et basim eius,* uti hebr. et vett.

30. *eos* — Margo Ordin. *illos.*

31. *mihi in generationes vestras* — Marti- nus leg. l. c. *vobis in generationibus vestris;* Augustinus ex graeco *vobis in progenies ve- stras;* accedit et cod. 69. Kennic.

32. *facietis* — Cod. B *faciatis;* cf. Holmes.

34. *onycha* — Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532., all. *onychen;* codd. S, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Reg., aliae edd. Rob. Steph., Bruno ast. *onycham;* all. *onychan;* Du Cangius in glossario lat. « *Onycha,* vel potius *onyx,* a » graeco ὄνυξ, Dioscoridi (Lib. II. c. 10.) » *unguis odoratus.* Ex. 30, 34. quidam legunt » *onycham,* alii *onychen;* sed melius *onycha* » (accusativ. graece). Est herba aromatica, » secundum Papiam, vel ostreola parva sua- » ve redolens. » Hanc postremam vocis no-

tionem exhibent Walafridus, Petrus Com. et auctor Mammotrecti. Pro *galbanum*, plures codd. et edd. vett. habent *galbanen;* cf. Gregorius M. I, 36., Landulfus CXLVII, 827.

35. *thymiama* — Hoc verbum deerat in cod. B. Pro *mixtum*, plures codd. et edd. vett. *mistum*. Conf. ad XXVIII, 33.

36. *coram tabernaculo testimonii*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, M, O, R, T, U, V, Cas. 20., Hugo, Rabanus II, 220., Petrus Dam. CXLV, 834., Bruno ast. *coram testimonio tabernaculi;* et ita legendum quoque censemus apud Gregorium M. I, 36. IV, 81. ubi maurini editores habent *coram testimonii tabernaculo;* cf. Garnerius CXCIII, 251.; quae tamen lectio occurrit in cod. G; hebraeus textus ad litteram redditur *coram lege in tentorio conventus*. Pro *in quo loco*, Bibl. Ordin. *in loco quo;* Rabanus *in loco, in quo;* Bruno ast. tacet *loco*. Pro *apparebo*, codd. Cas. 2. et margo Ordin. *apparuero*.

37. *in usus vestros* — Cod. E *in usibus vestris*. Pro *est Domino*, codd. Cas. 12. *erit Domino;* accedunt hebraeus et vett.; cod. E *Domino est*.

Cap. XXXI, 2. *Beseleel* — Cod. G *Bethselehel;* hebr. בצלאל, unde Vulgatus I Paral. II, 20. *Bezeleel*.

3. *et intelligentia*—Tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, E, T, U, Cas. 4., Bibl. Ord., Hugo, Petrus Dam. CXLIV, 471.; consentiunt Ionathanus, et non pauci codd. hebr. et chald. apud De-Rossi. Ante *scientia* tacent *et* cod. E, Rabanus et Philo. Pro *in omni opere*, Bibl. Lugd. 1535. *et in omni opere;* item hebr. et veteres, excepto graeco, de quo tamen conf. Holmesius. Rabanus *in omni tempore;* cod. E addit *bono*.

4. *quidquid fabrefieri* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Bruno ast. *fabre quidquid fieri*. Pro *potest*, codd. C, D, G, S, T, U, Cas. 5., Bibl. Ord., Hugo, Petrus Dam. l. c. *poterit*. Pro *et argento, et aere*, cod. B, Bibl. Lugd. 1535. *argento, aere;* prior particula deest quoque in cod. 193. Kennic.; at perperam omissa fuit in latina versione Ionathani; cod. S *aut argento, et aere*.

5. *marmore*—Codex memmianus notat hebraice id non legi; cf. De Vence in h. l.

6. *Dedique*—Codd. C 1. m., H (perperam a Vallarsio editus), Bibl. Ordin., Bruno ast. *Deditque*. Pro *Achisamech*, cod. H *Ahisamach*. Pro *Dan*, cod. Cas. 1. *Iuda;* alter *Beniamin*. Pro *omnis*, codd. S, U 2. m., V, Cas. 3., Bibl. Ord. *hominis*. Pro *faciant*, margo Ord. *fiant*.

7. *testimonii* — Cod. E *testamenti;* mox tacet *vasa;* utraque varietas ex graeco vel ex itala derivata fuit: animadverte in polyglottis londin. mendose legi *testamenti* in latina versione samaritani; mendosius *testimonii* in latina vers. ex graeco.

8. *candelabrum* — Codd. V, Cas. 2. *candelabrumque;* item hebr. et vett.; at pro Vulgato stant samaritanus et pauci codd. hebr. apud De-Rossi. Pro *altaria*, codd. B, D, L 3., N, O, Q, T, U, Cas. 5., Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin. *altare;* conf. XXX, 27.; in cod. N legitur: « Antiqui *altare;* » zeugmatice repetitur quod dicitur *altare:* et » propter hoc congrue sequitur *et omnia vasa* » *eorum*. Similiter Gen. XXXIII. (v. 2.) *utram-* » *que ancillam, et liberos earum*. Qui hanc » latinitatem non acceperunt, posuerunt pro » *altare, altaria*, quod hebr. non habet; sed » graecus habet tacens de hoc quod dicitur » *et thymiamatis, et holocausti*. » At recte Vulgatus legit *altaria thymiamatis, et holocausti*, pro eo quod hebr. et reliqui (excepto graeco, qui ordinem turbavit) legunt *altare incensi, et altare holocausti*.

9. *labrum* — Sixtus vett. codd. et edd. *labium;* hinc Toletus: « Corrige *labrum;* vas, » seu concha est, quae non dicitur *labium*, » sed *labrum*. » Gregorianis hodiernam lectionem debemus; nam sixtini silent. Conf. ad XXX, 18. et Bukentopius p. 392.

10. *sacerdoti, et filiis eius* — Codd. Cas. 6. *sacerdotis, et filiorum eius;* cod. C 1. m. *sacerdotis* etc.; pro *eius*, cod. F *suis*. Pro *officio suo*, cod. Cas. 1. *sacerdotio suo*. Cf. XXXV, 19. ubi in hebr. eadem verba rursum occurrunt.

11. *aromatum* — Sixtus mendose *aromathum*. Ante *omnia* cod. Cas. 1. addit *et;* item armenus et duo codd. holmesiani.

12. *dicens* — Tacent hoc verbum codd. C, D, N, U et Thomas. l. c.; item syrus et cod. 186. Kennic.

13. *ad eos* — Haec desunt in cod. F; item in hebr. et antiquis interpretibus, excepto arabe. Pro *ego Dominus*, codd. A, V, Cas. 13. *ego sum Dominus;* item georg. et armenus. Pro *sanctifico*, Bibl. Ordin. *sanctificabo*.

14. *sabbatum meum* — Tacent pronomen codd. B, E, H, L 2., Q, Cas. 9., Bibl. Reg., Rob. Steph. 1532., all., Rabanus; item hebr. et vett., paucis exceptis apud Holmes. Pro *est enim*, codd. C, D, Cas. 3. *erit enim;* cod. G *enim erit;* codd. N, T, U *erit;* conf. Holmes; codd. R, S, V, Bibl. Ordin. et Paris. 1566. *enim est*. Pro *morietur*, codd. Cas. 2., Bibl. Reg., Lugd. 1535. *moriatur;* Bibl. Ordin. *moritur*. Pro *in eo opus*, Bibl. Paris. 1566. *opus in eo;* eamdem varietatem ex graecis codd. protulit Holmesius; cod. Cas. 1. *in die illo opus*. Pro *anima illius*, cod. A *anima eius*. Pro *de medio populi sui*, cod. Cas. 1. *de populo suo;* item syrus, arabs, coptus, pauci codd. hebr. apud De-Rossi, et graeci apud Holmes.

15. *facietis* — Legunt *facies* codd. C, D, L 4., N, O, Q, T, U, Bibl. Basil. 1500., Hugo; item graecus, et cod. 467. derossianus; cod. N adnotat: « Novi habent *facietis* pro *facies*, ne videretur loqui cum unico. » Mendose latina versio samaritani habet *operaberis;* textus enim samaritanus cum hebraeo legit עשׂתם, *fiet*. Pro *in die septimo*, codd. C, D, N, S, T, Bibl. Ord., Lugd. 1522., Hugo *in septimo;* ut cod. 106. holmesianus. Pro *in hac die*, cod. Cas. 1. *in die illo*.

17. *signumque* — Rabanus *signum;* item hebr. et vett. Pro *fecit Dominus*, codd. C, D, T, U, Bibl. Ordin., Paris. 1566., Hugo *Dominus fecit;* codd. B, F, G, S, V, Cas. 19. *fecit Deus;* it. cod. 16. holmesianus. Pro *ab opere*, codd. G, L, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus *ab omni opere;* cod. A *ab opere suo*.

18. *Deditque Dominus* — Sixtini, codd. A, C, D, N, T, U, Cas. 9., Thomas. l. c., Rabanus *Dedit quoque;* legunt *Deditque* codd. O, Cas. 10.; his accedunt hebr. et vett.; codd. E, F, G, R, S, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *Dedit quoque Dominus*.

Cap. XXXII, 1. *descendendi de monte Moyses* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., all. cum hebr. et graeco *Moyses descendendi de monte;* pro *descendendi*, codd. S, Cas. 2. et margo Ordin. *descendere;* graecus Μωυσῆς καταβῆναι ἐκ τοῦ ὄρους. Pro *dixit* legunt *ait* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Brev. Goth. p. 70., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Bruno ast., Rupertus. Pro *Surge*, codd. C, D, R, S, T, U, V, Cas. 4., Rupertus *Surgens;* cod. Cas. 1. et margo Ord. addunt *et*, uti Cyprianus, Augustinus, graecus et arabs. Mox ordine inverso, Rupertus et Petrus Com. *praecedant nos;* Bibl. Paris. 1566., all. *viro huic*. Post *acciderit* addunt *ei* codd. C, D, F 2. m., L 3., O, Q, T, U, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Gunzo novar. CXXXVI, 1288., Rupertus; item hebr. et vett. et infra v. 23.; mendose autem omittitur in latina versione samaritani, Onkelosi et syri.

2. *ad eos Aaron* — Codd. F, V *Aaron ad eos*. Tacent *filiorumque* codd. Cas. 7., Rabanus V, 583.; item *Spicil. solesm.* III, 159., graecus et cod. 104. Kennic. Post *filiarum* non legitur *vestrarum* in cod. B, et in graeco; sed conf. Holmes.

3. *Fecitque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, R, S, T, U, Cas. 18., Bibl. Reg., Rabanus *Fecit*. Pro *quae iusserat*, codd. C 1. m., G, Cas. 2., Bibl. Ordin. *quod iusserat;* Cas. 1. *quae praeceperat*. Post *inaures* codd. Cas. 2. addunt *aureas;* item hebr. et vett., excepto syro et cod. 132. Kennic.

4. *dixeruntque* — Bruno ast. cum graeco *dixitque;* concinunt codd. 103. 109. Kennic.; at cf. Holmes.; Petrus Com. exponit *et dixit populus*.

5. *coram eo* — Bruno ast. *coram Domino;* margo cod. memmiani notat hebr. legere *co-*

ram monte; at conf. Martianaei nota in h. l. Mox codd. L 3. tacent *dicens;* item cod. 150. Kennic. Pro *Domini*, Bruno ast. *Dei.*

6. *hostias*—Codd. G, Cas. 5. *victimas;* item margo codicis V. Pro *manducare*, codd. C, D, E, H, O, R, S, T, U, Cas. 18., Bibl. Ordin., Hugo, Hieronymus III, 335. *comedere;* cod. O adnotat: « Moderni *manducare et*, sicut I Cor. X, 7. » Pro *et bibere*, sixtini, codd. A, C, D, O, S, T, U, Cas. 18., margo Ordin. *ac bibere.*

7. *Locutus est autem*—Codd. F, S, U, Cas. 9. tacent *autem;* codd. O, R legunt *Locutusque est.* Mox tacent *dicens* sixtini, codd. A, D, E, G, H, L 7., O, Q, U, Cas. 13., Thomas. I, 25., Bibl. Ordin., Hugo, Bruno ast.; item hebr. et vett., exceptis samaritano et alexandrino; cf. Sabatier. Pro *descende*, Bibl. Compl. et Reg. *et descende;* item arabs et alii multi apud Holmesium; Miss. rom. feria III. post Dom. IV. Quadr. (ed. vatic. 1609.), Thomas. V, 334. *descende de monte, quia;* at in recentioribus edd. eiusdem Miss. et apud Thomas. V, 301. particula *quia* omittitur, quam tamen legunt hebr. et vett.; praeterea graecus et syrus habent *descende hinc*, prout legit Vulgatus ad Deut. IX, 12. Post *populus* codd. A, C 1. m. addunt *iste;* cod. Cas. 1. habet *enim populus;* item itala apud Sabatier.

8. *cīto* — Non legitur in Brev. Goth. l. c., in quo mox pro *adoraverunt*, legitur *immolaverunt.* Pro *ostendisti*, margo Ordin. *praecepisti;* favent hebr. et graecus; at ille habet primam personam, unde Isidorus Clarius *praecepi.* Cod. E tacet *conflatilem* (uti graecus), et *ei.* Pro *ei hostias*, priores edd. Rob. Steph., all. *hostias ei.* Cod. S et Rabanus *eduxerunt te.*

9. *Rursumque ait Dominus*—Cod. B *Rursumque ait;* item arabs; cod. F *Rursum ait Dominus;* Brev. Goth. l. c. *Rursumque dixit Dominus:* hunc versiculum tacet graecus; hebraeus autem et reliqui habent *Et dixit Dominus.* Pro *sit*, Brev. Goth. l. c. *est;* conf. Holmes.

10. *dimitte me* — Cod. Cas. 1. tacet *me.* Post *deleam eos*, codd. L 5. addunt *de terra;* animadverte hanc notam in plerisque edd. hentenianis praetermissam fuisse.

11. *orabat*—Cod. Cas. 1., Thomas. V, 309. *oravit;* nec repugnant hebr. et vett. Tacent *Deum* cod. B, Brev. Goth. l. c. et cod. 55. holmesianus.

12. *interficeret* — Codd. Cas. 6., Rupertus et Petrus Com. addunt *eos;* it. hebr. et vett., praeter graecum, de quo tamen cf. Holmes. Post *deleret* addunt *eos* codd. G, Cas. 4., Rupertus, margo Ordin.; item hebr. et vett. Pro *e terra*, codd. G, S, Bibl. Lugd. 1522., Brev. Goth. l. c., Miss. rom. l. c. et margo Ordin. *de terra;* cod. V *a terra.* Pro *nequitia*, sixtini cum cod. A *malitia;* hebr. הרעה; codd. C 2. m., D, F, N, T, U, V, Brev. Goth. l. c., Cassiodorius LXX, 648., Beda II, 494., Petrus Abaelardus CLXXVIII, 1620. *nequitiam.*

13. *Isaac* — Sixtini, codd. A, G, L, Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Roberti Steph., Beda l. c. *et Isaac;* item graecus, syrus, arabs et cod. 109. Kennic. Pro *Israel*, codd. S, V, Cas. 1., Rupertus IV, 600., Godefridus CLXXIV, 557. (ex Offert. in Missa Dom. XII. post Pentec.) *Iacob;* item samaritanus et graecus; et cap. seq. vers. 1. et Deut. IX, 27. Ante *Multiplicabo* cod. Cas. 1. addit *multiplicans;* item samaritanus. Pro *semen vestrum*, cod. V, Brev. Goth. l. c., Florus Diac. CXIX, 50., Petrus Abaelardus l. c. *semen tuum;* uti arabs 1. et 2. apud Holmes. Post *stellas caeli* cod. Cas. 1. addit *et sicut arena, quae est in littore maris.* Pro *locutus sum*, cod. A *locutus es;* item graecus et arabs.

14. *malum*—Tacent codd. B, Cas. 1.; item graecus, sed conf. Holmes.

15. *testimonii in manu sua, scriptas*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, O, T, U, V, Cas. 13., Palatinus apud Vallarsium, Brev. Goth. l. c., Hugo, Rupertus tacent pronomen *sua;* cod. Urbinas apud Vallarsium legit tantum *in manu, scriptas;* codd. G, R, S *testimonii manu scriptas;* pro *in manu sua*, codd. Cas. 8., Rabanus, Bruno ast. *manu Dei;* hanc lectionem Martianaeus et Vallarsius in aliis quoque codd. repererunt, eamdemque pro mendosa

habuerunt; codd. Cas. 3. *digito Dei;* tacent *in* codd. Cas. 4., Bibl. Ordin., all.; denique post *testimonii* codd. F, U, Thomas. l. c. addunt *lapideas,* uti graecus et arabs 3. holmesianus; Augustinus ex graeco *testimonii in manibus eius, tabulae lapideae scriptae;* Gregorius M. in libro *Resp.* III, 769. *lapideas in manibus suis, scriptas utrasque digito Dei;* item apud Thomas. IV, 80. 225. 226.

16. *et factas* — Tacent nexum cod. B et Rabanus. Pro *opere Dei,* Sixtus, codd. C, D, G, N, O, S, T, U, V, Cas. 5., Bibl. Ordin., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all., Rupertus *opere Domini;* hinc Toletus scribit: « Lege *Dei:* sic hebr., graecus, Compl., Reg., » mss. et Congregatio; sed Ordin. et Lovan. » legunt *Domini.* » Cf. Rocca I, 309. Hodiernam lect. ad fidem antiquiorum codicum sixtini et gregoriani intulerunt. Pro *quoque Dei,* Brev. Goth. l. c. *Dei quoque.*

17. *dixit* — Codd. C, D, O, S, T, U, Petrus Com. *ait.*

19. *iratusque*—Codd. C, D, F, T, U, V addunt *est.* Bruno ast. tacet *valde.* Ante *proiecit* cod. C addit *et;* item hebr. Pro *de manu,* codd. G, Cas. 1. *de manibus;* margo Ordin. addit *sua;* hebr. et vett. legunt *de manibus suis;* item Isidorus V, 386., Beda IV, 377. Pro *radicem,* sixtini, codd. A, C 2. m., D, E, F, G, O, R, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *radices;* cf. XXIV, 4.

20. *fecerant* — Mendose Brev. Goth. l. c. et Bibl. rom. 1671. *fecerat.* Pro *in aquam,* codd. C, D, S, U, Rabanus, Bruno ast., Rupertus *in aqua.*

21. *Dixitque*—Codd. L 6., Q, S, Cas. 3., Bibl. Moguntina, Lugd. 1550., Paris. 1566., margo Ord. addunt *Moyses;* concinunt hebr. et vett., excepto arabe. Pro *Quid tibi fecit,* Rabanus *Quod fecit tibi.*

23. *nos praecedant* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus *praecedant nos.* Item pro *nos eduxit,* codd. C, D, H, R, S, T, U, Hugo *eduxit nos.*

24. *hic vitulus*—Codd. Cas. 2. tacent *hic;* item cod. 59. holmesianus.

25. *nudatus*—Cod. E *nudus.* Pro *spoliaverat,* Thomas. I, 26. *expoliaverat;* et post *eum* tacet *Aaron,* uti targum hierosol.; cod. D tacet *eum.* Pro *propter ignominiam,* codd. G, Cas. 3., Bibl. Ordin. *in ignominiam.* Cod. B mendose habet *cordis* pro *sordis.*

26. *porta castrorum* — Brev. Goth. l. c. *castrorum porta.* Pro *iungatur,* cod. H et Rabanus *iungantur.* Pro *mihi,* margo Ordin. *mecum.* Mox cod. B tacet *sunt,* Rabanus *omnes,* uti cod. 75. holmesianus.

27. *gladium* — Gregorius M. I, 642. addit *suum;* item hebr. et vett. Pro *femur,* cod. E *femorem.* Ante *ite* Petrus Dam. CXLV, 65. addit *et;* item samaritanus, graecus, arabs et cod. 181. Kennic. Cod. A tacet *et* ante *occidat;* uti cod. 53. holmesianus. Post *fratrem,* cod. S, Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg., all., Brev. Goth. pag. 71., Atto vercell. CXXXIV, 848., Rupertus II, 477. addunt *suum;* item hebr. et vett., excepto armeno.

28. *Feceruntque* — Sixtini, codd. B, C, D, E, R, T, Cas. 15., Petrus Dam. l. c. *Fecerunt.* Pro *die illa,* fere omnes codd. cum Bibl. Ord., all. *die illo.*

Ibid. *viginti tria millia* — Famosam heic habemus apud latinos controversiam de vera et germana huius loci lectione. Nostri instituti est ad singulas lectionum varietates priscos testes in medium adducere. Ad patres vero quod pertinet, quorum opera nondum satis criticorum sollertia expolivit, aliquid lucis afferre speramus; aut saltem ex documentis quae congessimus haud difficile erit iudicare quid de singulorum lectione censendum sit. Falsas in primis, vel suspectas enumeramus lectiones; mox quae probabilis, quaeve genuina videatur aperiemus. 1°. Legunt *viginti millia* Alvarus cord. CXXI, 526. et Honorius august. CLXXII, 883. — 2°. *triginta millia* Atto vercell. CXXXIV, 332. — 3°. *triginta tria millia* Biblia Mogunt. 1472., Colon. 1479., Lugd. 1550. 1551. 1556., Antuerp. 1542. 1559., posteriores edd. Rob. Steph. indeque Lov. et innumerae edd. hentenianae; Hugo a s. Charo notat: « Alia trans-

*

» latio habet *triginta tria millia;* sed nostra » littera videtur verior esse. » Eamdem lectionem sequutus est Sixtus, unde errandi occasionem habuisse videtur Carpzovius qui in *Crit. sacra parte 2. c. VI. §. 4.* hanc lectionem editioni clementinae adscribit. Nullum in nostris codicibus, antiquisque interpretibus, huius lectionis vestigium reperimus; attamen qui scholia critica adiecit Bibliis parisiens. 1837. adnotare non debuisset *omnes editiones* Vulgati legere *viginti tria millia.* — 4°. Cum hodierna Vulgati lectione habent *viginti tria millia* codd. A, C, D, F, G, L 6., N* 1. m., R, S, T, U, V, Cas. 10., Palatinus apud Vallarsium, aliique apud Martianaeum; correctores Pii V. pro hac lect. enumerabant codd. septemdecim; Angelus Rocca l. c. quatuordecim; accedunt Bibl. Ordin., longeque plures edd. seculi XV., uti Ven. 1476. 1479. 1480. 1482. 1483. 1497. 1498., Nurimb. 1479., Basil. 1491., Brix. 1496., necnon paucae ex sequenti aetate, uti Lugd. 1513. 1522. 1526., Paris. 1566., all. Ex patribus, praeter dubios, de quibus infra, suffragantur Brev. Goth. l. c., Gregorius M. I, 642. III, 323. IV, 82., Ratherius veron. CXXXVI, 230., Bruno herbip. CXLII, 295., Petrus Dam. CXLIV, 519. 537. CXLV, 65. 383. 822. 1028., Bruno ast., Rupertus, Radulfus flav. in bibl. max. pp. XVII, 183., Hugo a s. Vict. CLXXVII, 977., Humbertus in bibl. max. pp. XXV, 485. 613., Thomas aquin. 2. 2. q. 14. a. 3. et q. 64. a. 4. et q. 97. a. 4. aliique plures seculo XIII. et sequenti. Praeter laudatos latinos testes, eamdem lectionem confirmant cod. 76. holmesianus qui habet εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες ἀνδρῶν et Cyrillus alex. *Glaphyr. in Ex. l. 3.* (ed. Paris. 1638. t. I. p. 337.) legens χιλιάδες τρεῖς καὶ εἴκοσιν; cuius testimonium praetermittere non debuisset Holmesius; demum accedunt coptus, arabs 3. holmesianus, armenus; hinc Alfonsus Tostatus, Cornelius Iansenius, aliique hanc lect. propugnandam censuerunt; alii vero prudentiores eamdem omni probabilitate destitutam esse negarunt; cf. Cornelius a Lapide et Calmetus. — 5°. Denique legunt tantum *tria millia* codd. B, E, H, L 9., N, N* 2. m., O, Q, Cas. 13., codices florentini collati iussu Pii V., codex legionensis, alii tres apud Martianaeum; in margine codicis V antiqua manu scriptum legitur: « Hebraeus, Hieronymus et graecus » habent *tria millia.* » Hisce accedunt edd. Complut., Reg., priores Rob. Steph., Ven. 1533. 1538., Antuerp. 1534. 1537. 1538., Lugd. 1535. 1537. 1542., all., margo Ord., Isidorus Clarius. Haec autem lectio maximum habet praesidium in hebraico textu et samaritano, in graeco alex., veneto reliquisque omnibus antiquis interpretibus, quibus concinit vetus itala, de qua pauca iam sunt dicenda ad nostram quaestionem necessaria. Latinos patres veteris italae certissimos testes excitat Sabatierius Ambrosium, Luciferum calar. et Optatum; quibus addere possumus Tertullianum *Scorp. c. 3.* et Caesarium arelat. *homil. XIV. edit. Gallandi XI, 21.;* hisce adiungendos esse non dubitamus, etsi in nostris edd. legant *viginti tria millia,* Sulpicium Severum XX, 106. et Cassiodorium LXX, 563.; nam de priori id satis probabile effecit editor veron. Hieronymus a Prato; de altero autem ipsius editoris Iohannis Garetii testimonium habemus, qui candide fatetur (LXIX, 479.) se Bibliorum verba a Cassiodorio excitata ad vulgatam editionem revocasse; qua in re eius consilium nemo probabit. Certissimum autem est Cassiodorium, etsi hieronymianam quoque interpretationem legeret plurimique faceret (LXX, 1124.), perpetuo usum fuisse veteri itala; adeoque illi haud poterat hoc loco repugnare. De hac vero eiusdem italae lectione nisi ex laudatis testibus res compertissima esset, aliud dubium ingerere videretur opus Iuvenci, quod nuperrime cl. Pitra in *Spicil. solesm.* I, 204. evulgavit, ubi legitur:

. . . . circa tria millia caedunt,
Queis vicena simul studiosi millia iungunt.

Nobis quidem postremi versus verba valde suspecta sunt; at quaenam genuina sit Iu-

venci lectio aliis expendendum mittimus. Ex patribus qui Vulgatum interpretem sequuti sunt, quique tamen legerunt *tria millia*, in primis recensendus est Isidorus V, 388. apud quem etsi nonnulli hodiernam Vulgati lectionem suffecissent, tamen, uti rectissime Arevalus demonstravit, legendum revera est *tria millia;* nam in capitulo cui titulum fecit « De » interfectis tribus millibus, » aperte scribit: « Ipse numerus trium millium interfectorum » triplicem formam indicat peccatorum. » Haec eadem Isidori verba recitantur a Beda II, 330. IV, 378., Rabano II, 227., Petro Dam. CXLIV, 519. et Martino legion. CCVIII, 784.; attamen apud Bedam l. c. et p. 901. et apud Rabanum l. c. et p. 222. corrupte vetus et nova lectio copulantur: de Petro Dam. nemo dubitare potest quin hodiernam Vulgati lectionem tenuerit, uti constat ex multis locis superius excitatis; nam diserte eidem lectioni praedictam Isidori sententiam accommodare nititur; at Martinus legion. non solum l. c. sequitur veram Isidori lectionem, sed et pag. 343., ubi quamvis verba Gregorii M. proferat, tamen legit *tria millia*, vel ipso Gregorio repugnante; at vero p. 379., fortasse ex editorum licentia, habet *viginti tria millia*. Denique legunt *tria millia* Richardus a s. Vict. CXCVI, 30., Petrus blesens. in biblioth. max. pp. XXIV, 1406. (at non item in Patrol. CCVII, 533.) et Petrus Com. CXCVIII, 1190., qui postremus subdit: « Alia » translatio habet *viginti tria millia*. » Qua de re verba recitanda sunt Rogerii Baconis (*Opus maius*, edit. Lond. 1733. pag. 139.): « Habetur in hebr. et graeco *tria millia;* sed » exemplar vulgatum habet *viginti tria mil-* » *lia;* et dicit Magister in historiis, quod hoc » est de antiqua (fortasse Rogerius legebat *antiqua* apud Petrum Com., ubi nos legimus *alia*) translatione; sed antiqua translatio est » Septuaginta interpretum, et est de graeco: » graecus autem non habet hoc; sed sicut » hebraeus. Et hic error habet apparentiam » ex I Cor. X. (v. 8.); sed non est intelligen- » dum pro hoc loco, ut patet in textu et » Glossa; quoniam cum dicit: *Neque idolola-* » *trae efficiamini* etc., quod ad hunc locum » pertinet, non ponit numerum interfectorum: » sed statim cum dicit: *Neque fornicemur* etc. » sequitur *et ceciderunt viginti tria millia*, » quod intelligitur secundum Glossam de his » qui fornicati sunt cum Madianitis, uti legi- » tur Num. XXV. (v. 9.). » Rogerio plane concinit scholiastes codicis N, qui scribit: « He- » braeus *tria millia;* alii habent *XXIII. mil-* » *lia*. Magister in historiis dicit quod istud » est de antiqua translatione: quod si verum » est, cum Hieronymi sit ultima authentica; » et cum graecus similiter habeat *tria millia* » tantum, nescio cuius auctoris sit illa quae » habet *viginti tria millia*. » Ex dictis patet ratio cur plures doctissimique viri censuerint in hodierna Vulgati ed. vocem *viginti* redundare; conf. Caietanus, Lippomanus, Natalis Alex. *Hist. Eccl. sec. IV. diss. 39. art. 6. et diss. 40. art. 8.*, De-Rossi *Sinopsi d'Ermen. p. 14.*, Ianssens *Hermen. §. 130.*, Patritius *de interpr. l. 1. §. 240*. Restat ut romanorum censorum sententias proferamus. Sixtini scripsere *tria millia;* gregoriani ancipites haeserunt; nam vocem *triginta*, quae habetur in edit. Sixti, calamo subnotarunt tamquam dubiam, vel maturius expendendam, at neque expunxerunt, neque aliam lectionem ei subrogarunt. Verum quaenam fuerit clementinorum sententia ex Toleti nota colligitur; scribit enim: « Lege *viginti tria millia*. Diversitas » magna est in codd. hoc loco. Nam Greg. M. » 20. Moral. c. 8., Ordin. et aliqui impressi » legunt *viginti tria millia;* at hebr., grae- » cus, Complut., Reg. et novem mss. lovan. » *tria millia*. Lovan. autem et alii impressi » *triginta tria millia*, quod Sixtus probavit. » Sed frequentior lectio est *viginti tria mil-* » *lia*, quam sequitur Abulensis, et probat esse » legitimam: et pro ea facit quoque Paulus I » Cor. X. citans verba huius capitis, scilicet: » *Sedit populus manducare et bibere* etc.; ad- » dit cecidisse illa die *viginti tria millia;* » quod est validum argumentum pro hac le- » ctione. » Conf. Rocca I, 309. At vero ratio

quam Toletus aliique ex Paulli testimonio afferunt non est certa; uti patet ex Rogerio superius laudato; cui suffragatur scholiastes codicis O: « Moderni *XXIII. millia* sicut I. Cor. » X., sed illud aliud factum respicit, de quo » Num. XXV.; sed nota quod ibi habetur » *XXIIII. milia;* » it. Thomas aquin. *in lect. II in cap. 10. I ad Cor.*, Nicolaus de Lira, Pererius *in Ex. XII. Disp. 17. n. 95.*, Natalis Alex. l. c., Bukentopius p. 143., Bochartus Hieroz. parte 1. l. 2. c. 34., Augustinus Negri in *Comment. ad Ann. sacr. Torniellii t. 2. p. 55.*

29. *et in fratre* — Sixtini, codd. A, B, C 2. m., D, E, F, G, H, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., all., Petrus Dam. l. c., Rufinus Episc. CL, 1619., Bruno ast. *et fratre;* conf. Holmes.

30. *altero die* — Cod. A *mane die altero;* sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *die altero.* Cod. B tacet *Moyses.* Ante *populum* codd. Cas. 2. addunt *omnem.* Pro *quivero eum deprecari,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Paris. 1566., Hugo *eum quivero deprecari;* Brev. Goth. p. 73. *eum quivero deprecabor.*

31. *Reversusque* — Codd. F, V, Cas. 2. addunt *Moyses,* uti hebr. et vett. Pro *ad Dominum,* margo Ordin. cum Augustino *ad Deum.* Post *Obsecro* codd. F, G, L, R, S, V, Cas. 11., Brev. Goth. l. c., posteriores edd. Rob. Steph., all., Petrus Dam. CXLIV, 358. CXLV, 78., Bruno ast., Petrus Com. addunt *Domine;* correctores Pii V. pro hac lect. numerabant codd. viginti; concinunt graecus, syrus, arabs, Ionathanus; conf. Sabatier. Pro *maximum,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, R, S, T, U, V, Cas. 20., Rabanus, Petrus Dam. l. c., Bruno ast. *magnum;* item Augustinus cum graeco; conf. Sabatier. Pro *feceruntque,* Rabanus cum Augustino *et fecerunt.* Pro *dimitte eis,* codd. A, U *dimitte ei;* conf. Sabatier. et Holmes.

32. *facis* — Codd. B, D, U, Cas. 12., itemque Tertullianus *facies;* Bruno ast. *feceris;* Petrus Dam. l. c., Concil. Osbor. edit. Hard. VI, 1128. *facias.* Post *libro* tacent *tuo* Bruno ast., Rupertus, Berengosus CLX, 1031., Petrus cellen. CCII, 621., Nicolaus I. ed. Hard. V, 228.; item Cassiodorius; conf. Sabatier, et Holmes.

33. *Cui* — Cod. Cas. 1. tacet. Pro *peccaverit,* codd. G, Cas. 12. *peccavit.* Pro *mihi,* codd. G, V, Cas. 3. *in me;* graecus ἐνώπιόν μου.

34. *istum quo* — Cod. B *istum de quo;* hebr. אל אשר (samarit. ⅃∇): Post *angelus* Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., Paris. 1566., all. addunt *autem;* samaritanus, syrus, arabs, et nonnulli apud Kennic. et Holmesium praemittunt copulam; cod. Cas. 1. tacet *meus.* Pro *ultionis,* margo Ord. et Isidorus Clarius cum hebr. legunt *visitationis.* Mox codd. S, Cas. 2. tacent *et;* Cas. 1. tacet *et hoc,* item Clarius.

35. *Percussit ergo* — Codd. Cas. 10., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Roberti Steph., all. *Percussit autem.* Ante *reatu* cod. A addit *hoc.* Pro *fecerat,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Ord., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *fecit;* it. Augustinus; neque obstant hebr. et vett.

Cap. XXXIII, 1. *dicens: Vade* — Tacent verbum *dicens* sixtini, codd. B, C, D, F, L 8., Q, R, S, T, U, Cas. 20., Thomas. I, 26., Brev. Goth. p. 73., Bruno ast.; it. Augustinus cum hebr., graeco, chald. et syro; at pro Vulgato faciunt samaritanus, arabs et cod. 69. Kennic. Pro *ascende,* codd. B, O, R, S, Bibl. Paris. 1566., margo Ordin. *et ascende;* uti Augustinus semel, arabs aliique pauci apud Holmesium; codd. C, D, F, G, N, T, U, V, Cas. 5., Thomas. l. c., posteriores edd. Rob. Steph., all. *descende;* ita legit quoque, sed contra fidem sui textus, latina versio Onkelosi in polyglottis londin.; cod. N adnotat: « Antiqui » habent *descende,* forsitan quia in montanis » erant Synai. Noviores litterae hebraeae ad» haerentes, *ascende.* Require ad Ios. VIII. » (v. 5.) » Vide utrum haec lectio ortum habuerit ex superioris capituli versiculo 7.

Ibid. *populus tuus* — Margo cod. H notat hebraeum non legere *tuus;* legitur tamen in

graeco et syro. Pro *in terram*, cod. A *ad terram*. Ante *Isaac* addunt *et* cod. F, graecus, syrus et arabs. Pro *Semini tuo*, cod. Cas. 1. *Semini vestro;* item Augustinus cum graeco et syro. Pro *eam*, Brev. Goth. l. c. *terram*.

2. *praecursorem tui* — Codd. N, R, Cas. 3. *praecursorem tuum;* hanc lectionem cod. O memorat, sed non adprobat. Pro *ut eiiciam*, cod. F *et eiiciat;* Rabanus *et eiiciet;* item Augustinus cum graeco. Pro *Amorrhaeum, et Hethaeum*, cod. A *Amorrhaeum, Chettaeum;* Brev. Goth. l. c. *Hethaeum, et Amorrhaeum et Cethaeum*. Post *Pherezaeum* Rabanus addit *et Gergesaeum*, uti samaritanus, graecus et Augustinus; in graeco tamen horum nominum ordo turbatus videtur; conf. ad Ex. III, 8. et XXXIV, 11.

3. *et intres* — Brev. Goth. l. c. *et intrent;* Bibl. Lugd. 1535. *ut intres*. Pro *cervicis es*, Sixtus, codd. A, B, C, D, F, G, O, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Reg., Rob. Steph. 1540., Lov., all., Bruno ast., Petrus Com. *cervicis est;* at recte emendarunt sixtini et gregoriani, aliis suffragantibus codd. et edd., unde Toletus: « Lege *es;* sic hebr., graecus, Ordin., mss. » et Congregatio. » Cf. Rocca I, 310. et Bukentopius l. c.

4. *Audiensque* — Sixtini, codd. A, F, V, Cas. 1., Rabanus *Audiens autem;* codd. B, C, D, E, R, T, U, Cas. 18., Bibl. Ordin., Hugo, Bruno ast. *Audiens*.

5. *Dixitque* — Codd. F, V *Dixit quoque*. Pro *es*, codd. G, S, Cas. 4. *est*. Pro *ascendam*, codd. Cas. 10. *descendam*. Cod. E tacet *et* ante *delebo;* conf. Holmes. Denique pro *ornatum*, tum heic, tum sequenti versiculo legunt *ornamentum* codd. A, U, Cas. 2., Brev. Goth. l. c.; item Lucifer calar.

6. *Horeb* — Codd. A, C, D, all. *Choreb;* item itala; conf. ad Ex. III, 1.

8. *egrederetur* — Rabanus *egrediebatur;* it. Lucifer calar. Post *tabernaculum* cod. Cas. 1. addit *foederis*. Pro *in ostio*, sixtini, cod. A, Lucifer calar. *ad ostium*. Post *papilionis*, cod. E tacet *sui;* item armenus. Pro *aspiciebantque*, cod. G, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph.; all., Glossa interlinearis *respiciebantque*. Pro *tergum*, codd. B, Cas. 11. *post tergum*.

9. *ad ostium* — Codd. E, F, L 2., R, V, Cas. 1., Bibl. Lugd. 1550. et Lucifer calar. addunt *tabernaculi;* item hebr., graecus et reliqui; Paterius c. 56. *ante ostium*. Post *loquebaturque* addunt *Dominus* codd. L, O, R, S, Cas. 7., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all.; item arabs, slav. mosq., cod. 153. Kennic.; accedit Ionathanus qui addit מימרא דיי.

10. *Stabantque* — Margo Ordin. cum hebr. *Surgebantque*. Pro *ipsi, et*, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et ipsi, et*.

11. *Loquebatur autem* — Codd. F, Cas. 3. tacent *autem*. Pro *ad Moysen*, Rupertus *Moysi;* cf. Sabatier. Pro *solet loqui*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Brev. Goth. p. 442., Gregorius M. I, 600. IV, 85., Beda II, 397. 1172. IV, 379., Bruno ast., Rupertus, Gualterus CCIX, 440. *loqui solet*. Pro *ad amicum suum*, Brev. Goth., Gregorius M. et Beda ll. cc. *cum amico suo;* item syrus et Onkelos; Gualterius l. c. *ad proximum suum*. Post *minister* Bibl. Paris. 1566. tacent *eius*, uti Lucifer calar. cum graeco. Pro *puer*, sixtini et cod. A *adhuc puer*.

12. *Praecipis ut educam* — Cod. E *Praecepisti ut ducam;* Rabanus pro *ut* legit *et*. Post *indicas* codd. Cas. 2. tacent *mihi;* item alii apud Holmes. Pro *missurus es*, sixtini, codd. A, B, F, G, H, N*, R, V, Cas. 10., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all. *missurus sis;* margo Ordin. *missurus est*. Post *dixeris* codd. Cas. 11. addunt *mihi;* item Augustinus cum graeco. Ad verba *Novi te ex nomine*, Beda III, 534. addit *tuo;* codex H notat in margine hebraeum legere *Notescam tibi in nomine;* item vers. 17. Hebraicae phrasis sensus est: Singulari te benevolentia prosequar; nec male graecus interpretatur οἶδά σε παρὰ πάντας.

13. *Si ergo* — Brev. Goth. l. c. *Si enim*. Post *conspectu tuo*, cod. Cas. 1. addit *Domine*. Pro *faciem tuam*, cod. A et Beda V, 29. *glo-*

riam tuam; sixtini, codd. B, H, L 6., Q, Cas. 10., cod. Legionen. et margo Ord. *viam tuam;* pro hac lectione scholiastes codicis N animadvertit: « Hebraeus et satis antiqui et Stra- » bus hic habent *viam;* quae littera videtur » magis pro sensu litterali, quia hic ageba- » tur de ducatu viae. Sed postea infra dici- » tur (v. 18.): *Ostende mihi gloriam tuam,* » ubi de visione Dei tangitur. Tamen ad idem » de via potest reduci quod antiquiores ha- » bent sic: *Ostende mihi faciem tuam;* id est » nos ad tuum beneplacitum deducendo : » graecus habet *teipsum.* » Margo cod. V notat: « Hebr. antiqui et Strabus habent *viam.* » Sixtinorum correctionem gregoriani primo receperant; unde ad clementinos referenda sunt ea quae Lucas Brugensis scribit: « Non iudi- » carunt romani correctores pro *faciem* sub- » stituendum *viam.* » Ceteris auctoribus a Sabatierio excitatis, qui ex veteri itala habent *temetipsum manifeste,* addes Gregorium M. I, 600. 1246. IV, 85., Taionem LXXX, 769., Isidorum V, 389., Bedam IV, 379. Garnerum CXCIII, 230. et Thomasium VII, 119. Reliqui veteres interpretes vel cum hebraeo *viam,* vel cum samaritano *vias* legunt. Ad verba *gentem hanc* cod. S, Brev. Goth. l. c. praemittunt *et.*

14. *Dixitque* — Sixtini cum cod. A *Dixit autem;* codd. F, V *Dixit quoque.*

15. *Et ait Moyses* — Cod. A *Et Moyses.* Pro *praecedas,* sixtini, codd. A, Cas. 2., Rabanus *praecedis;* codd. B, C, D, E, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 19., Brev. Goth. l. c., Rupertus, Petrus Com. *praecedes.* Pro *ne educas,* codd. F, V, Rabanus, Bruno ast. *non educas;* cod. U *nec ducas.*

16. *ut glorificemur* — Brev. Goth. l. c. *et gloriemur.* Pro *ab omnibus,* cod. B, Petrus cellens. CCII, 661. *in omnibus.*

17. *Et verbum* — Cod. Cas. 1. et Brev. Goth. l. c. *En verbum.*

18. *Qui ait* — Cod. E *Moyses ait;* it. multi apud Holmes. Bruno ast. *Et ait.*

19. *Respondit* — Codd. F, V addunt *Dominus;* item slavon. et Augustinus. Pro *bonum,* duo codd. laudati a correctoribus Pii V. et margo Ord. *bonum meum;* item hebr. et vett. Pro *vocabo,* legunt *vocabor* codd. B, C, F, G, L, U 2. m., V, Cas. 12., Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1522., posteriores edd. Rob. Steph., all., Bruno ast., Rupertus, Hugo de s. Vict., Hildegardis CXCVII, 990., Petrus Com., Hugo a s. Charo; hanc autem lectionem respuunt vetera correctoria M, N, O, immo et Rabanus ex Augustini *Quaest. 154. in Ex.* scribit: « *Vocabo* autem dixit, non *vocabor,* activum » verbum pro passivo ponens, genere locu- » tionis inusitato. » Conf. Lucas Brugens. in *Notation.* et Mariana in h. l. Mox codd. Cas. 8. tacent *in,* uti Augustinus cum graeco, sed cf. Holmes. Pro *Domini,* cod. A *Dei.*

20. *videbit* — Cod. A *videt.*

21. *est locus* — Bibl. Ordin., Hugo eterian. CCII, 386. *locus est;* codd. B, N tacent *est,* ut graecus. Pro *apud me,* Gregorius M. I, 801. II, 967. *penes me;* Conc. item apud Harduin. I, 129. III, 500. IV, 816. et Augustinus apud Sabatier. Ante *stabis* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, N, O, T, U, V, Cas. 16., Petrus Dam. CXLIV, 924., Bruno ast., Rupertus, Hugo eter. l. c.; item graecus (at plures graeci codd. legunt καὶ), syrus et arabs; Rabanus utramque vocem omittit; mendose apud Bedam II, 332. *stabilis.* Pro *supra petram,* codd. A, C, D, E, all. *super petram;* it. Augustinus; Bibl. Ord. *supra firmam petram.*

22. *protegam dextera* — Codd. A, E, F, V, Cas. 2., Rabanus, Hildegardis l. c., Petrus cantor in *Spicil. solesm.* II, 232., Hugo eter. l. c. *protegam te dextera,* quibus favent hebr. et vett.; Bibl. Ordin. *protegam manu;* conf. Sabatier.

23. *tollamque* — Codd. Cas. 2. et margo Ordin. *auferamque;* item Augustinus; codd. Cas. 2. *ponamque.* Post *manum meam* cod. Cas. 1. legit *a te, et tunc videbis;* cf. Holmes.

Cap. XXXIV, 1. *Praecide... instar priorum* — Rabanus cum Augustino *Excide... sicut et primas;* conf. vers. 4.

2. *statim in* — Cod. Cas. 1. *diluculo in;* item hebr.; Bruno ast. *statim supra;* cod. E tacet *in.*

3. *boves quoque et oves* — Codd. E, F, H, V, Rabanus *oves quoque et boves;* consentiunt hebr., graecus et reliqui; Bibl. Ordin. *bovesque et oves.* Conf. IX, 3. XXII, 1. 10. Pro *pascantur,* codd. F, Cas. 10. *pascentur;* hebr. ירעו.

4. *Excidit ergo* — Cod. Cas. 1. addit *Moyses;* item samaritanus, arabs et georg.; hebr. et reliqui istud nomen addunt tantum post *consurgens.* Pro *antea,* sixtini, codd. A, E, F, H, Rabanus *ante.* Pro *fuerant,* cod. R et Rabanus *fuerunt.* Pro *et de nocte,* cod. E *inde nocte;* margo Ordin. cum hebr. et graeco *et mane.* Ante *montem* tacent *in* codd. A, C, D, S, V, Cas. 6., Bruno ast. Pro *praeceperat ei,* sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Brev. Goth. l. c., Rabanus *ei praeceperat;* codd. A, N, O, tacent *ei;* item cod. 4. Kennic. Pro *secum tabulas,* codd. G, V, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Lugd. 1550., Paris. 1566., all., margo Ordin. et Bruno ast. *secum duas tabulas;* item hebr. et vett. Pro hac lectione editores lovanienses codicem unum excitant; at hic codex non est nisi editio Bibliorum moguntina 1462., quam Rob. Steph. in edit. 1540. laudavit: ex mendo autem typographorum in novissimis edd. hentenianis, uti Ant. 1583., Ven. 1588., all., pro *1.* legitur 7. Post *tabulas* codd. Cas. 2. et margo Ord. addunt *lapideas,* quod et alii vett. cum hebraeo legunt, uti adnotarunt correctores Pii V.

5. *stetit Moyses* — Cod. H, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., margo Ord. *stetit ibidem;* item hebr., graecus (de quo tamen cf. Holmes.) et reliqui; Ionathanus utramque lectionem connectere videtur. Correctores Pii V. adnotarunt: « *stetit ibi cum eo invocans no-* » *men Domini;* scilicet stetit Dominus, cuius » videntur esse omnia verba usque ad versi- » culum *Festinusque Moyses;* et ita legunt » hebr., graecus et duo codices. » Hanc lectionem Martianaeus eruit ex codice sangermanensi (in cuius margine praeterea scholiastes adnotavit *id est cum Mose*), eamdemque vere hieronymianam esse censuerat. At repugnant Lucas Brugensis et Vallarsius; immo ipsemet Martianaeus ad calcem sui voluminis palinodiam cecinit, communemque lectionem restituit; quod Vallarsio reticendum non fuisset. Licet porro vulgatam lectionem hieronymianam esse negare non audeamus, adeoque intactam servandam iudicemus, tamen collatis hebr. et antiquis interpretibus et Ex. XXXIII, 19. Num. XIV, 18., dubitare non possumus verba quae sequuntur non a Mose, sed ab ipso Deo prolata fuisse. Pro *cum eo,* codd. Cas. 3. et margo Ordin. *coram eo;* item armenus. Pro *invocans nomen Domini,* laudatus codex Martianaei *invocans in nomine Domini;* item hebr.; conf. Holmes.

6. *Quo transeunte* — Idem cod. H *Et transiens Dominus.* Vide quae superius adnotavimus. Pro *ait,* margo Ordin. cum hebraeo *clamavit.* Pro *ac verax,* cod. O, Bibl. Paris. 1566. et Hieronymus aliique apud Sabatier. *et verax;* codd. E, F, G, S, Cas. 15., Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus *ac verus;* codd. A, N*, R, Beda II, 1162., Martinus leg. CCVIII, 353. *et verus.*

7. *qui aufers* — Codd. A, B, E, Cas. 9. *qui auferes;* margo Ordin. *qui fers.* Pro *iniquitatem,* codd. Cas. 12. *iniquitates;* item itala cum graeco. Ante *scelera* cod. F tacet *et;* mendose reticetur in latina versione samaritani in polyglottis. Pro *reddis,* codd. A, B, C, D, E, N, O, T, U, V, Cas. 13., Martinus leg. semel l. c. *reddes;* scholiastes in cod. N scribit: « Secun- » dum antiquos *reddes.* Cum approbati codi- » ces habeant in futuro, et hebraeus habeat » *visitans,* non videtur mihi, quod dicitur » *reddes,* mutandum in *reddis,* quod fecerunt » quidam; sed est illud efficacius allegatum, » quasi dicat bene in novissimis diebus pu- » nies hoc peccatum in filiis. »

Ibid. *patrum filiis* — Codd. A 1. m., C, E, F, G, S, T, V, Cas. 11., Taio LXXX, 794., Iulianus tolet. XCVI, 609., Rabanus, Rupertus *patrum in filiis;* Brev. Goth. l. c., Gregorius M. I, 491., Beda IV, 379. *patrum in filios,* item Fulgentius; neque abludunt hebr. et graecus; cod. B 1. m. tacet *patrum,* uti

cod. 236. Kennic. Pro *ac nepotibus*, cod. E *et nepotibus usque;* Gregorius M. et Beda ll. cc. *ac nepotes;* tacet Brev. Goth. l. c., cui suffragantur codices kennicottianus 84., derossianus 840., holmesianus 106., arabs, Ionathanus et targum hierosolym.; accedunt loca parallela Ex. XX, 5. Num. XIV, 18. Deut. V, 9. ex quibus Neidhart *(Observ. crit. in cod. hemst. p. 6.)* hanc probat lectionem; at cf. Tob. IX, 11. Pro *progeniem*, codd. B, V, Cas. 1., Brev. Goth. l. c., Beda l. c., Rupertus *generationem;* item Hieronymus V, 199. et loca parallela mox laudata.

8. *curvatus* — Bibl. Ordin., Lugd. 1535., all. *incurvatus;* mox Rupertus tacet *pronus;* nam pro eo quod Vulgatus habet *curvatus est pronus*, hebr. legit ויקד, graecus κύψας. Pro *terram*, codd. A, G, U, V, *terra;* cf. ad Gen. XIX, 1.

9. *gradiaris* — Cod. A *egrediaris;* codd. E, U *gradieris*. Pro *et auferas*, codd. B, T, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545., all., Brev. Goth. l. c. *ut auferas;* cod. V *et auferes*.

10. *videntibus cunctis* — Rupertus, Gualterus CCIX, 440. *cunctis videntibus;* Bruno ast. praemittit *et*. Pro *visa sunt*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, T, U, Bibl. Ord., Rabanus, Rupertus *sunt visa*. Pro *nec in ullis*, cod. A *nec ullis;* Brev. Goth. l. c. *et in nullis*. Mox tacent *iste* codd. B, E, G, H, L 3. (seu Q), Cas. 18., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Bruno ast.; qui postremus omittit et *Domini*.

11. *mando* — Codd. plerique et veteres edd. legunt *mandavi;* Cas. 3. *mandabo;* hodiernam lectionem ad fidem codd. A, B, Cas. 11. intulerunt sixtini quos reliqui censores romani sequuti sunt, eisque suffragantur hebr. et veteres; cf. Rocca l. c. et Lucas Brugens. Ante *Chananaeum* Bibl. Ordin. tacent *et* (uti duo codd. Kennic. et unus Holmesii); mox legunt *Hevaeumque*. Post *Iebusaeum* codd. L 4. addunt *et Gergesaeum;* idem additamentum habent samaritanus et graecus, sed alium atque alium ordinem sequuntur; cf. ad XXXIII, 2. et vide notas Lirani et Lucae Brugens.

12. *terrae illius* — Cod. Cas. 1. addit *participeris, neque*. Pro *sint tibi*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, Bibl. Ord., Paris. 1566., Hugo, Rabanus, Rupertus III, 982. *tibi sint;* codd. Cas. 4. *sunt tibi;* codd. T, U, V, Bruno ast. *tibi sunt*.

13. *sed aras* — Codd. C 1. m., D, R, V, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all. *sed et aras*. Ante *confringe* praemittunt *et* Bibl. moguntina 1462., Paris. 1566., all.; item hebr. et vett. Codex, quem lovanienses pro hac lectione protulerunt, est ipsa editio moguntina.

14. *noli adorare* — Bruno ast. *nolite adorare;* ex graeco Augustinus in *Spec.* c. 44. edit. Maii, *Non enim adorabitis;* hanc lectionem contra fidem sui textus exprimit latina versio samaritani in polyglottis. Pro *adorare Deum*, cod. F mendose *adorare Dominum Deum;* immo cum sermo sit de idolo, rectius scriberetur *adorare deum*, prout alias habent edd. vaticanae.

15. *illarum regionum* — Sixtini cum cod. A *regionum illarum*. Pro *simulacra eorum*, Rabanus *simulacra sua*. Hoc loco adnotandum ducimus editiones vaticanas, aliasque veteres, plerumque scribere *simulachrum* cum adspiratione; quod profecto contra rectam huius verbi scribendi rationem est; neque a plerisque recentioribus imitandum fuisset. Pro *ut comedas de immolatis*, sixtini, codd. H, L (seu Q), Cas. 13., Bibl. Ord., Hugo *et comedas de immolatis;* margo Ordin. addit *suis*, uti hebr. et vett.; Augustinus l. c. *et manduces de sacrificiis eorum;* conf. Holmes.

16. *accipies* — Codd. B, F, G, H, V, Cas. 5. *accipias;* favent hebr. et vett. Pro *ipsae fuerint fornicatae*, sixtini cum cod. A *fornicatae ipsae fuerint*. Ante *filios* tacent *et* codd. B, E, S, Bibl. Ordin., all.; item Bibl. Paris. 1566. ubi praeterea ordine praepostero legitur *in deos suos filios tuos*.

18. *diebus* — Cod. B *dierum*. Idem codex tacet *tibi*. Pro *mensis*, codd. F, Cas. 2., Bibl. Ven. 1533., Hugo, Humbertus Card. CXLIII, 934. *messis;* cod. V *mensium;* at recte scho-

liastes in cod. M: « Quidam male habent hic » *messis* sicut supra XXIII. (v. 15.), cum » glossa exponat *mensis*, et in hebraeo et in » LXX. sit *mensis*, id est aprilis, quando novi » spicarum manipuli offerebantur. »

19. *aperit* — Cod. G, Bibl. Paris. 1566. *aperuit*. Pro *masculini*, cod. B *masculi;* item mendose Vulgatus in polyglottis londin. Post *animantibus* codd. Cas. 5. addunt *terrae*.

20. *sin autem* — Codd. Cas. 5., Bibl. Reg., Ven. 1476., Lugd. 1550., all. *si autem*. Pro *nec pretium pro eo*, cod. C *pretium pro eo non*. Pro *Primogenitum filiorum*, codd. Cas. 12. *Primogenita filiorum;* concinit arabs; cf. Hieronymus II, 215.

21. *die septimo* — Codd. G 1. m., D, S, T praemittunt *in*.

22. *facies tibi* — Codd. Cas. 5. cum graeco *facies mihi*. Pro *primitiis*, cod. A *primitivis;* cod. F *primitias*. Pro *messis*, cod. F *mensis;* conf. ad XXIII, 16. Pro *anni*, cod. 1 *omni*. Margo Ordin. *colliguntur* pro *conduntur*.

23. *omnipotentis* — Margo Ord. cum hebr. *dominatoris*. Post *Dei* codd. G, S, Cas. 2. addunt *tui*, ut v. seq., et multi graeci codices.

25. *Non* — Cod. E addit *enim;* item arabs et duo codd. Kenn. Pro *hostiae meae*, cod. G, Bibl. Ordin., Lugd. 1522. *hostiae tuae;* item decem codd. holmesiani; syrus et cod. 674. Kennic. tacent pronomen; cf. ad XXIII, 18. Pro *residebit*, cod. Cas. 1. *remanebit*. Ante *mane* addunt *usque* cod. Cas. 1., margo Ord. et locus parallelus Ex. XXIII, 18.; item duo codices memorati a correctoribus Pii V., et semel Augustinus; hebr. לבקר; Ionathanus aperte עד צפרא, eamdemque lectionem habet Onkelos in polyglottis Antuerp. Pro *de victima*, codd. G, L, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *de victimis;* accedit graecus, de quo cf. Holmes.

26. *in domo* — Cod. A, Augustinus in *Spec.* et Ambrosius *in domum*.

27. *et tecum* — Codd. Cas. 7. tacent *et*. Pro *cum Israel*, codd. B, F, Cas. 14., Miss. Moz. p. 306. *cum filiis Israel;* concinit arabs.

28. *Fuit* — Primo sixtini, codd. A, B, C, D, I, N, O, T, U, Cas. 15., cod. Legion., Bibl. Rob. Steph. 1540., Ant. 1542., Lugd. 1551. 1556. *Fecit;* cod. N adnotat: « Antiqui *Fecit:* » novi pro *Fecit*, fecerunt *Fuit;* sed primum » multo sententiosius; nam et de dormiente » et otioso potuisset dici *Fuit*. » Huius scholii initium male interpretatus est librarius qui descripsit codicem V dum heic ad marginem adnotavit: « Antiqui *Fecit;* novi *Profecit*. » Codd. F, V, Cas. 1., Petrus Dam. CXLV, 647. et Abulensis *Stetit*. Post verba *cum Domino* addunt *Moyses* codd. F, L, R, S, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph., all., Miss. Moz. l. c., Petrus Dam. l. c.; item Augustinus cum graeco. Codd. S, Cas. 1. addunt *et* ante *panem*. Pro *in tabulis*, Miss. Moz. l. c. *in tabulas*.

29. *descenderet* — Codd. G, Cas. 3., margo Ordin., Petrus Com., Brev. rom. in Resp. VII. Dom. IV. Quadr. *descendisset*. Mox cod. Cas. 1., Brev. rom. l. c. et Bibl. Ord. tacent *Moyses*. Post *tabulas* addunt *lapideas* codd. V, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Bruno ast.; item cod. 109. Kennic.

Ibid. *cornuta* — Isidorus Clarius *radians quasi cornuta*. Quamvis non reiiciamus, immo potius adprobemus interpretationem vocis קרן, quam hoc loco fere omnes veteres exhibent (conf. Rupertus in h. l. et II, 389., Petrus Com., Thomas aquin. in II Cor. 3. lect. 2., Natalis Alex. l. c.), qui de *radiante* Mosis facie illam accipiunt; tamen neque absurdam, neque ridiculam censemus Hieronymi versionem, uti volunt Amama in *antibar. p. 361.* et Gesenius in *Thesauro* p. 1238.; nam Hieronymus, Aquilam secutus, (conf. Hieronym. VI, 321.) praecipuam vocis illius notionem expressit: eodemque iure quo, ex ipsius Gesenii sententia, recte arabes primos solis orientis radios cum cornubus comparant, ipsumque solem dorcada (الغزالة) appellant (cf. Gesen. *Thes.* p. 46.), potuit Moses, potuit Hieronymus *cornua* ponere pro *radiis*. Quum enim satis aperte ex orationis

serie constet Mosis faciem ita coruscasse, ut intuentium oculis incommodaret, denotandum erat illam radiorum effusionem ex ore Mosis per bifidam nescio quam radiationem procedentem, veluti binos lucis processus, vel quasi duo cornua repraesentasse; cf. Mazochius *Spicil. bibl.* II, 78. Apte ad rem nostram Champollionius (*Dictionnaire Egyptien*, p. 121.) docet *duo cornua* in hieroglyphica aegyptiorum scriptura esse « caractère symbolique, exprimant l'idée *briller, resplendir, rayonner, splendere*, ⲃⲟⲩⲃⲟⲩ, parceque les orientaux trouvaient une analogie marquée entre les cornes et les rayons du soleil. » Pro *facies sua*, Rupertus *facies eius*. Pro *Domini*, codd. A, C, D, G, H, N, O, R, S, T, V, Cas. 18., Brev. rom. l. c., Rabanus, Rupertus *Dei*, ut syrus et arabs; reliqui silent.

30. *Videntes autem* — Codd. C, D, N, O, U, Cas. 1., Bibl. Ordin., Paris. 1566., all., Rupertus *Videns autem;* favent hebr. et vett. Hinc scholiastes cod. N animadvertit: « Hebr. » et antiqui habent in singulari, non habent » *Videntes;* et infra *timuerunt;* resumitur ergo » *Videntes* de eo quod est *Videns;* similiter » I Esd. IV. (v. 3.) et Ierem. XXVI. (v. 8.) » Miss. Moz. l. c. tacet *autem*. Pro *filii Israel*, cod. V, Rabanus, Rupertus II, 389. *filii eius*. Pro *Moysi faciem*, cod. V, Miss. Moz. l. c. *faciem Moysi*.

31. *locutus est ad eos* — Tacent *ad eos* sixtini, codd. A, B (quem heic Blanchinius mendose edidit), C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ordin., Miss. Moz. l. c., Rabanus, Bruno ast.

32. *etiam omnes* — Codd. G, Cas. 1. tacent *etiam*. Mox cod. E tacet *a Domino*.

34. *Quod* — Codd. V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522., margo Ord., Rabanus *Qui*. Codex, quem pro hac lectione laudant lovanienses, non est nisi editio Compl. a Rob. Steph. excitata. Post *ingressus*, Rabanus addit *est*.

35. *ille rursus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Paris. 1566., all., Rabanus, Rupertus *rursus ille;* codd. L 4., Cas. 1., Bibl. Lugd. 1550. addunt *velamine*, uti hebr. et vett.; at « facile, ait Lucas » Brugen., intelligitur, etiam non additum. » Mox particulam *si* tacent codd. E, G et Rabanus.

Cap. XXXV, 1. *Igitur congregata* — Cod. E addit *ad eum;* Cas. 1. interponit *Moyses;* item hebr. et vett. Mox cod. A tacet *fieri*.

2. *septimus dies* — Cod. E *septimo die*. Pro *et requies*, codd. F, G, Cas. 3., Bruno ast. *est requies;* cf. Holmes.; cod. V *est et requies*.

3. *succendetis* — Cod. A *succenditis;* cod. E *accenditis*. Pro *habitaculis*, codd. Cas. 2. *tabernaculis;* Bruno ast. *habitationibus*.

5. *primitias* — Margo cod. H notat hebr. legere *oblationes;* item vers. 21.; margo Ord. *oblationem;* conf. ad Ex. XXV, 2. Pro *prono animo offerat*, codd. B, G, H, L, Q, V, Cas. 2., Rabanus, glossa inter Opp. Isidori VII, 412. *prompto animo offerat;* Cas. 1. *prompti animi offerat;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, O, R, T, U, Cas. 16., Petrus Dam. CXLIV, 432. CXLV, 209. *proni animi offeret* (nonnulli ex laudatis codd. *offerat*). Mox codd. Cas. 2. tacent *eas*. Ante *argentum* tacent *et* codd. C, D, E, F, H, T, U, V, Cas. 10., Petrus Dam. CXLV, 209., samaritanus et graecus; cf. ad XXV, 3.; perperam omittitur in latina versione Ionathani. Item tacent *et* post *argentum* cod. F, Bibl. Lugd. 1535., Petrus Dam. l. c. et graecus.

6. *hyacinthum et purpuram* — Tacent particulam coniunctionis sixtini, codd. A, B, G, Cas. 2., Bibl. Ordin., et graecus; sed legitur in omnibus versionibus ex graeco derivatis, nempe in coptica, arab., slav., georg., armeniaca; rursum contra fidem sui textus omittitur in latina versione Ionathani. Cod. E legit *et hyacinthum, purpuram;* copulam praemittunt hebr. et vett., exceptis samaritano et graeco. Pro *pilos*, codd. S, Cas. 3. *et pilos;* Bibl. Ordin. *pilosque;* item hebr. et reliqui; cf. ad XXV, 4.

7. *pellesque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Petrus Dam. l. c. *et pelles*. Pro *ianthinas*, codd. A, C, D, E, F, G, L, R, S, T, U, V,

Cas. omnes, Bibl. Ven. 1476., Reg., pleraque Rob. Steph., all., Rabanus et graecus *hyacinthinas;* conf. ad XXVI, 14.

8. *et ut conficiatur*—Codd. B, F tacent *ut;* Rabanus omittit nexum. Hic versiculus in graeco desideratur.

9. *ad ornatum superhumeralis et rationalis* — Codd. A 1. m., G, Cas. 15. *ad ornandum superhumerale et rationale.*

10. *sapiens est* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Rabanus *est sapiens.* Pro *veniat,* cod. B *veniet;* accedit samaritanus; hebr. et reliqui *venient.* Pro *imperavit,* cod. Cas. 1. *praecepit;* Bibl. Compl. et Reg. *imperaverat.*

11. *tabulata* — Codd. V, Cas. 1. *tabulas;* hebr. קרשיו; cf. ad XXXVI, 34. Ante *paxillos* Bibl. Rob. Steph. 1545. addunt *et;* item non pauci codd. hebraici apud De-Rossi, samaritanus, graecus, syrus, arabs, targum hierosol. et Ionathani; mendose enim huius latina versio tacet nexum, quod e contra perperam exprimitur in latina vers. Onkelosi. Correctores Pii V. animadvertunt: « Pro *pa-* » *xillos,* legitur *columnas* in hebr. et chald. » hic et supra cap. XXVI. (v. 32. 37.) ubi in » hebraeo est idem verbum: item quidam hic » habent in margine. Quae lectio videtur me- » lior, cum alioqui paxilli non habeant ba- » ses; et esset superfluum loqui hic de pa- » xillis, cum de his paulo infra hoc eodem » capite (v. 18.) dicatur. » Hinc Isidorus Clarius legit *columnas eius,* uti hebr. et vett.

12. *Arcam et vectes* — Cod. E *Et vectes, arcam et;* Cas. 1. *Arcam et vectes et;* post *vectes* addunt nexum samaritanus, graecus, syrus et arabs. Pro *oppanditur,* codd. E, F, V, Cas. 3., margo Ordin. *appenditur;* conf. ad XXVII, 21.

13. *propositionis panibus* — Cod. B *propositio panis.*

15. *Altare* — Codd. Cas. 12. cum hebr. et reliquis, excepto samaritano, praemittunt *et,* cod. E *in.* Ante *oleum* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., Hugo.

16. *basim* — Sixtus, codd. C, D, N, O, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Lov., posteriores edd. Rob. Steph., all. *bases;* emendarunt sixtini et gregoriani cum codd. A, B, H, L 7., Q, all., Bibl. Compl., Reg. et margo Ord.; quibus favent hebr. et vett.; cf. Rocca I, 310., Bukentopius p. 392. et Lucas Brug.; pro hac lectione correctores Pii V. recte provocabant ad Ex. XXX, 18. et XXXVIII, 8.

18. *et atrii*—Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph., all. tacent nexum; margo Ordin. cum hebr. legit *et paxillos atrii.*

19. *ministerio* — Bibl. Reg. male *mysterio.*

20. *de conspectu Moysi* — Cod. Cas. 1. tacet, ut cod. 72. Holmes.

21. *obtulerunt* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, I, R, S, T, U, Cas. 22., Hugo *obtulit;* item arabs; Augustinus legit *attulerunt,* sed notat: « Poterat usitatius dici *adtulit.* » Conf. Sabatier. Pro *ad cultum,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, O, T, U, Cas. 16., Gregorius M. I, 966. IV, 88. *in cultum;* cod. F, Martinus legion. CCVIII, 345. addunt *eius;* uti hebr. et vett.; Gregorius M. l. c. addit *tabernaculi;* sed vide ibidem notam editor. maurin. Mox ante *vestes* cod. Cas. 1. tacet *ad.* Pro *erat,* cod. B *erit;* margo Ordin. *est.*

22. *dextralia*—Cod. Cas. 1. notat: « Orna- » menta manus dexterae. » Ad hanc vocem Forcellinius addere potuisset Hieronymi aliorumque Isidoro antiquiorum testimonia. Cf. Cangius et Maius *Class. AA.* VIII, 169. Ceterum graecum interpretem imitatus est Hieronymus; nam ille habet περιδέξια; cf. Gesenius *Thesaur. p. 692.*

23. *habebat* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, T, U, V, Cas. omnes, cod. Legion., Gregorius M. l. c., Beda IV, 384., Garnerus et Gerhohus CXCIII, 451. 619., Martinus leg. l. c. *habuit.* Bibl. Ven. 1476., Reg., Ordin., Rob. Steph., aliaeque plures edd. addunt *aurum,* quod recte a lovaniensibus abiectum fuit. Ante *purpuram* sixtini expunxerunt *et,* nec legitur in codd. A, B, E, F, G, Cas. 19., Gregorio M., Beda, Garnero et Martino leg.

ll. cc. Pro *ianthinas*, Sixtus, fere omnes codd. et edd. veteres *hyacinthinas;* quod post sixtinos emendarunt clementini; item codd. H, L, Q, Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., all.; cf. supra ad vers. 7.; nam heic quoque habemus תחשים.

24. *argenti* — Addunt *et auri* codd. B, F, I, L, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1540. 1545., Lugd. 1522. 1550., Hugo, all.; praemittunt *auri et* Bibl. Ord. et Martinus leg. l. c. His accedunt pauci codices holmesiani. « At merito, ait Lucas Brugensis, deletum est » quod quidam addunt *et auri.* » Pro *aerisque*, codd. paene omnes, Gerhohus et Martinus leg. ll. cc. *et aeris.* Pro *metalla*, codd. Cas. 9. *metallum.* Mox codd. Cas. 2. tacent *Domino.* Pro *lignaque*, cod. E *ligna quoque.*

25. *quae neverant, dederunt* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, N, R, S, T, U, V, Cas. 14., cod. Legionen., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo, Gerhohus l. c. *dederunt quae neverant;* codd. A, B 2. m., G, U, V *noverant;* codd. D 2. m., S *voverant*, pro *neverant;* Bibl. Lugd. 1535. addunt *quae necessaria erant.* Mox pro *et vermiculum*, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *ac vermiculum.*

26. *caprarum* — Margo Ordin. cum hebr. addit *quos neverant.*

27. *Principes vero* — Codd. F, V, Cas. 1. addunt *multitudinis.* Mox cod. E legit *et superhumerale.*

28. *et ad praeparandum* — Bibl. Paris. 1566. tacent *ad.* Pro *ac thymiama*, codd. H, V *et thymiama.*

29. *mente devota obtulerunt donaria* — Sixtini cum cod. A *obtulerunt donaria mente devota.* Legunt *obtulere* codd. C, D, N, T, U. Pro *iusserat*, cod. A *praeceperat.* Pro *per manum Moysi. Cuncti filii*, codd. A, B, U, Miss. Moz. p. 658. 796. *per manus Moysi cunctis filiis;* accedit armenus. Post *voluntaria*, Hugo et margo Ordin. addunt *mente;* cod. V legit *voluntarie.*

30. *vocavit* — Bibl. Antuerp. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Ven. 1579. addunt *vos;* at repugnant reliquae edd. hentenianae.

31. *Dei* — Codd. S, Cas. 20. tacent. Pro *sapientia et intelligentia, et scientia et omni*, sixtini, codd. A, D, E, F, R, S, V, Cas. 20. et glossa interlinearis cum graeco *sapientiae et intelligentiae et scientiae, omni;* his consentit cod. B, excepto quod tacet *et intelligentiae;* conf. Sabatierius; praeterea ante *omni* tacent *et* codd. G, O, T, U, Hugo; item arabs et cod. 389. Kennic.; cod. C legit *omnique.*

32. *opus* — Cod. Cas. 1. *omne opus;* accedit graecus. Pro *in auro*, Rabanus *ex auro;* cf. Glassii *philologia sacra* (ed. Lipsiae 1776.) I, 580. Post verba *et aere* Bibl. Ven. 1476., Ordin., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *et ferro;* Glassius l. c. hoc additamentum retinet.

33. *potest* — Margo Ordin. cum hebr. addit *et doceri;* sed refertur ad seq. versic.

34. *dedit* — Codd. L 5. addunt *Dominus*, quod Lucas Brugens. abiecit. Pro *corde eius*, cod. Cas. 1. *corde suo.* Ante *Ooliab* codd. Cas. 8. addunt *et.* Pro *Achisamech*, cod. B *Macisamech;* cod. H *Ahisamach.*

35. *abietarii* — Codd. A, F, G, U *abiectarii;* quod mendosum censemus. Si animo reputasset Forcellinius illud verbum a Hieronymo usurpatum fuisse, profecto inter barbaras voces non idem ablegasset. Ante *polymitarii* codd. C, G addunt *et;* item hebr. Pro *ac purpura*, codd. A, C, F, H, all., Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et purpura.*

Cap. XXXVI, 1. *dedit Dominus* — Codd. A, F, V *dedit Deus;* cf. Holmes.; Bibl. Ven. 1480. *Dominus dedit.* Pro *intellectum*, sixtini cum cod. A *intelligentiam;* concinit hebr. והבונה; Martianaeus notat alios latinos codd. legere *scientiam* cum graeco, alios *intelligentiam* cum hebr.; hisce et nonnulli codd. holmesiani suffragantur. Pro *scirent*, cod. A *sciant.* Pro *in usus*, Bibl. Reg., Paris. 1566., all. *in usu;* cod. E *in usum;* cf. ad XXX, 16. Post *praecepit Dominus* codd. B, F, V, Cas. 1., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1535., Hugo addunt *fieri.*

2. *eruditum virum* — Sixtini cum cod. A *virum eruditum.* Pro *Dominus*, codd. A, E, F, G, *Deus;* item graecus et arabs. Post *sapien-*

tiam codd. Cas. 13., Bibl. Ordin., Hugo addunt *et scientiam;* item nonnulli graeci codd. et versio slav.; cod. Cas. 1. addit *et intellectum.* Pro *obtulerant se,* codd. A, C 1. m., E *obtulerunt se;* cod. U *obtulerit se;* codd. Cas. 10. tacent *se.*

3. *universa*—Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *omnia.* Pro *operi, quotidie mane,* Bibl. Ordin. et Reg. *operi quotidie, mane;* minus recte.

5. *offert* — Cod. A *offeret;* mendose polyglotta londin. *offerebat.* Post *necessarium est,* margo Ord. addit *ad opus quod Dominus iussit fieri;* item hebr. et vett.

6. *offerat ultra* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Petrus Cantor. CCV, 79. *ultra offerat;* pro *offerat,* codd. Cas. 15. *offerant;* concinunt hebr. et vett. Pro *opere,* cod. E *opera.*

8. *tabernaculi*—Cod. B 2. m. addit *Domini Dei Israel.* Ante *purpura* sixtini cum cod. A tacent *et.* Pro *opere vario,* codd. F, Cas. 1. *opere plumario,* uti XXVI, 1. Ab hoc commate usque ad cap. XL. graecus alexandrinus, de quo plura dabit Grabius, omnia turbavit; immerito autem Calmetus dicit romanam editionem τῶν LXX. interpretum hoc loco negligentissime curatam; nam omnino ad vetustissimorum graecorum codicum fidem, contra ac factum fuerit in edit. Complutensi, quod probe adnotavit Flaminius Nobilius, exacta est. De illis autem Origenes in epist. ad Africanum §. 4. scribit: « Quid me opus est di» cere de Exodo, ubi quae pertinent ad ta» bernaculum, et eius atrium, ad arcam, et » ad indumenta summi pontificis et sacerdo» tum valde sunt mutata, adeo ut ne similis » quidem sensus esse videatur? » Cf. Montfauconii *Hexapla* ad h. cap.

9. *et in latitudine* — Codd. C, D, O, T, U, V tacent *et;* conf. XXVI, 2.

11. *Fecit et* — Cod. F *Fecit ergo et;* Bibl. Lugd. 1522. *Fecitque et.* In codd. D, V desiderantur verba *unius ex utroque latere, et in ora cortinae;* Adamus praem. CXCVIII, 643. tacet verba *ex utroque latere.*

14. *Fecit et* — Codd. C 1. m., D, O, T, U, Cas. 3. *Fecit ergo;* codd. F, V *Fecit ergo et.*

15. *in longitudine habebat*—Sixtini, codd. A, E, F, G, V, Adamus praem. l. c. *habebat in longitudine.*

17. *ansas quinquaginta* — Codd. Cas. 7. *ansas sexaginta.* Pro *iungerentur,* codd. A, Cas. 3., margo Ordin., Adamus praem. l. c. *necterentur;* hanc lectionem codex O modernis adscribit.

18. *tectum*—Cod. I *templum;* hebr. האהל, *tentorium.* Pro *ut unum,* codd. A, F, G, Cas. 12., margo Ordin., Adamus praem. l. c. *et unum.*

19. *opertorium*—Cod. Cas. 1. *operimentum.* Pro *velamentum,* codd. Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., margo Ordin. *velamen;* codd. F, V, Cas. 2. *operimentum,* uti XXVI, 14. Pro *ianthinis,* codd. A, B, C, D, F, G, L, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ven. 1476., Reg., pleraeque edd. Rob. Steph., all. *hyacinthinis;* concinit graecus (XXXIX, 21.); conf. ad XXVI, 14.

20. *Fecit et* — Biblia Lugdun. 1522. *Fecitque et.*

21. *semis cubitum* — Cod. B *semicubitum;* codd. F, V, Cas. 2. *semissem cubitum;* uti XXVI, 16.

22. *altera alteri iungeretur* — Cod. B *alteri altera iungerentur;* priores edd. Roberti Steph., Lovan. 1547., all. hentenianae usque ad recensionem Lucae Brugens. *alteri altera iungeretur.* Pro *tabernaculi tabulis,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Adamus praem. l. c. p. 636. *tabulis tabernaculi.*

24. *argenteis* — Margo Ord. addit *sub eis.* Pro *parte angulorum,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Adamus praem. l. c. *angulorum parte.* Pro *terminantur,* codd. F, N*, R, Cas. 4. *terminabantur;* Cas. 1. *iungebantur.*

25. *quae respicit* — Cod. A *qui respicit.*

26. *basibus argenteis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, R, S, T, U, V, Hugo, Adamus praem. l. c. *argenteis basibus.*

27. *Occidentem* — Codd. Cas. 2., margo Ordin. *occidentalem;* conf. XXVI, 22.

29. *iunctae* — Bibl. Antuerp. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *et iunctae;* favent hebr. et vett. Mox sixtini, codd. A, C, D, F, U, V tacent particulam *a* ante *deorsum;* Hugo legit *de deorsum.* Pro *sursum,* cod. S, Bibl. Ordin., Adamus praem. l. c. *ad sursum;* conf. ad XXVI, 24. Pro *compaginem,* sixtini, codd. A, B, G, H, R, S, V, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., all. *compagem;* item alii codices apud Lucam Brugensem; idque elegantius censetur. Ante *angulos,* Bibl. Lugd. 1522. 1550., Rob. Steph. 1528. 1532., all. addunt *singulos,* uti superiori versic.

30. *sedecim* — Cod. B praemittit *simul.*

32. *alios ad alterius* — Vallarsius tribuit Vulgato *alios vectes ad alterius,* quod non exstat nisi in eius mendosa editione. Pro *coaptandas tabulas,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Adamus praem. l. c. p. 640. *tabulas coaptandas.* Ante *extra* tacent *et* codd. A, F, G. Pro *hos, quinque alios,* Bibl. Reg., Paris. 1566., all. *hos quinque, alios.*

33. *vectem alium* — Cod. B praemittit *et;* Cas. 1. addit *de lignis sethim.*

34. *Ipsa autem tabulata* — Codd. Cas. 3. *Ipsas autem tabulas;* cod. G *Ipsas autem tabulatas:* cf. XXVI, 29. Ad verba *fusis basibus earum argenteis,* correctores Pii V. adnotarunt: « Haec non sunt in hebr. et in decem » mss., et videntur superflua, cum paulo su» perius hoc eodem capite de iis dictum sit. » Eadem verba ad vers. 36., ubi in Vulgato rursus occurrunt, pertinere videntur. Hinc recte expuncta heic fuerunt a sixtinis; quibus adstipulantur codd. A, C, D, E, H, I, N, O, T, U, Cas. 10., cod. Legion., Bibl. Ord., Hugo; immo scholiastes in cod. N aperte scribit: « Hic quidam male interponunt hoc *fusis* » *basibus eorum argenteis;* quae recte infra » (v. 36.) leguntur, scilicet ante illud *Fecit* » *et tentorium.* Ibi autem ponitur *earum.* » Concinit Lucas Brugensis qui animadvertit: « Haec pericope ut non habetur hebraice, ita » nec latine ab antiquis bonis libris mss. » Hinc miramur Martianaeum et Vallarsium adnotasse verba illa in editis et in omnibus mss. libris addita esse. Cum hebraeo textu faciunt versiones omnes veteres; item locus parallelus XXVI, 29. Gregoriani illa verba tamquam dubia subnotaverant; nil tamen definiisse videntur. Toletus aliquid humani passus est dum quaestionem solvit scribens: « In » hebraeo est *et fudit eis quatuor bases ar*» *genteas.* » Ex hac notula patet Toletum illa verba intacta ideo reliquisse, quia censuit eadem in hebraico textu lecta fuisse. Nullus tamen hebraicus codex haec legit ante v. 36. Ceterum pro *earum,* legunt *eorum* codd. C, N, S, Cas. 6., Bibl. Ant. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569.; item polyglotta londinensia.

Ibid. *aureos* — Codd. F 2. m., Cas. 7. *aeneos.* Pro *possent,* cod. C 1. m. *possunt;* codd. A, B, C 2. m., D, F 2. m., T, U, Bibl. Ord., Hugo *possint.* Pro *laminis aureis,* sixtini, codd. A, C, D, E, T, U, Hugo, Adamus praem. l. c. *aureis laminis.*

35. *et purpura* — Tacent *et* sixtini, codd. A, B 1. m., C, D, E, G, H, S, T, U, Cas. 17., Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1550., all. Pro *distinctum,* codd. C, D, G, R, T, U, V, Cas. 6. *bis tinctum.*

36. *de lignis* — Tacent codd. B, E; item hebr., graecus, Onkelos (mendosa est enim eius latina versio), syrus, graecus ven.

37. *in introitu* — Cod. A *in introitum.* Pro *plumarii,* cod. V et Bibl. Lugd. 1522. *plumario;* cod. A *polymetarii.*

38. *aeneas* — Codd. B, C, D, F, I, R, S, T, U, Cas. 12. addunt *quas operuit auro;* item codd. N, O, sed notant ab aliis haec expungi quia in hebr. non habentur; Bibl. Ord., Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522. 1535., posteriores edd. Rob. Steph., all. *quas et operuit auro.*

Cap. XXXVII, 1. *et arcam* — Codd. A, F tacent *et.* Pro *setim,* heic sixtini *settim;* vide quae praescripsimus ad XXV, 5. Pro *duos semis cubitos,* cod. B *duos semicubitos;* cod. V 2. m., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., priores

edd. Rob. Steph.; all. *duos et semis cubitos;* Bukentopius p. 12. et 146. animadvertit hebraeum et veteres omnes perspicue asserere arcam habuisse duos et semis cubitos longitudinis; neque alio sensu accipi possunt Vulgati verba; cf. XXV, 10. Huius autem latinae locutionis optimos testes attulit Forcellinius ad v. *semis;* unde perperam De Vence existimavit necessario legendum *et semis.* Pro *ac semissem in latitudine,* cod. A *semis in latitudinem.* Pro *unius cubiti fuit et dimidii,* sixtini, codd. A, F, G, Cas. 13., Bibl. Ord. *uno cubito fuit et dimidio.* Pro *ac foris,* cod. T, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Adamus praem. l. c. *et foris.*

3. *et duos in*—Codd. Cas. 13. addunt *latere.*

5. *in lateribus* — Sixtini cum cod. A *ex lateribus.*

6. *Fecit et*— Cod. E *Fecit quoque;* mox tacet *idest, oraculum;* quod ab interprete additum videtur. Pro *mundissimo,* sixtini, codd. A, G, U, V, Cas. 17., margo Ord. *purissimo.* Cod. E prosequitur *duo cubiti et dimidium in longitudine, et cubito ac semisse in latitudine;* codd. F, Cas. 2. *dimidio . . . . cubito ac semisse;* in postrema voce consentiunt codd. B, G, V; cod. A *dimidio . . . cubitum ac semissem;* conf. XXV, 17.

8. *Cherub* — Codd. A, C, D, E, G, all. *Cherubin,* vel *Cherubim;* conf. dicta ad XXV, 18. 19.; heic autem cod. O adnotat: « *Cherub,* » aliqui legunt *Cherubin;* sed cum *Cherub* » non declinetur secundum hebr., videtur hoc » factum vitio scriptorum: vel forte ex graeco » fuit translatum, ubi *Cherubim unum.* » At de graeco conf. Holmes. ad Ex. XXXVIII, 7. Pro *unius,* codd. A, C, D 1. m. *huius.* Pro *alterum,* cod. A *alium.* Pro *partis alterius,* cod. F *alterius partis;* mox tacet *singulis.*

9. *et illud respicientes*—Codd. A, F, H, R, Cas. 16. *et illud respectantes;* cod. B pro *illud,* legit *illuc;* codd. C, D, I, N, O, T, U, V tacent *et illud;* scholiastes cod. N adnotat: « Antiqui *seque mutuo respicientes;* quidam » novi *seque et illud respicientes;* alii *seque* » *mutuo ad illud respicientes*: sed huiusmodi » novitates esse videntur; ex eo enim quod » supra XXV. (v. 20.) satis dictum est, in- » telligitur quod si erant ex utraque parte » propitiatorii, et se mutuo respiciebant, non » poterat esse quin in illud vultus verterent. »

10. *altitudine* — Mendosa Calmeti editio, quam sequutus est Vallarsius, *latitudine.*

11. *mundissimo* — Codd. E, V *purissimo.* Pro *labium,* et vers. seq. *labio,* Sixtus habet *labrum,* et v. seq. *labro;* unde Toletus: « Corrige *labium* et *labio;* ita hebr.; graecus, » Compl., Reg., Ordin., Lovan., Congregatio » *(gregoriana).* Prior lectio est mendosa, et » Sixtus eam posuit. » Conf. ad XXX, 18. et Rocca l. c. Pro *per gyrum,* cod. A *in gyrum.*

12. *ipsique*—Bibl. Compl., Lugd. 1535. et Reg. *ipsi quoque.* Tacent *auream* 1°. loco sixtini, codd. A, C, D, T, U (item hebr. et vett.); et pro *auream* 2°. loco, codd. F, S, V, Cas. 5. *aureolam,* uti XXV, 25.

13. *angulis*—Codd. C, D, G, R, S, T, U, V, Bibl. Paris. 1566. *angulos;* item Vulgatus in polyglottis londin.

14. *misitque in eos* — Cod. A *misitque in eis.* Pro *possit,* codd. F, G, Cas. 21. *posset.*

15. *Ipsos quoque* — Cod. Cas. 1. *Ipsosque.*

16. *Et vasa* — Cod. Cas. 1. *Fecit et vasa;* item hebr. et vett. Ante *cyathos* sixtini, codd. A, B, F, G, H tacent *et.* De Vence legendum censet ordine inverso, uti XXV, 29. *thuribula, et cyathos,* eo quod sequatur *in quibus offerenda sunt libamina.* At hebraeus quoque et graecus in citato loco parallelo alium ordinem sequuntur. Si quid coniecturis indulgendum foret, conferes potius Num. IV, 7. ubi hebraeus (item graecus) ordinem quem heic habemus, servat, nempe ponit 1°. *scutellas,* 2°. *acerras,* 3°. *pateras,* 4°. *phialas libatorias;* adeoque hieronymiana verba ad hebraicum textum exiges si legeris *acetabula, thuribula, cyathos et phialas.* Ex quo patet Calmetum perperam adfirmasse hebraeum textum nil de thuribulis habere. Verum hieronymianae interpretationis indolem plane ignorare dicendus esset, qui emendandi libidine abreptus illam ad hebraici textus litte-

ram adamussim revocandam existimaret. Pro *ex auro puro*, cod. E, Bibl. Ord. *de auro purissimo;* margo Ordin. *ex auro mundissimo;* cf. XXV, 29. Pro *libamina*, codd. B 1. m., E *liba;* conf. ad XXX, 9.

17. *sphaerulaeque*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Ordin., Hugo *sphaerulae;* item hebr., chald., graecus ven. Pro *ac lilia*, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Lugd. 1522., Ven. 1533., all. *simul et lilia*, ut infra vers. 20.

18. *ex altera* — Cod. A *ex alia*.

19. *procedebant*—Cod. A 1. m. *procedebat*. Pro *stipite*, cod. E *capite*.

20. *per singulos simul*—Tacent *simul* codd. B, C, D, E, F, G, I, R, S, T, U, V, Cas. 9., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522., all., ut supra XXV, 34.

21. *et sphaerulae* — Sixtini, cod. A, Adamus praem. l. c. tacent *et;* item XXV, 35., syrus, cod. 75. holmesianus, colbertinus apud Montfauconium *Hexapl. I, 98.*, et graeca ed. Compl.; cod. E *et sphaerae*.

22. *et sphaerulae* — Cod. B, E *et sphaerae;* conf. ad XXV, 36.; cod. F tacet copulam, ut hebr. et vett., excepto syro. Pro *ex auro*, codd. E, F, G, V *de auro;* conf. XXV, 36.

23. *lucernas septem* — Cod. E *septem lucernas*. Pro *ubi ea quae*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, O, Cas. 14. *ubi quae*, uti XXV, 38. Pro *extinguantur*, codd. A, E, G, R, S, Cas. 11. *extinguuntur;* cod. Cas. 1. *extinguebantur*. Pro *mundissimo*, codd. B, V, Cas. 3. *purissimo*, ut XXV, 38.

25. *thymiamatis* — Cod. H *thymiamis*. Pro *per quadrum singulos habens*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Gislebertus CLIX, 1009. *habens per quadrum singulos;* nonnullae ex edd. hentenianis, uti Ant. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Ven. 1579. legunt *quadrum per singulos habens*. Pro *altitudine*, Bibl. Paris. 1566. *latitudine;* mendum est, quod Vulgato perperam adscribit Vallarsius.

26. *purissimo* — Codd. C, D, R, S, T, U, V *mundissimo*. Post *parietibus* margo Ordin. addit *in circuitu;* correctores Pii V. adnotarunt: « *parietibus per circuitum;* sic supra c. XXX. » (v. 3.) et in hebr. et duobus mss., aliisque » in margine. »

27. *Fecitque* — Codd. Cas. 2. *Fecit*. Pro *ei coronam*, cod. D 2. m. *et coronam*. Pro *aureolam*, Bibl. Lugd. 1522. 1535. *auream;* vide supra vers. 12. Pro *in eos vectes*, codd. E, Cas. 1. *per eos vectes;* codd. F, V *vectes in eos;* edd. hentenianae superius excitatae *in eo vectes*. Pro *et possit*, cod. A *ut possit;* conf. ad XXV, 27.

29. *thymiama* — Codd. C, D, O, S, T, U et vett. edd. *thymiamata;* sixtini emendarunt ad fidem codd. melioris notae, quibus adstipulantur hebr. et veteres, et locus parallelus XXX, 35.; cf. dicta ad XXV, 6. et Rocca l. c. Pro *pigmentarii*, codd. C 2. m., G, Cas. 17. *pigmentario*. In cod. E hic vers. legitur *Composuit et oleum ad sanctum unguentum et thymiama, aromatibus mundis composuit et epicmentorio*.

Cap. XXXVIII, 1. *quinque cubitorum* — Margo Ordin. cum hebr. addit *erat longitudo ipsius, et quinque cubitorum latitudo eius;* cf. XXVII, 1. Pro *per quadrum*, cod. A *in quadrum*. Mox Bibl. Paris. 1566. tacent *et*.

2. *procedebant* — Cod. B *praecedebant*. Pro *laminis aeneis*, sixtini, codd. A, C, D, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *aereis laminis;* codd. E, Cas. 3. *aureis laminis*.

3. *lebetes* — Codd. A, C, D, N, O, T, U, V, Hugo *lebetas;* conf. ad XXVII, 3.

4. *subter eam* — Bibl. Paris. 1566. tacent pronomen; profecto craticula sub arula seu margine altaris erat, prout declaravimus ad XXVII, 5.; adeoque Vulgati verba ita sunt accipienda ut cum loco parallelo et sacro textu consentiant; et ita habent margo Ordin. et Isidorus Clarius. Pro *altaris*, cod. E *altari*.

5. *annulis* — Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *aeneis annulis;* Adamus praem. CXCVIII, 664. *annulis aeneis*, uti supra XXVII, 4.; correctores Pii V. adnotarunt: « hebr., » graecus (XXXVIII, 24.), mss. 9. et quidam

» impressi addunt *aeneis.* » Hebraeus autem et plerique veterum hoc epitheton referunt ad retiaculum, non vero ad annulos. Pro *retiaculi*, cod. B, Adamus praem. l. c. *retinaculi;* codd. A 1. m., E *reticuli.* Pro *immittendos*, codd. Cas. 2. *immittendum;* cod. F *mittendos.* Post *vectes* cod. Cas. 1. addit *et.*

7. *in circulos* — Codd. C, D, O, R, S, T, U, Cas. 2. tacent *in.* Pro *in lateribus altaris*, sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Adamus praem. l. c. *in altaris lateribus.* Pro *ex tabulis*, Sixtus, codd. C, H, R, S, T, U, V, vett. edd. *ex tabulatis;* Toletus notat: « Lege *ex tabulis:* sic in he» braeo; in graeco est *concavum tabulatum*, » quod idem est. » Cf. Rocca I, 310., Bukentopius p. 393. Revera נבוב לחת denotat *cavum ex asseribus factum;* et κοῖλον σανιδωτόν est *concavum tabulatum;* sed graeca Sixti editio, omnesque codices holmesiani hoc loco silent, nec nisi ex edit. Complut. illa verba, satis suspecta, proferuntur; conf. Holmes. ad XXXVIII, 24. Hodiernam lectionem Vulgati ad fidem plurimorum antiquiorumque codd. intulerunt sixtini et gregoriani.

8. *cum basi* — Pauci codd. *cum base;* cf. ad XXIX, 12. Pro *excubabant*, codd. A, C, D, U *excubant;* ita et alii codices memorati in codice O. Hebraicae vocis vim egregie expressit Hieronymus Aquilam et Symmachum (cf. Montfauc. *Hex. App.*) secutus, a quibus reliqui veteres non dissentiunt nisi quatenus maiori usi sunt licentia in reddendo sensu; ex his Onkelos, Ionathanus et syrus habent *veniebant ut orarent;* graecus (XXXVIII, 26.) τῶν νηστευσασῶν, αἳ ἐνήστευσαν; hebraicum ipsum etymon expressit graecus ven. τῶν στρατευουσῶν, αἵπερ ἐστράτευσαν; cui prope accedit auctor mendosae notae hexaplaris, in qua samaritano tribuitur τῶν δυνάμεων τῶν ἰσχυσάντων (Holmes. *App. ad Ex.*). At contra Casaubonum, Amama, aliosque heterodoxos Vulgati censores, conferantur testes haud suspecti Glassius *Philol. sacra I, 580.*, Rosenmullerus in h. l., Winerus *Lexic. hebr.*, Gesenius *Thes. pag. 1145.* — Pro *in ostio*, codd. R, S, Cas. 2. *in atrio;* codd. C, D, V *in ostium.*

9. *Fecit* — Tacent hoc verbum sixtini, codd. A, B, C, D, G, R, S, T, U, Cas. 15., Adamus praem. l. c.

11. *Aeque* — Cod. D *Atque;* item Augustinus cum graeco (XXXVII, 9.) et reliquis. Pro *ad septentrionalem plagam*, sixtini, codd. A, Cas. 4. *a septentrionali plaga;* codd. F, Cas. 13. *ad septentrionis plagam;* codd. C, D, T, U *ad septentrionalis plagam.* Pro *ac metalli*, cod. A *et metalli.*

12. *ad Occidentem* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, T, U, V, Cas. 23., Adamus praem. l. c. tacent *ad.* Singularis est lectio codicis Legionensis *In eodem vero latere, qui occidentalis plaga dicitur, fuerunt* etc. Pro *fuerunt*, codd. A, E, F *fuere;* at cod. E prosequitur corrupte *tentoria centum cubitorum ·L· columnae cubitorum decem.* Pro *et tota operis caelatura*, codd. C, D, E, F, G, I, O, T, U, V, Cas. 13., plures codd. Martianaei, Palatinus apud Vallarsium legunt tantum *caelata;* cod. B *caelatura;* cf. vers. 10. et 17.; cod. Cas. 1. pro *tota*, legit *totius.*

14. *tenebat* — Sixtus, Bibl. Rob. Steph. 1532. 1540., Lovan. 1547. et reliquae edd. hentenianae *tenebant;* ad fidem codd. et vett. edd., post sixtinos, clementini censores emendarunt; hinc Toletus: « Lege *tenebat;* sic » Compl., Reg., Ordin. et mss.: at Lovan. ut » in textu (Sixti V.). Utrovis modo legas sen» sus est obscurus in verbis. Sic autem est: » E quibus tentoria, quae erant quindecim » cubitorum, unum latus tenebant, erantque » tres cum basibus suis. » Conf. XXVII, 14., Rocca I, 311., Lucas Brugens. et Bukentopius p. 393.

15. *quia inter utraque* — Fere omnes Vulgati edd. in hac lectione mirifice consentiunt; a qua ita recedunt codices, ut prope innumeras nobis varietates obiiciant. Ex his paucae memorantur in cod. N ubi legimus: « *quae* » *utraque;* antiqui habent *qui* pro *quae*, quod, » videlicet *qui*, ibi construere non potui. Vult » autem dicere quod XV. cubiti hinc, et XV.

*

» cubiti inde, haec sunt una pars et altera, » quasi spatium medium intercipiendo, fa- » ciebant quodammodo introitum. Alii sic » *quia utraque;* alii sic *quia inter utraque,* » vel *utrumque.* » Sixtini, codd. A, B, E, H, I, L, R, Cas. 11., Adamus praem. l. c. *quia utraque;* codd. C, D, F, T, U 1. m., V 1. m. *qui utraque;* codd. N, Cas. 5. *quae utraque,* et ita legit Alfonsus Tostatus; codd. L 3. *quae ab utroque;* cod. O *qua utrumque;* Hugo *quia in utramque;* codd. G, S, Cas. 1. *quia inter utrumque;* cod. Cas. 1. *quia in utraque parte;* Bibl. Lugd. 1526. in 8°. *quia inter utramque.* Ex hisce concludimus tum hunc locum a criticis librariis intemperanter vexatum fuisse ac prope corruptum, tum lectionem a sixtinis invectam melioris notae codicibus (quod et Martianaeus testatur) innixam esse. Idem dicendum de sequenti lectione, quae fere a superiori pendet. Nam pro *fecit,* sixtini, codd. A, B, F 1. m., H, L, O, R, S, Cas. 9. *facit;* codd. C, D, F 2. m., N, T, U *faciat;* codd. Cas. 5. *faciant;* Cas. 2. *faciunt.* Post *quindecim* tacent *aeque* codd. C, D, I, N, O, T, U. Post *erant* cod. A addit *in.* Denique pro *columnaeque,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 21., Adamus praem. l. c. *columnae;* consentiunt hebr., graecus et reliqui; item XXVII, 15. At cf. Holmesius ad XXXVII, 13.

16. *byssus retorta* — Codd. G, V, Cas. 1. *bysso retorta;* codd. B, E *bysso torta;* item Augustinus; graecus l. c. ἐκ βύσσου κεκλωσμένης.

17. *cum cunctis caelaturis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, I, S, T, U, V 1. m., Cas. 17., Adamus praem. l. c. *cum caelaturis;* accedunt hebr., graecus et reliqui.

18. *in introitu* — Sixtini cum cod. A *in introitum;* conf. ad XXXIX, 40. Pro *plumario,* cod. F *polymitario;* confer. Gesenius *Thes.* p. 1310. Mox cod. E tacet *erat.* Pro *tentoria habebant,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Adamus praem. l. c. *habebant tentoria.*

19. *in ingressu* — Cod. A *in ingressus,* secunda manus expunxit *in.* Post *basibus* codd. T, U, V 2. m. addunt *suis;* item hebr., graecus (XXXVII, 17.) et reliqui.

21. *enumerata* — Codd. C 2. m., E, G, H, S *numerata.* Pro *in ceremoniis,* codd. H (perperam editus a Vallarsio), L, Q, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *in ceremonias;* favet graecus (XXXVII, 19.); codd. A, F, V scribunt *in caerimonias.* Pro *manum,* codd. Cas. 2. *manus;* item, contra fidem sui textus, latina versio samaritani in polyglottis londin.

22. *quae* — Codd. A 2. m., B, C, D, E, F, G, T, U, Cas. 18. *quas;* et ita aliquos antiquos codices legere notat cod. O. Pro *per Moysen iubente,* codd. A, G, S *iubente per Mosem.*

23. *purpura* — Praemittunt *et* cod. H, hebr. et vett.; de graeco conf. Holmes. ad XXXVII, 21. Post *bysso* codd. Cas. 12. addunt *retorta.*

24. *oblatum est* — Tacent *est* sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, T, Cas. 2. Post *donariis* codd. G, T addunt *Domini.* Pro *novem,* codd. C, D, G, N, R, T, U, V, Bibl. Ord., Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *et novem;* hebr. et vett. copulam interponunt. Mox cod. E tacet *fuit.* Post verba *triginta siclorum ad mensuram Sanctuarii,* codd. memmianus et sangermanensis 3. apud Martianaeum, itemque codd. Vallarsii (at huius testimonium heic nobis dubium est) et Bibl. Lugd. 1535. habent insigne additamentum quod sequitur: *Numerus autem argenti de donariis populi centum talentorum et mille septingentorum septuaginta quinque siclorum ad mensuram sanctuarii: medium siclum per capita singulorum.* At postrema haec verba, nempe *medium siclum* etc., neque Urbinas, neque Palatinus legunt, uti testatur Vallarsius, qui subdit: « Par est opinari integrum versiculum ob » eiusdem vocis *Sanctuarii* recursum, fuis- » se sollemni lapsu a latinis amanuensibus » praetermissum. » Accedit scholiastes cod. N in quo legimus: « De summa argenti simili- » ter in hebr. perhibetur sic: *Et argentum* » *visitatorum multitudinis, centum talenta et* » *mille, et septingenti et LXXV. sicli ad* » *mensuram Sanctuarii.* Quod ita in graeco

» (XXXIX, 2.) inveni: *Atque argentum viro-* » *rum synagogae centum talenta et mille, et* » *septingenti et LXXV. sicli, dragma per sin-* » *gula capita dimidium sicli, secundum si-* » *clum Sanctuarii.* Hoc in latino aliquo non- » dum vidi; sed post ea quae dicta sunt, » sequitur immediate: *Oblatum est* etc.; et » infra (v. 28.): *De mille autem septingentis* » *LXXV. fecit capita columpnarum;* hoc de » siclis oportet intelligi, sicut novi voluerunt » supplere: sed non potest intelligi, quantum » est in latino, nisi praecedens defectus sub » asterisco exterius suppleatur. » Idem additamentum, paucis verbis mutatis, habetur in Bibliis Isidori Clarii, in margine Bibl. Rob. Steph. 1532. et Ordin. ubi legitur: *Argentum autem numeratae Congregationis centum talenta, mille septingenti septuaginta quinque sicli, secundum siclum sanctuarii. Singula capita obtulerunt dimidium sicli iuxta pondus sicli Sanctuari.* Denique paullo aliter adnotarunt correctores Pii V., quorum haec sunt verba: « *Argentum vero numeratae Congrega-* » *tionis fuit centum talentorum, et mille se-* » *ptingentorum et septuaginta quinque siclo-* » *rum iuxta pondus sicli sanctuarii.* Ita est » in hebraeo, graeco, et multis impressis in » margine, et quibusdam mss.; et patet su- » pra cap. XXX. et in eodem hoc cap. infra » (v. 28.) cum ait: *De mille autem septingen-* » *tis* etc. » Hiantem hunc abruptumque locum sixtinis, ut videtur, explere placuisset; nam singularem heic asteriscum adposuerant. At demum, uti remur, deficiente codicum praesidio, nil adiicere ausi sunt. Nobis tum ex orationis serie, tum ex hebraeo textu antiquisque interpretibus (nam ab Ammonio eadem verba perperam omissa fuerant in edit. graeci veneti) colligi posse videtur, aliquid e Vulgato excidisse, quod fortasse ex laudatis testibus suppleri poterit. Ne cui autem haec temere a nobis prolata videantur, Bonfrerii verba laudamus, qui in suis *Praeloquiis cap. XV. sect. 3.* scribit: « Non est contra Con- » cilii (tridentini) decretum dicere videri ali- » quid additum vel demptum, quod sensui » aliquo modo officiat; puta Exodi XXXVIII, » 25. aliquid e nostro textu excidisse; id » enim passim omnes asserunt. » Cf. Nicolaus de Lira, Steuchus Eugubinus, Lippomanus, Mariana in h. l. et Bukentopius p. 12. et 146.

25. *transierunt* — Sixtini, codd. A, E, G *transierant.* Pro *armatorum,* cod. Cas. 1. *armatis;* correctores Pii V. animadvertunt: « Vox » *armatorum* deest in hebraeo, graeco et uno » ms., et aliqui impressi habent tantum cum » obelo. » Nota hebr. חמשים reddi posse *quinquaginta* vel *armatorum;* unde vel duplicem eiusdem vocis habemus interpretationem, vel ipsa vox geminabatur in textu.

26. *praeterea* — Bukentopius p. 146., De Vence in h. l. aliique suspicantur legendum esse *propterea;* idque non caret aliqua probabilitate. Pro *conflatae,* cod. A *completae.* Pro *pendet,* cod. E *pendit;* codd. V, Cas. 4. *pendebat.*

28. *septuaginta quinque* — Codd. H, L, S 2. m., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Reg., Roberti Steph., all. addunt *siclis,* uti graecus (XXXIX, 6.) et Ionathanus; hanc autem vocem hebraeus et reliqui interpretes non legunt, licet exprimatur in latina vers. samaritani, Onkelosi et arabis. Pro *quas et ipsas vestivit argento,* cod. H *quae et ipsa vestivit auro;* perperam autem idem codex notat in marg. hebraeum legere *auro;* neque omnino verum quod Cornelius a Lapide affirmat hebraeum et chaldaeum legere *argento;* nam utrobique habetur *texit capita earum* (columnarum), *et cinxit eas;* quibus consentiunt reliqui interpretes, exceptis syro et graeco, quorum prior cum Vulgato facit addens ܣܐܡܐ; alter vero utitur verbo κατεχρύσωσε; conf. Calmetus in h. l.

29. *talenta septuaginta duo millia, et quadringenti supra sicli* — Huic lectioni aliquod vitium subesse fere omnes consentiunt: cui quum latini codices nullam afferant probabilem medelam, placuit romanis correctoribus illam intactam dimittere (nisi quod sixtini cum cod. A legunt *sicli supra*); quod quidem prudenti consilio factum censemus. Pro *se-*

ptuaginta, codd. F 2. m., G, margo V habent *septingenta*; codd. R, S addunt *et* ante *duo millia*, uti hebr. (exceptis quinque codd. Kennic.) et vett.; praeterea cod. G tacet *duo*, uti graecus vaticanus. Heic Moses narrat quot aeris talenta, quotque sicli oblati fuerint. Eius verba sunt שבעים ככר ואלפים וארבע מאות שקל; quae reddenda sunt *septuaginta talenta; et duo mille et quadringenti sicli*: at quidam interpretantur *septuaginta talenta et duo millia; et quadringenti sicli*. Cum hebraeo textu omnino consentiunt samaritanus, Onkelos, Ionathanus, syrus, persa et arabs, licet in latina vers. samaritani et syri omittatur postremo loco particula *et*; nec aliter habet graecus ven. ἑβδομήκοντα ταλάντων, διχιλίων τε καὶ τετρακοσίων σταθήρων. Qui Vulgatum ad hebraicam veritatem exigere contendunt, emendant legentes *talenta septuaginta: duo mille et quadringenti supra sicli*; vel, si alteram interpretationem sequuntur, legunt *talenta septuaginta et duo millia: et quadringenti supra sicli*. Conf. Caietanus, Lippomanus, Eugubinus, Calmetus et Cornelius a Lapide in h. l. Apud graecos ita varia est immo labefactata huius loci lectio, ut quid primitus lectum fuerit incertum videatur; nam sixtina editio, quam pauci quidem, sed bonae notae codices tuentur, legit (XXXIX, 7.): ἑβδομήκονθα τάλαντα, καὶ χίλιοι πεντακόσιοι σίκλοι; verum ante ἑβδομήκοντα plures codd. et edd., aliique apud Holmesium et Montfauconium addunt τετρακόσια; alii nonnulli apud eosdem addunt ibidem τριακόσια: praeterea pro χίλιοι, maxima codd. pars habet διχίλιοι, qua in lectione conspirant versiones e graeco fonte derivatae; item plures codd. pro πεντακόσιοι, legunt τετρακόσιοι. Obiter adnotamus Iahnium in suis *Bibliis hebr.* (Viennae, 1806.) I, 224. hunc locum ex notis holmesianis oscitanter collatis protulisse; nam errat dum asserit viginti septem codices et vers. georg. legere τριακόσια ἑβδομήκονθα; item dum addit tres codd. pro שבעים legere τριακόσια. Sed de his satis. Quid igitur quoad Vulgati lectionem concludendum? Quum certo constare videatur Mosem descripsisse, ultra bis mille et quadringentos siclos nonnisi septuaginta aeris talenta fuisse oblata, ad hunc sensum revocanda esse Vulgati verba existimamus; cf. De-Rossi *de praecip. caussis* etc. pag. 95. et *Sinopsi d'Ermen.* §. IX., Bukentopius l. c.

30. *in introitu* — Cod. A *in introitum*; cf. supra ad v. 18. Pro *ad usum*, cod. B *ad usus*; ita enim Vulgatus plerumque legit in superioribus capitulis.

Cap. XXXIX, 1. *De hyacintho vero*—Cod. F tacet *vero*. Post *bysso* cod. Cas. 1. addit *retorta*. Post verba *fecit vestes* codd. Cas. 1., memmianus et sangermanensis 3. apud Martianaeum et Bibl. Lugd. 1535. addunt *ad ministrandum in sanctuario, et vestes sanctas*; quo posito additamento, recte censet Martianaeus superflua esse verba quae sequuntur *quando ministrabat in sanctis*.

2. *superhumerale* — Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. praemittunt *et*.

3. *bracteas* — Codd. A, C, D, all. scribunt *bratteas*; ex hisce patet perperam apud Forcellinium dici eos qui *brattea* scripsere, deceptos esse characteribus longobardicis in quibus *c* et *t* eadem paene forma figurantur; nam saltem cod. A longe vetustior est. Post *extenuavit* cod. Cas. 1. addit *eas*. Pro *possent*, codd. A, B, C, D, F, G, O, R, Cas. 5. *possint*; codd. S, T, U 1. m., V, aliique memorati a scholiaste in cod. O scribunt *possit*. Pro *subtegmine*, codd. A 2. m., C 2. m., O *subtemine*; et ita legi vult De Vence; qui tamen frustra utriusque vocis sensum distinguit; conf. ad Gen. XIV, 23.

4. *duasque* — Codd. Cas. 5. *duas quoque*.

5. *Moysi* — Cod. E tacet hoc nomen.

6. *et sculptos* — Bibl. Ven. 1480. tacent *et*; nec legitur in hebraeo.

7. *posuitque* — Codd. L, N*, R, S, V, Cas. 7., Bibl. Ven. 1476., Ordin., posteriores edd. Rob. Steph., all. praemittunt verba *sex nomina in lapide uno, et sex in altero, iuxta ordinem nativitatis eorum*; quae in correcto-

riis M, N, O abiiciuntur, quaeque ex XXVIII, 10. derivata videntur. Pro *superhumeralis*, cod. B *humeralis*. Pro *monimentum*, codd. A, D, G, U, V *monumentum;* conf. ad XII, 14. XIII, 9. XVII, 14.

8. *et bysso* — Codd. C 1. m., T *ex bysso*.

9. *quadrangulum, duplex* — Interpunctionem mendose omittunt Bibl. Ord., Reg., all.; conf. XXVIII, 16.

10. *Et posuit* — Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532. *Et posuerunt;* favent hebr. et vett., excepto graeco (XXXVI, 17.). Ante *topazius* addit *et* cod. F; it. graecus (sed cf. Holmes. ad XXXVI, 17.), arabs, syrus, et locus parallelus XXVIII, 17. Nota Forcellinium agnoscere tantum *topazion* et *topazios*. Ante *smaragdus* sixtini, codd. A, C 2. m., F, G, S praemittunt *et*, uti hebr. et vett., item locus parallelus cit.

11. *et iaspis* — Tacent nexum codd. A, C, D, E, F, G, H, R, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1535., all.

12. *ligurius* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, O, U, Cas. 15., Bibl. Ordin., Rob. Steph., all. *ligyrius;* cf. ad XXVIII, 19. Mox *achates* recte scribitur in prima edit. vaticana Clementis VIII., est enim a graeco ἀχάτης; at quum ex mendo in altera ed. anno 1593. excidisset *achathes*, haec scribendi ratio retenta fuit in edd. romanis 1598. 1618. 1624. 1671., donec tandem sana lectio restituta fuit in edd. 1765. 1768. 1784. Ante *amethystus* tacent *et* codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Paris. 1566., all.

13. *et beryllus* — Heic quoque tacent *et* codd. A, B, C, D, E, G, H, T, U, Hugo.

14. *Ipsique* — Cod. Cas. 1. *Ipsi quoque*.

15. *et catenulas* — Codd. B, V 1. m. tacent copulam, uti supra XXVIII, 22.

16. *posuerunt* — Codd. C, D 2. m., T, U *posuerant;* cod. E tacet verbum.

17. *e quibus* — Cod. G, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *ex quibus*. Pro *penderent*, codd. Cas. 6. *penderet*. Pro *catenae* codd. Cas. 6. *catenulae;* conf. ad XXVIII, 22. Mox cod. E tacet *angulis*.

18. *et ante* — Codd. G, Cas. 2. *etiam ante*. Pro *superhumerale et rationale*, sixtini cum cod. A *superhumerali et rationali*.

19. *et annulis* — Codd. C 1. m., D, F, G, O, S, T, V *ex annulis;* cod. N tacet *et*. Pro *laxa*, codd. A, B, C, D 2. m., F, G, O, T, U, V, Cas. 14. *laxae;* brevitati studens Hieronymus paucis verbis multa heic complectitur. Pro *praecepit*, codd. B, E, S, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *praeceperat*.

20. *Fecerunt quoque* — Cod. B *Fecerunt et;* Bibl. Reg., Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph. *Feceruntque*. Pro *superhumeralis*, codd. C, D, O, S, T, U, Cas. 6. *superhumeralem*, et ita legunt plures antiqui, teste codice N.

21. *et capitium* — Tacent *et* codd. C, D, T, U.

22. *vermiculo* — Cod. F praemittit *et*, cui accedunt hebr., graecus (XXXVI, 32.) et reliqui. Pro *ac bysso*, cod. E *et bysso*.

23. *purissimo* — Codd. A, B, C, D, F, G, H, O, T, U, V, Cas. 17. *mundissimo*. Pro *malogranata*, codd. A, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin. *mala granata;* communem lectionem retinet Isidorus IV, 328. V, 49.; at V, 404. legit *mala granata;* item Beda IV, 386., qui tamen in libro *de orthographia* I, 138. utramque scriptionem indifferenter admittit. Conf. ad Num. XX, 5.

24. *tintinnabulum autem* — Cod. A *et tintinnabulum;* sixtini, codd. B, C, D, E, G, R, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ordin., Hugo tacent *autem;* his concinunt hebr. et vett., excepto syro, qui mendosam lacunam heic habet, adeoque silet. Pro *praeceperat*, codd. C, D, E, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *praecepit;* graecus συνέταξε; conf. infra vers. 28. 30. 31.

25. *et tunicas* — Bibl. Complut. et Reg. tacent *et*.

26. *ex bysso* — Cod. F, Bibl. Lugd. 1522. *et bysso;* mendose, ut videtur.

27. *feminalia* — Cod. G, Bibl. Lugd. 1522. 1535., all. *femoralia;* cf. ad XXVIII, 42.

28. *bis tincto* — Cod. U *distincto;* Sixtus, codd. et edd. vett. paene omnes *distinctum;*

Rocca I, 311. diserte adnotat hanc lectionem ex librariorum incuria vel inscitia latinos codices occupasse; hinc recte Toletus scribit: « Lege *bis tincto*: ita Compl., Reg. et mss.; » est enim idem vocabulum in hebr., quod » ponitur supra, hoc eodem cap. vers. 8., ubi » interpres vertit *cocco bis tincto*; nunc autem » loco illius vocabuli *cocco*, posuit *vermiculo*; » huic addendum est *bis tincto* sicut supra » vers. 2. Congregatio nihil advertit. » Nempe Congregatio gregoriana hunc locum praetermisit intactum in editione Sixti; at vero mendum non latuit sixtinos, qui primo scripserant *bis tinctum*, mox autem, collato codice A, perspicue suffecerunt *bis tincto*. Martianaeus quoque emendavit, at sine ullo codicum suorum suffragio, uti ipsemet fatetur. Cf. ad XXV, 4., Bukentopius p. 146., Lucas Brugens. et Ungarellius in *Proleg.* §. XXII. Pro *praeceperat*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, R, S, T, U, V *praecepit*; cf. ad vers. 24.

29. *scripseruntque* — Codd. R, S, Cas. 2. *sculpseruntque*. Pro *Sanctum Domini*, in loco parallelo XXVIII, 36. *Sanctum Domino*; hanc latinorum codicum variam lectionem adnotavit et Beda II, 478. Hebraeus textus utroque loco קדש ליהוה, quod etsi alterutram interpretationem admittit, tamen posterior praehabenda videtur; graecus hic (XXXVI, 39.) Ἁγίασμα Κυρίῳ, at in loco parallelo (XXVIII, 32.) Ἁγίασμα Κυρίου, paucis exceptis codicibus; graecus ven. Ἅγιον τῷ ὄντωτῇ utroque loco.

30. *et strinxerunt* — Codd. C, D, U tacent nexum. Post *cum mitra* cod. D, Bibl. Lugd. 1522. 1535., Hugo addunt *et*; codd. F, V legunt tantum *mitra*. Pro *praeceperat*, iterum sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, T, U *praecepit*; conf. ad vers. 28.

31. *et tecti* — Cod. E tacet. Rursum pro *praeceperat*, sixtini, codd. A, E *praecepit*; item Augustinus.

32. *et universam* — Cod. E tacet *et*. Pro *tabulas, vectes*, cod. F *vectes, tabulas*.

33. *ianthinis*—Sixtus cum plerisque codd., inter quos antiquiores omnes, uti A, B, C, D, E, all. et longe plurimis edd. *hyacinthinis*; item graecus (XXXIX, 21.). At emendarunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. H, L, Q, Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532.; unde Toletus: « Corrige, *ianthinis*; sic Ordin. » et mss. Dicuntur autem *pelles ianthinae* pel- » les eorum animalium, quae vocantur *taxi*; » unde quidam (Sanctes Pagninus) vertit *de* » *pellibus taxorum*. In Compl. et Reg. habe- » tur *hyacinthinis*. » Conf. ad XXV, 5.

35. *vasis suis* — Tacent pronomen codd. B, C, D, E, F, G, O, R, T, V, Cas. 17.; cod. U *basis*.

36. *lucernas* — Codd. B, U *lucernam*. Pro *earum*, codd. C, E, F, G, T, Cas. 3. *eorum*.

37. *et thymiama* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V tacent *et*. Mox cod. A legit *cum* pro *ex*.

38. *in introitu*—Sixtini primo cum cod. A *in introitum*; conf. infra ad vers. 40.

39. *retiaculum* — Codd. F, U *reticulum*; cf. ad XXXVIII, 5. Pro *tentoria*, cod. B *tentorium*; Bibl. Ordin. tacent *atrii*.

40. *in introitu atrii*—Sixtini cum codd. A, U *in introitum atrii*, ut supra; cf. ad XXXVIII, 18. Cod. B addit *et columnas cum basibus suis*; ex superiori vers.

41. *Vestes quoque*—Codd. H, Cas. 1., Bibl. Lugd. 1535. addunt cum hebraeo *ad ministrandum in sanctuario, et vestes*; mox autem cod. H tacet *in Sanctuario*; conf. vers. 1.

42. *Dominus*—Codd. F, V, Cas. 2. addunt *Moysi*; item hebr., graecus et reliqui.

43. *Moyses cuncta* — Cod. A *cuncta Moses*. Pro *completa*, codd. B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V *expleta*.

Cap. XL, 1. *Locutusque est*—Codd. Cas. 2., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugd. 1535., all. *Locutus est*; Thomas. I, 26. tacet *est*.

2. *Mense primo* — Cod. Cas. 1. *Mense septimo*; cf. infra ad vers. 15. Pro *prima die*, codd. C, D, E, H, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo *die prima*.

3. *in eo* — Bibl. Ven. 1476. 1479. 1497. 1498. 1501., Brix. 1496. *in ea*.

Ibid. *dimittesque*—Cod. E, edd. Rob. Steph.

ab anno 1532., indeque hentenianae, aliaeque non paucae, quas sequutus est Vallarsius, *demittesque;* Angelus Rocca in suis schedis aperte affirmat ita legendum esse, additque nonnisi ex typographi mendo in vaticana editione impressum fuisse *dimittesque:* eidem autem consentit anonymus auctor schedae in cod. vaticano 6879., qui errores typographicos editionis vaticanae 1592. adnotavit. Accedit Lucas Brugensis, cuius haec sunt verba: « In romana anni 1593. editione est *dimit-* » *tes*, quod est relinques, pro *demittes*, quod » est expandes: sed lapsus est typographus » romanus dans illud pro hoc, vocalem ter- » tiam pro secunda. » Hinc plantiniani editores, eodem Luca monente, quos reliqui fere omnes recentiores imitati sunt, ediderunt *demittesque*. His suffragatur Bukentopius pag. 147., qui praeterea scribit: « Ante has » editiones *(nempe vaticanas)*, et postea, » quod magis notandum, omnes Vulgatae li- » bri habent *demittes*. » Hanc autem lectionem idem auctor confirmat ex graeco, chaldaeo, samaritano et hebraeo. At frustra; non enim disputamus de sensu; quin immo admittimus sermonem esse de arca velo tegenda. Quaestio heic est critica, eaque duplex. Nimirum quaeritur 1°. quaenam sit genuina lectio hieronymiana: 2°. quaenam sit lectio quam romani pontifices retinendam omnibus proposuerunt. Ad primam quaestionem quod pertinet, etsi, uti monuimus ad Gen. XLV, 20., saepius amanuenses permutaverint haec duo verba *demitto*, et *dimitto*, quum tamen longe plures antiquioresque codices, uti A, C, D, F, H, all. habeant *dimittesque;* quumque his accedant editiones seculi XV., quas contulimus, omnes; plures quoque ex seculo XVI., in primis Ordin., Compl., Reg., Rob. Steph. 1528. (vide quam turpiter erraverit Bukentopius dum hanc lect. primitus in vaticana editione invectam dicit); concludimus hanc saltem probabiliter esse hieronymianam lectionem: neque enim usurpare verbum *dimitto*, pro *demitto*, cuius sensus minus late patet, a stilo Hieronymi alienum esse censemus. Ad alteram quod spectat animadvertimus Sixtum anno 1590. edidisse *dimittesque;* neque porro gregorianos, neque clementinos censores quidquam ad hoc verbum adnotasse; adeoque eamdem lectionem clementinas edd. 1592. 1593. 1598. retinuisse, quin ea in triplici correctorio pro his edd. edito emendaretur; immo potius eamdem in edd. romanis 1618. 1624. 1627. 1671. 1768. aliisque alibi curatis servatam fuisse. Adeoque non solum negamus constare, vaticanam lectionem ex vitio typographi ortam; sed immo asserimus plura esse quae suadeant nullum ibi esse mendum.

4. *illata mensa* — Codd. C, D, F, T, U *illatam mensam*. Pro *pones*, cod. A *impones*. Pro *stabit*, cod. A *statuit*. Pro *cum lucernis*, Hugo *in lucernis*.

5. *in introitu*—Codd. E, G, U *in introitum;* conf. ad XXXIX, 40. Post *tabernaculi* Sixtus et vett. edd. addunt *testimonii;* quod verbum sixtini et gregoriani expunxerunt ad fidem antiquiorum codd. omnium. Toletus notat: « *testimonii* non est in hebraeo, graeco et » mss.; et Congregatio abstulit. » Item Rocca l. c. At vero ad graecum quod pertinet, animadvertendum est Toletum et Rocca consuluisse editionem Compl., in qua desiderantur verba τοῦ μαρτυρίου, quae in graeca ed. Sixti V. omnibusque codicibus leguntur; conf. ad Gen. XVIII, 28.

8. *tentoriis* — Codd. A, G, Cas. 13., priores edd. Rob. Steph., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *tentorii*.

9. *unctionis oleo* — Codd. A, F, V *oleo unctionis*. Pro *sanctificentur*, codd. S, V, Cas. 6. *sanctificetur*.

11. *labrum*—Codd. Cas. 6. praemittunt *et*. Pro *basi sua*, cod. E *basis suis;* cf. ad XXXV, 16.; heic quoque nonnulli codd. *base sua*, conf. ad XXXVIII, 8.

12. 13. *et lotos aqua indues sanctis vestibus* — Haec primo deerant in cod. A. Pro *et unctio*, codd. A, T *et ut unctio;* cod. V *et mundatio*. Pro *sempiternum proficiat*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, R, S, T, U, V,

Bibl. Ordin., Hugo, Leidradus lugd. XCIX, 863. *proficiat sempiternum;* cod. G *proficiat sempiterno.* Heic quoque Vulgatus interpres compendio utitur.

14. *praeceperat* — Codd. B, Cas. 1. addunt *ei;* item Augustinus, hebr. et vett.

15. *mense primo* — Cod. Cas. 1., Petrus Com. *mense septimo;* cf. ad vers. 2. Hanc autem lectionem temere invexisse videtur sciolus quispiam, ut praeconceptis suis temporum supputationibus textum adcommodaret. Qua de re adeundi sunt auctores qui de quaestionibus ad chronologiam pertinentibus scripserunt. Alibi quoque huiusmodi temeritatis exempla habemus. Pro *prima die,* codd. B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Petrus Com. *in prima die;* Rabanus *in primo die.*

16. *Moyses illud* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *illud Moyses.*

17. *imposito desuper operimento* — Cod. A *et imposuit desuper operimentum.* Pro *imperaverat,* codd. C, D, O, R, S, T, U *imperarat;* conf. infra ad vers. 27.

18. *testimonium* — Codd. R, Cas. 2. *testamentum.* Pro *infra,* sixtini et cod. A *intra.*

19. *tabernaculum* — Addunt *testimonii* codd. L, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Rob. Steph., Reg., all.; cf. ad vers. 5. et Holmes.

20. *in tabernaculo* — Codd. A, C, D, O, S, T, U *in tabernaculum;* iidem testes eamdem habent lectionem ad vers. 22.

23. *locatis* — Codd. C, D, G, T, U, V *locatisque;* in hebr. et graeco exstat nexus, sed alia est periodi ratio.

24. *sub tecto* — Cod. A *sub tectum.*

25. *adolevit* — Cod. F *adolebit.* Mox tacent *Moysi* codd. A, B, C, D, F, G, O, R, T, U, V, Cas. 21.

26. *et tentorium* — Codd. Cas. 7. tacent *et.* Mox tacent *testimonii* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 17., Amalarius CV, 1126.; item hebr. et veteres: at cf. Holmes.

27. *in eo* — Codd. B, Cas. 1. *super eum;* hebr. עליו. Pro *sacrificia,* codd. E, V *sacrificium;* accedunt hebr. et vett. Pro *imperaverat,* codd. C, D, E, H, O, R, S, T, U *imperarat;* cf. ad vers. 17. et ad Lev. VIII, 4.

28. *inter tabernaculum* — Codd. C 1. m., G, V, Cas. 1. *in tabernaculum.*

29. *Laveruntque* — Addunt *in eo* codd. G, L, Cas. 5., Bibl. Moguntina, Ven. 1476., Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all.; accedunt hebr., graecus (nempe pauci illi graeci codd. qui non admittunt lacunam) et veteres reliqui. Pro *et pedes,* codd. C, D, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin. *ac pedes.*

30. *et accederent* — Codd. D, Cas. 2. *ut accederent;* cod. G *et ascenderent;* Bibl. Ven. 1476., Paris. 1566., all. *ac accederent.* Pro *praeceperat,* cod. O *praecepit.* Mox tacent *Moysi* codd. A, B, C, D, E, F, G, O, T, U, V, Cas. 21.

31. *in introitu* — Cod. B tacet *in.* Pro *omnia perfecta sunt,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, R, S, T, U, V, Cas. 23., Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *cuncta perfecta sunt;* cod. B *cuncta completa sunt atque perfecta;* cod. G *perfecta sunt cuncta.*

36. *Nubes quippe* — Codd. B, Cas. 3. *Nubes quoque;* cod. V *Nubes quidem.* Pro *incubabat,* sixtini primo, codd. A, F 2. m., T, Bibl. Reg. *incumbebat;* cod. R *cubabat.* Post *videntibus* tacent *cunctis* codd. A, B, C, D, E, F, R, S, T, U, V, Cas. 20., derossianus latinus 631., Rabanus; item primo hebraicus cod. derossianus 1031., Saadiae textus Constantinop. et nonnulli codices Onkelosi; conf. De-Rossi *Varr. lectt.* et *Supplem.*

MONITUM

De italae fragmentis, quae subiiciuntur, ex cod. E.

En rursus nobilissimus ille vaticanus codex, de quo breviter ad superioris libri calcem praefati sumus, alia inedita non pauca veteris italae fragmenta, praeter minutiora illa multa quae ex eodem codice identidem propriis locis exhibuimus, nobis suppeditat; quae quidem ad praeclarum Sabatierii opus in Exodi libro locupletandum opportunissima nunc demum accedunt. Ex his enim quae proferimus alia omnino hactenus desiderabantur, alia vero cum iis, quae in veterum patrum commentariis occurrunt, commodissime utiliterque conferri poterunt ad sanam codicum lectionem investigandam confirmandamque. Quum autem de ipso codice qui haec nobis lacinia mirifice reservavit, deque ratione quam in eisdem evulgandis sequimur, alibi verba fecerimus, non est cur plura hoc loco disseramus. Unum est quod iterum ducimus monendum: nos ipsius codicis textum, quantumlibet saepius vitiose conscriptum, ad litteram pro nostra sedulitate edere studuisse. Qua in re criticorum ingenio studiisque satisfecisse speramus; nec enim instituti nostri ratio aliud requirere videbatur; nec paucis rem expediri posse existimavimus si ad singula antiquarii verba quae vel mendosa, vel certe insolentiora videntur, adnotatiunculas nostras adiicere voluissemus: quod quidem et nobis salebrosum arduumque, eruditis autem viris minus necessarium esse censuimus.

Cap. X, 13. . . . illa die ac nocte usque ad mane, et ventus auster excitavit locustas. 14. Et supervenerunt locustae super omnem terram Aegypti multae valde. ante illas non fuerunt tales locustae nec post stas factae sunt aliae tales. 15. et contexerunt super faciem terrae Aegypti vastantes omnia. Devorata est igitur etc.

Cap. XI, 7... nec latravit canis lingua sua ab homine usque ad pecus: ut sciatis quanta miravilia facit Dominus in terra Aegyptiorum et inter Israhel. 8. et discendent omnes servi tui isti ad me et adorabunt me dicentes: Exi tu et omnis populus tuus hic cui praees. et post hoc exeam. 9. Exivit autem Moyses a Faraone cum iracundia. Dixit autem Dominus ad Moysen: Non obaudivit vos Farao ut impleam signa mea et prodigia mea in terra Aegypti. 10. Moyses autem et Aaron fecerunt omnia prodigia haec coram Faraone. Induravit autem Dominus cor Faraonis et noluit dimitte filios Israhel de terra sua.

Cap. XVI, 16. Hic est sermo quem praecepit: Colligite vobis ex ipso unusquisque in tavernaculis proportionibus gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarum unusquisque in tavernaculis vestris. 17. Fecerunt autem sic filii Israhel, et collegerunt qui plurimum, et qui minimum. 18. et mensuram fecerunt gomor: et non abundavit qui plurimum, et qui minimum non defuit; unusquisque pro numero quod aput se est collegerunt.

19. Dixit autem Moyses ad eos: Nemo vestrum relinquat ex eo in mane. 20. Et non obaudierunt Moysen; sed reliquerunt aliqui ex eo in mane, et ebullivit vermes et putuit; et iratus est illis Moyses. 21. Et collegerunt illud mane unusquisque quod sufficeret sibi.

Cum autem excanduisset sol liquescebat. 22. Factum est autem die vero sexto collegerunt cibos in duplum, duo gomor singulos, et intraverunt omnes principes sinagogae et nuntiaverunt Moysi.

23. Dixit autem eis Moyses: Hoc est verbum quod locutus est Dominus sabbatare quietio sancta Domino crastina die. quaecumque habetis cocere, cocite; et quae calefacere, calefacite: et omne quod amplius est relinquite illud in repositione usque in mane. 24. Et reliquerunt illud usque in mane, sicut praeceperat eis Moyses, et non computuit, neque vermes facti sunt in eo.

25. Dixit autem Moyses: Manducate; hodie est enim sabbata Domini; hodie non invenietis in campo. 26. Sex diebus colligetis, in septimo autem die sabbata, non erit in ea.

27. Factum est autem in die septimo, exierunt de populo quidam collegyre et non invenerunt.

28. Dixit autem Dominus ad Moysen: Quousque non bultis obaudire praeceptis meis et legi meae? 29. Videte quia Dominus dedit vobis diem sabbatorum. Propter hoc ipse dedit vobis sexto die panes bidui, ut sedeat unusquisque aput se in domicylio vestro. Nemo prodeat vestrum de domicilio suo septimo die.

30. Et sabbata egit populus septimo die. 31. et cognominaverunt illud filii Israhel nomen illius manna: erat autem quemadmodum semen coriandri candidum; sapor autem illius erat tamquam intrita in melle.

32. Dixit autem Moyses: Hoc est verbum quod praecepit Dominus. Implete gomor manna, in repositione in progeniem vestram, ut videant panem quem manducastis vos in eremo, cum eduxit vos Deus de terra Aegypti.

33. Et dixit Moyses ad Aaron: Sume vas aureum, et mitte in eum plenam gomor manna; et repone illud ante Deum; et servetur in progenies vestras; 34. sicut constituit Dominus Moysi. Et reposuit Aaron ante testimonium ut serbaretur.

35. Filii autem Israhel manducaverunt mannam annis XL usque venerunt in terra habitationis; manducaverunt usque dum venirent in partem terrae Phoenicum.

36. Gomor autem decima pars trium mensurarum erat.

Cap. XVII, 1. Et promovit omnis sinagoga filiorum Israhel de aeremo Sur secundum castra sua per verbum Domini.

*

Et venerunt in Raphidin, et non erat aqua ut viberet populus. 2. Et murmurare coepit populus adversus Moysen, dicentes: Da nobis aquam ut vibamus.

Et dixit eis Moyses: Quid murmuramini adversus me; et quare temtatis Dominum? 3. Sitivit enim populus aquam, et murmuravit ibi populus ad Moysen dicentes: Quid hoc eduxisti nos de Aegypto occidere nos et filios nostros et pecora siti?

4. Proclamavit autem Moyses ad Dominum dicens: Quid faciam populo huic? Adhuc pusillum et lapidabunt me.

5. Dixit autem Dominus ad Moysen: Antecede ante populum. Sume autem tecum de maioribus natu populi, et virgam unde percussisti flumen, sume in manu tua et proficiscere.

6. Ego autem stabo ibi antequam tu venias super petram in Choreb; et percuties petram; et exiet de illa aqua et bibet populus meus.

Fecit autem Moyses palam filiis Israhel. 7. Et appellavit nomen loci illius temtatio et maledictio, propter maledictionem filiorum Israhel et propter quod temtarent Dominum dicentes: Si est Dominus in nobis an non.

8. Venit autem Amalech, et expugnabat Israhel in Raphidin.

9. Dixit autem Moyses ad Iosue: Elege tibi viros et exii et constituae adversus Amalech crastina die in bellum; et ecce ego sto super cacumen collis; et virga Dei in manu mea est.

10. Et fecit Iosue quemadmodum dixit ei Moyses: et constituit pugnam ad Amalech.

Moyses autem et Aaron et Hur ascenderunt super verticem collis. . . .

Cap. XXIII, 12. Sex diebus facies opera tua, septimo autem die requiesces, ut requiescat bos tuus et iumentum tuum, ut reficiat se filius ancillae tuae et advena.

13. Omnia quaecumque dixi ad vos servabitis, et nomen deorum alienorum non memorabitis, neque audietur de ore vestro. 14. Tria tempora anni solemnem agetis diem mihi. 15. Diem festum azymorum observabitis ·VII· diebus edetis azyma sicut praecepi tibi, in tempore mensis noborum; in eo enim existis de Aegypto.

Non parevis in conspectu meo vacuus. 16. Et diem solemnem mensis primitiborum facies operum tuorum; quaecumque severis in agro tuo: et diem sollemnem consumationis exeunte anno in collectionem operum agri tui.

17. Tribus temporibus anni parevit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui. 18. Non immolavis super azyma sanguinem immolationis meae; neque dormiet adeps diei sollemnis mei usque in mane. 19. Initia primitibarum tuarum inferis in domum Domini Dei.

Non coces (2. m. *quoces*) obem in lactu matris suae. 20. Et ecce ego dimitto angelum meum ante faciem tuam, ut conservet te in via, ut inducat te in terram quam paravit tibi. 21. Adtende ei, et obaudi eum. Vide ne non credas ei; nihil enim subtrahet tibi; nomen enim meum est in eo.

22. Quod si auditu audieris vocem meam et facies omnia quaecumque dixero tibi, inimicitias exerceam inimicis tuis; et resistam qui contra faciunt tibi.

23. Praecedet enim angelus meus demonstrans tibi, et inducet te in terram Amorrhaeorum et Pherezaeorum et Chananaeorum et Gergesaeorum et Evhaeorum et Iebusaeorum, et delebo illos.

24. Non adorabis diis illorum; neque servies illis. Non facies secundum opera illorum. Sed demoliens demolibis, et contribulans conteres titulos illorum. 25. Et deservies Domino Deo tuo.

Et benedicam panem tuum et aquam tuam, et avertam infirmitatem a vobis. 26. Et non erit quisquam sine parentes, neque sterilis in terra tua. Numerum dierum tuorum replevo. 27. Et timorem tuum dimittam qui praecedat tui; et amentem faciam omnes gentes in quas tu intravis in eas.

Et dabo omnes adversarios tuos fugientes. 28. Et dimittam vespas ante te, et eicient Amorrhaeos et Cethaeos et Chananaeos et Evhaeos abs te.

29. Non eiciam eos in uno anno, ne fiat terra deserta et multae fiant in te vestiae terrae.

30. Sed per partes eiciam illos a te, donec crescas, et heres sis terrae. 31. Et ponam terminos tuos a rubro mari, usque ad mare Phylistinorum: et a deserto, usque ad flumen magnum Eufraten: et tradam in manus vestras eos qui consistunt in terra tua.

Et eiciam illos ante te. 32. Non consenties eis, et deis illorum; et non pones testamentum. 33. Non possident in terra tua, ne peccatorem te faciant ante me. Si enim servieris deis eorum berit tibi offendiculum.

Cap. XXIV, 1. Et dixit Dominus ad Moysen: Ascende ad me tu et Aaron et Nadab et Abiud et ·LXX· seniores natu Israhel, et adorabunt a longe Dominum. 2. Et ascendet Moyses solus ad Deum: ipsi autem non ascendent: sed nec populus ascendet cum eis.

3. Venit autem Moyses, et narravit universo populo omnia verba Dei, et iustitias.

Dixit autem totus populus voce una dicens: Omnia verba haec, quae locutus est Dominus faciemus et audiemus.

4. Et scripsit Moyses omnia verba Domini.

Mane autem vigylavit Moyses et aedificavit sub monte altarium et ·XII· lapides in ·XII· tribus Israhel.

5. Et dimisit Moyses iuvenes ex filiis Israhel, et adtulerunt holocaustomata, et immolaverunt hostias salutare Domino vitulos.

6. Sumens autem Moyses dimidiam partem sanguinis, misit in graterem: reliquam autem partem sanguinis effudit ad altarem. 7. Et sumens librum testamenti recitavit in aures populi.

Et dixerunt: Omnia quae locutus est Dominus faciamus et audiemus.

8. Sumens autem Moyses a sanguine asparsit populum, et dixit: Ecce sanguis testamenti, quem disposuit Dominus ad vos, omnium verborum horum.

9 Et ascendit Moyses et Aaron et Nadam et Abiud et ·LXX· seniores Israhel. 10. Et viderunt locum ubi stabat Deus Israhel et q. sub pedibus eius, tamquam opus lateris sapphyri, et tamquam aspectus firmamenti caeli claritatem.

11. Et de electis Israhel non dissonavit nec unus, et paruerunt in loco Dei, et manducaverunt et biberunt.

12. Dixit autem Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, et esto ibi; et dabo tibi tabulas duas lapideas, legem et praecepta quae scripsi, legem pones eis.

13. Et surgens Moyses et Iesus, qui adstabat secus illum ascenderunt in montem Dei. 14. Et praesbyteris dixit: Quiescite ibi usque dum revertar ad vos.

Et ecce Aaron et Hur vobiscum; si cui contegerit iudicium adveniat ad eos.

15. Et ascendit Moyses in montem, et texit nubs montem. 16. Et discendit maiestas Dei in monte Sinai, et texit illum nubs sex diebus.

Et vocavit Dominus Moysen die septimo de media nube. 17. Aspectus autem maiestatis Domini tamquam ignis ardens super verticem montis coram filiis Israhel.

18. Et intravit Moyses in media nube, et ascendit Moyses in montem et fuit ibi ·XL· diebus, et ·XL· noctibus.

Cap. XXV, 1. Et locutus est Dominus ad Moysen dicens: 2. Dic filiis Israhel, et sumite mihi initia ab omnibus quibus cumque visum fuerit corde, et sumetis initia mihi. 3. Et hoc est initium quod sumetis ab eis; aurum, argentum et aeramentum; 4. yacynthum, purpura, coccum netum et byssum tortum et pilos caprinos; 5. et pelles arietum rubicundas, et pelles yacinthinas et ligna inputribilia. ... . 7. Et lapides sardinos et lapides in scylturam, abumbonem et poderem. 8. Et facies mihi sanctificium, et parebo in bobis.

9. Et facies mihi secundum quod ego tibi demonstro in monte hoc ostentionem omnium vasorum eius.

Et sic facies quaecumque tibi dico.

10. Et facies arcam testamenti de lignis inputribilibus duorum cubitorum longitudinem, et cubitum unum et dimidium latitudinem. 11. Et inauravis eam auro puro, ab intus et foris inauravis eam. Et facies ei cymatia versatilia aurea in circuitum. 12. Et immittis in ea quatuor anulos in latere.

Duos anulos aureos in angulo uno, et in alio angulo duos.

13. Facies autem supportatoria de lignis inputribilibus, et inauravis illa auro. 14. Et duces supportatoria in anulos qui sunt in lateribus arce, ut tollatur arca in eis anulis testamenti. 15. Erunt autem subportatoria inmobilia. 16. Et inmittes in arcam testimonii quaecunque dabo tibi.

17. Et facies in positionem emeritionis ex auro puro duorum cubitorum et demidium cubitorum in longitudinem, et cubitum unum et dimidium latitudinem.

18. Et facies duos cherubin aureos tornatiles et inpones ex utraque angulis propitiatorii emeritionis. 19. Et fiat cherubin unus de latere hoc, et cherubin unus de latere secundo de propitiatorii.

Et facies duos cherubin supra duo latera. 20. Erunt cherubin extendentes pinnas a susum subumbrantes pinnis suis, et vultus eorum ad invicem respicientes in emeritionem erunt vultus cherubin. Et impones emeritiones super arcam a susum. 21. Et in arcam inmittes testimonia, quae dabo tibi. 22. Et innotescam tibi inde: et loquar tibi a susum de emeritione inter duas cherubin, qui sunt super arcam testimonii super omnia quae tibi praecepero ad filios Israhel.

23. Et facies mensam auro puro deorum cubitorum longitudinem et cubitum unum latitudinem, et cubitum unum et dimidium altitudinem. 24. Et facies ei versatilia cymatia in circuitum.

25. Et facies coronam cubiti unius in circuitu; et facies versatile cymatium in circuitu coronae.

26. Et facies illi quattuor anulos aureos, et impones anulos in quattuor partes pedum eius. 27. sub versatile coronam: et erunt anuli in thecis supportatorum ad continendum mensam.

28. Et facies subportatoria de lignis inputribilibus et inauravis ea auro et tolletur in eis mensa.

29. Et facies parobsides et thyiscas et phialas et libatoria et cyathos in quibus libabis in eis, ex auro puro facies illa. 30. Et inpones super mensam panes in faciem cumpositos contra me semper.

31. Et facies candelabrum, de auro puro tornatum facies candelabrum, cuius caput et calamis et crateres et speroteres et lilia. 32. Ex ipso erunt sex calamis exeuntes de lateribus tribus. tres calamis CI candelauro de uno latere, et tres calamis de uno latere candelauri secundi. 33. Et tres crateres deformati charyssos in uno calamis speroterem et lilium. Sic sex calamis qui exeunt de candelauro.

34. Et in candelauro quarto crateres deformati carysos et speroteres et lilia eius. 35. Speroteres subtus duo calamiscos ex ipso si sex calamis qui exient de candelabro. 36. Speroteres et lilia et calamis ex ipso tota tornata de unu auro puro.

37. Et facies lucernas eius septem, et impones lucernas et lucevi de uno aspectu. 38. Et suffusorium eius, et subpositoria eius auro puro. 39. Talentum auri puri facies omnia vasa haec. 40. Vide quae facies secundum exemplum qui datur tibi in monte.

Cap. XXVI, 1. Et tavernaculum facies decem cubitorum de bysso torto et hyacintho et purpura et cocco neto.

Cherubin, opus textile facies eos. 2. Longitudinem atri unius ·XXVIII· cubitorum, et latitudo ·IIII· cubitorum atrii unius erit mensura ceteris atriis. 3. Quinque tria erint ex alis alio contendentes ex alis alio; et quinque atria erunt contenentes alter alteri.

4. Et facies illis ansas yacintinas in frontes atrii unius ex una parte in commissione.

Et sic facies super frontem atrii quae extrinsecus ad commistionem secundam. 5. autem *(lege ·L·)* ansas facies ianuae uni, et ·L· ansas facies de parte ianue secundum commisuram secundum faciem contra faciem invicem incumbentes in unamquamque.

6. Et facies circulos ·L· aureos, et coniunges ianuas aliam ad aliam de circulis et erit tavernaculum unum.

7. Et facies vela capillacia operimentum supra tavernaculum ·XI· vela, et facies illa. 8. Longitudo unius veli ·XXX· erit cubitorum, et ·IIII· cubitorum latitudo eius; mensura una erit ·XI· velorum. 9. Et coniunges ·V· vela in se, et sex vela in se; et reduplicavis velum sextum secundum faciem tavernaculi. 10. Et facies ansas ·L· in fronte veli unius, quae contra medium est secundum commissura: et ·L· ansas facies super frontem veli, quod coniunctum est ad secundum velum.

11. Et facies circulos aureos ·L· et coniunges circulos de ansis, et coniunges vela, et erit unum. 12. Et suppones quod superavit in velis tabernaculi demediam veli, quod superavit subteges quod exuperat ex velis tavernaculi, subteges post tavernaculum. 13. Gubitum ex hoc, et cubitum ex illo, de eo quod superavit de velis (dimidiam partem veli, quod superavit abscondes sub tavernaculum cubitum hinc et cubitum illinc de quod superaverit de velis) longitudinem velorum tavernaculi erit cooperiens in angulo tavernaculi ab utriusque partibus ut uperiatur. 14. Et facies operimentum tavernaculo de pelles arietum rubricatas, et operimenta pelles yacinthinas desuper.

15. Et facies columnas tavernaculo de lignis inputribili-

bus. 16. ·X· cubitorum columnam unam, et cubiti unius et demidii latitudinem columnae unius. 17. Duos ancones columnae uni incumbentes aliis alio, sic facies omnibus columnis tavernaculi.

18. Et facies columnas tavernaculi ·XX· columnas a latere quod respicit ad aquilonem. 19. Et ·XL· bases argenteas facies in ipsis ·XX· columnae alis, duas bases columnae in utrasque partes eius. 20. Et latus secundum quod est ad austrum ·XX· columnas. 21. Et ·XL· base earum argenteas. Duas bases columnae uni in utrasque partes eius. 22. Et de post tavernaculum, in partem quod respicit contra mare, facies sex columnas. 23. Et duas columnas facies in angulis tavernaculi a retro. 24. Et erunt aequales ad eorum ad ipsum, convenientes in se de capitibus in commissuram unam; sic facies utriusque angulis, ut sint aequales. 25. Et erunt octo columnae et bases earum argenteae ·XVI·, duae bases columnae uni in utrasque partes eius.

26. Et facies serras de lignis inputribilibus, quinque serras uni columnae ex una parte tavernaculi. 27. Et quinque serras columnae uni et ex alia parte tavernaculi, et quinque serras columnae posteriori lateri tavernaculi, quod est ad mare.

28. Et serra media inter columnas disponatur pertingens ab uno angulo in alium angulum. 29. Et columnas inauravis auro, et anulos facies aureos aequales, in quibus induces serras, et inaurabis auro serras. 30. Et ereges tavernaculum secundum speciem, quae ostensa est tibi in monte.

31. Et facies velamen de yacintho et purpura et cocco neto, bysso torto, opus textile Cherubin facies illud. 32. Et impones super quattuor columnas inputribiles inauratas auro, et capita earum aurea, et bases illarum ·IIII· argenteas. 33. Et pones velamen, et impones supra columnas, et induces sibi interius quam velum est arca testimoni: et dividet velum vobis inter medium sanctum. 34. Et operies de velamine arcam testimonii in sancta sanctorum. 35. Et pones mensam foras extra velamen, et candelabrum contra mensam in partem tavernaculi, quod respicit ad austrum; et mensam pones in partem tavernaculi quod respicit ad aquilonem.

36. Et facies adductorium de hyacintho et purpura et cocco neto et bysso torto, opus diversicolore.

37. Et facies velamini quinque columnas et inaurabis eas auro, et capita eaurum aurea, et fundens eis quinque vases aureas.

Cap. XXVII, 1. Et facies altarium de lignis inputribilibus quinque cubitorum longitudinem, et quinque cubitorum latitudinem. Quadratum erit altare; et trium cubitorum altitudinem illius.

2. Et facies cornua in quattuor angulos, ex ipso erunt cornua, et teges illa aeramento.

3. Et facies coronam altario et tegumentum illius, et phialas, et craticulas, et vatillum et omnia vasa illius facies ea aurea.

4. Et facies illi craticulam in modum reticuli aeream; et facies ipsi graticulae quattuor anulos aureos in quatuor angulos. 5. Et subpones illos subtus graticulam ipsius altarii, de deorsum autem eritque graticula usque ad altaris medium.

Paucis iis exceptis, quae subinde propriis locis protulimus, ex Vulgato interprete reliqua in codice E descripta sunt. Ad Exodi calcem haec legitur epigraphe.

Explicit ellesmoth id est
Exodus.
ORATE PRO ME
DOMINICO
prbitero scriptore

LEVITICUS

Liber Leviticus, hebraice Vaicra—Lovanienses aliique plures addebant *id est, Et vocavit;* e contra hebraicos ipsos librorum titulos Sixtus abiecerat: hodiernam scribendi rationem sixtini et gregoriani induxerunt.

Cap. I, 1. *Vocavit autem Moysen, et locutus est ei Dominus* — Sixtus, codd. F, V, Beda II, 331., Radulfus habent *Vocavit autem Dominus Moysen, et locutus est ei;* hisce accedunt syrus, arabs, Ionathanus, targum hierosol., coptus, slavon., armenus et pauci codd. holmesiani; codex 178. Kennicotti legit ויקרא יהוה. Hodiernam lectionem restituerunt gregoriani, quia, ait Toletus, « ita legitur in » hebr., graeco, et in omnibus fere latinis » codicibus. » Conf. Rocca I, 311.

2. *dices* — Cod. B *dic;* conf. Bukentopius p. 13. Mox Strabus tacet *ex vobis*. Post *de pecoribus* codd. F, V addunt *et de holocaustis*. Pro *et ovibus*, codd. B, F, V *et de ovibus*. Pro *offerens*, Rabanus semel *offeret;* Augustinus cum graeco et reliquis *offeretis*.

3. *si holocaustum fuerit eius* — Rabanus, Strabus *si holocaustum eius fuerit;* Hesychius *si eius holocaustum fuerit*. Mox cod. Cas. 1. tacet *ac;* item hebr. et vett. Post *immaculatum* addunt *anniculum* codd. Cas. 12. et Strabus.

4. *manum super caput hostiae* — Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg., all. *super caput hostiae manus;* legunt quoque *manus* Sixtus, codd. B, C, D, F, G, R, T, U, V, Bibl. Rob. Steph., Lov., aliaeque plures edd.; item Hesychius, Bruno ast., Rupertus, Martinus leg. CCVIII, 397.: at vero sixtini et gregoriani alios codices antiquioresque patres praetulerunt; unde Toletus: « Lege *manum;* sic hebr., grae- » cus, mss. et utraque Congregatio. » Conf. Rocca l. c. et infra ad IV, 29. Animadverte Ionathanum diserte habere יד ימיניה. Rabanus et Strabus ex Origene habent *manum suam*, prout cum hebraeo textu legunt veteres interpretes, praeter graecum, de quo tamen conf. Holmes. et *Spicil. solesm. II, 194*. Montfauconius ex cod. colbertino habet αὐτοῦ sub asterisco.

5. *et offerent* — Cod. Cas. 1. *et offerant;* cod. H tacet *et*. Pro *sacerdotes*, legunt *sacerdotis* Sixtus, codd. B, C, D, F, G, I, R, S, T, U, V, Cas. 11., veteres edd. longe plures, Hesychius, Rupertus, Radulfus, Martinus leg. l. c.; item Ionathanus, arabs 3. holmesianus; et ita, ait Nobilius, legisse videtur Origenes. At vero emendarunt sixtini et gregoriani, consentientibus priscis codd., Bibl. Compl., Reg., prioribus edd. Roberti Steph., all., hebraeo et reliquis interpretibus. Cf. Rocca l. c., Bukent. p. 147. et infra ad II, 2. III, 2. Eadem lectionis varietas occurrit in hebraicis codd. ad vers. 7. de qua cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *fundentes*, Bruno ast. *fundentque;* Martinus leg. l. c. *effundentes;* Rupertus tacet, cui adstipulantur duo codd. Kennicotti. Pro *per altaris*, sixtini et gregoriani, codd. A, E, margo Ord. *super altaris;* item primo Rocca et Toletus; sed hic demum, deleta correctione, adnotavit: « Ord. et Lov. *per;* et sic Con- » gregatio (*clementinam* intellige) reliquit. » Sensus idem est; et propositiones (על et » ἐπί) apud hebraeos et graecos idem signi- » ficant. » Conf. infra ad III, 13. Pro *quod est*

ante ostium, Strabus et Rupertus *ad ostium*, uti legunt syrus, persa, et hebr. codd. derossiani prima manu 185. et 893. Post *tabernaculi* cod. Cas. 1. addit *testimonii*, ut hebr. et vett.

7. *subiicient* — Bibl. Lugd. 1535. addunt *filii Aaron sacerdotis*, ut hebr. et vett. Pro *strue*, cod. B *in strue;* cod. F *super struem.* Pro *ante composita*, codd. C, D, N, T, U, V, Rupertus *ante posita;* hanc lectionis varietatem memorat et cod. O. De Vence suspicatur legendum esse *arte composita*, et ita legitur in cod. R.

8. *quae sunt caesa* — Cod. Cas. 1. tacet; sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Martinus leg. l. c. *quae caesa sunt.* Pro *desuper ordinantes*, Rupertus *superordinantes;* hoc verbum occurrit Galat. III, 15.

9. *in holocaustum* — Codd. D, S tacent *in;* neque obstant hebraeus et vett.

10. *sive de capris* — Sixtini, codd. A, B, Rupertus *sive capris.* Pro *masculum absque*, Sixtus, codd. S, V, Cas. 4., Martianaei quinque, edd. veteres fere omnes, Hesychius habent *agnum anniculum et absque;* huic lectioni plus minus accedunt 1°. sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, I, N, O, T, U, Cas. 16., Martianaei sex, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Petrus Com., Hugo, qui legunt tantum *anniculum et absque;* 2°. Bibl. Ordin. quae pro *absque*, legunt *sine;* 3°. Bibl. Lugd. 1535. quae tacent *et;* 4°. codd. R, Cas. 2. et Bibl. Ven. 1479. ubi pro *anniculum*, habetur *agniculum* (cf. ad Ex. XII, 5.); 5°. cod. B, qui legebat *anniculum absque*, at secunda manus praemisit *masculum.* Ex hac tantum codicum lectione Tostatus, aliique asseruerunt nefas fuisse in holocaustis sive agnos sive haedos non anniculos offerre. Hodiernam autem lectionem invexerunt clementini; ex quibus Toletus scribit: « Lege *masculum absque;* » sic hebr. et graecus; estque illud idem ver» bum quod est paullo supra (v. 3.) *mascu» lum immaculatum offeret:* זכר id est *ma» sculum.* Et sic legunt Compl., Reg. et mss., » licet in quibusdam legatur *masculum anni» culum;* et sic censuit utraque Congregatio. » Tamen cum illud *anniculum* non sit in » hebr., graeco, Reg. et Compl., auferendum » est. Ipse etiam contextus indicat non posse » legi *agnum;* nam legitur: *de ovibus sive de » capris;* agnus autem non est communis foe» tus illis, sed solis ovibus: capris enim hae» dus est proprius. Dicitur autem *masculum*, » quia holocaustum ex solis masculis erat » (cf. III, 1.); nam pacifica utrumque sexum » admittebant. At Ordin., Lovan. et aliquot » impressa legunt *agnum anniculum.* » In primis heic Toletus manuscriptos codices pro hodierna lectione excitat; nos vero fatemur vix ullos latinos codices reperiisse qui eidem adstipulentur. Nam etsi margo lovaniensium duos codices pro hac lectione proferat, tamen ex editione stephanica 1540. deprehendimus illos non esse nisi Complutensem editionem et correctorium sorbonicum (a quo heic recedunt correctoria nostra). Martianaeus vero, cui assentitur Vallarsius, clementinam quidem lectionem sequutus est; at sine ullo codicum suffragio, prout ipsemet declarat in suis adnotationibus, addens: « Cete» rum error manifestus est in omnibus lati» nis codd. mss., ubi exscriptores *agnum* et » *anniculum* posuerunt pro *masculum.* » Eamdem sententiam iam pridem extulerat Nicolaus de Lira. Demum Toleti verba, quoad utriusque Congregationis iudicium, ex ipsis codicibus a sixtinis et gregorianis correctoribus conscriptis declaranda sunt. Nam codex carafianus fidem facit sixtinos, expuncta voce *agnum*, legisse *anniculum et absque*, prout habent fere omnes latini codices, ut superius demonstravimus. Codex vero columnensis testatur gregorianos cum Bibliis Rob. Steph. 1528. 1532. et Isidori Clarii, abiectis verbis *agnum anniculum*, legisse *masculum et absque:* attamen in schedis Angeli Rocca expungitur quoque particula *et*, sicque cum clementinis gregoriani consentiunt, eisque concinunt hebr. et veteres omnes. Conf. Rocca

I, 312. et Bukentopius p. 147., qui tamen mendose antiquis editionibus, ipsique Sixto tribuit *masculum anniculum et.*

11. *ad Aquilonem* — Particulam *ad* tacent Biblia Rob. Steph., Lovan., all.; illamque ad fidem codicum et vett. edd. sixtini restituerunt. Conf. Rocca l. c.

12. *caput* — Rabanus *et caput;* hebr. et veteres interpretes nexum habent, exceptis Ionathano, graeco ven., georg. et quindecim codd. Kennicotti; in polyglottis londin. Onkelos copulam habet, unde perperam reticetur in latina eius versione. Vitio typographi in ed. principe vaticana *adherent.* Pro *ponent,* vett. codd. et edd. *imponent,* excepto cod. A, ad cuius fidem sixtini emendarunt; aliam huius correctionis rationem adfert Rocca l. c. animadvertens praepositionem *super,* quae sequitur, superfluam videri si legatur *imponent;* cf. ad II, 12. Pro *ligna,* Hesychius *lignis.*

14. *Si autem* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, all., Bibl. Lugd. 1513., Ven. 1519., all., Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Hugo *Sin autem.* Pro *de avibus, holocausti,* cod. B *holocaustum de avibus;* cod. F 1. m. *de avibus holocaustum;* non male: at hanc lectionem Montfauconius in *Hex.* Vulgato adscribere non debuerat. Pro *aut pullis,* sixtini primo, cum cod. A, Bibl. Lugd. 1513. 1526. scripserant *et de pullis;* mox cum hebr. et antiquis interpretibus praetulerunt *aut de pullis;* reliqui codd., vett. edd., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus legunt *et pullis:* gregoriani prius dubitasse videntur, dein, teste Rocca l. c., reliquerunt prout ediderat Sixtus *aut pullis;* item Martianaeus.

15. *offeret eam* — Cod. B *offerat eam;* cod. F, Rabanus, Bruno ast. *offeret ea;* Rupertus III, 191. *offerat eos.* Pro *faciet,* cod. B *facies;* codd. F, V, Bruno ast. *faciat.*

16. *proiiciet* — Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Ven. et Lugd. 1533., all. *proiiciat.* Pro *prope,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F 1. m., H, N, O, T, U, Cas. 16., Hesychius *propter;* scriptionem hanc prae illa saepius extulerunt veteres; conf. ad Gen. XVIII, 2. XXIV, 13. 30. Num. XXIV, 6. Pro *in quo,* sixtini cum codd. A, V *ubi;* Bibl. Ven. 1498. *quo.*

17. *confringetque* — Cod. E *confringet.* Pro *neque ferro,* codd. C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 19., Hesychius, Rabanus, Rupertus l. c., Radulfus, Hugo *nec ferro.* Pro *dividet eam,* cod. U, Bibl. Lugd. 1526. 1535., Rabanus *dividet ea;* Bruno ast. *dividet eas.* Pro *supposito,* cod. B *composito;* Hesychius et Rabanus *suppositis;* Rupertus *posito.*

Cap. II, 1. *sacrificii* — Cod. F 1. m. *sacrificium;* item graecus; nec obstat hebraeus textus. Pro *erit eius oblatio,* cod. A *erit oblatio eius;* cod. R *eius oblatio erit;* Bruno ast., Rupertus *eius erit oblatio.*

2. *sacerdotes* — Sixtus, codd. B, C, D, F, G, R, S, T, U, V, edd. vett. paene omnes, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *sacerdotis;* sixtini et gregoriani reliquos codd., Bibl. Ord. et Rob. Steph. 1532. sequuti emendarunt, unde Toletus scribit: « Lege *sacerdotes;* ita hebr., graecus, Ord., » mss. et Congregatio. » Conf. Rocca l. c. et supra ad I, 5. Pro *ponet,* cod. B *ponent.* Post *suavissimum* cod. A 1. m. addebat *thus.*

3. *Domini* — Codd. C, D, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. *Domino;* cod. 109. Kenn. ליהוה, quatuor codd. holmes. Κυρίῳ.

4. *obtuleris* — Codd. R, U, Cas. 3. *obtulerit;* graec. προσφέρῃ; cf. vers. 13. Ante *de simila* cod. A 1. m. addebat *tolles.* Pro *conspersos,* Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., Lugd. 1550., all. *consperso;* hanc lectionem praeferunt et Bibl. Lov. Iohannis Hentenii 1547.; at vero ad calcem eiusdem editionis monemur id factum vitio typographi, atque legendum *conspersos:* id autem frustra adnotavit editor Lovaniensis; nam plures ex edd. hentenianis, quae inde fluxerunt, veluti Antuerp. 1559. 1561. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1576. 1578. 1579. 1583. errorem ab Hentenio notatum renovarunt; immo ex his plures lectionem communem ad marginem reiectam adiecerunt.

5. *similae conspersae* — Cod. B *similae conspersa,* cf. Spicil. solesm. II, 442.; cod. C *si-*

milae consperso; margo Ordin. cum hebr. et graeco legit *simila erit conspersa.* Ante *absque* sixtini cum cod. A et Bibl. Lugd. 1535. tacent *et;* item hebr., graecus et reliqui.

6. *divides eam* — Cod. B *divides eas;* Radulfus *divides eadem;* graecus αὐτά, cod. 128. Kennic. primo אתם. Pro *super eam,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, N, T, U, V, Hesychius, Gerhohus CXCIV, 1075. *supra;* cod. N adnotat: « Vel quod dicitur *eam* resumitur » iuxta antiquos, vel quod dicitur *supra* est » adverbium, non praepositio. » Codd. B, G, M, O, Cas. 17., Bibl. Ord., Hugo *super;* Rupertus *desuper.*

7. *Sin autem* — Bibl. Ordin., Reg., all. *Si autem.* Mox cod. F tacet *de;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, L 11., R, S, T, U, Cas. 19., Rupertus, Radulfus, Gerhohus l. c. tacent *fuerit;* nec legitur in hebr., graec. et reliquis. Pro *simila,* cod. B et Radulfus *similae,* ut vers. 5. Pro *oleo conspergetur,* cod. R, Bibl. Ordin. *conspergetur oleo.*

8. *quam* — Cod. B *quas;* numerum pluralem habent hebraeus, graecus et reliqui. Pro *offerens,* codd. A, C, H, Rabanus *offeres,* item hebr. et vett., praeter graecum, de quo conf. Holmesius; cod. E et Radulfus cum graeco *offeret.* Pro *trades,* codd. A, C 2. m., E, F 2. m., H, Rabanus, Radulfus *tradens;* Hesychius cum hebr., graeco et chaldaeo *tradet.* Mox addunt *in* codd. C 1. m., R, S, V, Bibl. Brix. 1496., Lugd. 1522. 1526.

10. *Sanctum* — Cod. E *Sancta;* graecus ἅγια. Pro *Domini,* codd. C, R, S, U, Cas. 5. *Domino;* item armenus et nonnulli codd. holmesiani.

11. *offertur*—Codd. Cas. 12. *offeretur;* non male, neque refragantur hebr. et vett. Pro *ac mellis,* sixtini, codd. A, E, Rupertus *nec mellis;* Sixtus, Radulfus, Petrus bles. CCVII, 728. *aut mellis;* gregoriani prius *nec mellis,* dein *ac mellis:* hinc Toletus: « Lege *ac;* ita » hebr., graecus, Complut., Reg., Lovan. et » Congregatio. » Cf. Rocca l. c. Pro *in sacrificio* codd. F 2. m., H, Hesychius, Rabanus *in sacrificium;* favent hebr. et vett.; cod. A *sacrificii.* Pro *Domino,* legunt *Domini* Sixtus, codd. A, B, C, E, F 1. m., G, R, S, T, U, V, Cas. plerique, vett. edd., Iulianus tol. XCVI, 609., Rabanus I, 317., Humbertus Card. CXLIII, 940., Petrus Dam. CXLIV, 896., Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Hugo de s. Vict. CLXXV, 78., Anselmus havelb. CLXXXVIII, 1236., Petrus bles. l. c., Martinus leg. CCVIII, 374. At vero sixtini et gregoriani praetulerunt hodiernam lectionem, quam reliqui codd. sequuntur; unde Toletus: « Lege *Domino;* ita » hebr., graecus et Congregatio. »

12. *offeretis* — Cod. A *offertis;* margo Ord. cum hebr., graeco et reliquis addit *Domino.* Pro *ac munera,* codd. A, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Rabanus, Rupertus, Radulfus, Martinus leg. l. c. *et munera.* Pro *non imponentur,* sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, O, T, U, V, Cas. 14., Bibl. Ord., Hugo, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus, Martinus leg. l. c. *non ponentur;* eadem valet ratio ac I, 12.; cod. A *non ponuntur,* quod apud Hesychium et Rabanum diserte reiicitur; cod. B *non ponetur;* cf. graecus. Codd. Cas. 4. tacent *non,* uti cod. 128. holmesianus.

13. *obtuleris* — Cod. T, Bibl. Ant. 1565., Ven. 1572. *obtulerit.* Pro *auferes,* codd. D, Cas. 5., Bibl. Rob. Steph. 1540., Ant. 1542. 1561., Lugd. 1550. 1567., *offeres;* hanc lect. receperat Hentenius in sua edit. 1547., at dein ad voluminis calcem inter menda typographi illam reiecit. Pro *Dei tui,* codd. Cas. fere omnes, plures apud Martianaeum *Domini tui;* codd. Cas. 2., Rabanus, Humbertus tom. cit. p. 960. *Domini Dei tui;* Hieronymus ex graeco *Domini;* at non pauci graeci codd. Θεοῦ. Post *oblatione* tacent *tua* Sixtus, plerique codices, vett. edd., Hesychius, all.; hisce accedunt armenus et graeca edit. Aldi: illud autem pronomen addiderunt sixtini et gregoriani quia, ait Toletus, legitur in hebr., graeco, et mss.; cf. Rocca l. c.: revera pronomen *tua* habetur in codd. A et Cas. 9.; Hieronymus ex graeco interpretatur *muneribus vestris;* samaritanus quoque et tres codd. Kennic. numerum pluralem habent.

14. *Si autem*—Codices fere universi, Bibl. Ord., all. *Sin autem*. Pro *primarum frugum*, codices paene omnes, veteres Vulgati edd., Hesychius, Radulfus, all. *primitiarum frugum*, quod partim ex hebraeo, partim ex graeco conflatum videtur; nam hebr. habet בכורים, *primitiarum;* graecus vero πρωτογεννημάτων, quod veteres reddiderunt *primarum frugum;* conf. Rocca l. c. Hodiernam lectionem ad fidem cod. A intulerunt sixtini, quos secutus est Sixtus; gregoriani prius dubitarunt utrum sixtina lectio retinenda esset, quam dein intactam reliquerunt. Post *tuarum* codd. Cas. 11. addunt *coram;* item chaldaeus. Post *torrebis* addunt *eas* sixtini, Sixtus, codd. A, B, D, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Cas. omnes, veteres edd. ante stephanicam 1532., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus, Petrus bles. CCVII, 40., all.; pronomen porro expunxerunt gregoriani: « Non legitur *eas*, ait » Toletus, in hebraeo et Lovan.; et Congre» gatio abstulit. » Rocca l. c. dicit sublatum fuisse pronomen quia hoc loco facillime subintelliguntur primae fruges; codd. C, E legunt *torres ea;* in verbo *torres* consentiunt antiquiores omnes codices, pluresque ex minus antiquis, Isidorus VII, 413., Rabanus. Post *confringes* codd. R, S, Hesychius, Rupertus, Radulfus, Petrus bles. l. c. iterum addunt *eas*. Pro *in morem*, cod. B et Petrus bles. l. c. *in modum;* hanc lectionem Montfauconius in *Hexaplis* Vulgato et Hieronymo tribuit, Flaminius Nobilius Vulgato et Hesychio: uterque mendose.

15. *supra oleum* — Sixtus, codd. C, D, E, M, N, O, R, S, T, U, V, vett. edd., Hesychius, Rupertus, Radulfus *super ea oleum;* Bibl. Ven. 1480. Oct. Scoti *super eam oleum;* Hugo de s. Vict. l. c. *super eas oleum;* cod. N adnotat: « Antiqui *fundes* (sic legit pro *fun*» *dens*) *super ea oleum;* quod si antiqui » adhaerent hebraeo, quod dicitur *ea* est fe» mininum singulare. Tunc sensum sic ordi» nabis: Offeres primitias tuas Domino, quia » oblatio Domini est, fundens super ea, sci» licet oblatione, oleum. Alioquin quod dici» tur *ea*, legitur neutraliter; sed secundum » hoc quare posuisset *ea*, et non *eas*, non » video. » Brevius cod. M: « *super ea oleum;* » alias *supra oleum;* aliter hebr. *super ea*, vel » *eas*, vel *illud*. » Sixtini et gregoriani ad fidem aliorum codicum, in primis A, F, H, Cas. 11. et Rabani, hodiernam lectionem comprobarunt. « Pronomen *ea*, inquit Rocca l. c., » tamquam superfluum ablatum est. » Pro *thus*, sixtini, Sixtus, cum codd. C 1. m., D, all. scribere maluerunt *tus;* gregoriani rescripserunt *thus;* cf. ad Ex. XXV, 29. Pro *imponens*, codd. Cas. 5. *ponens;* cod. R *impones*. Pro *Domini*, Hugo de s. Vict. l. c. *Domino;* hebr. et vett. id habent in seq. versiculo.

16. *olei* — Codd. V, Cas. 7. *oleum*.

Cap. III, 1. *marem* — Cod. F *masculum*. Pro *immaculata*, codd. F, G, R, S, T, U, V, Cas. 20., Hesychius, Rabanus, Strabus, Rupertus, Hugo *immaculatam;* codd. A, L 9., Q *immaculatum;* alterutrae ex his varietatibus accedit cod. B; hebr. תמים, graecus ἄμωμον. Pro *offeret coram*, cod. E *offerat;* Cas. 1. *offeret eam coram;* uti hebr. et veteres, praeter syrum.

2. *Ponetque* — Cod. F, Bibl. Compl., Reg., all. *Ponet;* cod. E *Ponesque*. Pro *manum*, Bruno ast. cum graeco *manus*. Pro *immolabitur*, cod. B *immolatur*. Mox tacent *testimonii* codd. A, B, C, D, E, F, G, N, N*, O, R, T, U, V, Cas. 20., margo Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus; cf. Ex. XL, 5. 19. 26. Pro *fundentque*, cod. E *fundentes*. Pro *sacerdotes* Sixtus, codd. B, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 14., vett. edd. ante stephanicam 1532., multaeque posteriores, Hesychius, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *sacerdotis;* it. arabs 3. holmesianus. Sixtinis et gregorianis hodiernam lectionem debemus, qui reliquos codices sequuti emendarunt; his suffragantur editiones derivatae ex Bibl. Rob. Steph. 1532., margo Ord., Rabanus, hebr., graecus et reliqui; cf. ad I, 5. Pro *per altaris circuitum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, N, O, R, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *per circuitum altaris*, ut

*

v. 8.; Bruno ast. *super altare per circuitum*, uti I, 11. VIII, 24.; hebr. על-המזבח סביב.

3. *offerent* — Margo Ord. *offeret;* uti hebr. et, excepto graeco, reliqui veteres. Pro *Domino*, codd. A, E, F, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *Domini;* Rupertus addit *si de bobus fuerit.* Pro *est intrinsecus*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *intrinsecus est.*

4. *quo teguntur ilia* — Cod. F *quo teguntur vitalia;* hebraeus textus legit אשר עלהן אשר על הכסלים *qui super eos, qui super ilia*, seu lumbos; eadem verba Vulgatus vers. 10. reddit *qui est iuxta ilia;* vers. 15. et IV, 9. *quod est super eos iuxta ilia;* VII, 4. *quae iuxta ilia est.* Mendose apud Rupertum *illa* pro *ilia* legitur; item ad IV, 9.

5. *adolebuntque ea* — Cod. F *adolebitque ea;* it. arabs; cod. U *adolebuntque eas;* cod. B *adolebuntque ea sacerdotes* (at tacet quod sequitur *super altare*); conf. De-Rossi *Varr. Lectt.;* margo Ord. cum hebr., graeco et reliquis addit *filii Aaron.* Pro *Domino*, codd. F, T, Cas. 2. *Domini.*

6. *obtulerit, sive feminam* — Legunt *sive feminam obtulerit* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin. Hugo, Hesychius, Rabanus, Radulfus; cod. Cas. 1. addit *coram Domino;* hebr. ליהוה, item vett. Post *erunt* antiquiores Vulgati editiones addunt *omnia*, quod verbum ad codicum fidem Robertus Steph. expunxit in suis edd. 1528. 1532.; etsi porro in posterioribus suis edd. illud denuo receperit, tamen Lovanienses priorem eius sententiam sequuti sunt.

8. *manum suam* — Tacent *suam* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 20., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus; item graecus, sed cf. Holmes. Pro *super*, codd. D, F *supra.* Pro *circuitum altaris*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, N, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *altaris circuitum;* conf. ad vers. 2.

10. *pinguedinem* — Codd. C 1. m., D, N, O, U, Bibl. Ord., Hugo *pinguedine.* Pro *cum adipe*, cod. A *adipem.* Pro *iuxta ilia*, codd. C 1. m., D, F, R, S, T, U, Cas. 5., Bibl. Ord., Hugo *iuxta vitalia;* et ita apud alios legi testatur cod. O; cf. ad vers. 4. Post *renunculis* margo Ordin. ex hebr. addit *removebit;* item vers. 15. Animadverte Forcellinium, qui ex Hieronymo, utpote bono auctore, multa vocabula adsumpsit, inter barbaras voces amandare non debuisse verbum *renunculi* (parvi renes), quod ex hieronymiana Levitici interpretatione latine usurpari edocemur.

11. *Domini* — Codd. N*, R, S, Cas. 4. *Domino;* quibus favent hebr. et veteres interpretes.

13. *ponet* — Rabanus *ponat.* Mox codd. C, E tacent *suam;* item graecus, de quo tamen cf. Holmesius: contra fidem sui textus tacet pronomen latina versio samaritani in polyglottis. Pro *fundent*, codd. Cas. 10., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *effundent.* Pro *per altaris*, codd. B, C, D, L 3., N, O, Q, T, U, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *super altaris;* hebr. על המזבח; at alterutram interpretandi rationem Vulgatus pluries usurpat; cf. I, 5. 11, III, 2. 8. VIII, 19. 24.

15. *quod est* — Codd. A, C, D, E, T, U, Cas. 17., Bibl. Ordin. *qui est;* refertur enim ad reticulum, quod verbum utriusque generis est. Pro *iuxta ilia*, cod. S *iuxta vitalia;* Hesychius, alii apud Rabanum *circa vitalia;* conf. vers. 4. et 10. Pro *arvinam*, codd. F, Cas. 11. *arvina.*

16. *adolebitque ea* — Cod. A cum graeco (at cf. Holmes.) tacet pronomen. Pro *super altare sacerdos*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Hesychius, Rabanus, Radulfus *sacerdos super altare;* cod. R tacet *super altare.* Pro *alimoniam*, codd. C 1. m., D, F *alimonia.* Post *odoris* cod. Cas. 1. addit *Domino;* uti samaritanus, graecus et pauci codd. hebr. apud De-Rossi; it. supra I, 9. 13. 17. II, 2. 9. III, 5.; codd. F, V addunt *Adipes quibus pectus advolvitur, et pinnolae* (cod. V *pennulae*) *iecoris offerentur* (cod. V *offerantur*) *super altare.* Quod addi-

tamentum, haud dubie ex altera superioris versiculi interpretatione derivatum videtur.

17. *nec sanguinem nec adipem* — Sixtini, codd. A 1. m., B, E, Hesychius *nec adipes nec sanguinem;* gregoriani quoque et codd. Cas. 7. habent *adipes;* codd. C, D, F, G, H, I, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Radulfus *nec adipem nec sanguinem;* idem ordo servatur in hebr., graeco et reliquis; conf. Mazochius *Spicil. bibl. I, 83.* Pro *omnino comedetis,* sixtini, codd. A, B *comedetis omnino.*

Cap. IV, 2. *quae peccaverit*—Sixtus, codd. fere omnes, veteres edd. longe plures, Hesychius, Rabanus, Strabus *cum* (vel *quum*) *peccaverit;* sixtini et gregoriani ad fidem codd. A, G emendarunt; unde Toletus scribit: « Lege *quae;* sic hebr., graecus, Reg., » Compl., mss. et utraque Congregatio. » Item Rocca I, 312.; accedunt posteriores edd. Rob. Steph., Rupertus, all. At profecto hebraeus et graecus non legunt *quae;* nam ille habet כי, iste ἐάν; conf. De Vence et Bukentopius p. 147. 393.: Hugo de s. Vict. CLXXV, 79. cum Hieronymo legit *si peccaverit.* Pro *per ignorantiam,* cod. E *in ignorantiam;* codd. F, V, Petrus Dam. CXLV, 503., Bruno ast. addunt *de hostia.* Particulam *et,* quae sequitur, neque hebr. neque veteres interpretes legunt. Pro *fierent,* codd. N, T, U *fieret;* pro hac lect. scholiastes in cod. N habet: « Supple: Contra » aliquod de universis mandatis Domini, » quae praecepit; de *quae,* accipe *quod;* quo- » niam q. d. *de universis mandatis Domini,* » *quae* partitivum est. Hoc est ergo quod » praecepit, id est per quod praecepit ut non » fieret quidpiam. Quomodo autem possit legi » *fierent,* quod novi apponunt, non video. » Nec enim praecepit Deus ut non fiant prae- » cepta, sed ne quidpiam contra praecepta » fieret. Si enim loco eius quod est *quidpiam,* » esset pluraliter *aliqua,* tunc bene ibi esset » *fierent.* » Monitus esto, lector, nos plerumque codicum nostrorum scholia recitare vel tamquam documenta ad historiam criticae artis pertinentia, vel ut testimonia ex quibus quarumdam lectionum ortus et ratio manifeste declaratur. Non enim omnes lectiones quae scholiastis probantur, neque omnia argumenta, quibus illi utuntur, adprobare possumus.

3. *unctus est* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, S, T, U, Y, Bibl. Ordin., Hugo, Hesychius, Rabanus, Strabus, Petrus Dam. l. c., Bruno ast., Rupertus, Radulfus *est unctus;* Petrus Com. *inunctus est.*

4. *adducet illum* — Codd. A 1. m., U *adducet illud;* Hesychius *ducet illum.* Post *manum* Hesychius, Rabanus, et Strabus addunt *suam,* uti hebr. et vett. interpretes. Pro *caput,* Hesychius *capite.* Mox cod. E tacet *eum.*

5. *inferens illum* — Codd. A, C, D, E, T, U, Hesychius, Rabanus, Radulfus *inferens illud;* cf. ad Ex. XXX, 10. Pro *tabernaculum,* cod. A *tabernaculo.* Pro *testimonii,* Bruno ast. *sanctuarii.*

6. *in sanguine* — Sixtus, codd. A, B, R, edd. fere omnes, Radulfus *in sanguinem;* at sixtini et gregoriani, suffragantibus reliquis codd., Bibl. Compl., Reg., all., Rabano, Ruperto, *in sanguine;* « Sic, ait Toletus, mss. et » utraque Congregatio. » Cf. Rocca l. c. Pro *asperget eo,* Sixtus, codd. B, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 20., edd. vett. fere omnes, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *asperget eum;* Hesychius, Rabanus *asperget de eo;* codd. L 2. *asperget eos,* quod omnino spurium est, uti ait Lucas Brugensis; pro hodierna lectione cum sixtinis et gregorianis faciunt codd. A, E, H, L 7., Q, Cas. 3., priores edd. Rob. Steph., margo Ordin. « Ita, ait Toletus, mss. » et utraque Congregatio. » Conf. Rocca l. c.; hebr. et vett. *asperget de sanguine;* quaedam exemplaria latina, ait Calmetus, legunt *asperget cum sanguine.* Cod. Cas. 1. addit *sacerdos.*

7. *de eodem* — Cod. B tacet *de.* Pro *fundet,* codd. Cas. 12. *fundent.* Pro *holocausti,* Hesychius *holocaustorum;* uti v. 18. et graecus. Pro *in introitu,* cod. A *in introitum;* Radulfus praemittit *et.*

8. *auferet* — Sixtus, codd. B, C, D, F, G, I, N, O, R, S, T, U, V, codd. Cas. et Martia-

naei fere omnes, vett. edd., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *offeret;* attamen Toletus: « Lege *auferet;* sic hebr., graecus, » mss. et utraque Congregatio: » Nempe sixtini et gregoriani cum codd. A, E, H, L 5., Q, Cas. 2. emendarunt; de hebr. vide quae infra adnotavimus ad vers. 10. Conf. Rocca l. c., Lucas Brugensis et Bukentopius p. 147. Pro *vitalia operit,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus, Hugo *operit vitalia;* uti III, 3. VII, 3. Alias Vulgatus eadem reddit *operit ventrem,* uti III, 10. 14.

9. *super* — Bibl. Ven. 1476., Paris 1566., all. *supra.*

10. *aufertur* — Sixtus, codd. G, N, S, T, U, V, Cas. 5., plures mss. Martianaei, vett. edd. *offertur;* cod. O adnotat: « Plures habent » *offertur,* sed male; hebr. et antiqui *auferi* » *tur.* » E contra scholiastes codicis N animadvertit verbum הרימו in II Paral. XXXV, 8. reddi *obtulerunt,* ex quo concludit יורם accipiendum esse pro *offertur.* At vero licet constet hebraicum verbum רום in *Hiph.* utramque notionem exhibere (conf. Gesen. Thesaur. p. 1274.); tamen ex orationis serie heic praeferenda est lectio quam sixtini et gregoriani sequuti sunt. His adstipulantur codd. B, C, D, F, H, L 6. (seu Q), M, N*, O, R, Cas. 18., Rabanus, Rupertus; conf. vers. 31. et 35. Toletus adnotat: « Lege *au*» *fertur;* sic hebr., graecus, mss. et utraque » Congregatio. » Cf. Rocca, Lucas Brugens., Bukentopius ll. cc.; cod. A et Hesychius *auferetur.*

11. *et fimo* — Codd. S, Cas. 1. *et cum fimo;* cod. O notat expungendam particulam *cum.*

12. *incendetque* — Codd. Cas. 7.; Hesychius et Rabanus in Comm. *incendentque;* item samaritanus et graecus. Pro *ea,* codd. C, D, F, U, V, Rupertus *eam;* Bruno ast. tacet; hebr. אתו, graecus αὐτόν, nempe refertur ad vitulum, pro quo Vulgatus habet *corpore,* unde legendum foret *illud.* Ante *struem* cod. B addit *in.* Pro *in loco,* cod. A *in locum.*

13. *Israel* — Codd. G, L, R, S, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all. *filiorum Israel;* item quatuor codd. hebr. et duo chaldaici apud De-Rossi, septem supra viginti codd. graeci apud Holmesium; praeterea arabs, slav., georg., armen., coptus et Augustinus. Pro *ignoraverit,* cod. Cas. 1. *erraverit per ignorantiam.* Pro *imperitiam,* codd. F, V, Petrus Com. *ignorantiam.*

14. *pro peccato suo vitulum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, T, U, V, Cas. 18., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus *vitulum pro peccato;* item sed addunt *suo* cod. S, Radulfus, Hugo; codd. B, R, *pro peccato vitulum;* hebr. et vett. nullum agnoscunt pronomen. Post *tabernaculi* Bruno ast. addit *testimonii.*

15. *manus* — Codd. B, E addunt *suas;* item hebraeus et vett. omnes.

16. *inferet* — Cod. A *infert.* Quod Calmetus adnotat de editione Compl. et Paris. quae praeferunt *summus sacerdos,* referendum est ad graecam, non vero ad latinam versionem.

17. *tincto* — Codd. S, Cas. 3. *intincto;* Bibl. Compl., Reg., all. *tinctoque;* copulam habent omnes vett. cum hebraeo. Post *septies* margo Ordin. addit *coram Domino,* ut hebr. et vett., et vers. 6.

18. *basim* — Codd. N, O volunt ubique scribendum *basem;* cf. ad Ex. XXIX, 12.

20. *faciens* — Hesychius et Rabanus *faciet;* accedunt hebr. et vett. Post *erit* tacent *eis* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ordin., Hugo, Hesychius, Rabanus, Radulfus.

21. *quia* — Codd. Cas. 7. *qui.* Pro *est pro peccato,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Hesychius, Rabanus, Radulfus *pro peccato est;* cod. V *peccatum est;* accedunt hebr. et vett.

22. *Si peccaverit* — Bruno ast. et Hugo de s. Vict. l. c. cum Augustino et graeco *Si autem peccaverit.* Post *fecerit* cod. Cas. 1. addit *malum.* Post *Domini* cod. H notat hebraeum addere *Dei sui,* idque habet ex graeco Augustinus; sed conf. De-Rossi et Holmes.

23. *et postea intellexerit peccatum suum*

— Haec primo deerant in cod. B. Pro *Domino*, Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *coram Domino;* cod. O monet expungendum *coram;* neutrum habent hebr. et vett.

24. *manum suam* — Angelus Rocca primo expunxerat pronomen, quod in cod. E et in graeco non legitur; sed non pauci graeci codd., immo omnes versiones ex graeco derivatae illud retinent. Pro *ubi,* cod. E *in quo;* conf. I, 16.

25. *in sanguine* — Cod. A *in sanguinem;* conf. supra ad vers. 6. Post *reliquum* codd. L 3., margo Bibl. Lugd. 1550. addunt *sanguinem,* ut supra vers. 7. et 18. Hanc lectionem Vulgato adscribit Vallarsius, quem fefellit mendosa Calmeti editio. Conf. Lucas Brugensis et De-Rossi in h. l.

26. *Adipem vero* — Codd. F, G, V, Cas. 1. addunt *eius;* item hebr. et vett. Pro *adolebit supra,* Rupertus *adolebit ut supra;* codd. L 3., margo Bibl. Lugd. 1550. addunt *altare,* uti hebr. et vett.; cod. Cas. 1. tacet *supra.* Pro *victimis,* cod. E *victima.* Pro *fieri solet,* cod. B *erit.* Post *pro eo* tacent *sacerdos* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 23., Hesychius, Rabanus, Radulfus, Godefridus CLXXIV, 1069. His concinit hebr. cod. 80. Kennicotti et armenus. Gregoriani dubitarunt, at non expunxerunt. Toletus verissime scribit: « Prior Congregatio abstulit » illud *sacerdos,* quia non est in mss. Sed » tamen retinendum est, quia habetur in » hebr., graeco, Ord., Compl., Reg. et Lov. » Pro *peccato,* codd. B, E, F *peccatis.* Pro *et dimittetur,* codd. A, C 1. m., D, F, O *ac demittetur;* codd. G, H, R, T, U, Hesychius, Rabanus, Agobardus CIV, 348., Radulfus *ac dimittetur;* cod. E tacet *et;* codd. S, Cas. 1. legunt *ut dimittatur.*

27. *anima* — Cod. Cas. 1. *homo.* Pro *de his,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *ex his.*

28. *cognoverit* — Bruno ast. *ignoraverit.*

29. *manum* — Codd. Cas. 2. addunt *suam,* ut hebr. et vett., excepto graeco, de quo tamen cf. Holmes.; Sixtus, vett. edd. fere omnes, quibus accedit armenus, *manus;* sixtini et gregoriani ad fidem codd. paene omnium emendarunt; hisque consentiunt Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, all. conf. I, 4. Toletus adnotat: « Lege *manum;* ita hebr., graecus, » Compl., Reg. et Ordin. » Conf. Rocca l. c. At perperam Toletus protulit testimonium Compl. et Reg.; nam istae edd. legunt *manus.* Pro *in loco holocausti,* cod. Cas. 1. *in holocaustum;* codd. G, S, Cas. 2. *in holocausto;* cod. O monet verba illa denotare locum ubi immolantur holocausta, prout declaratur infra vers. 33. et VI, 25.

30. *de sanguine* — Codd. B, Cas. 1. addunt *hostiae,* uti vers. 25.; margo Ordin. addit *eius,* uti hebr. et vett., excepto Ionathano. Pro *tangens,* Hesychius *tingens.* Mox Hesychius et Rabanus tacent *holocausti;* item cod. 18. Kennicotti. Pro *reliquum fundet,* cod. E *et reliquum fundens.*

31. *adipem auferens* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Radulfus *auferens adipem;* cod. B *adipem auferent.* Cod. F ante *adolebit* addit *et;* cod. V legit *adolebitque;* his vero concinunt hebr. et vett. Post verba *pro eo* cod. A addit *sacerdos,* uti hebr. et vett.; cod. N adnotat non esse addenda heic verba *et pro peccato eius,* quae leguntur vers. 26. et 35.

32. *Sin autem* — Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. *Si autem;* Radulfus addit *et.* Pro *immaculatam,* cod. E *immaculatum;* nam *ovis* olim masculino genere efferebatur, ut ait Forcellinius; verumtamen sacer textus hoc loco de femina aperte loquitur.

33. *manum* — Cod. Cas. 1. addit *suam,* ut hebr. et vett., praeter graecum, de quo cf. Holmes. Pro *super,* Bibl. Ordin., all. *supra.* Pro *caedi holocaustorum hostiae,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Rupertus *holocaustorum caedi hostiae;* Radulfus *holocaustorum hostiae caedi.*

34. *tangens cornua* — Cod. E *tanget cornu;* cod. S *tingens cornua;* cf. supra ad vers. 30.

Pro *ad basim eius*, cod. Cas. 1. addit *altaris;* alter legit *ad basim altaris;* ut hebr. et vett., excepto arabe.

35. *adipem auferens, sicut auferri*—Cod. V *offerens adipem, sicut offerri;* Bibl. Lugdun. 1535. *adipem offerens, sicut offerri;* hanc lectionem respuendam esse tum ex latinis codd., tum ex hebr. textu constat: immo quum heic verbum יסיר hebraeus usurpet, ea confirmantur quae superius ad vers. 10. adnotavimus. Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, Hesychius, Rabanus, Radulfus *auferens adipem, sicut auferri;* conf. ad vers. 31. Post verbum *adeps* tacent *arietis* Bibl. Ordin., Hugo; item cod. 221. samaritanus apud Kennic. et cod. 128. holmesianus: contra fidem sui textus hanc vocem praetermittit latina versio samaritani in polyglottis. Ante *cremabit* addunt *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Hesychius, Rabanus; his consentiunt hebr. et vett. Ante *incensum* tacent *in* Sixtus, codd. D, G, R, S, T, et veteres edd.; hanc autem particulam ad fidem priscorum codd. addiderunt sixtini et gregoriani, unde Toletus scribit: « Adde *in;* » sic mss. et utraque Congregatio. » Cf. Rocca l. c. Pro *Domini*, codd. Cas. 17. *Domino;* cod. 221. samaritanus ⱭⱬⱭⱮⱰ. Pro *dimittetur ei*, sixtini, codd. C, D, F, G, O, S, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus *dimittetur illi;* item Augustinus; cod. E *demittetur illi.*

Cap. V, 1. *iurantis*—Codd. H, L (seu Q) *adiurantis;* utramque lectionem exponit Radulfus; hebraicam vocem אלה Vulgatus ad Prov. XXIX, 24. interpretatur *adiurantem;* Toletus scribit: « In uno ms. habetur *adiu-* » *rantis;* sed impressi omnes ut in textu » (sixtino). Paraphrasis chaldaica interpre- » tatur *adiurantis*, id est iudicis interrogan- » tis sub iuramento; in graeco *iurationis;* in » hebraeo *iuramenti*, seu *iurantis*: idem au- » tem sensus est; nam verbum illud *iurantis* » interpretari debet iuramentum petentis; un- » de clarius est *iuramenti*, seu *iurationis.* » Quoad huius loci sensum Toleto plerique ex recentioribus quoque interpretibus consentiunt; at verbum hebraicum אלה, chaldaicum Onkelosi מומי, Ionathani אומאה aeque significant *iuramentum, execratio, imprecatio;* cf. Buxtorf. Lex. chal. p. 956., Gesen. Thes. pag. 99.; graecus ven. ἀρᾶς; neque abludit graecum ὁρκισμοῦ, cuius tamen etymon ὁρκίζω denotat *obstringere aliquem iuramento.*

Ibid. *aut ipse vidit* — Cod. A 1. m. addit *aut testis fuit;* Rupertus et Conc. Duziac. ed. Hard. VI, 157. *aut ipse viderit;* Augustinus *aut viderit;* Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540., all. tacent *aut;* item cod. 129. holmesianus. Pro *suam*, Conc. Duziac. l. c. *eius;* graecus tacet, sed cf. Nobilius et Holmes.

2. *a bestia est* — Codd. F, S, Rupertus *est a bestia;* cod. E tacet *est.* Pro *aut quodlibet*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *vel quodlibet.* Pro *deliquit*, codd. C, D, F, U, Cas. 5., Hesychius, Rabanus, Rupertus *delinquit.*

3. *quidquam*—Alii scribunt *quippiam*, alii *quidpiam;* idem est. Pro *delicto*, cod. Cas. 1. *peccato.*

4. *faceret* — Codd. A, R, V, Hugo *fecerit;* Hesychius *facere vellet;* Hugo de s. Vict. CLXXV, 80. corrupte legit *ut vel valde quod faceret*, dein scribit: « Quidam hic volunt es- » se culpam, non propterea quod iuramen- » tum factum est; sed quia falsum est. » Post verba *vel bene* codd. R, S, V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476. 1480., posteriores edd. Roberti Steph., Paris. 1566., all. cum Glossa interlineari addunt *et non fecerit;* codd. M, O, Q monent expungenda verba *et non fecit*, quae a quibusdam adiiciebantur, quaeque nec in hebr., nec apud Rabanum occurrebant; his concinit vetus correctorium dominicianorum de quo Richardus Simonius in *Nouvelles observ. sur le texte et les vers. du N. T. p. 133.* et G. Fabricy *Titres primit. t. 2. p. 132.* Pro *et sermone*, Rupertus *vel sermone;* hebr. et vett. id non legunt. Bruno ast. et Radulfus

tacent *postea*. Pro *delictum*, Rupertus et Radulfus *peccatum*.

5. *pro peccato* — Codd. Cas. 3. *de peccato;* Bruno ast. addit *suo*, quod in cod. O notatur expungendum.

6. *offerat* — Codd. D, F, V *offeret;* it. Hieronymus; Augustinus vero *afferet*, hebr. והביא, graecus alexandrinus et venetus οἴσει. Pro *de gregibus agnam*, sixtini, codd. A, H, S, Gregorius M. I, 1048. IV, 92., Isidorus V, 412., Hesychius, Rabanus, Hincmarus rhem. CXXV, 951., Radulfus, Garnerius CXCIII, 106., Martinus leg. CCVIII, 399. *agnam de gregibus;* codd. C, D, E, F, G, T, U, V, Cas. 9., Beda IV, 389., Strabus, Rupertus, Hugo *agnum de gregibus*, sed Rupertus in ipso Commentario recte habet *agnam;* Hugo de s. Vict. l. c., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. *de gregibus agnum;* margo Ordin. cum Hieronymo expungit *de gregibus;* cod. B legit *de ovibus agnum;* Augustinus *feminam ab ovibus agnam;* graecus θῆλυ ἀπὸ τῶν προβάτων· ἀμνάδα; item hebr. et reliqui.

Ibid. *pro ea* — Sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, H (mendose Vallarsius *ea*), O, R, S, T, U, V, Cas. 7., Gregorius M., Isidorus, Beda ll. cc., Hesychius, Rabanus, Garnerius, Radulfus *pro eo;* item ex graeco Hieronymus et Augustinus; hebr. עליו, sed referri potest ad נפש, quod est generis comm. Pro *peccato*, cod. V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *peccatis;* conf. ad IV, 26.

7. *sin autem* — Cod. B, all. *si autem*. Pro *potuerit*, codd. G, S, Isidorus, Beda ll. cc., Rupertus *poterit*. Pro *offerat*, codd. Cas. 3., Bibl. Ordin. cum Augustino *offeret;* hebr. et graecus ut vers. superiori. Pro *duos turtures*, codd. F, V, Bruno ast. *duas turtures;* quidam enim censuerunt *turtur* esse feminini generis. Pro *vel*, codd. A, S, Cas. 11. cum Hieronymo et Augustino *aut*. Mox tacent *Domino* Greg. M., Beda ll. cc., Radulfus; item syrus.

8. *pennulas* — Codd. A, B, E, H *pinnulas;* conf. ad XI, 9.; cod. H recte adnotat hebraeum legere *cervicem*. Pro *haereat*, Sixtus cum codd. R, S, antiquis edd. *adhaereat;* Martinus leg. l. c. *inhaereat;* sixtini et gregoriani ad fidem veterum codd. emendarunt. Pro *abrumpatur*, codd. F, V, Bibl. Lugdun. 1522. 1526., all. *obrumpatur*.

9. *asperget* — Cod. E *sparget*. Pro *quidquid*, Bibl. Lugd. 1522. *quod*. Pro *distillare* cod. N* *distillari*. Pro *fundamentum*, Hesychius et Rabanus *fundamenta;* cf. VIII, 15.

10. *adolebit in holocaustum* — Veteres Vulgati edd. *in holocaustum adolebit;* codd. B, Cas. 8., *holocaustum adolebit;* sixtini, codd. A, E, H, Hesychius, Rabanus *adolebit holocaustum*. Hodiernae lectionis auctor nos latet. Vide utrum a typographo invecta fuerit.

11. *Quod si* — Bibl. Compl., Reg. *Et si;* hebr. ואם, graecus Ἐὰν δέ. Pro *duos offerre*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *offerre duos*. Pro *aut duos*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, M, O, R, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *vel duos;* conf. vers. 7. Pro *columbarum*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L, M, N, O, Q, R, S, T, U, V, Cas. 6., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *columbae;* hanc lectionem gregoriani quoque primo confirmaverant, mox vero alteram reposuerunt; hebr. habet יונה singulari numero tum heic, tum superius vers. 7. et XII, 8.; sed graecus περιστερῶν, cui concinit Ionathanus legens יוֹנָא, unde castiganda eius latina versio in polyglott.; samaritanus cum hebr. et reliquis consentit; unde perperam eius latina versio pluralem numerum exprimit. Cf. Luc. II, 24. Pro *offeret*, codd. B, E, U, Cas. 3. et margo Bibl. Rob. Steph. 1545. *offerat;* conf. vers. 6. et 7. Post *peccato* tacent *suo* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, M, N, O, S, T, U, V, Cas. 17., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus; item hebr., graecus (exceptis quatuor codd. holmes.) et reliqui. Pro *similae*, sixtini, codd. A, B, E, F, H, U, V, Cas. 17., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *similam;* graecus communis habet σεμιδάλεως, it. graecus venetus, sed multi codd. et slav.

ostrog. σεμίδαλιν. Pro *ephi*, heic sixtini *aephi;* cf. dicta ad Ex. XVI, 36. Pro *in eam*, cod. A *in eo*. Pro *thuris*, sixtini *turis;* conf. ad II, 15. Pro *imponet*, cod. B *imponat;* cf. Holmes.

12. *tradetque eam* — Cod. B *tradetque ea;* graecus αὐτό, sed multi codd. holmesiani cum Aquila, Symmacho, Theodotione et graeco veneto αὐτήν; Rupertus tacet pronomen. Pro *ex ea*, codd. A, C, D, M, O, R, T, U, V, Cas. 9., Palatinus et Urbinas apud Vallarsium, Rupertus *ex eo;* nonnulli codd. holm. et graecus venetus ἀπ' αὐτοῦ; codd. B, E, F, G, Cas. 10., tres mss. Martianaei, Hesychius, Rabanus, Radulfus *ex toto*. Pro *cremabit*, Rupertus *concremabit*. Pro *monimentum*, Bibl. Reg , all. *monumentum;* cf. ad Ex. XXX, 16. XXXIX, 7.; Radulfus *memoriam*. Pro *obtulerit*, legunt *obtulit* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 16., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus.

13. *pro illo*—Cod. A *pro eo;* it. Hesychius.

14. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, M, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *Locutus;* item armenus et georg.

15. *si praevaricans* — Codd. E, Cas. 4. *quae praevaricans*. Pro *quae Domino sunt sanctificata*, cod. A *quae sanctificata sunt Domino;* Bruno ast. *quae sunt Domino sanctificata*. Pro *offeret*, cod. F, Strabus, Bruno ast. *offerat;* conf. supra ad vers. 11.; margo Ordin. addit *Domino*, ut hebr. et vett.

16. *damni* — Rupertus *damnum ;* cod. H notat in hebraico textu non legi. Ante *quintam* tacent *et* Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., all.; item georg. et quatuor codd. Kennicotti. Pro *ponet supra, tradens*, cod. B et Rabanus *ponens supra, tradet*. Pro *ponet*, Beda II, 340. *addit;* Conc. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1418. *addet;* prout habet Vulgatus infra XXII, 14. XXVII, 13. 19. 31. pro eodem verbo יוסף. Conc. Aquisgr. l. c. tacet *offerens arietem*.

17. *Anima si* — Codd. E, M, N*, R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., margo Ordin., Hugo de s. Vict. l. c. *Anima quae;* ex graeco Augustinus *Anima quaecumque;* notat cod. N « Hebraeus et antiqui ha- » bent *si*. » Post *peccati rea* Glossa interlinearis cum Ruperto addit *postea;* uti IV, 14. 23. V, 3. 4.

18. *offeret* — Agobardus CIV, 348. *offerat;* cf. supra ad vers. 15. Pro *eo*, Hesychius et Rabanus *illo*. Pro *quia nesciens*, legunt *quod nesciens* sixtini, codd. A, C 2. m., D, E, F, O, T, U, Cas. 21., Bibl. Ordin., Hesychius, Agobardus l. c., Rabanus, Radulfus, Bernardus CLXXXII, 1042.

19. *quia*—Agobardus l. c. et Radulfus *qui*. Pro *deliquit*, cod. A *delinquit*. Pro *in Dominum*, codd. Cas. 12. *in Deum;* codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 10., Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., Rob. Steph. 1528. 1540., Lov., aliaeque longe plures edd., Hesychius, Agobardus l. c., Rabanus, Hugo de s. Vict. l. c. *in Domino;* Bibl. Ordin., Brix. 1496., Rob. Steph. 1532. et quae inde manarunt edd. Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., Rupertus *Domino;* hebr. ליהוה, graecus venetus τῷ ὄντωτῇ; Augustinus ex graeco *ante Dominum;* hodiernam lect. praetulerunt sixtini, quibus suffragantur codd. A, B, E, H, L 7., Q, Cas. 1., Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1498., Lugdun. 1535., Rob. Steph. 1545., margo Ordin., Radulfus. Cf. Mariana et Lucas Brugensis.

Cap. VI, 1. *Locutus est* — Veteres pleraeque edd. ante stephanicas, immo et quaedam ex hentenianis cum codd. R, S *Locutusque est;* hebr. et vett., paucis exceptis apud Holmesium, copulam legunt: at cod. N adnotat legendum *Locutus est*, quia prisci latini codd. non interponunt *que*.

2. *Domino* — Hesychius et Rabanus *Deo*. Pro *proximo suo depositum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Hugo, Hesychius, Rabanus, Hincmarus rhem. l. c., Rupertus *depositum proximo suo ;* Prudentius trec. CXV, 1424. Radulfus *depositum proximi sui*. Pro *fuerat*, Hesychius et Rabanus *fuerit;*

hanc vero lect. Montfauconius in *Hex.* Vulgato tribuit; quem profecto Waltoni mendosa editio fefellit; cod. F addit *si ex eo furtum.*

3. *inficians* — Quidam scribunt *infitians,* quod est idem; codd. T, U, V *inficiens.* In verbo *peieraverit* valde dissentiunt scriptores: sixtini, codd. A, C 2. m., F, O *periuraverit;* cod. D *peiurarit;* alii *peierarit,* vel *periurarit;* Vulgatus in polyglottis londin. mendose habet *peieravit;* Hesychius et Rabanus cum Augustino *iuraverit.* Pro *solent peccare,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Prudentius trec. l. c., Rupertus, Radulfus *peccare solent.*

4. *convicta delicti* — Haec desiderantur in Bibl. Ven. 1480. 1483. 1498. Hisce tantum verbis constat versiculus quartus huius capitis in antiquis edd. hentenianis, in vaticana ed. an. 1592. et in romana 1671. Reliquae omnes edd. romanae ad eumdem versiculum referunt verbum quod sequitur, nempe *reddet;* has imitatae sunt edd. plantinianae, et aliae quae inde prodierunt innumerae. Vel ex hac tantilla varietate constat recentes Vulgati editiones fere universim descriptas fuisse ex Bibl. vatic. an. 1593., atque editores vix unquam contulisse principem editionem Clementis VIII. an. 1592. Ceterum licet versiculorum distinctio in Bibliis Vulgati interpretis primitus, nonnisi ex privati hominis industria, anno 1555. inducta fuerit, non tamen Bukentopio (p. 475.), aliisque concedimus, eamdem adhuc arbitrariam esse nullaque publica auctoritate sancitam. Gregoriani enim et clementini censores, abiecta nova, quam Sixtus pertentaverat distinctione, antiquam illam dudum receptam, atque ab ipsis sixtinis servatam restituerunt comprobaruntque; ita ut iam non liceat editoribus Bibliorum quidquam suo ingenio innovare. Conf. Ungarellii Proleg. §. XVIII.

5. *reddet* — Codd. F, Cas. 1. et Bibl. Lugd. 1535. *reddat;* nec refragantur veteres. Pro *per fraudem,* Hesychius et Radulfus *fraude.* Post *partem* cod. E, Rupertus, Radulfus addunt *addet;* quibus favent hebr. et vett. Post *damnum,* cod. Cas. 1. addit *primum.*

7. *dimittetur* — Cod. E *remittetur;* item itala. Pro *peccavit,* cod. A et Hesychius *peccaverit.*

8. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, B, C 2. m., D, E, F, G, H, S, T, U, Thomas. I, 30., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *Locutus;* it. cod. 44. holmesianus. Quidam cum hebr. ab hoc versiculo incipiunt caput VI.

9. *Haec est* — Sixtini cum cod. A tacent *est;* nec legitur apud Augustinum. Pro *usque mane,* Hesychius et Rabanus *usque ad mane,* ut infra XXIV, 3.; Augustinus *usque in mane,* uti Ex. XVI, 23. Pro *ex eodem,* Sixtus, Isidorus Clarius, posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all. *in eodem;* hanc autem lect. valde probavit Steuchus Eugub.; at vero sixtini et clementini ad fidem codd. et antiquiorum edd. emendarunt; hinc Toletus: « Lege *ex,* » ita Complut., Reg., Ordin., mss., et multi » impressi, et prior Congregatio. Tamen in » hebr., graeco, Lovan. et aliis impressis le» gitur *in;* sic *ignis altaris succendetur in eo,* » id est non aliunde adferetur, sed in eodem » altari accendetur; quod in eumdem sensum » recidit. Sic legit et interpretatur Abulensis, » item Liranus, et habent *ex.* » Conf. Rocca l. c., Lucas Brugens. et Bukentopius p. 393.

10. *tunica sacerdos* — Sixtini, codd. A, C, G, H, O, R, S, V, Bibl. Ord., Beda II, 451., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *sacerdos tunica;* codd. D, E, F, N, T, U *sacerdos tunicam.* Pro *tolletque,* codd. B, Cas. 13., Beda l. c. *tollensque.* Pro *vorans,* codd. B, L, Q, Cas. 11., Beda l. c. semel, Bruno ast. *vorax.* Pro *exussit,* codd. C 1. m., F, S, Bibl. Ord., Lugd. 1522., all., Bruno ast. *excussit.* Pro *ponens,* Hesychius *ponet.*

11. *spoliabitur* — Codd. E, Cas. 10. *expoliabitur.* Pro *indutusque,* Bibl. Reg., Compl., Ven. 1476., all. *indutisque.* Pro *efferet eos extra castra, et in,* Bibl. Ord. *extra castra offeret eos in;* cod. B *efferat;* copulam tacent quoque codd. V, Cas. 1., Bibl. Compl., Reg., priores edd. Rob. Steph., all.; item hebr. et

*

vett.; codex a Lovan. pro hac lectione laudatus ipsa est edit. Complut. Verba *usque ad favillam consumi faciet* desiderantur in Bibl. Complut., Reg., Rob. Steph. 1532., Lugd. 1535., all.; cod. H monet haec in hebraeo non legi; nec ullus veterum illa agnoscit; agnoscunt tamen, atque constanter retinent nostri codices omnes; nam duo illi codices quos Lovanienses ex notis Rob. Stephani ad hunc locum excitarunt, non sunt nisi Bibl. Compl. et correctorium sorbonicum: at vero utrum isti ad fidem veterum codicum latinorum verba illa expunxerint ignoramus. Fere enim probabilius videtur illos auctoritate potius sacri textus veterumque interpretum permotos fuisse, quam ullo latinorum exemplarium testimonio. Neque tamen certum exploratumque nobis est haec esse hieronymiana; quae apud nullum certum auctorem Walafrido seu Glossa Ordinaria antiquiorem nobis occurrunt: neque Calmeto assentimur aienti istud additamentum « nullum referre » sensum, nisi forte designet, in cinerem re» digi ossa et carbones antequam efferrentur » extra castra. » Nam Vulgatus, perinde ac sacer textus, loquitur de cineribus elatis extra castra, qui in loco mundo reponendi consumendique erant. Hinc bene Alfonsus Tostatus interpretatus est: « Postquam sacerdos » tulisset cineres extra castra cremabat eos » ibi resolvens usque ad ultimum in quod » resolvi possent; et hoc erat consumere eos » usque ad favillam, id est ut non maneret » ibi aliqua pars materiae combustibilis, sed » sola favilla, quae erat purus cinis. »

12. *in altari* — Cod. Cas. 1. addit *meo;* item Gregorius M. III, 137., ubi tamen hic locus ad sensum tantum profertur. Pro *ligna mane,* Gregorius M. l. c. et I, 794. IV, 93., Garnerius CXCIII, 331. 355. *mane ligna;* cod. G tacet *mane*. Pro *holocausto, desuper adolebit adipes,* Bibl. Paris. 1566., all. distinguunt hoc pacto *holocausto desuper, adipes adolebit;* aliae quoque plures edd. vett. habent *adipes adolebit;* cod. F ante *desuper* addit *et,* cui consentiunt hebr. et vett.

13. *est iste* — Cod. G *autem iste;* Rabanus *enim iste;* codd. H, V *est ipse;* Rupertus, Martinus leg. p. 387. *iste est.* Pro *in altari,* Gregorius M. I, 795., Beda II, 144., Hesychius, Rabanus, Berengosus CLX, 1028., Radulfus, Martinus leg. l. c., Conc. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1418. *de altari.*

14. *et libamentorum* — Cod. E tacet nexum; Anselmus havelb. CLXXXVIII, 1236. *et libaminum.* Cod. H falso notat hebraeum legere *in altari* pro *et coram altari.*

15. *Tollet* — Radulfus *Tolletque;* it. hebr. et vett., praeter armenum; cod. E *Tollens.* Pro *similam,* Bibl. Complut. et Reg. *simila.* Mox tacent verbum *positum* Bibl. Ven. 1476. 1480., Complut., Reg., all.; neque obstant hebr. et vett. Pro *adolebitque,* Bruno ast. *adolebit;* item cod. 199. Kennicotti. Pro *monimentum,* cod. A *monimento;* alii plures *monumentum;* cf. supra ad V, 12. Cod. B mendose habet *altaris* pro *odoris.*

16. *reliquam autem partem* — Rupertus *reliquum autem;* favent hebr. et vett. Pro *et comedet in,* codd. M, Cas. 1., Bruno ast. *et comedet eam in;* favent hebr. et vett. qui hoc verbum cum pronomine in exitu versiculi geminant. Pro *Sancto Atrii,* Sixtus habet *Sanctuarii,* prout legunt codd. B, C, D, F, G, I, U, V, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476. 1479., Brix. 1496., Lugdun. 1513. 1522., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all., Hesychius, Rabanus, Strabus, Rupertus, Anselmus havelb. l. c., Radulfus; cod. M adnotat: « Rabanus et qui» dam antiqui habent *Sanctuarii.* » Verissime porro scholiastes cod. O scribit: « Quidam » confundunt duo nomina in unum dicentes » *Sanctuarii* pro *sancto atrii.* » Hanc enim germanam esse latini interpretis lectionem dubitare non possumus; adeoque merito a sixtinis et gregorianis praehabita fuit; quibus adstipulantur codd. A, E, H, R, S, Cas. 4., Bibl. Ord. Hinc Toletus: « Lege *sancto atrii;* » sic Ord.; in hebraeo autem et graeco *san*» *cto, in atrio;* et ita legunt Compl. et Reg., » quod idem est. » Conf. Rocca l. c., Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 147. Pro hac

postrema lectionis varietate, nempe *sancto, in atrio,* Robertus Steph., indeque Lov. excitant cod. s. Victoris, correctorium sorbonicum et edit. Compl.; hisce addere possumus Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1498., Lugd. 1535., Rob. Steph. 1528. 1532., all.; item Isidorum Clarium et marg. Ord.; immo ipsemet Vulgatus ita legit infra ad vers. 26. (ubi priores litteras minusculas edd. vaticanae adhibent), quo loco eadem phrasis in sacro textu occurrit. Verumtamen latinorum codicum potior auctoritas clementinam prae hac lectione tuetur.

17. *fermentabitur* — Bibl. Ordin. *fermentabit.* Pro *Domini,* codd. C, F, U, omnes prima manu, Hesychius, Petrus cellens. CCII, 973. *Domino.* Pro *offertur,* codd. Cas. 2. *offeretur;* hanc lectionem modernis adscribit cod. O. Qui codicem E descripsit ab hoc versiculo transilivit ad X, 18.; adeoque per haec capita illius codicis lectiones nobis deficiunt.

18. *tantum* — Bibl. Reg. *tamen.* Ante *sempiternum* tacent *ac,* non paucae ex edd. hentenianis, Rabanus, Petrus ven. CLXXXIX, 573.; quibus consentiunt hebr. et vett.; item Vulgatus Ex. XXVIII, 43. XXX, 21. Lev. XVI, 29. 34. XVII, 7. XXIII, 21. 31. 41. et alibi. Pro *erit,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ord., Hugo, Radulfus, Petrus cellens. l. c. *est;* Hesychius, Rabanus et vett. tacent.

19. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, C, D, G, H, O, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Hesychius, Rabanus, Radulfus cum Augustino *Et locutus;* codd. F, V, Cas. 4., Thomas. l. c., Bruno ast. *Locutus;* item armenus.

20. *ephi* — De hoc verbo vide ad Ex. XVI, 36. Pro *in sacrificio sempiterno,* codd. Cas. 19. cum Augustino *in sacrificium sempiternum.* Ante *vespere* tacent *eius* sixtini, codd. A, B, C, D, F, O, T, U, V, Cas. 5., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Petrus cell. CCII, 1024.; item latina versio arabi in polyglottis, sed contra fidem sui textus.

21. *Offeret autem* — Cod. H, Petrus Dam. CXLV, 502., Petrus cellens. l. c. *Offerat autem;* Gregorius M. I, 1304. IV, 94., Taio LXXX, 830., Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1095., *Offeretque;* Rupertus, Berengosus CLX, 1023. tacent *autem;* item Augustinus cum hebr. et graeco. Pro *Domino,* Rupertus *coram Domino,* uti Onkelos et Ionathanus.

22. *iure patri* — Codd. V, Cas. 4. addunt *suo;* Petrus cell. l. c. tacet *iure;* at Philippus de harv. CCIII, 676. diserte scribit: « Non » ait simpliciter *patri,* sed vigilanter ait *patri iure.* » Postremam hanc lectionem retinent codd. C, D, F, H, R, S, T, U, Bibl. Ord., Gregorius M., Taio ll. cc., Hesychius, Smaragdus CII, 638., Rabanus, Strabus, Petrus Dam., Berengosus ll. cc., Rupertus, Bruno ast., Radulfus, Conc. Aquisgr. l. c.; mendose Bibl. Paris. 1566. *iure parti.*

23. *consumetur* — Cod. A et Strabus *consumitur;* Bruno ast. *consumatur.* Pro *quisquam,* cod. A *quidquam.*

24. *Locutus est autem*—Tacent *autem* primo sixtini, codd. B, C, D, F, G, N, S, T, U, Thomas. I, 31., Bibl. Ordin., Hugo, Hesychius, Rabanus, Radulfus; codd. A, O, R, V, Cas. 17. legunt *Locutusque est.*

25. *Aaron et filiis* — Codd. H, F, Cas. 1. *ad Aaron et ad filios;* codd. B 2. m., D, U *ad Aaron et filios;* hebr. אל אהרן ואל בניו, graecus τῷ Ἀαρὼν καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. Pro *Ista est,* cod. B 1. m. *Ita est.* Pro *offertur,* codd. F, V, Cas. 1. *offeretur;* hebr. תשחט, graecus σφάζουσι, sed Complut. et novem codd. holmesiani σφάξουσι; reliqui interpretes cum hebr. faciunt.

26. *offert* — Codd. F, H, V, Cas. 11., Bibl. Lugdun. 1522., Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *offeret;* Augustinus *imponet;* cf. Holmes. Pro *eam,* cod. U, Hesychius, Rabanus *ea;* Augustinus *illud.*

27. *Quidquid* — Cod. H notat hebraeum legere *Quisquis;* eique reliqui interpretes consentiunt; et ita habet cod. C 2. m.

28. *si vas aeneum fuerit* — Hesychius et Rabanus tacent *fuerit;* Bruno ast. non legit *vas.*

29. *sacerdotali* — Cod. Cas. 1. addit *in loco sancto.* Pro *de carnibus eius,* cod. Cas. 1. *his carnibus;* sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, O, T, U, Bibl. Ord., Hesychius, Bruno ast., Rupertus, Radulfus particulam *de* tacent. Pro *quia,* cod. A *quoniam.*

30. *Hostia enim* — Codd. L 5., S et margo Bibl. Lugd. 1550. *Hostia autem;* hanc lectionem valde probant Bukentopius pag. 148. et De Vence. Pro *infertur,* Rabanus *effertur;* cod. Cas. 1. *defertur;* cod. V *fertur.*

Cap. VII, 1. *Haec quoque lex* — Bibl. Ord. *Haec quoque lex est;* Bibl. Paris. 1566. *Haec est quoque lex;* codd. et reliquae edd. quas contulimus habent *Haec quoque est lex;* Rocca I, 313. dicit verbum substantivum tamquam superfluum sublatum fuisse. At quum romanorum censorum acta quae habemus sileant, suspicamur illud verbum in edit. sixtina, quam dein omnes sequutae sunt, fortuito excidisse. Mox codd. Cas. 2., Bibl. Lugd. 1522. 1542., Ven. 1533. tacent *hostiae;* favet hebraeus. Pro *Sancta,* Hesychius, Rabanus, Rupertus *sanctum,* uti vers. 6.; hebr. קדש, graecus venetus ἅγιον; item reliqui, excepto alexandrino.

2. *immolabitur* — Sixtini, codd. A, B, R, Hesychius, Rabanus *immolatur;* gregoriani dubitarunt. Pro *per gyrum altaris fundetur,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *per gyrum fundetur altaris.*

3. *Offerent* — Cod. F *Offerant;* cf. Holmes.

4. *Duos renunculos* — Particulam *et* praemittunt codd. Cas. 12., item hebr. et vett. Pro *ilia,* Bruno ast. *illa;* cf. ad III, 4. Post *renunculis* margo Ordin. addit *removebit,* uti hebr. et vett.; conf. ad III, 10.

5. *est Domini* — Bruno ast. *est Domino;* accedunt hebr. et vett.; codd. G, Cas. 12. interponunt *enim.*

6. *de sacerdotali genere* — Cod. A et Radulfus *de genere sacerdotali.* Ante *his carnibus* codd. C, D, T, U addunt *de.* Pro *Sanctum,* codd. C 1. m., H, T *Sancta,* ut vers. 1.

7. *Sicut . . . lex una* — Hesychius et Rabanus *Et sicut . . . una lex.* Post *erit,* codd. Cas. 2. addunt *et;* item syrus et armenus.

8. *offert* — Codd. F, Cas. 10., Rabanus, Bibl. Lugd. 1522. *offeret;* item *Spicil. solesm. II, 237.* Pro *pellem eius,* Rupertus *pellem ovis;* hebr. et reliqui *pellem holocausti,* scilicet victimae.

9. *eius erit* — Cod. Cas. 1. tacet *eius.* Pro *offertur,* cod. Cas. 1. *offeretur.*

10. *sive oleo* — Cod. H notat hebraeum praemittere *et.* Pro *fuerint,* codd. A, C, D, F, H, S, T, U, Cas. 22., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Hugo de s. Vict. *fuerit.* Pro *mensura aequa,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rabanus, Strabus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Hugo de s. Vict. *aequa mensura;* cod. B *mensura aeque.* Pro *dividetur,* Sixtus *dividentur;* clementini receptam communemque lectionem restituerunt.

11. Quaedam vett. edd. ut Bibl. Ven. 1482., Lugd. 1513., all. cum graecis ab hoc versiculo caput septimum exordiuntur; it. codd. R, S, V. Pro *offertur,* Waltonus mendose habet *offerunt;* hinc deceptus fuisse videtur De-Rossi in *Append.* ad *Varr. Lectt.,* ubi hanc lectionem Vulgato adscribit quam alexandrino potius tribuere debuisset.

12. *oblatio fuerit* — Cod. Cas. 1. *oblatum fuerit;* codd. A, C 1. m. *fuerit eius oblatio;* item, expuncto *eius,* sixtini, codd. C 2. m., D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Anselmus havelb. l. c., Radulfus. Pro *offerent,* Bruno ast. *offeret;* cui favent hebr. et vett. Pro *uncta,* codd. Cas. 2. *lita.* Pro *collyridas,* cod. A *collyras;* quae profecto purior elegantiorque est lectio; nam pro hoc nomine apud Forcellinium Plauti testimonium habetur; illud vero nonnisi apud ecclesiasticos scriptores occurrit; conf. Isidorus VII, 413.; Rob. Steph. in suis prioribus edd. et margo Ord. *collicidas* (Clarius scribit *colycidas*), et ita legendum censuerat Antonius Nebrissensis, quem pluribus refutavit Malvenda in h. l.

Ceterum vide sis Cangii *Glossar. lat.* et Montfauconii *Hex.*

13. *immolatur* — Cod. B *immoletur;* codd. Cas. 10. *immolabitur.*

14. *offeretur* — Codd. A, B, vett. edd., Hugo de s. Vict. *offertur;* hodiernam lect. invexerunt sixtini ad fidem quamplurimorum codicum, Rabani, Radulfi, all., quibus consentiunt hebr. et vett.

15. *carnes* — Codd. B, U *carnem;* it. hebr. et vett., excepto alexandrino. Pro *eadem*, pauci codd. *eodem.*

15. 16. *nec remanebit ex eis quidquam usque mane. Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die: sed et si quid* — « In cod. (B) Gothico, ait Palo» mares, haec adduntur in margine, erasis e » contextu tribus aut quatuor verbis; et ubi » in excussis legitur *Si voto, vel sponte,* legi» tur in praefata margine *Si vero sponte.* » Pro *quispiam,* codd. A, C, D, F, all. *quisquam.*

18. *si quis*—Codd. H, L 2. (seu Q), Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. 1545., all., margo Ord., Rabanus *et si quis;* item hebr. et vett., excepto georg. et cod. 419. derossiano. Pro *victimae pacificorum,* cod. A *pacificorum victimae.* Post *fiet,* codd. L, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. addunt pronomen *eius,* quod cod. O notat expungendum. Pro *contaminaverit,* cod. A *contaminarit;* Rupertus *contaminavit.*

19. *aliquid* — Sixtus *aliquod,* fortasse ex typographi mendo; gregoriani emendarunt: « Lege *aliquid,* ait Toletus; sic Compl., Reg., » Ordin. et Congregatio. » Cf. Rocca I, 314. Pro *fuerit mundus,* cod. F *mundus fuerit;* codd. R, S, Cas. 2., Bibl. Brix. 1496., Ven. 1497. 1501. 1544., Rob. Steph. 1540. 1545., Lugd. 1551. 1556., Paris. 1566., all., Hesychius semel, Hugo de s. Vict. *fuerit immundus;* perperam autem idem Hugo hanc lectionem hebraico textui adscribit. Recte Nicolaus de Lira: « Aliqui libri habent *immundus;* sed » littera talis est falsa; quia libri correcti ha» bent *mundus;* et sic est in hebraeo. » Scholiastes quoque in cod. M adnotat: « Glossa » *fuerit immundus,* id est hypocrita. Radul» fus et antiqui et hebraei habent *qui fuerit* » *mundus vescetur ea,* et refertur non ad pro» xime dictum, sed ad carnem sanctam, de » qua superius locutus est, ut dicit Radulfus. » Glossa vero et Postilla exponunt *fuerit im*» *mundus.* » Eadem fere habent reliqua correctoria, nempe codd. N, O, sorbonicum et dominicianum apud Richardum Simonium, *Nouvelles observ. sur le texte et les vers. du N. T., p. 133.* Pro *vescetur ex ea,* sixtini, codd. A, B, C, G, H, M, N, O, T, Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus *vescetur ea.*

20. *de populis suis* — Cod. A *de populo eius;* Rupertus *de populis eius;* Cyprianus ex itala *de populo suo;* item Zeno XI, 369., Ratherius veron. CXXXVI, 483. 511. 594.; cf. Ex. XXX, 33. 38. Lev. XVII, 9. XIX, 8. et infra ad vers. 25. Vulgatus enim modo per pluralem, modo per singularem numerum promiscue reddit hebraicum מעמיה et מעמיו.

21. *Et quae*—Codd. Cas. 14., Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *Et qui.* Pro *rei quae,* margo Ordin. *reptili, quod;* concinunt samaritanus, syrus, Onkelos, Ionathanus, arabs, septem codd. hebraici apud De-Rossi; conf. Michaëlis *Bibl. orient. I, 169.,* Rosenmulleri *Schol.* (ubi legendum quinque, non vero sex codd. Kennic.) et Schulzius in h. l. At recepti textus hebraici integritatem tuetur Maurerus in h. l. Pro *huiuscemodi,* non pauci codd. et auctores legunt *huiusmodi.*

22. *Locutusque* — Cod. G, Rabanus, Radulfus *Locutus;* item armenus.

23. *filiis Israel*—Cod. Cas. 1. addit *dicens,* uti infra vers. 29.; item hebr. et vett.; at in cod. graeco vaticano antiquissimo λέγων superadditur; quod Holmesius non adnotavit. Pro *ovis, et bovis,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, M, O, T, U, V, Thomas. I, 31., Beda II, 343., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Petrus Com., Hugo *bovis et ovis;* item hebr. et vett.

24. *in varios usus* — Legunt *in usus varios* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, V,

Bibl. Ord., Beda l. c., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Petrus Com. conf. *Spicil. solesm. II, 244.*

25. *qui offerri debet in incensum* — Cod. H notat hebraice legi *animalium quae offerri debent in sacrificium;* conf. Sabatier. Pro *Domini,* codd. G, Cas. 12. cum Augustino *Domino;* eisque favent hebr. et vett., excepto cod. vaticano antiquissimo, ubi est Κυρίου. Pro *de populo suo,* Rupertus *de populis suis;* conf. supra ad vers. 20.

26. *sumetis* — Cod. A *sumatis;* Rabanus *consumetis.* Pro *in cibo,* cod. A *in cibos;* codd. C 2. m., F, Bruno ast., Radulfus *in cibum.* Mox margo Ordin. addit *in cunctis habitaculis vestris;* haec eadem cod. H in hebraico legi notat; at pro his versiones samaritana, armena et slavonica habent *in cunctis generationibus vestris.* Animadverte in polyglottis Waltoni latinam interpretationem heic exprimere lectionem samaritanae versionis, non vero ipsius samaritani textus, qui ab hebraico non recedit.

27. *Omnis* — Bruno ast. addit *enim;* conf. Kenn. et Holmes. Pro *ederit,* codd. F, Cas. 12. *comederit.* Pro *sanguinem,* codd. A, Cas. 12. *de sanguine.*

28. *Locutusque* — Legunt *Locutus* sixtini, codd. A, B, C, D, G, N, O, S, T, U, Cas. 7., Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Rabanus.

29. *dicens* — Tacent hoc verbum sixtini, codd. A, B, F, H, R, S, U 2. m., Cas. 19., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus; it. cod. 104. Kennicotti, et cod. 53. Holmesii. Correctoria M, N, O notant heic non esse expungendum, etsi supra ad vers. 23. non legatur. Gregorianis aliquod dubium subortum fuerat, verum recepta lectio praevaluit. Pro *Qui offert,* gregoriani, codd. Cas. 11., Bibl. Lugdun. 1522. 1526. in fol., Hesychius, Rabanus *Qui offeret.* Pro *offerat simul,* sixtini, gregoriani, cod. A, Hesychius, Rabanus *offeret simul;* hebr. יביא. Pro *id est, libamenta,* cod. H, Hesychius, Rabanus *id est, et libamenta;* Rupertus *et libamenta;* cod. S *id est libamentum.*

30. *tenebit* — Hesychius *tenebitque;* nexum addunt coptus, slav. ostrog. et arabs apud Holmes. Mox cod. Cas. 1., Bibl. Paris. 1566., Rupertus addunt *in.* Pro *consecraverit,* cod. A *consecrarit;* Bibl. Ordin. *consecravit.*

32. *in primitias* — Cod. F, Hesychius et Rabanus *in primitiis.* Pro *sacerdotis,* Bruno ast. *sacerdoti;* non male.

33. *obtulerit* — Cod. Cas. 1. *obtulit.* Pro *sanguinem et adipem,* Rupertus et Bruno ast. *adipem et sanguinem;* conf. supra ad III, 17. Ante *ipse* codd. Cas. 8. addunt *et;* e contra cod. H cum hebr. et antiquis interpp. tacet *et* ante *armum.*

34. *elevationis* — Codd. A 1. m., D, F, Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *elationis;* Rupertus *consecrationis.* Pro *tuli,* codd. Cas. 2. *tulit;* Cas. 4. *abstuli;* Cas. 1. *abstulit.* Pro *de hostiis,* Hesychius *ex hostiis.* Pro *dedi,* cod. Cas. 1. *dedit.* Pro *et filiis,* sixtini, codd. et auctores fere omnes, Bibl. Ordin. *ac filiis.* Ante *lege* addunt *in* Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1522. 1535., all.; item slav. ostrog.

35. *unctio* — « In hebraico, ait Hugo de » s. Vict., est *augmentum,* scilicet quod da- » tum est ei a Domino lege perpetua. » Hugonis verba protulimus quia etsi veteres interpp. cum Vulgato verbum משחת ad *unctionem* retulerint, tamen non pauci ex recentioribus, collato Num. XVIII, 8., contendunt heic *portionem* significare; quo sensu illud Saadias accepit. Conf. Rosenmulleri *Schol.* et Gesenii *Thes.* pag. 825. Pro *die qua,* veteres edd. longe plures *in die quo;* sixtini ad codicum fidem emendarunt.

36. *et quae* — Coniunctionis particulam tacent codd. B, Cas. 2.; item hebr. et vett. Pro *eis dari,* codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *dari eis.*

37. *holocausti, et sacrificii pro peccato* — Cod. G tacet *et;* Bukentopius pag. 14. 148. 526., De Vence in h. l. aliique volunt legendum *holocausti et sacrificii, pro peccato;* cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Ante *pacificorum* cod. B tacet *et;* item slav. ostrog.

38. *quam* — Habent *quas* sixtini primo, codd. A, B, C, D, F, G, H, N, T, U, Cas. 19., Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus; scholiastes codicis N addit: « Quod » dicitur *quas* ad omnia praecedentia refer- » tur; ita Lev. XXVI. (v. 45.) » Cod. O notat alibi legi *quae*.

Cap. VIII, 2. *Tolle* — Cod. Cas. 1. *Tolles*. Pro *vestes*, cod. Cas. 1., Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1522. 1535., all. *vestesque;* item hebr. et vett. Ante *duos arietes* addunt *et* codd. G, T, V, Cas. 1., Radulfus; item ante *canistrum* cod. H et Radulfus; concinunt hebr. et vett.

3. *coetum*—Addunt *Israel* codd. S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Roberti Steph., all.; accedunt coptus et arabs 3. Holmesii. Mox codd. L 10. (nisi error sit Lovaniensium, qui notationem ad seq. vers. pertinentem huc retulerint) tacent *tabernaculi:* e contra Hesychius et Rabanus addunt *testimonii*, uti hebr. et vett.

4. *Fecit*—Sixtus, Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1540. 1545., Lov., all. *Fecitque;* item hebr. et vett.; Rocca l. c. dicit coniunctionis particulam uti superfluam ablatam fuisse; at illam sixtini et gregoriani ad fidem priscorum codicum abiecerunt; quibus favent Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., Hesychius, Rabanus, aliique plures. Pro *imperaverat*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, O, R, S, T, U, Bibl. Paris. 1566., Rupertus, Radulfus *imperarat;* codd. Cas. 2. et Bruno ast. *imperavit*. Mox tacent *tabernaculi* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, O, T, U, Cas. 18., Thomas. l. c., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus; gregorianis dubium fuit utrum vox illa expungenda esset; Estius omnino retinendam censuit.

5. *iussit* — Cod. V *dixit;* Rabanus *misit*. Radulfus tacet *fieri;* item cod. 110. Kennic. et Chrysost. I, 657.

6. *Statimque* — Cod. A 1. m. *Statim quoque*. Ante *filios* Bruno ast. addit *duos*. Pro *lavisset*, cod. B *libasset*.

7. *induens eum* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, N, O, R, T, U, V, Cas. 20., Beda II, 485., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus, Philippus de harv. CCIII, 736.; mendose Vallarsius notat Vulgatum legere *induens eos*. Scholiastes cod. N animadvertit hoc loco legi *humerale* pro *superhumerale*, uti Eccli. XLV, 10., quia praecedit *desuper*.

8. *astringens*—Sixtini, gregoriani, cod. A, Beda l. c. *stringens*. Pro *aptavit*, Hesychius et Rabanus *coaptavit*.

9. *Cidari* — Codd. A, C, D, F, N, R, T, U, Rabanus, Radulfus *Cidarim;* cod. N adnotat: « Antiqui *Cidarim;* ac si diceret induit ci- » darim caput; item III Reg. VI. (v. 15.) » *operuit ligna intrinsecus.* » Radulfus diserte scribit: « Non est nostrae locutionis ut sic » dicatur *texit caput cidarim*, ut dici solet » *induit me tunicam*. Sed habet hebraea lin- » gua locutiones suas, quam puto interpres » in hoc loco ut sequeretur, minus latine lo- » qui elegit, et linguae quam transferebat » proprietatem exprèssit. » Cod. B *Citharis*, fortasse quia graece dicitur κίταρις aeque ac κίδαρις. Pro *super eam*, codd. C, D, T, U, Philippus de harv. l. c. *super eum*. Pro *sanctificatione*, codd. C, F, S, U, Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *sanctificationem*. Pro *Dominus*, cod. A *Deus*.

10. *unctionis oleum* — Hesychius, Rabanus *oleum unctionis*. Pro *linivit*, sixtini, codd. A, B *levit;* conf. ad Ex. II, 3.

11. *Cumque* — Cod. A *Cum;* cf. Holmes. Pro *altare*, Bibl. Ordin. *ad altare;* hebr. et graecus *super altare*. Pro *labrumque*, codd. B, Cas. 11, Hesychius, Rabanus *labrum quoque;* non paucae edd. cum Glossa interlin. *labiumque;* conf. ad Ex. XXX, 18.

12. *Quod fundens* — Hesychius *Qui fundens*.

13. *vestivit* — Codd. R, S, Cas. 2., Bibl. Ordin., posteriores edd. Rob. Steph., all. *consecravit, vèstivitque*, at prius verbum recte a Calmeto reiicitur. Pro *balteis*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, M, O, R, T, U, V, Cas. 18., Hesychius, Rabanus, Radulfus, Ivo carnot. CLXII, 79., Philippus de harv. l. c.

balteo; Houbigantius notat omnes vett. interpretes cum samaritano textu pluralem numerum exhibere; at hebr. legit אבנט. Pro *mitras,* cod. A *mitram.* Pro *ut iusserat,* cod. A *sicut praeceperat;* cod. B *ut dixerat.*

14. *posuisset* — Cod. H *imposuisset;* sixtini, codd. A, B, C, D, F, S, T, U, V, Cas. 18., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *posuissent;* his favent samaritanus, syrus et armenus, item contextus analogia; unde pluralem exprimunt plures interpretes. Conf. vers. 18. et 22.

15. *hauriens* — Margo Ordin., ut hebr. et vett., addit *Moyses.* Pro *tincto,* codd. Cas. 13., Radulfus *intincto;* cf. ad IV, 17. Pro *cornua,* codd. D, U, V, Cas. 12. *cornu;* cf. ad IX, 9.

16. *Adipem vero* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Bruno ast., Radulfus *Adipem autem;* cod. B, Hesychius, Rabanus *Adipem quoque.* Pro *erat,* cod. A *fuit.* Pro *et reticulum,* Hesychius et Rabanus *reticulumque.* Post *iecoris,* cod. Cas. 1. addit *eius.* Post *adolevit,* rursum margo Ordin. addit *Moyses,* ut hebr. et vett.; sed conf. De-Rossi et Holmes.

17. *et carnibus* — Tacent nexum sixtini, codd. B, C, D, G, H, O, R, S, T, U, Cas. 13., Bibl. Ordin., Bruno ast. et Radulfus; Hesychius et Rabanus legunt *et carne;* conf. ad VII, 15. Post *praeceperat* Radulfus addit *ei;* cod. V post *Dominus* addit *Moysi,* uti hebr. et veteres interpretes.

18. *imposuissent* — Codd. C, D, G, T, U, Cas. 12. *imposuisset;* item graecus; cf. supra ad vers. 14.; hanc lectionem memorat et cod. O, eique favet latina versio Ionathani, sed contra fidem sui textus. Pro *Aaron et filii eius manus suas,* sixtini cum cod. A *manus suas Aaron et filii eius.*

19. *per circuitum altaris* — Sixtini, codd. A, R, V, Hesychius, Rabanus, Radulfus *per altaris circuitum,* ut supra I, 5. III, 2. 13.; codd. F, G, M, N, Cas. 3., Bruno ast. *super altaris circuitum;* codd. C, D, H, O, S, T, U, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo *super altare per circuitum;* haec postrema lectio melius respondet hebr. et graeco; et ita habetur infra ad vers. 24., item Ex. XXIX, 20. Lev. I, 11.

20. *in frusta* — Hesychius et Rabanus *per frusta;* mittimus codd. et edd. mendose legentes *in frustra.*

21. *Domino, sicut praeceperat ei* — Cod. B *Domini, sicut praeceperat ei Deus;* Hesychius et Rabanus *Domino, sicut praeceperat Dominus;* accedunt hebr. et vett.

22. *in consecratione* — Codd. G, V, Bibl. Ord., Ven. 1476., Rob. Steph., Lovan., all., Hesychius, Radulfus *in consecrationem;* item Compl. et Reg., sed tacent *in.* Sixtini, quos reliqui censores sequuti sunt, ad veterum codd. normam emendarunt; conf. Rocca l. c. Pro *posueruntque,* cod. F, Bruno ast. *posuerunt.* Pro *caput eius,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, S, T, U, V, Bruno ast., Radulfus *caput illius.*

23. *sanguine eius, tetigit* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 20., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus tacent *eius;* cod. B pro *eius,* legit *et;* veteres cum hebr. *sanguine eius, et tetigit.* Rupertus tacet *dextrae* priori loco; Bruno ast. altero loco. E contra Hesychius et Rabanus addunt *dextri* post *pedis,* consentientibus hebraeo antiquisque interpp.

24. *et pollices* — Codd. C 1. m., D, O, T, U, priores edd. Rob. Steph., Rupertus *et pollicis;* codd. R, Cas. 2. *et pollicem;* et ita habet Vulgatus in polyglottis londinensibus. Pro hac lectione Robertus Steph. protulit cod. s. Victoris et Biblia Compl. (hinc Lovan. notant duos codices legere *et pollicem*); at perperam; nam ed. Compl., uti et Reg., omissa particula *et,* legit *pollices.* Pro *pedis dextri,* cod. R, Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg., all. *dextri pedis.* Pro *per circuitum,* Hesychius *in circuitu;* conf. ad IX, 18.

25. *duos renes* — Codd. S, Cas. 2. *duos renunculos;* ut alibi saepius. Pro *armo dextro,* codd. C 2. m., F, Cas. 18., Bruno ast., Petrus Com. *armum dextrum.*

26. *panem* — Codd. A, R, S, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Lugdun. 1522., posteriores edd.

Rob. Steph., all., Bruno ast. *panes*. Post *fermento* addunt *unum* Bibl. Compl., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., item Vulgatus in polyglottis londin. et hebr. et vett.; at latini codices refragantur; nam cod. laudatus a Lovan. est ipsa ed. Complut. Pro *collyridam*, cod. A *collyram;* cur hanc lectionem Vulgato tribuerit hoc loco Montfauconius nos latet; Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. *collicidam;* cf. ad VII, 12. Pro *laganumque*, Bruno ast. *lagana quoque;* ut Ex. XXIX, 2. Post *dextrum* cod. F ex superiori versiculo addit *separavit*.

27. *levaverunt* — Cod. A et duo mss. Martianaei *libaverunt;* id autem non incongruo sensu legi existimavit Martianaeus; at vero hanc lectionem absurdam esse, atque ab imperitis amanuensibus invectam Vallarsius censuit.

28. *Domino* — Sixtus, codd. A, B, C, D, F, O, S, T, U, V, longe plures edd., Hesychius, Rabanus, Radulfus *Domini;* hodiernam lectionem sixtinis et gregorianis debemus, quibus favent codd. G, H, L, Q, R, Cas. 16., et pauciores edd.; Toletus scribit: « Lege *Domino;* sic hebr., Complut., Reg. et » Congregatio. » Conf. Rocca l. c., Bukentopius p. 393.

29. *Tulitque* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, R, T, U, V, Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *Tulit et;* cod. S *Tulitque et;* cod. Cas. 1. *Sustulit et;* codex Martianaei et margo Ordin. cum hebr. et vett. addunt *Moyses*. Pro *illud coram Domino*, cod. A 1. m. *coram Domino illud*. Pro *praeceperat*, Hesychius et Rabanus *praecepit;* nec obstant veteres.

30. *Assumensque* — Hesychius *Assumens ergo*. Pro *in altari*, codd. C, D, H, N, O, T, U, V, Cas. 1., Bruno ast., Radulfus, Ivo carnot. l. c. *super altari* (vel *altare*); consentiunt hebr. et vett. Pro *filios illius*, codd. F, G 1. m., V, Hesychius, Rabanus, Ivo carnot. l. c. *filios eius*.

31. *in vestitu suo* — Cod. V *in vestimento suo;* cod. H notat hebr. legere *et vestes eorum;* margo Ordin. *cum vestibus eorum;* Mariana suspicatur legendum potius *cum vestitu suo*, cui veteres favere videntur. Post *tabernaculi*, cod. H monet hebr. addere *testimonii*. Pro *comedite eas*, codd. A, H, Cas. 12. *comedetis eas;* Augustinus *edetis eas*. Pro *consecrationis*, cod. B *propositionis*. Mox tacent *Dominus* codd. C, D, G, N, T, U; item hebr. et vett. (at multi graeci codices, et versiones ex graeco derivatae, illud legunt): e contra cod. B legit *Dominus Deus*. Pro *comedent eos*, codd. C, U, Cas. 1., Bibl. Ord. *comedent ea;* cod. O legit *eos*, sed notat alios legere *ea;* conf. Sabatier.

32. *reliquum* — Cod. B *reliqui*. Pro *de carne et panibus*, cod. C *de pane et carnibus;* Hesychius et Rabanus *de carne et de panibus*. Pro *absumet*, codd. R, Cas. 2., Hesychius et Rabanus *consumet;* codd. G, N, S, V *assumet;* cod. N addit hoc scholion: « Id est ad » se sumet comburendo, quod hebraeus ha» bet, et est modus loquendi apud eloquen» tes. Alii habent *absumet*. » Utraque lectio memoratur in cod. O.

33. *De ostio quoque . . . usque ad diem quo complebitur* — Cod. B *De ostio autem . . . usquequo compleatur;* pro *complebitur*, codd. Cas. 2., Bibl. Paris. 1566. *implebitur*. Pro *finitur*, cod. A *erit*.

34. *sicut et* — Fere omnes vett. edd., codd. C 1. m., G, R, S, tacent *et*, quod sixtini ad vetustiorum codicum fidem cum Bibl. Ordin. addiderunt; cf. Rocca l. c. Pro *compleretur*, codd. H, L, Q, Cas. 1. *compleatur*.

35. *in tabernaculo* — Margo Ordin. *in ostio tabernaculi testimonii*, uti hebr. et vett.; cf. Bukentopius p. 148.

36. *locutus est* — Codd. Cas. 10. *praeceperat;* Hesychius et Rabanus *praecepit;* item hebr. et vett.

Cap. IX, 1. *Facto autem octavo die* — Codd. C, D, G, O, S, T, U, Bibl. Ordin., Rupertus, Radulfus *Facta autem octava die*.

2. *de armento* — Hesychius et Rabanus tacent. Pro *utrumque immaculatum*, codd. A, B, C, D, F, N, O, U, Rabanus, Radulfus *utrumque immaculatos;* codd. T, Cas. 11., Hugo,

*

Hesychius, margo Ordin. *utrosque immaculatos*. Pro *et offer*, codd. Cas. 5., Rabanus cum Hieronymo *et offeres*.

3. *agnum* — Tum ex cod. columnensi, tum ex schedis Angeli Rocca constat a gregorianis scriptum fuisse *agnos*. Inde, ut videtur, hanc lectionem primo expresserat princeps editio Clementis VIII. anno 1592.; sed antequam eiusdem exemplaria evulgarentur, communis lectio calamo in eadem edit. restituta fuit. Nam ita iure voluere clementini correctores, ex quorum sententia Toletus scribit: « Congregatio *(gregoriana)* legit *agnos*, sed » mendose; nam legendum est *agnum;* et sic » est in hebr., graeco et omnibus latinis. » Rocca in suis editis notationibus pag. 114. addit: « Non desunt qui legant *agnos*, sed » mendose. » Utrum autem, praeter gregorianos, alius adsit huius lectionis testis, compertum non habemus.

Ibid. *anniculos* — Ita merito legendum censuerunt sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur codd. A, B, H, L 5. (seu Q), Cas. 3., Bibl. sanctandreana Heidelb. 1586., Isidorus Clarius, hebr. et veteres interpretes omnes, excepto alexandrino. Errat enim Angelus Rocca dum hanc lectionem graecis adscribit; item Toletus dum ait: « Legendum est » *anniculos*, ut referatur ad utrumque, *vitu*» *lum* et *agnum*, uti habetur in hebr., graeco » et mss. » Graecus habet ἐνιαύσιον; neque Holmesius pro Vulgati lectione graecos ullos testes profert, sed tantum arabes. Hinc alexandrinus stat pro altera lectione quam sequutus est Sixtus, qui legit *anniculum;* eidem praeterea suffragantur codd. C, D, F, G, R, S, T, U, Cas. 20., vett. edd., Hesychius, Rabanus, Radulfus; item ex graeco Hieronymus et Augustinus; hisce accedere videtur Ionathanus (at interpretandi ratio quam heic sequitur vix ullum pro re critica momentum habere potest) et cod. 109. Kennicotti; cod. V *agniculum;* conf. supra ad I, 10. Animadverte *anniculos* referri tantum ad *vitulum* et ad *agnum*, non vero ad *hircum;* hinc egregie arabs et graecus venetus dualem numerum usurpant. Mox cod. B tacet *in* ante *holocaustum*.

4. *pro pacificis* — Cod. A *pro peccatis*. Pro *sacrificio*, cod. Cas. 1. *sacrificiis*. Pro *conspersam oleo*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus *oleo conspersam*.

5. *Tulerunt* — Codd. Cas. 4. *Substulerunt*. Pro *ubi cum*, Hesychius *quum ibi*. Pro *omnis multitudo astaret*, sixtini, codd. A, C, D, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *omnis staret multitudo;* cod. F. *staret omnis multitudo;* cod. H et margo Ordin. *omnis astaret multitudo;* praeterea margo Ordin. cum hebraeo addit *coram Domino*.

6. *praecepit* — Bibl. Lugd. 1535. addunt *vobis;* item arabs.

7. *Et dixit* — Hesychius et Rabanus tacent nexum; sixtini, codd. A, B *Dixit et;* codd. C, F, H, N, R, S, U, V, Bibl. Ordin., Strabus, Radulfus cum Hieronymo *Dixitque;* codd. D, O, T *Dixitque et*. Post *immola* codd. Cas. 9. addunt *Deo*. Pro *offer*, Hesychius et Rabanus *offerens*.

Ibid. *pro eo* — « In omni Bibliorum trans» latione, ait Rocca l. c., et in vetere vulgata » editione legitur *pro eis*. » Re quidem vera ita legunt antiquiores paene omnes Vulgati edd., codd. G, R, quibus suffragantur hebr., graecus et reliqui; mendosa enim est Onkelosi latina versio in polyglottis, quae habet *pro eo*. At sixtini et ceteri romani correctores ex latinorum codicum fere omnium, in primis probatissimorum, magno consensu hodiernam lect. comprobarunt, quam tuentur Hesychius, Rabanus, Bruno ast., all.; it. Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1526., Rob. Steph. 1528. 1532., all.; hisce accedunt cod. 75. holmesianus legens περὶ αὐτοῦ, et cod. 52. qui habet περὶ τοῦ λαοῦ.

9. *digitum* — Radulfus addit *suum*, ut hebr. et vett., excepto graeco vaticano, sed paene omnes graeci codices cum hebr. consentiunt. Pro *cornua*, codd. T, U, Cas. 1., Bibl. Ordin. *cornu;* cf. ad IV, 34. VIII, 15.

10. *Adipemque* — Codd. B, F, *Adipem quoque.* Pro *et renunculos, ac,* Hesychius, Rabanus *ac renunculos, et;* cod. A *et renunculum, ac;* cf. III, 10. Pro *praeceperat,* cod. A *praecepit;* ut alibi saepe.

12. *Immolavit*—Codd. A, S *Immolavitque;* favent hebr. et vett. Mox codd. Cas. 2. tacent *ei;* item cod. 75. Kennic. et arabs 3. Holmesii. Pro *per altaris,* codd. R, T, Hesychius, Rabanus *super altaris;* item hebr. et graecus; sed non pauci graeci codd. pro ἐπί legunt πρός; conf. ad VIII, 19.

13. *ipsam etiam* — Codd. B, Cas. 1. *ipsam quoque;* codd. Cas. 14. *ipsam autem;* Bruno ast. *ipsam enim.* Mox cod. H notat hebraeum non legere *cremavit igni;* sed alia ibi est periodi ratio; codd. Cas. 7. habent *concremavit igni.*

14. *aqua prius*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *prius aqua.*

16. *fecit* — Codd. C, V, Cas. 2. *obtulit.*

17. *addens in sacrificio libamenta* — Sixtini, codd. A, regius et colbertinus apud Martianaeum *additis in sacrificio libamentis;* codd. F et memmianus apud Martianaeum *addens in sacrificii libamentis;* pro *sacrificio,* codd. C, D, R, T, U, corbeiensis apud eumdem Martianaeum, Bibl. Ordin., Hugo *sacrificium.* Pro *offeruntur,* Hesychius et Rabanus *offerantur.*

18. *ei filii* — Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1513. 1526., Ven. 1519. *et filii;* codd. V, Cas. 2. tacent *ei;* item cod. 193. Kennicotti. Pro *super altare in circuitum,* codd. R, Cas. 4. *per altaris circuitum,* ut supra vers. 12.; pro *circuitum,* codd. C, D, H, O, S, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus, *circuitu;* item Augustinus; conf. ad VIII, 24.

19. *Adipem* — Codd. C, D, F, H, O, T, U, Bibl. Lugdun. 1522. 1535., Hugo, Radulfus *Adipes;* exceptis graeco et syro, concinunt vett. et hebraicus textus; conf. vers. 24. Mox cod. A tacet *autem.* Pro *bovis, et caudam arietis,* Bruno ast. *bovis et arietis, caudam.*

20. *super altare* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ord., Hugo, Radulfus *in altari;* item hebr. et vett., secluso graeco, ex quo Augustinus habet *super altare.*

21. *praeceperat* — Codd. Cas. 13., Hesychius, Rabanus addunt *ei;* item arabs 3. Holmesii.

22. *Et extendens* — Codd. A, H, Cas. 4., Hesychius et Rabanus *Et tendens;* cod. F cum Augustino tacet copulam; margo Ordin. addit *Aaron,* ut hebr. et vett. Pro *manus ad,* sixtini cum cod. A *manus contra;* Sixtus, codd. C, D, G, N, O, T, U, Cas. 6., Urbinas apud Vallarsium, vett. edd., immo et romana an. 1671., Radulfus *manum ad;* gregoriani utramque vocem tamquam reformandam subnotaverant in cod. columnensi, at in margine rescripserunt tantum *manus;* indeque ortum habuit hodierna lectio, cui tamen suffragantur codd. R, S, V, Cas. 2.; demum codd. B, F, H, Cas. 15., Palatinus apud Vallarsium, Hesychius, Rabanus *manum contra.* Ad priorem vocem quod spectat, veteres omnes legunt plurali numero, quod omnem dubitandi rationem adimit de ידו vel ידיו; praeterea omnes, excepto graeco, de quo conf. Holmesius, pronomen *suas* efferunt. Ad alteram vero quod pertinet, samaritanus, syrus, graecus, tres codd. Kennicotti habent *super,* reliqui cum hebr. *ad.* Pro *ei,* codd. C, D, F, H, N, O, S, U, Palatinus, Cas. 8., Radulfus *eis;* item Hieronymus; pluralem autem numerum exprimunt hebr. et veteres, non excepto samaritano, licet eius latina versio singularem habeat. Ante *pacificis* tacent *et* codd. C, D, F, S, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Ordin., Hugo de s. Vict.; item nonnulli codd. holmesiani. Pro *descendit,* codd. Cas. 13. *discessit.*

23. *in tabernaculum* — Particulam *in* omittunt sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, T, U, V, Cas. 12., Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Radulfus, Martinus legion. CCVIII, 405.

Ibid. *deinceps egressi* — « Ita legendum, » ait Cornelius a Lapide; male ergo in aliis » edd., etiam plantinianis, legitur *ingressi.* »

Mendosam hanc lectionem reperimus in Bibl. Ven. 1476. 1480. 1501.; at vero editiones quas ad manus habemus ex platinianis, novem numero, omnes recte se habent. Cod. N testatur antiquiores libros legere *populum* pro *populo*.

24. *ecce egressus ignis* — Codd. C, D, G, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus III, 1435., Radulfus, Martinus leg. l. c. *ecce ignis egressus;* cod. B tacet *ecce*, cui favent hebr. et vett. Pro *adipes qui erant*, Hesychius et Rabanus *adipem qui erat;* item syrus.

Cap. X, 1. *thuribulis* — Codd. C, D, F, G, N, O, S, T, U, V, Cas. 3., Thomas. I, 31., Petrus Dam. CXLV, 405. 499. 509., Rupertus *thuribulis suis;* concinunt hebr. et vett.; Sixtus et sixtini scribunt *turibulis*, ut supra monuimus ad II, 15. Pro *posuerunt*, codd. N*, R, S, Cas. 2., Petrus Com. et fere omnes veteres edd. *imposuerunt;* item graecus ἐπέθηκαν, sed cod. alex. ἔθηκαν; pro hodierna lectione stant cum sixtinis antiquiores omnes codices, Bibl. Ordin., Rabanus, all. Mox mendose interpunctionem adhibent Bibl. Reg., all. post *incensum*, atque legunt sine distinctione *desuper offerentes*.

3. *Dominus* — Bibl. Lugdun. 1535. addunt *dicens;* item hebr., graecus et chaldaeus. Pro *glorificabor*, primo sixtini cum cod. A scripserant *gloriabor*. Pro *Quod audiens*, Rupertus *Hoc audiens;* hebr. et reliqui, excepto Ionathano, tacent.

4. *Vocatis autem . . . filiis . . . ait* — Hesychius et Rabanus *Vocavit autem . . . filios . . . et ait;* consentiunt hebr. et vett.; cod. A legit *filios*. In nominibus *Misaële, et Elisaphan* valde discrepant codices et patres; prius a plerisque legitur *Misaël;* apud graecos corrupte Μισαδάη; sed Alius in Hexapl. Μισαήλ; Ephraemus quoque ܡܝܫܐܝܠ (I, 240.), unde castigandus est syrus in polyglottis qui habet ܡܝܫܐܝܠ. Alterum scribitur *Helsaphan*, vel *Elsaphan;* codd. N, O modernis adscribunt *Helisaphan;* cf. ad Ex. VI, 22. Pro *et tollite*, cod. A *et colligite;* Hesychius et Rabanus tacent nexum, uti hebraeus et plerique veterum; mendose exprimitur in latina versione Onkelosi. Post *fratres* cod. B 1. m. non legebat *vestros*.

5. *Confestimque* — Hesychius et Rabanus *Statimque*, ut supra VIII, 6. IX, 8. Pro *ut sibi*, codd. S, Cas. 1. *ut eis*.

6. *Locutusque est* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, N, N*, O, S, T, U, Hesychius, Rabanus, Rupertus *Locutus est;* cod. H cum Hieronymo I, 180. *Et dixit*. Pro *et Ithamar*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 19., Rupertus, Radulfus *atque Ithamar;* Hesychius et Rabanus *atque ad Ithamar*. Post *vestimenta* codd. A, F, R, V, Cas. 6., Bruno ast. cum Hieronymo l. c. addunt *vestra;* item hebr. et vett. Post *Fratres* addunt *quoque* codd. H, L (seu Q); Augustinus habet *autem;* his favent hebr. et vett., excepto graeco cod. vaticano (mendose enim ed. Maii interponit δέ) et edit. Complut. Ante *omnis* cod. H cum Augustino tacet *et;* eumdem sensum expressit Isidorus Clarius qui habet *Fratres vestri, nempe omnis domus Israel;* accedunt hebr. et vett., exceptis armeno, arabe Holmesii et cod. 5. Kennicotti, qui pro Vulgato stant; perperam igitur nexus exprimitur in latina versione samaritani et Onkelosi. Post *domus* Hesychius et Rabanus addunt *filiorum*.

7. *egrediemini* — Codd. C, D, F, L, N, O, Q, S, T, U, Cas. 3., Bibl. Brix. 1496., Lugd. 1556. 1561., Hugo, Hesychius, Rabanus *egredimini;* Cas. 1., Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1513. 1522. 1526., Ven. 1519., Rupertus *egrediamini;* quaedam ex hentenianis edd., uti Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., mendose legunt *ingredimini*, vel *ingrediemini*.

8. *Dixit quoque* — Ita sixtini et gregoriani cum antiquioribus codd. et Bibl. Ordin.; at vero Sixtus et vett. edd. longe plures habent *Dixitque*. Pro *ad Aaron*, cod. A 1. m. *ad Mosen et Aaron;* item tres codd. hebraici apud De-Rossi; quod Iahnius existimat manifestum esse librarii mendum.

9. *inebriare* — Codd. A, C 1. m., F, S *inebriari*. Pro *bibetis*, cod. C, Thomas. l. c., Rabanus IV, 121. V, 596., Rupertus *bibes;* hebr. חשׁת, item reliqui veteres, secluso graeco et cod. 683. derossiano. Post *filii tui* Bibl. Lugd. 1535. addunt *tecum;* item Augustinus *quaest. XXXIII. in Lev.* et in *Spec. c. XLVII. edit. Maii;* item hebr. et vett.; cf. infra vers. 14. Pro *intratis*, Sixtus, cod. R, vett. edd., Rabanus IV, 121., Petrus Dam. CXLV, 406., Bruno ast., Bernardus fontiscal. CCIV, 803., Conc. Paris. edit. Hard. IV, 1304., itemque Augustinus *intrabitis;* accedit Tertullianus legens *ingrediemini;* Rabanus V, 596. *intrabis;* Angelus Rocca l. c. asserit legendum *intratis* « ut verbum temporis praesentis respondeat » verbo praesentis temporis *ne bibitis.* » Atqui Vulgatus legit *bibetis;* ex hoc itaque argumento potius colligitur legendum *intrabitis.* Verum sixtinis et gregorianis, qui hodiernam lectionem praetulerunt, suffragantur latini codices vetustiores omnes, Hesychius, Rabanus in h. l., Rupertus, all.; Hieronymus IV, 77. *ingredimini.* Ante *tabernaculum* tacent *in* codd. A, B, C, D, N, O, S, T, U, V, Bibl. Lugd. 1535., Petrus Dam. l. c., Bruno ast., Rupertus, Petrus ven. CLXXXIX, 573., Radulfus, Bernardus fontiscal. l. c.; item Tertullianus; cf. ad IX, 23.; cod. B legit *tabernaculum Domini.* Pro *sempiternum est*, legunt *est sempiternum* sixtini, codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Rabanus, Prudentius trec. CXV, 1424., Petrus Dam. l. c., Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Petrus ven. et Bernardus font. ll. cc.; Hesychius tacet *est;* conf. Sabatier.

10. *Et ut habeatis*—Tacent copulam codd. S, V, Cas. 3., Radulfus; item samaritanus, graecus et syrus. Ante verba *inter pollutum* addunt *et* codd. V, Cas. 9., Hesychius, Rabanus; item Augustinus etsi aliter legat; his concinunt hebr. et vett.; contra fidem sui textus latina versio samaritani tacet nexum.

11. *doceatisque filios* — Cod. Cas. 1. *dicetisque filiis.* Pro *locutus est Dominus*, cod. G *locutus sum Dominus;* quatuor codd. Martianaei, vett. edd. usque ad stephanicam 1540. fere omnes, Concil. Paris. l. c. *locutus sum;* accedit arabs. At Radulfus: « Notanda locu- » tio, quod cum Dominus loquatur ad Aaron, » de se tamquam de alio loquitur dicens: » *Quae locutus est Dominus.* Haec enim locu- » tio in Scripturis frequens est. » Mox cod. F tacet *ad eos;* mendose latina versio samaritani habet *vobis.*

12. *Moyses* — Codd. B, U 1. m. *Dominus;* item nonnulli codd. Kennicotti. Pro *et ad Eleazar*, codd. B, R, Bibl. Ven. 1480. 1498., Rupertus *et Eleazar;* accedunt pauci codd. hebr. et graeci. Pro *et Ithamar*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, O, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *atque Ithamar;* conf. vers. 6. Pro *erant residui*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, V, Thomas. l. c., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *residui erant.* Pro *absque fermento iuxta altare, quia*, cod. A *iuxta altare absque fermento, quoniam.* In fine huius versiculi codd. F, V addunt *Custodite omnia quae scripsi, ut sim vester Deus;* de quo additamento cf. infra ad XI, 2. ubi iterum recurrit.

13. *Comedetis*—Cod. A *Comeditis;* cod. R, margo Ordin. addunt *illud*, uti hebr. et vett. Pro *mihi*, cod. F *tibi;* Rabanus tacet.

14. *oblatum* — Codd. A, D 1. m. *ablatum;* non absurde; nam etsi recepta lectio praeferenda videatur, tamen alias saepius Vulgatus et graecus interpres hebraicum תנופה de oblationis *separatione* accipiunt, quod propius ad nostram lectionem accedit; conf. Ex. XXIX, 27. Lev. VII, 34. Post *filii* codd. A, B tacent *tui.* Pro *et filiae*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, O, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *ac filiae.* Pro *reposita*, primo sixtini, codd. A, L, Q, Cas. 7. *seposita.*

15. *cremantur* — Codd. Cas. 8. *cremabuntur.* Pro *elevaverunt*, sixtini, gregoriani, codd. B, C 2. m., D, T, U, Cas. 4., Bibl. Ordin., Hugo, Radulfus *elevaverint;* utrum haec lectio, quae optima videtur, a clementinis editoribus data opera, vel fortuito neglecta fuerit, compertum non habemus; codd. Cas. 5.

eleventur; cod. A *elevabis;* Hesychius et Rabanus *elevati sint.*

16. *oblatus fuerat* — Codd. Cas. 12. addunt *Domino.* Pro *exustum,* Bibl. Compl. et Regia *adustum.*

17. *quae Sancta* — Codd. G, Cas. 1. *quia Sancta;* accedunt hebr. et vett. Petrus Dam. CXLV, 414. 501. *qui Sancta.* Pro *est,* Hesychius *dicitur.* Post *data* addunt *est* Hesychius, Petrus Dam. l. c., Radulfus. Pro *iniquitatem multitudinis,* sixtini cum cod. A *multitudinis iniquitatem.* Pro *rogetis,* Hesychius et Rabanus *oretis;* Augustinus ex graeco *exoretis;* margo Ordin. *expietis,* ut hebr.

18. *sancta*—Codd. L 6., margo Bibl. Lugd. 1550. addunt *sanctorum;* item arabs 3. Holmesii. Pro *comedere debueritis eam,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, T, U, Cas. 19., Radulfus *comedere eam debueritis;* cod. E *eam comedere debueritis;* codd. R, S, V, Bibl. Lugd. 1535., Hesychius, Rabanus *comedere eam debueratis;* legunt quoque *debueratis* Sixtus et vett. edd.; at gregorianis placuit scribere *debueritis,* indeque orta est hodierna lectio. Conf. Rocca l. c.

19. *Respondit* — Codd. N*, R, S, Cas. 2. *Responditque;* item hebr. et vett., excepto armeno. Pro *hodie victima,* Bibl. Ordin. *victima hodie;* Rupertus interponit *mihi.* Pro *et holocaustum,* codd. Cas. 5. *in holocaustum;* Hesychius et Rabanus *in holocausto.* Rupertus mox tacet *coram.* Pro *placere Domino,* codd. Cas. 12., Hesychius, Rabanus *quomodo placere Domino;* Bibl. Ordin. *placere Deo;* item Nobilius, at contra fidem graecorum codicum; codd. F, G, T, Cas. 1. *placare Domino.*

Cap. XI, 1. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 8., Thomas. I, 31., Bibl. Ordin., Paris. 1566., Hesychius, Rabanus, Radulfus *Locutus;* item armenus. Post *dicens* Bibl. Lugd. 1535. addunt *ad eos;* item hebr. et vett., praeter graecum, de quo conf. Holmes.

2. *filiis Israel* — Codd. B, F, G, I, L, R, S, V, Cas. 7., sangermanensis apud Sabatierium, vaticanus apud Thomasium l. c., vett. edd. ante Compl. multaeque recentiores integram sententiam addunt legentes *Custodite omnia quae scripsi vobis, ut sim Deus vester;* at nonnulli ex laudatis testibus tacent *vobis;* alii pro *Deus vester,* legunt *vester Deus,* aut *Dominus vester.* «Hanc autem additionem, ait » Calmetus, frustra quaeras in hebraeo, ver» sionibus orientalibus, et optimis latinis » exemplaribus. » Re quidem vera non multo ante seculum X. haec verba interiecta fuisse videntur; idque intellexerunt auctores τῶν ἐκπανορθωμάτων M, N, N*, O, sorbonici apud Stephanum, dominiciani apud Richardum Sim. l. c., qui concordissime testantur haec in priscis exemplaribus nusquam reperta fuisse. Nec mirum; nullum enim horum vestigium in sacro textu atque in antiquis versionibus apparet: adeoque persuasum habemus eadem omnino spuria esse.

3. *in pecoribus* — Cod. E *de pecoribus.*

4. *quidem, et habet* — Codd. Cas. 9. *habet quidem,* codd. G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph., all., Hesychius tacent *quidem.* Cod. E omittit *et cetera;* nec legitur in hebr. et antiquis interpretibus. Pro *et inter,* cod. B *sed inter;* Hesychius tacet *et.*

5. *Choerogryllus*—Graecam vocem χοιρογρύλλιος latinitate donavit Hieronymus, immo ante Hieronymum auctor veteris italae; unde minus scite hanc inter barbaras voces Forcellinius recensuit. De varia huius nominis scribendi ratione cf. Cangius. Nobis adnotasse sufficiat vetustiores codd. habere *choerogryllius,* aut *chirogryllius,* unde cod. O ad fidem priscorum codicum notat hoc esse nomen quinque syllabarum: at plures edd. vett. *chirogryllus;* cf. Deut. XIV, 7. et Isidorus VII, 413. Unum est quod universim monendum ducimus circa nomina animantium quorum mentio in hoc capitulo occurrit: incertam nempe, aut dubiam saepius nostris esse notionem vocum, quibus Moses utitur, prout vel ex ipso laudatissimo Bocharti opere colligitur. Prudenter itaque se gessit Vulgatus interpres dum in iis latine reddendis fere alexandrinos, utpote antiquiores testes,

imitatus est. De huius porro interpretationis critica integritate unice solliciti, reliquas quaestiones aliis integras dimittimus. Pro *dividit*, cod. B *dividet*; item in vers. sequenti.

6. *Lepus* — Codd. Cas. 2. mendose *Lupus*. Calmetus dicit compertum esse leporem non ruminare atque pedes gerere fissos; additque Mosem, qui contrariam sententiam exprimit, vulgarem licet falsam opinionem secutum fuisse. Quidam graeci maiori temeritate difficultatem solvere voluerunt addendo οὐκ ante ἀνάγει. Verum neque sollicitanda esse sacri textus verba, neque Mosem falsae opinioni se accommodasse demonstrant plures, inter quos Scheuchzerus in *Physica sacra* II, 283., Rosenmullerus in h. l.

7. *sus: qui* — Cod. Cas. 1., Bibl. Compl., Reg. *sus: quae*; cod. O adnotat utroque genere *sus* dici latine et graece. Pro *dividat, non ruminat*, cod. G *dividat, sed non ruminat*; Bibl. Lugdun. 1550. 1567. *non dividat, non ruminat*; Bibl. Rob. Steph. 1540., indeque Lov. 1547., Antuerp. 1561. *non dividat, ruminat*; at recte lovanienses ad calcem suae edit. monent id factum vitio typographi, qui oscitanter verborum ordinem turbavit; Bibl. Lugd. 1535. addunt *immundus est*; ut hebr. et veteres.

8. *carnibus* — Cod. E *carnes*.

9. *Haec sunt* — Codd. G, V, Cas. 3. *Haec autem sunt*; codd. H, R *Haec sunt etiam*; cod. S, vett. edd. ante Lov. 1547. *Haec etiam sunt*; particulam copulativam habent samaritanus, graecus, syrus, arabs et cod. 129. Kennic.; contra fidem sui textus exprimitur in latina versione Onkelosi; cf. Houbigant. Quum Rob. Steph. adnotasset quosdam codd. tacere *etiam*, lovanienses hanc particulam abiecerunt; horum sententiam, aliorum codicum testimonio roboratam, romani censores sequuti sunt. Pro *pinnulas*, hoc loco et v. 10. et 12. codd. C, D, F, N, O, R, T, U, V, Cas. 21., vett. edd. plures, Bruno ast., Rupertus, all. *pennulas*. Quamvis in his vocibus permutandis multa sit scriptorum licentia, Vulgatus tamen *pennulas* avibus (Lev. V, 8. Deut. XIV, 19.), *pinnulas* vero piscibus (h. l. et Deut. XIV, 9. 10.) merito tribuit.

10. *pinnulas et squamas non habet* — Cod. A *pinnas non habet et squamas*. Pro *moventur*, cod. D *movebuntur*; mox cod. F addit *et* ante *abominabile*.

11. *execrandumque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *et execrandum*; codd. Cas. 12. *et execrabile*, ut vers. 23.

13. *comedere non debetis* — Rupertus *non comedetis*; conf. ad vers. 22. Pro *gryphem*, plures codd. *grypem*; hinc scholiastes cod. N: « Antiqui scribunt *grypem*, vel *grypen*, quia » graecus habet *grypa* (γρύπα) in accusa» tivo casu. » Veteres edd. plures *gryphum*; Waltonus mendose *gryphen*. Quum autem hoc loco non sit sermo de fabulosa ave, profecto supplenda est apud Forcellinium huius vocis definitio. Pro *haliaeetum*, multi codd. *haliaeetem*; alii aliter hoc nomen pervertunt; conf. ad Deut. XIV, 12.

14. *et milvum* — Tacent nexum codd. A, B, C, D, E, F, H, S, T, V; item duo codd. holmesiani, et versio slav. ostrog.

16. *larum* — Hanc vocem, quam e graeco fonte latinam fecit Hieronymus, merito Furlanettus Lexico Forcellinii adiecit; cf. Isidorus VII, 413. At adiicere debuisset et *mergulum* (ex vers. 17.) perperam a Forcellinio reiectum; id enim nomen Hieronymus, utique bonus auctor, usurpavit, recteque a *mergo* (unde latinis *mergus*) deprompsit. Habetur et in veteri glossario seculi VII. edito a Maio in *Class. Auctt. VI, 533*. Animadverte huic avi tum apud hebraeos, tum apud graecos et latinos nomen inditum fuisse ex eo quod in aquam ad pisces capiendos se mergat.

18. *et cygnum* — Tacent *et* sixtini, codd. B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Radulfus.

19. *herodionem et charadrion* — Utraque vox inter barbaras dictiones a Forcellinio relegatur; at illas ex graeco latinas fecit veteris italae auctor, indeque Hieronymus. Nam ex ἐρωδιός eruit *herodio*, vel *herodius*;

cf. Deut. XIV, 16. Iob XXXIX, 16. Ps. CIII, 17., *Spicil. soles. II, 496.* et Cangius; itemque ex χαράδριος, *charadrio*, aut *charadrius*; nam Isidorus V, 415. et Hesychius legunt *charadrium*, uti Deut. XIV, 18.; codd. A, E *charadrionem*; at cod. O: « Lege *charadrion*; nam in graeco secunda declinatio » terminat accusativum in *on*. » De hac ave cf. excerpta ex physiologo edita a Maio *Class. Auctt. VII, 594.* itemque ea quae dedit Arevalus ad Isidori IV, 522.; auctor Mamotrecti habet *caladrion*, aut *caladrius*. Pro *upupam*, codd. A, E *opopam*; graec. ἔποπα.

20. *graditur* — Cod. E *gradietur*.

21. *ambulat quidem* — Codd. A, B, R, S, V, tacent *quidem*; conf. supra ad vers. 4.

22. *comedere debetis* — Sixtini cum cod. A *comedetis*; item hebr. et vett.; Hugo de s. Victore notat scriptum esse *debetis* pro *potestis*. Ante *attacus* tacent *et* Bibl. Lugdun. 1522., Hesychius et Rabanus; item cod. 129. Kennic. et versio slav. ostrog.; *attacus*, et *ophiomachus* graeca quidem sunt verba, ἀτταχός, et ὀφιομάχος, at latinitate ea donavit Hieronymus; adeoque Forcellinius eadem admittere debuisset. Ceterum in antiquis libris variis rationibus haec verba corrupte scribuntur; nec singula librorum vitia percensere vacat. Pro *ac locusta*, cod. G, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *atque locusta*.

23. *autem ex volucribus* — Cod. A 1. m. *e volucribus autem*; tacent *autem* Hesychius et Rabanus; item graecus (at cf. Holmes.), pauci codd. hebr. et duo samar.; conf. De-Rossi. Mox Radulfus diserte tacet *tantum*, ut hebr. et vett.

24. *vesperum* — Codd. C, D, all., Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *vesperam*; item in seqq. verss. 28. 31. 32. 39. 40. At cod. O notat heic legi *vesperam*, in sequentibus autem locis *vesperum*.

25. *portet* — Bibl. Compl., Reg., all. *portetur*. Pro *occasum solis*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *solis occasum*.

26. *non dividit* — Cod. A *non dividet*; cod. B 1. m. tacet *non*, ut graecus. Pro *qui tetigerit*, codd. B, E, F 2. m., Bibl. Lugdun. 1535. *quisquis tetigerit*; Sixtus, vett. codd. et edd. fere omnes, Hesychius, Radulfus *quidquid tetigerit*; at Toletus: « Lege *qui tetigerit*; sic hebr., graecus, mss. et utraque » Congregatio. » Sixtini enim et gregoriani ad fidem codicis A emendarunt; item Martianaeus; Rocca I, 315. testatur alios codices legere *quicumque tetigerit*; ex nostris autem ita legit cod. V.

27. *Quod ambulat* — Cod. V et Bruno ast. interponunt *autem*; consentiunt hebr. et vett. Ante *qui tetigerit* addunt *et* Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1579.; item syrus et tres arabes apud Holmesium.

28. *huiuscemodi* — Bibl. Complut., Reg., Radulfus *huiusmodi*. Pro *cadavera*, cod. B *cadaver*; mox tacet *haec*. Pro *sunt*, cod. A *erunt*.

29. *Haec quoque inter polluta reputabuntur* — Codd. A, B, E, F, Cas. 2., Hesychius, Rabanus *Hoc quoque inter polluta reputabitur*; item hebr., Onkelos, Ionathanus, arabs, georg. et armenus. Pro *crocodilus*, cod. A *corcodillus*; cf. Forcellinius; et adde antiquissimum cod. vaticanum 1. m. legere κορκόδειλος, quod adnotare debuisset Holmesius; alii aliter scribunt, at cod. O notat legendum *crocodillus* quia « sic habent, ait, antiqui, » Plinius, et graecus; » graecus legit χροκόδειλος. Mox codd. Cas. 3. tacent *singula*, ut supra v. 14. 16. et 19.

30. *mygale* — Ex graeco μυγάλη latinum fecit Hieronymus; adeoque hoc verbum a Forcellinio minus scite refutatur; conf. Isidorus VII, 413. Ante *chamaeleon* tacent nexum Bibl. Ven. 1476., Complut., Reg., all., conf. Holmes. Pro *stellio*, non pauci codd. *stilio*, vel *stillio*; immo cod. O adnotat *stellio* legi tantum in recentioribus libris. Pro *et lacerta*, sixtini, codd. A, F, G, R, V, Hesychius et Rabanus *ac lacerta*.

31. *immunda sunt* — Codd. B, S addunt

vobis, uti hebr. et vett., excepto syro; cod. E subdit *et;* item coptus, arabs holmesianus et cod. 228. Kennic.

32. *super quod* — Codd. Cas. 12. *super quem.* Pro *quidquam de morticinis eorum*, cod. B *de morticinis eorum quicquam.* Pro *pelles et cilicia*, Hesychius et Rabanus *pellis et cilicium;* item hebr. et vett.; prius nomen mendose reticetur in latina versione samaritani; cod. T *pelves.* Pro *tingentur*, codd. H, Cas. 12. *intingentur;* codd. C, G, Radulfus *tingetur;* item hebr., graecus et chaldaeus.

33. *in quod* — Codd. A, B, C 1. m., D, E, F, O, T, U, Cas. 18., Rabanus, Bruno ast. *in quo;* item Augustinus. Pro *idcirco*, Bibl. Paris. 1566. *ideo.*

34. *comedetis* — Codd. A, D, E, T, U, Cas. 2., Hesychius, Rabanus *comeditis;* cf. Holmes. Mox cod. T tacet *fusa.* Pro *fuerit super eum*, cod. B *super eum fuerit.* Pro *bibitur*, cod. E *bibetur;* hebr. ישתה.

35. *huiuscemodi* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *istiusmodi;* alii pauci *huiusmodi.* Pro *clibani*, sixtini et gregoriani cum codd. A, V *clibanus;* item hebr. et Onkelos. Codd. Cas. 12. addunt *scyphi.* Verbum *chytropodes* ex graeco χυτρόποδες retinuit, latinumque fecit Hieronymus; at latini codd. et edd. mire dissentiunt in huius nominis scriptione; antiquiores fere habent *citropedes*, aut *citropodes;* minus antiqui *scytropodes*, vel *sytropedes*, vel *scitropodas;* alii aliter; conf. Isidorus l. c. et auctor Mamotrecti in h. l.

36. *munda erit* — Codd. A, Cas. 1. *munda erunt;* cod. E *munda est;* codd. C 1. m., F 2. m., G, U, V, Cas. 15. *immunda erit.* Pro *morticinum*, codd. G, Cas. 12., Bibl. Ven. 1476. 1480., Compl., Reg., all., Hesychius, Rabanus *morticina;* item graecus.

37. *ceciderit* — Codd. C 2. m., H, O, Radulfus *ceciderint.* Pro *sementem*, codd. Cas. 5. *semen;* cf. ad Gen. I, 12. Pro *polluet*, codd. A, C, D, F, G, H, O, S, T, U, Radulfus *polluent;* cod. B *polluetur;* Hesychius et Rabanus *polluit;* quidam graeci pro ἔσται, cum graeco veneto habent ἔστιν. Codd. B, Cas. 5. tacent *eam;* nec obstant hebr. et vett. Codd. Cas. 6. integrum versiculum omittunt.

38. *Si autem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, all., Bibl. Paris. 1566., all., Hesychius, Rabanus, Rupertus *Sin autem.*

39. *Si mortuum* — Cod. Cas. 1. interponit *autem;* eique favent hebr. et vett. Pro *licet*, Bibl. plantiniana 1565. *libet.*

40. *sive portaverit* — Hesychius et Rabanus *atque portaverit;* accedunt hebr. et vett.

41. *erit* — Codd. B, C, D, F, G, O, U, V, Cas. 10., Thomas. l. c., Bruno ast. addunt *vobis;* item graecus, syrus et tres codd. hebr. apud De-Rossi.

42. *super pectus quadrupes* — Hesychius *quadrupedis super pectus.* Pro *per humum* codd. C 1. m., F, R, S, Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *super humum;* item hebr. et vett. Pro *comedetis*, cod. A *comeditur.*

44. *Ego enim sum* — Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535. *Ego sum enim;* codd. Cas. 13., Bibl. Ven. 1476. 1479., Lugd. 1513., Paris. 1566., all. tacent *enim;* item armenus, tres codd. holmesiani, et unus Kennic. Post *sancti* Bibl. Lugd. 1522. 1526. addunt *ergo;* nexum admittunt hebr. et vett. Pro *quia ego*, sixtini, codd. C, D, E, F, G, S, T, U, Bibl. Ordin., Prudentius trec. CXV, 1424., Strabus, Rupertus, Radulfus, Concil. Rom. ed. Hard. III, 1927. *quoniam ego;* item Hilarius apud Sabatierium et I Petri I, 16.; codd. A, B, V, Hesychius, Rabanus, Innocentius I. apud Sabatierium *quoniam et ego;* codd. Cas. 16. *quia et ego.* Pro *super terram*, codd. C, D, F, N, O, S, T, U, Prudentius trec. l. c. *in terra.*

45. *Ego enim sum* — Codd. B, E, V, Cas. 13. tacent *enim;* Hesychius et Rabanus legunt tantum *Ego.* Pro *eduxi*, Bibl. Ordin. *duxi;* codd. E, U *eduxit.* Pro *ut essem*, cod. B *ut sim.* Pro *in Deum*, Hesychius et Rabanus *Deus;* accedit graecus. Pro *eritis*, cod. B *estote.* Pro *quia ego*, codd. A, B, C, D, E, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Hesychius, item Theodoretus *quia et ego;* cod. H et Radulfus *quoniam ego.*

46. *animantium* — Codd. Cas. 11. *omnium animantium*. Pro *ac volucrum*, sixtini, codd. A, G, Hesychius, Rabanus *et volucrum*. Pro *movetur in aqua, et reptat*, codd. A, B *moventur in aqua, et reptant*.

47. *et sciatis* — Codd. Cas. 13. *ut sciatis;* Bibl. Paris. 1566. *et ut sciatis*. Pro *quid comedere*, codd. E, T *quod comedere*. Pro *et quid respuere*, Hesychius et Rabanus *aut quid respuere;* Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., Lugd. 1535., all. *et respuere*.

Cap. XII, 1. *Locutusque*—Sixtini, codd. A, B, C 2. m., D, E, F, G, N, O, S, T, U, V, Thomas. l. c., Hesychius, Rabanus, Rupertus *Locutus;* item armenus.

2. *pepererit* — Codd. G, R, T, U, Bibl. Paris. 1566., Eligius noviom. LXXXVII, 597., Beda II, 346. III, 341., Haymo CXVIII, 99., Ratramnus CXXI, 87. 90., Petrus Com., Martinus leg. CCVIII, 419. *peperit;* item Hieronymus II, 214.

3. *Et die octavo* — Cod. A, Bruno ast. *Et die octava;* item Sedulius Scotus; Hesychius tacet *Et*.

4. *triginta tribus*—Legunt tantum *triginta* codd. B, G, Bibl. Lugd. 1550. 1567., Anselmus cant. CLVIII, 622., Bruno ast. CLXV, 358.; item apud Sabatierium Sedulius; Rabanus I, 345. legit *triginta quatuor*. Ante *Omne* cod. E addit *et;* concinit syrus et slav. ostrog. Pro *nec*, Hesychius et Rabanus *et nec*. Pro *ingredietur;* codd. C, D, E, F, T, U, Cas. 18. *ingrediatur*. Mox tacent *in* codd. A, B, C, D, E, F, G, O, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ordin., Eligius l. c., Beda II, 341., Hesychius, Rabanus, Anselmus cant. l. c., Bruno ast., Radulfus. Pro *impleantur*, Bibl. Compl. et Reg. *impleatur;* Bruno ast. l. c. *compleantur*. Pro *purificationis suae*, codd. E, H, S, Cas. 15. *purificationis eius;* codd. D, F, O, R, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Anselmus cant. l. c., Bruno ast., Radulfus, Hugo *purgationis eius;* cod. C, edd. antiquiores omnes *purgationis suae;* cod. G *purgationis;* hodiernam lect. induxit Rob. Stephanus, quem sequuti sunt lovanienses.

5. *Sin autem* — Bibl. Reg., Paris. 1566., all., Eligius l. c. *Si autem*. Pro *pepererit*, codd. B, D, E, F, G, R, U, Strabus, Ratramnus et Martinus leg. ll. cc. *peperit*. Pro *menstrui*, codd. C 2. m., F, V *menstruae*. Mox cod. A tacet *et*. Pro *sex diebus*, codd. B, E, H, Cas. 19. *ac sex diebus;* codd. C, D, F, O, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Radulfus *et sex diebus*, ut hebr. et vett.; mendose tacent cod. G et latina versio samar. in polyglottis londin. Pro *manebit*, cod. E *requiebit;* Rupertus *erit*.

6. *expleti*—Cod. A *impleti*. Ante *dies* Bibl. Ven. 1598. addunt *omnes*. Pro *purificationis suae*, sixtini, codd. C, D, E, G, H, N, O, T, V, Hesychius, Eligius l. c. *purificationis eius;* « Ita, ait scholiastes cod. N, decentius dici» tur apud antiquos, quam si poneretur ibi » *suae* secundum novos. » Quoad pronomen accedunt codd. A, F, U, Cas. 15., Bibl. Ordin., Rabanus, Bruno ast., Radulfus, qui legunt *purgationis eius;* item Hieronymus II, 719., Augustinus et Luc. II, 22.; denique Bibl. Lugd. 1522. 1535. habent *purgationis suae*. Cod. A et Bibl. Lugd. 1526. in fol. addunt *sive*.

Ibid. *sive pro filia*—Cod. B *sive filia*, item duo codd. holmesiani. Augustinus *quaest. XL. in Lev.* ex itala habet *aut super filia;* at quum haec verba non ad ea quae praecedunt, sed ad sequentia referenda existimaret, ita ut Moses sacrificium, de quo agitur, non pro matre, sed pro filio aut filia offerri praeceperit, notat: « Merito quidam nostri interpretati sunt *aut pro filia*. » Augustini sententia comprobari videtur ex Missali et Breviario romano, ubi ad diem 2. Febr. legitur *obtulerunt pro eo*. At vero alii fere omnes interpretes pro certo habent sacrificium, de quo heic agitur, pro matre oblatum fuisse. Pro *deferet*, cod. F, Bruno ast. *deferat*. Pro *anniculum*, cod. E *immaculatum;* cum graeco Hesychius utrumque habet.

7. *offeret* — Hesychius *offerat*. Pro *illa*, margo Ordin. cum hebr. *ipsum;* Augustinus *eum;* Hieronymus *ea*. Pro *orabit*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, T, U, V,

Cas. 11., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Bruno ast., Radulfus *rogabit;* Hesychius *roget;* margo Ordin. cum Hieronymo ex hebraeo *expiabit;* Augustinus cum graeco *exorabit.* Mox codd. Cas. 12. *pro illa.* Pro *a profluvio,* Bibl. Lugd. 1522. *a fluvio;* fere omnes edd. seculi XV. tacent *a.* Pro *parientis,* codd. R, Cas. 2. *parturientis.* Pro *aut feminam,* codd. A, B, C, D, E, G, R, S, U, V, Cas. 19., Hesychius, Radulfus *ac feminam;* codd. F, T, Cas. 3. *et feminam;* item samaritanus (cuius mendosa est latina versio in polyglottis), arabs, slav. ostrog. et duo codd. hebraici apud De-Rossi, totidemque graeci holmesiani.

8. *potuerit*—Codd. C, G, S, Hesychius, Rupertus *poterit.* Pro *sumet,* Hesychius *sumat.* Pro *vel duos,* cod. A, Hesychius, Rabanus et Augustinus *aut duos.* Pro *columbarum,* legunt *columbae* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, R, T, U, Cas. 21., Eligius l. c., Beda III, 342., Hesychius, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus; item primo gregoriani; his adstipulantur hebr., Onkelos, Ionathanus, arabs, et graecus ven.; cf. Lev. I, 14. XII, 6. XIV, 22. XV, 14. Num. VI, 10. Alteram lectionem sequitur graecus; itemque Vulgatus Lev. V, 7. 11. XII, 8. XV, 29. Luc. II, 24. Eadem lectionis varietas occurrit in codd. syriacae versionis.

Cap. XIII, 1. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, T, U, V, Thomas. I, 31., Isidorus V, 416., Hesychius, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus, Martinus leg. CCVIII, 423. *Locutus;* concinunt armenus et *Spicil. solesm. III, 263.*

2. *cute et carne* — Legunt *carne et cute* omnes laudati codd. et auctores, ac praeterea cod. S, Beda IV, 391., Isidorus V, 416. et Bibl. Ord.; hebr. בעור בשרו *in cute carnis* (nempe *corporis,* uti recte habet Augustinus) *eius;* item vett. interpretes; cod. B 1. m. legebat tantum *carne;* Martinus leg. l. c. *carne vel cute.* Pro *color,* margo Ordin. cum hebr. *tumor.* Pro *adducetur,* Rabanus V, 502. *adducatur.*

3. *cute et carne* — Rupertus rursum *carne et cute;* cod. T legit *cute* tantum; Waltonus mendose tacet nexum; hebr. et vett. ut in superiori versic. Pro *et ad arbitrium,* cod. B, Beda l. c., Martinus leg. l. c. *et arbitrio;* cod. S et Rabanus tacent *et.*

4. *Sin autem* — Bibl. Reg., all. cum Augustino *Si autem;* at cod. O notat: « Ubi in isto » cap. sequitur *autem,* semper praecedit *Sin.* » Pro *lucens;* cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *lucis.* Pro *candor fuerit,* Hesychius et Rabanus *fuerit candor.* Pro *coloris,* cod. B *corporis.*

5. *ultra non* — Sixtini, cod. A, Rupertus *non ultra;* Bruno ast. tacet *ultra.* Pro *priores,* cod. A *praeteritos.* Pro *rursum recludet,* codd. C, D, E, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Ord., Hugo *rursum includet;* Hesychius, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *rursus includet;* errat Vallarsius tribuens Vulgato *reclaudet.*

6. *obscurior*—Cod. E *obscura;* nec obstant hebr. et vett. Pro *mundabit eum,* Bibl. Reg., Lugd. 1522. 1535., priores edd. Rob. Steph., all. *mundabit eam;* margo Ordin. *mundam iudicabit eam.* Ne autem hanc lectionem absurdam existimes, animadverte in sacro textu pronomen esse quidem masculini generis, at referri ad נגע (*macula* in cute), quod masculinum est, quodque a Vulgato redditur *lepra;* adeoque latinum interpretem recte *eam* scribere potuisse. Conf. ad verss. 14. 20. 56. Codd. Cas. 4. addunt *septem diebus aliis, et die septimo contemplabitur;* quae paullo ante lecta sunt.

7. *et redditus munditiae* — Codd. C, D, F, T, U, V, Bibl. Lugd. 1522., Hugo, Bruno ast. *et redditus est munditiae;* Rabanus tacet *et.* In cod. E corrupte hic versiculus scribitur *Quod si post quam sacerdos eum confusus est et redetus mundum, et iterum lepra creverit, adducatur* etc.

8. *immunditiae* — Cod. F *immunditia.*

10. *in cute fuerit* — Cod. A *fuerit in cute.* Pro *mutaverit,* sixtini, cod. A, Hesychius, Rabanus *mutarit;* Augustinus *mutavit.* Ite-

rum corrupte in cod. E *videbit eum. Comotare coloribus in cute fuerit; et capillos mutari aspectum* etc.

11. *Contaminabit* — Cod. Palatinus apud Vallarsium *Condemnabit*. Hesychius et Strabus omittunt quod sequitur *itaque;* accedit armenus. Pro *perspicuae immunditiae*, codd. B, F, M, V, Cas. 4., Palatinus et Urbinas apud Vallarsium, alii apud Martianaeum, Hesychius, Rabanus *perspicue immunditia;* Cas. 1. *perspicue immundus;* Rupertus *perspicua immunditia;* hebr. et vett. habent tantum *immundus*.

12. *efflоruerit* — Cod. A *refluerit* (fortasse *reflоruerit*). Pro *omnem cutem*, fere omnes codd. et vett. edd. cum Sixto habent *omnem carnem;* at Toletus: « Lege *cutem;* ita hebr., » graecus et mss.; et sic utraque Congrega- » tio censuit. » Sixtini nempe et gregoriani cum codd. A, H, Hesychio et Rabano ita emendarunt; eisque concinunt hebr. et vett. Conf. Rocca I, 315., Bukentopius p. 148. Pro *aspectum*, codd. A, C 2. m., D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Hesychius, Rabanus, Rupertus *aspectu*. Cod. H notat hebraeum legere *sub aspectu oculorum sacerdotis*.

13. *lepra mundissima* — Cod. F *lepra immundissima;* codd. G, O, R, S, praemittunt particulam *a*, quam scholiastes codicis N respuit. Pro *iudicabit*, cod. Cas. 1. *iudicabitur*. Post *omnis* codd. Cas. 2. addunt *caro;* Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1535., all. addunt *cutis*.

14. *caro* — Cod. B *carne*. Pro *in eo*, Bibl. Reg., Lugdun. 1513., all. *in ea*, ut cod. 15. Holmesii; Emmanuel Sa istud pronomen ad lepram referri notat; conf. ad vers. 6.

15. *polluetur* — Cod. Cas. 1. *immunda iudicabitur*. Pro *aspergitur*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, T, U, V, Cas. 21., Hesychius, Rabanus, Strabus, Hugo *aspergatur;* Radulfus *spargatur;* Bruno ast. *aspersa fuerit*.

16. *versa fuerit* — Codd. R, Cas. 1. *versa est*. Margo Ord. notat redundare verba *et totum hominem operuerit;* nam in hebr. et vett. desiderantur.

17. *mundum* — Codd. R, S, V, Cas. 1. et Rabanus *immundum*. Pro *decernet*, cod. A *decernit*.

18. *Caro autem* — Tum hoc loco, tum infra ad vers. 24. tacent particulam *autem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, O, T, U, V, Cas. 19., Hesychius, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus; itemque alterutro loco paucae edd., ut Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all.

Ibid. *ulcus* — Sixtus cum Lovan., all. in hac voce adspirationem adhibet scribens *hulcus;* de qua scriptione cf. Forcellinius. Gregoriani et Toletus latine *ulcus* scribi maluerunt; item infra ad v. 19. 20. 23.; attamen romanis eisdem censoribus excidit *hulcus* ad IV Reg. XX, 7.

19. *alba apparuerit* — Scribunt *apparuerit alba* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Rupertus; cod. B *alba fuerit;* Radulfus *apparuit alba*. Pro *subrufa*, cod. A et Bruno ast. *rufa;* conf. infra ad vers. 24. Mox codd. A, R *adducetur ad sacerdotem homo*.

20. *contaminabit eum* — Codd. C 1. m., D, T, U *contaminabit eam;* it. nonnulli graeci codices; Pagninus interpretatur *immundam dicet;* conf. ad vers. 6.

21. *coloris est* — Codd. A, C, D, T, U, V *est coloris*. Cod. E tacet *subobscura*. Pro *vicina carne*, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *vicina caro*.

23. *in loco suo* — Codd. E, G tacent *suo*. Mox cod. T habet *et mundus erit homo*.

24. *Caro autem* — Vide supra ad vers. 18. Pro *rufam*, Rupertus *subrufam*, uti supra vers. 19. ubi pariter est אדמדמת; conf. et verss. 42. 49.

25. *ecce versa* — Codd. L 7., Q, R, S, Cas. 6., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1545., all., Hesychius *ecce si versa*. Cod. H notat hebr. legere *et ecce pilus versus est*. Pro *alborem*, Hesychius *albedinem*. Mox Bibl. Compl., Reg., all. tacent *et;* item georg. Post *cute* tacent *est* sixtini, codd. A,

B, C, D, E, F, G, H, T, U, Cas. 15., Bibl. Ordin., Ven. 1480., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus, Rupertus. Pro *orta est*, cod. F *est orta;* cod. R *est exorta.*

26. *plaga* — Cod. B 1. m. tacet; nec obstant hebr. et graecus.

28. *sin autem* — Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *si autem.* Pro *in loco suo candor*, sixtini et cod. A *candor in loco suo.* Post *mundabitur* cod. Cas. 1. addit *aqua.*

29. *vel barba*—Cod. B *vel in barba;* hebr. או בזקן. Pro *germinaverit*, cod. A, Hesychius, all. *germinarit;* Strabus *germinabit.* Pro *videbit eos*, Rabanus et Radulfus *videbit eum;* accedit arabs; hebr. et vett. *videbit plagam.*

30. *fuerit locus* — In cod. B deerat *fuerit.* Bibl. Ordin. mendose *flavusque solito subtilior.* Pro *ac barbae*, sixtini, cod. A, Bruno ast. *et barbae.*

31. *locum*—Sixtini, codd. A, B, F, Cas. 9., Rabanus *et locum.* Pro *vicinae*, cod. I legit *reliquae*, ut vers. seq. Post *capillum* Angelus Rocca addebat *non;* item cod. R 1. m.; margo Ordin. *non esse;* Isidorus Clarius habet *capillum nigrum non adesse;* nam hebr. et vett. negativam particulam exprimunt, quod et Nicolaus de Lira adnotavit. Sensus est: Si viderit locum maculae non esse tectum capillis nigris. Attamen Calmetus negationem amovendam esse contendit. Pro *recludet eum*, codd. E, R, S, alii plures apud Martianaeum, Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph., Lovan., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus, Hugo *recludet eos;* hebr. et vett. habent *recludet plagam porriginis;* pro hodierna Vulgati lectione stant sixtini, latini codd. longe plures, Bibl. Ord., Reg., all., quibus accedunt arabs et cod. 69. Kennicotti; conf. Rocca l. c.

32. *die septimo* — Cod. Cas. 1. *die octavo;* codd. F, V praemittunt *in;* conf. Holmesius; alii legunt *die septima.* Pro *creverit*, cod. E *congruerit* (forte *concreverit.*)

33. *includetur* — Codd. G, R, V, Cas. 9., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all. *recludetur.* Mox cod. A tacet *aliis;* item cod. 103. Kennic.

34. *die septimo* — Cod. E praemittit *et;* hebraeus quoque et vett. nexum habent. Post *vestibus* tacent *suis* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, S, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Radulfus, item graecus, at conf. Holmes.

35. *emundationem* — Mendose Bibl. Lovan. 1547., Lugd. 1550., Antuerp. 1561. *emendationem.*

36. *amplius* — Cod. Cas. 1. tacet; margo Ordin. cum hebr. addit *sacerdos.* Pro *immutatus*, quod sixtini et gregoriani cum cod. A praetulerunt, Sixtus, reliqui codd. et vett. edd. legunt *commutatus;* eodem sensu, ut ait Rocca l. c.; cod. Cas. 1. *mutatus.* Pro *quia aperte*, cod. B *qui a parte;* Bibl. Paris. 1566. *qui aperte.* Pro *est*, codd. Cas. 10. *erit.*

37. *sanatum esse* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, N, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Radulfus *esse sanatum.* Pro *et confidenter eum pronunciet*, codd. B *et confidenter eum nunciet;* codd. C, D, F, U *et consideret eum, pronunciet;* codd. I *consideret eum, pronunciet-que;* cod. V *et consideret eum, pronuncietque;* scholiastes cod. N diserte scribit: « *Si stete-* » *rit macula, et capilli nigri fuerint, noveris* » *hominem esse sanatum; et consideres eum,* » *pronunciesque mundum.* Hebr. habet: *Si ste-* » *terit macula in oculis eius* etc.; et ex hoc » accipitur primo hoc: *Si steterit macula;* » deinde hoc: *et consideret eum.* Novorum au- » tem codicum est alia littera, quae non ha- » bet *et consideret*, sed habet *confidenter pro-* » *nunciet;* idque ex hoc potest accipi, quod » habet hebraeus: *mundus est, et mundet eum* » *sacerdos;* at haec littera nil tangit de hoc, » quod dicitur *in oculis eius*, quod et grae- » cus habet adhaerens hebraeo. » Alter scholiastes in cod. O probare nititur veteres codices legentes *consideret* castigandos esse; scribit enim: « Antiqui *consideret;* sed quid » necesse erat considerare si noverat eum » sanatum esse? Non restabat ergo nisi con- » fidenter eum mundum pronunciare. » Pro *mundum*, cod. Cas. 1. *mundatum.*

38. *sive mulier* — Codd. A, B, C, D, E, G,

N, O, T, U, Cas. 21.; Hesychius, Rabanus, Radulfus *et mulier;* item primo sixtini, et arabs apud Holmesium.

40. *de cuius* — Cod. A *in cuius*. Pro *calvus et mundus est,* cod. F, Bruno ast. *et calvus ac mundus erit;* cod. A *calvus ac mundus erit;* legunt quoque *ac mundus* codd. C, D, E, G, H, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus.

41. *et mundus*—Cod. A rursum *ac mundus*.

42. *Sin autem* — Hesychius et Rabanus *Si autem*. Pro *recalvatione,* iidem testes legunt *recalvitio;* codd. A, C, G, U et Beda II, 346. *recalvitione*. Nullum ex his tribus verbis Forcellinii Lexicon agnoscit. At eodem pacto quo *recalvaster,* seu *recalvus* (גבח, ἀναφάλαντος) latine dicitur is, qui in parte capitis anteriore calvus est, ita *recalvatio,* aut si mavis *recalvitio* seu *recalvitium* (גבחת, ἀναφαλάντωμα), teste Hieronymo et Isidoro V, 417. dici potest calvitium sincipitis, seu locus depilis in recalvastro. Obiter animadvertimus huius verbi notionem minus recte exposuisse Papiam, Hugonem a s. Charo, Nicolaum de Lira, auctorem Mamotrecti, Ioh. Bernardum Savon. in *Vocab. eccl.,* aliosque scriptores, qui interpretati sunt *recalvatio* pro calvitio in parte posteriori, quae dicitur occiput, quasi esset retro calvatio; quod profecto a vera etymi ratione alienissimum videtur. Pro *rufus color,* Bibl. Ordin. legunt *rufus;* concinunt hebr. et vett.

43. *condemnabit* — Hesychius et Rabanus *inquinabit*. Pro *dubie,* codd. N*, R, S, Cas. 4. *dubio;* alii plures legunt *dubiae;* ita codd. A, C, D, F, T, U, Bibl. Ordin., Reg., all.; immo post clementinas edd. hanc lectionem adhuc retinent non pauci editores. Adde multos veteres libros mss. et edd. legere *dubie,* quia diphthongos perpetuo negligunt. Attamen clementinam lect. praeferendam censemus. Pro *leprae,* codd. N*, R, S, Cas. 4., Hesychius *lepra est;* cod. E *plagae leprae*. Pro *orta,* codd. N*, R, Cas. 4. *exorta*.

44. *separatus est* — Verbum *est* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Lugdun. 1522., Hugo, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus; sicque profecto planior fluit oratio.

45. *vestimenta* — Codd. R, Cas. 1. addunt *sua;* at cod. O monet in antiquis libris non legi *sua;* legitur tamen in hebr., graeco et reliquis interpp. Pro *caput,* codd. C, D, F, U, V, Cas. 2., Bruno ast. *et caput;* item hebr. et vett.; nam ex sola interpretis licentia nexus desideratur in latina vers. samaritani textus. Pro *os veste contectum,* cod. E *os tectum veste*. Pro *se clamabit,* Rupertus *se proclamabit;* Hesychius tacet *se;* cod. H notat hebraeum legere *eum clamabit;* at hebraeus habet יקרא.

46. *est, et immundus* — Rupertus *et immundus est;* Bibl. Ordin. *est immundus*.

47. *sive linea*—Hesychius et Rabanus *aut linea*. Pro *lepram habuerit,* sixtini cum cod. A *habuerit lepram*.

48. *atque subtegmine* — Codd. G, R, S *aut subtegmine;* Rupertus *sive subtegmine;* item hebr. et vett.; cod. O notat hanc esse sacri textus lectionem. Heic quoque codd. A, O legunt *subtemine;* conf. ad Gen. XIV, 23. Ex. XXXIX, 3. Pro *certe,* Bibl. Ordin., Reg., all. *certae*.

49. *vel rufa* — Cod. A, Strabus *et rufa;* codd. E, F, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *aut rufa*. Mox Bibl. Rob. Stephani, Lovan., all. sic interpungunt *fuerit, infecta lepra reputabitur;* recte sixtini interpunctionem emendarunt. Pro *lepra reputabitur,* Hesychius et Rabanus *leprae reputabitur;* Rupertus *reputabitur lepra*.

50. *consideratam*—Cod. A *consideret eam;* Hesychius *considerans*.

51. *rursus* — Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *rursum*. Pro *deprehenderit crevisse,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Hugo, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *crevisse deprehenderit*. Pro *perseverans est,* codd. N*, R, S, Cas. 1., Bibl. Ordin. *perseverans erit*. Pro *inventa,* Bruno ast. *inventum*.

53. *eam viderit* — Cod. S, Bibl. Paris.

1566. *viderit eam.* Pro *crevisse,* cod. B *concrevisse;* conf. XV, 3.

54. *praecipiet* — Cod. B *praecipient;* Bruno ast. *praecipiat.* Pro *id, in quo,* codd. C, D *in id, in quo.* Pro *recludetque,* Hesychius, Rabanus *recludensque.* Mox cod. Cas. 1. tacet *illud.*

55. *igne* — Quidam legunt *igni,* uti alias habet Vulgatus; utraque enim positio indifferens est, uti notat Beda I, 136.; conf. ad Ex. XII, 10. Pro *infusa sit in superficie,* cod. F *confusa sit in super faciem.* Perperam Liranus corruptum esse hunc Vulgati locum existimavit. Namque Hieronymi verba *in superficie vestimenti vel per totum,* egregie sensum reddunt sacri textus, ubi sermo est de loco depili, adeoque depressiore, in vestibus lepra infectis vel *in adversa,* vel etiam *in aversa* pannorum parte. Cf. Cornelius a Lapide in h. l.

56. *abrumpet eum* — Codd. Cas. 2. et Radulfus *abrumpet eam.*

57. *si ultra* — Cod. B *si in ultra;* cod. E *ultra.* Pro *lepra volatilis,* codd. B, Cas. 1. *lepra est volatilis;* non male; cod. F 2. m. et Rupertus addunt *est* post *vaga.*

58. *aqua ea, quae* — Tacent verbum *aqua* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, R, S, T, U, Cas. 21., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus; apposite Vallarsius notat: « Ex vocibus *ea, quae* nonnemo » scripsisse videtur *aqua,* ex quo factum, ut » utrumque simul proferant vulgati libri. » Toletus autem scribit: « *aqua* non est in hebr., » graeco et Ordin.; tamen est in Complut., » Reg., Lovan. et aliis impressis. »

59. *subtegminis* — Codd. A, C 2. m., F *subteminis;* cf. supra ad vers. 48. Pro *pelliceae,* codd. A, D, aliique *pelliciae,* et ita scribendum esse aperte praescribunt codd. N, O; cf. ad Gen. III, 21. Pro *debeat,* cod. F 2. m., Hesychius, Rabanus *debeant.*

Cap. XIV, 1. *Locutusque*—Codd. O, V, Rupertus, Radulfus *Locutus.*

2. *quando mundandus est* — Codd. M, O notant haec verba connectenda esse cum iis quae praecedunt, non vero cum sequentibus. Pro *mundandus,* codd. G, Cas. 1. et Thomas. l. c. *mundatus;* neque abludere videntur vett. interpretes.

3. *de castris* — Sixtini, codd. C, D, F, G, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Strabus, Rupertus *e castris;* cod. E *a castris;* cod. H *extra castra;* accedunt hebr. et vett.; cod. B 1. m. tacet *lepram.*

4. *purificatur* — Codd. Cas. 2. et Rupertus *purificabitur.* Pro *duos passeres vivos pro se,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *pro se duos passeres vivos.* Pro *quibus* (quod posuerunt sixtini cum codd. C 2. m., G, H, Cas. 4.), Sixtus, codd. fere omnes et vett. edd. *quos;* conf. ad Gen. III, 19. Etsi *vescor* cum sexto vel quarto casu recte construatur, tamen apud latinos, ipsumque Vulgatum prior positio longe usitatior est; cf. Rocca l. c. Pro *vermiculumque,* cod. B *vermiculum;* it. cod. 59. holmesianus.

5. *ex passeribus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, O, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *e passeribus;* Bruno ast. *de passeribus.* Ante *in vase* cod. B addit *et.*

6. *alium autem* — Cod. E *alium vero.* Ante *hyssopo* tacent *et* cod. A 1. m., Bibl. Antuerp. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569. all.

7. *mundandus* — Codd. Cas. 12. *mundatus;* graecus τὸν καθαρισθέντα. Radulfus *immundus.* Pro *ut iure,* codd. B, F *et iure;* cod. R *ut cute;* cod. E tacet *iure.* Pro *dimittet,* cod. E *demittet.* Pro *ut in agrum,* Radulfus *in agrum ut.* Pro *avolet,* cod. E et Hesychius *evolet.*

8. *laverit* — Codd. D, T, U, V, *lavaverit.* Post *tabernaculum* tacent *suum* Bruno ast. et Rupertus; item coptus et arabs 3. Holmesii.

9. *et die septimo* — Cod. F, Bibl. Ven. 1480., Reg., all., Hesychius, Rabanus *et die septima;* cod. H *et in die septimo;* cod. E *et septimo die.* Pro *radet,* sixtini, codd. A, B, C, D, G, H, O, R, S, T, U, Cas. 18., Bibl. Ordin., Lugdun. 1522. 1535., all., Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *radat.* Ante *ca-*

pillos Bruno ast. addit *omnes;* item hebr. et vett. Post *capitis* cod. Cas. 1. addit *sui;* item rursus hebr. et vett. Ante *lotis* Hesychius tacet *Et.*

10. *assumet* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., Lugdun. 1535., all. *sumet.* Pro *anniculam,* cod. D *anniculum;* nam *ovis* usurpatur quoque masculino genere. Pro *in sacrificium,* cod. U, Hesychius et Rabanus *in sacrificio.*

12. *offeret eum* — Hesychius et Rabanus *offeret illum;* cod. Cas. 1. tacet pronomen.

13. *solet immolari* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *immolari solet.* Pro *id est, in loco sancto,* cod. B *id est pro peccato;* Hesychius tacet *in;* Bruno ast. omittit *id est,* quod a latino interprete suppletum videtur. Mox cod. A tacet *enim.*

14. *pro delicto* — Cod. A *pro peccato.* Pro *super,* Bibl. Ordin., all. *supra.* Pro *pollices,* Hesychius *pollicem.* Pro *manus dextrae et pedis,* cod. Cas. 1. *manus ac pedis dextri;* cod. A *manus dextrae ac pedis.*

15. *mittet* — Cod. E *mittat.*

16. *coram Domino septies* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, I, O, T, U, V, Cas. 13., Hugo, Beda II, 349., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *septies contra Dominum;* Petrus Com. *septies contra tabernaculum;* cod. S et Bibl. Ordin. *septies coram Domino;* Toletus adnotat: « Mss. et prior Con- » gregatio *contra Dominum;* et sic infra ad » vers. 27. » Gregoriani quoque utroque loco scripserant *contra Dominum;* at dein correctionem expunxerunt.

17. *dextri, et super*—Petrus Com. *dextri, id est super;* Bukentopius p. 149. et De Vence in h. l., collato vers. 28., hebr., graeco aliisque interpretibus, autumant legendum potius *dextri super;* at obstant latini codices, quibus accedunt graeca edit. Aldi, slav. ostrog. et cod. 129. Kennicotti. Pro *effusus,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 14., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *fusus.* Librarius qui codicem E descripsit ab hoc versiculo ad 29. incaute transilivit.

19. *Rogabitque pro eo* — Cod. Cas. 1. et margo Ordin. *Expiabitque eum;* Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. addunt *sacerdos;* Bibl. Lugdun. 1550., Paris. 1566., all. *Rogabitque sacerdos pro eo;* concinunt hebr. et veteres, paucis exceptis codd. graecis et cod. 127. samaritano.

21. *pro delicto assumet agnum* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *sumet agnum pro delicto;* codd. R, S, Bibl. Paris. 1566. *pro delicto sumet agnum;* Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all. interpunctionem non ante, sed post verba *pro delicto* mendose collocant. Pro *decimamque,* codd. F, V, Strabus *decimam.* Pro *conspersae,* cod. C 1. m., *consperso;* Hesychius *conspersam.* Pro *et olei sextarium,* sixtini cum cod. A *sextarium olei;* item Radulfus ad vers. 24.

22. *duosque* — Rupertus *duos quoque.* Cod. B non legit *pullos.* Pro *columbae,* codd. G, R, S, V, Cas. 2. et Petrus Com. *columbarum;* cod. O notat ita legere graecum et modernos; cf. ad XII, 8. Pro *unus sit,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *sit unus.*

23. *offeretque ea* — Cod. A tacet *ea;* ut georg.

24. *levabit*—Cod. B *libabit;* cod. C *lavabit.*

25. *dextrae illius*—Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Hesychius, Rabanus *dextrae eius.* Pro *mundatur,* Hesychius et Rabanus *emundatur.* Post *manus* cod. Cas. 1. tacet *eius;* item graecus; sed conf. Holmes.

26. *manum suam*—Margo Ord. cum hebr. *manum sacerdotis.*

27. *tingens* — Codd. Cas. 12., Hesychius, Rabanus *intingens;* conf. ad IV, 17. VIII, 15. XI, 32. Pro *septies coram Domino,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, I, O, R, S, T, U, V, Cas. 13., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugdun. 1535., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus *septies contra Dominum;* conf. ad vers. 16. In suis

editis adnotationibus mire hallucinatur Angelus Rocca l. c. dum scribit: « Prius legeba- » tur *coram Domino*, nunc autem *contra Do-* » *minum* iuxta s. Hieronymi translationem et » codd. Bibliorum manuscriptos. » Nomine translationis s. Hieronymi nil aliud intelligit Rocca, nisi Vulgatum iuxta editionem Complutensem et Regiam, in qua legitur quidem *contra Dominum;* itemque in antiquis mss.; at vero editiones clementinae, quas Rocca de more designat dicens *nunc* autem legitur, aliam lectionem, quae in antiquis edd. magis pervulgata erat, retinuerunt.

28. *dextrae auriculae* — Sixtini cum codd. A, R, *auriculae dextrae*. Pro *manus*, cod. B *manuum*.

29. *manu* — Margo Ordin. cum hebr. addit *sacerdotis*. Pro *placet*, codd. A, C, uterque prima manu, G *placeat*. Pro *Dominum*, cod. E *Domino*.

31. *et alterum* — Cod. A *et unum;* hebr. et vett. suffragantur; sed communis lectio idem significat.

32. *emundationem sui* — Codd. G, R, S, Hesychius et Rabanus *emundatione sui;* cod. F *emundatione sua;* cod. A *mundationem sui*.

33. *Locutusque est* — Cod. E, Rupertus *Locutus est;* item armenus; cod. F tacet *est*. Mox codd. Cas. 2. non legunt *et Aaron;* his favent non pauci codd. holmesiani et cod. 109. Kennic.

34. *Cum ingressi* — Codd. G, R, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *Cumque ingressi;* at cod. O notat non esse legendum *Cumque*. Ante *terram* cod. B et Hesychius addunt *in*.

35. *nuncians* — Cod. B *nunciat;* cod. F *nunciet;* cod. V *et nunciabit;* it. hebr. et vett.

36. *At ille* — Cod. E *Et ille*. Pro *efferant*, codd. A, B, F, G, V, Cas. 4. *efferat;* codd. L, R, S, Cas. plerique, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph., Lugd. 1550., all. *efferantur;* item latina versio Onkelosi in polyglottis pro ויפנון, quod potius reddendum erat *et evacuabunt*. Ceterum communem Vulgati lectionem egregiam esse Clericus et Rosenmullerus fatentur. Post *universa*, codd. Cas. 9. addunt *vasa*. Mox Rupertus tacet *de domo*. Pro *et videat*, codd. Cas. 13. *ut videat;* codd. R, S, Cas. 4. *et videatur;* cod. V *ut videatur*. Pro *leprosa sit*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 21., Hesychius, Rupertus *lepra sit;* hanc lectionem primo admiserant et gregoriani, at dein reiecerunt; eidem tamen hebr. et vett. favere videntur. Pro *Intrabitque postea*, cod. B *Intrabit post eam, et*. Pro *lepram domus*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rabanus, Rupertus, Radulfus *domus lepram;* Hesychius *domus leprae*.

37. *quasi valliculas pallore sive rubore deformes, et humiliores* — Radulfus *pallorem quasi valliculas, sive ruborem deformem, et humiliorem*. Pro *humiliores superficie*, cod. E *humilior est superficies*.

38. *claudet illam* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., all., Hesychius, Rabanus, Strabus, Rupertus, Radulfus *claudet eam*.

39. *Reversusque* — Codd. F, Cas. 1. *Revertensque*. Pro *septimo*, Radulfus *septima*.

40. *proiici eos* — Tacent pronomen sixtini cum cod. A; item slav. ostrog.; at codd. C, D, F, G, O, R, S, U, V, Cas. 17., Bibl. Ordin., Rupertus *proiiciet eos;* scholiastes in cod. O animadvertit: « Secundum antiquos legitur » *proiiciet eos;* sed cum sequatur *radi, spar-* » *gi, reponi, liniri*, videtur quod debeat esse » *proiici;* maxime cum id interpositum sit. » Mox cod. D tacet *civitatem;* item cod. 333. samar. apud Kennic. Pro *in locum immundum*, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *in loco immundo;* hanc eamdem lectionis varietatem laudati testes habent quoque infra ad vers. 41. et 45. Animadverte hodiernam Vulgati lect. consentire cum itala apud Augustinum, *Spec. c. CXVIII edit. Maii;* conf. Sabatier.

41. *ipsam radi* — Radulfus tacet pronomen, cuius gerit vices in hebr. articulus determinativus. Pro *spargi*, codd. Cas. 12.,

Rabanus, Radulfus *aspergi*. Pro *urbem*, Rupertus *civitatem*, ut superiori versic.

42. *lapidesque* — Codd. B, Cas. 1. *lapides quoque*. Pro *alios reponi*, cod. A *reponi alios;* cod. E *alios repones*. Pro *fuerint*, codd. R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. *fuerant;* Rupertus *fuerunt*. Pro *liniri*, cod. E *leni;* Rupertus *lini;* recte dictum a verbo *lino*.

43. *erasus* — Sixtus, codd. fere omnes, et vett. edd. *elatus;* apposite emendarunt sixtini et gregoriani, quibus favent codd. F, G, H, U 2. m., V, Cas. 2.; unde Toletus: « Lege » *erasus;* sic mss. et utraque Congregatio; et » congruit cum hebr. et graeco. » Cf. Rocca l. c., Bukentopius p. 149., Lucas Brugensis. Post *terra*, codd. S, Cas. 2. addunt *domus;* accedunt hebr. et vett., qui tamen istud verbum non hoc loco, sed in superiori membro, ubi de rasura domus sermo est, legunt; it. Augustinus l. c. qui habet: *postquam evolsi fuerint lapides, et postquam rasa fuerit domus, et postquam defricata est* (ἐξαλειφθῆναι).

44. *respersos* — Sixtini primo, codd. A, C, D, F, H, O, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *aspersos*. Post *immunda* codd. Cas. 2. addunt *est*, consentientibus antiquis interpretibus.

45. *statim* — Cod. E tacet; nec legunt hebr. et vett. Pro *destruent*, cod. B *destruant;* codd. Cas. 7. *destruet;* cod. U *destruens;* pro singulari numero stant hebr., Onkelos, arabs, persa, graecus venetus; pro plurali samaritanus textus, alexandrinus, syrus, Ionathanus, Augustinus l. c. Mox cod. Cas. 1. tacet *eius*.

46. *vesperum* — Cod. F, Rabanus, Radulfus *vesperam*.

47. *dormierit* — Cod. E *dormit;* idem cod. in fine versiculi addit *et immundus erit usque ad vesperum;* item graecus; sed cf. Holmes.

48. *introiens* — Cod. H, Hesychius, Rabanus *introierit*. Pro *viderit lepram non crevisse in domo*, Hesychius et Rabanus *in domum, et viderit lepram non crevisse*. Cod. A *videritque;* codd. Cas. 9. *et viderit;* favent hebr. et vett. Pro *lita fuerit*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 19., Rupertus, Radulfus *lita est;* Hesychius et Rabanus *linita est*.

49. *in purificationem* — Ita habent sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, F, H, L, Q, S, quibus favent veteres; conf. Rocca l. c., Bukentopius pag. 394., Lucas Brugensis. At Sixtus cum antiquis edd. et reliquis codd. *in purificatione*. Pro *lignumque*, cod. F *lignum;* item cod. 199. Kennic.

51. *vivum* — Cod. T, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482., all. *unum*. Pro *tinget*, sixtini, codd. A, C, D, G, S, T, U, V, Cas. 6., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus *intinget;* hanc lect. primo receperant gregoriani, mox abiecerunt.

52. *passeris* — Cod. Cas. 1. addit *immolati*, ut supra; item nonnulli codices holmesiani et cod. 193. Kennic.

53. *avolare in agrum libere* — Codd. Cas. 2. praemittunt *vivum;* item hebr. et vett.; sixtini cum cod. A tacent *libere;* item hebr. et vett.

54. *lex omnis* — Hesychius et Rabanus *omnis lex;* cod. Cas. 1. *enim omnis lex;* mox addit *omnis* ante *percussurae*.

55. *leprae vestium* — Cod. A *lepra vestium*.

56. *cicatricis* — Codd. Cas. 2. *et cicatricum*.

57. *ut possit sciri* — Cod. E *ut possitis scire;* Bibl. Ord., Compl., Reg., all. *ut possit scire*. Pro *quo tempore mundum quid*, Hesychius et Rabanus *quid mundum*. Pro *vel immundum sit*, cod. B *sit, et immundum*.

Cap. XV, 2. *dicite* — Codd. B, Cas. 11., Hesychius, Rabanus *dicetis;* hebr. ואמרתם.

3. *singula momenta* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, S, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *momenta singula*. Iidem testes, exceptis sixtinis, aliique plures pro *eius*, legunt *illius*. Pro *atque concreverit*, cod. A et Bruno ast. *atque creverit;* Bukentopius pag. 15., collato hebraico textu, vult intelligi disiunctive, ac si legeretur *aut concreverit;* De Vence in h. l. absque idoneis testibus suspicatur primigeniam Vulgati lectionem, fuisse *fluxerit, aut adhaeserit carni eius*.

5. *Si quis* — Codd. H, V, Cas. 14., Bibl. Rob. Steph. 1545., Radulfus *Et si quis;* item hebr. et vett. Pro *lectum,* codd. B, E, F, V, Cas. 5., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus *lectulum;* cf. ad vers. 22. Pro *vesperum,* saepius in hoc cap. pauci codd. et nonnullae edd. habent *vesperam;* idque semel adnotasse sufficiat.

6. *et lotus* — Codd. F, Cas. 19. *et ipse lotus;* uti verss. 5. 7. 10. 22. 23. 27.; sed pronomen omittitur in verss. 8. 11. Hunc versiculum ὁμοιοτέλευτον cod. E praetermisit.

7. *Qui tetigerit* — Cod. Cas. 1. *Qui vero tetigerit;* Radulfus *Et qui tetigerit;* concinunt hebr. et vett.

8. *homo iecerit* — Cod. F *eciderit.* Pro *qui mundus,* cod. V, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482. 1483. 1498., all. *qui immundus.* Pro *vestimenta sua,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, N, O, S, T, U, Cas. 20., Bibl. Ord., Radulfus *vestem suam;* cod. N adnotat: « Iam prae» miserat *vestimenta sua* (v. 5. 6. 7.); pro» pter hoc hic varie dicendo ponit idem qua» si in singulari; de omni enim veste intelli» gitur. » Toletus ipse scribit: « Ordin., mss. » et prior Congregatio legunt *vestem suam.* » Immo ita scripserant primo et gregoriani; at dein hanc correctionem neglexerunt.

9. *Sagma* — Legunt *Sagina* codd. N, O, P, R, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., all.; item Steuchus Eugubinus, qui tamen testatur emendatiores codd. habere *sagma.* Hugo a s. Charo scribit: « *Sagma* est stratura asini vel equi. » Sed etiam aliqui libri habent *sagina.* » Praeterea scholiastes cod. N notat: « *Sagina* se» cundum hebraeos ponitur pro *stramento,* » unde et *saginarius* equus; *sagina* autem a » *sagis* dicitur. » Plura de his dabit magnum Cangii *Glossarium.* Cod. G *sagum.* Pro *super quo,* cod. E *super quas;* cod. A *super quam* (*sagma* enim feminino aeque ac neutro genere usurpatur); multi alii codd. et vett. edd. cum Sixto habent *super quod;* sixtini et gregoriani, consentientibus codd. C 1. m., D, N, U aliisque, emendarunt; hinc Toletus: « Lege *quo;* sic mss. et Congregatio. » Conf. Rocca l. c.

10. *et quidquid sub eo fuerit, qui fluxum seminis patitur, pollutum erit* — Bibl. Paris. 1566. *et omnis qui tetigerit quidquid sub eo fuerit, qui fluxum seminis patitur, pollutus erit;* Hesychius et Rabanus *et omnis qui tetigerit quidquid sub eo erit, immundus erit;* cod. N adnotat: « Quod quidam hebraicae » expressionis amatores sic mutaverunt: *et* » *omnis qui tetigerit quidquid sub eo fuerit,* » *pollutus erit;* sed hanc non recipimus trans» lationem, licet expressior videatur. » Concinit cod. M, qui haec eadem verba expungenda notat. Eadem leguntur in marg. Bibl. Lugd. 1550.; his consentiunt hebr. et vett.; itemque Isidorus Clarius. Pro *Qui portaverit,* Hesychius et Rabanus, cum hebr. et antiquis interpp. *Et qui portaverit.* Pro *vestimenta sua,* codd. B, C, D, E, O, S, T, U, Bibl. Ordin., Radulfus *vestem suam.*

11. *Omnis, quem* — Cod. B *Omne, quod;* favet graecus et arabs; sed Augustinus *Quemcumque;* codd. S, U, V *Omnis, qui.* Pro *et lotus,* cod. B *et ipse lotus;* conf. ad vers. 6.

12. *Vas fictile* — Hesychius et Rabanus praemittunt *Et;* item hebr. et vett. Pro *quod tetigerit,* Hesychius *quicumque tetigerit qui fluxum seminis patitur;* Rabanus *quodcumque tetigerit is qui fluxum seminis patitur;* accedunt hebr. et vett.; cod. H adnotat hebr. addere *fluxum seminis patiens;* haud improbabile videtur haec verba ex hoc loco, scriptorum vitio, ad vers. 10. translata fuisse. Quae enim in Vulgato superius abundant, heic desiderantur. Post *aqua* Hesychius et Rabanus cum graeco addunt *et mundum erit.*

13. *Si sanatus fuerit* — Cod. Cas. 1. addit *homo;* Bruno ast. post *Si* addit *autem;* hebr. et vett. nexum habent. Pro *huiuscemodi,* Bibl. Ven. 1476., all. *huiusmodi.* Pro *sustinet,* cod. Cas. 1. *sustinuerit;* Bibl. Ant. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *retinet.* Pro *numerabit septem dies post,* Hesychius *enumerabit septem dies ad;* favent veteres. Pro *et toto,* legunt *ac toto* sixtini, codd. A, C, D, E,

F, G, H, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, all.

14. *aut duos pullos* — Cod. E *aut pullos.* Ante *veniet* tacet *et* cod. F et georg. Pro *in conspectum,* legunt *in conspectu* codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522., all., Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus.

16. *de quo* — Cod. E *a quo.* Pro *egreditur,* codd. F, R, S, Cas. 8., Bibl. Ordin., Reg., all., Hesychius *egredietur;* hanc lect. respuit scholiastes in cod. O; Augustinus ex graeco *exierit*; hebr. כי תצא.

17. *immunda erit* — Codd. Cas. 4. *immunda erunt;* item armenus, cod. 69. Kennic. et, contra fidem sui textus, latina versio samaritani in polyglottis londinensibus; cod. T *immundus erit.*

19. *redeunte mense* — Cod. H notat haec in hebraeo desiderari; item De Vence et Calmetus: « Nec in hebraeo, nec in versionibus » legas illud *redeunte mense.* » Attamen hebraici textus sensum hisce verbis egregie Hieronymus expressit; vel etiam fortasse ipse scripserat, quod in idem recidit, *redeunte menstruo.* Pro *sanguinis,* mendose habet *seminis* Ionas aurel. CVI, 187.

21. *et in quo* — Codd. L, S, Cas. 1., vett. edd. ante Lovan. fere omnes *et locus in quo;* conf. Lucas Brugensis. Pro *diebus,* codd. S, Cas. 1. *septem diebus;* Ionas aurel. l. c. *in diebus.* Pro *polluetur,* Hesychius et Rabanus *polluitur.*

22. *lectum eius* — Codd. C, E, F, V, Cas. 19., Hesychius, Rabanus, Radulfus *lectulum eius;* cf. ad vers. 5.; cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *lectum suum;* Bibl. Ordin. *vestimentum eius.* Pro *immundus erit,* cod. Cas. 1., Hesychius et Rabanus *pollutus erit.*

23. *super quo* — Sixtus cum paucis codd. et antiquis edd. habet *super quod;* ad fidem plurimorum codd. sixtini et gregoriani emendarunt; conf. ad vers. 9. Pro *sederit,* cod. E *sedit.* Pro *attigerit,* codd. V, Cas. 1. *tetigerit.* Pro *et ipse lotus,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, T, U, V, Cas. 23., Hugo, Hesychius, Rabanus, Ionas aurel. l. c., Radulfus, Gualterus CCIX, 441. *et lotus;* conf. ad vers. 6.; gregorianis dubium fuit. Pro *pollutus,* codd. A, Cas. 2. *immundus.*

24. *vir* — Bibl. Ordin. tacent. Pro *sanguinis menstrualis,* Ionas aurel. l. c. *menstruali;* accedit hebr., et Vulgatus ipse in sequenti versiculo, ubi idem verbum in sacro textu occurrit, ita interpretatur.

25. *in tempore* — Sixtini, primo gregoriani, cod. A tacent *in.* Pro *subiacet huic passioni,* sixtini, codd. A 2. m. (1. m. aberat *huic*), C, D, E, F, H, O, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Ionas aurel. l. c., Rupertus *huic subiacet passioni;* Radulfus *huic passioni subiacet;* cod. O monet alios perperam legere *subiacebit,* quemadmodum legunt codd. G, R, S. Pro *menstruo,* Rupertus *menstrui.*

27. *tetigerit ea* — Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Rob. Steph., Lovan. aliaeque quamplures edd., Ionas aurel. l. c., Radulfus *tetigerit eam;* hanc vero lectionem intactam dimiserunt sixtini, eique adstipulantur alexandrinus, graecus venetus, arabs, duodecim codd. hebr. et duo chald. apud De-Rossi. At vero gregorianis altera lectio placuit; unde Toletus: « Lege *ea;* ita hebr., Reg., Compl. » et Congregatio. » Huic lectioni praeterea favent codd. H, sangermanensis a Rob. Steph., indeque a lovaniensibus laudatus, Hesychius, Rabanus, « Sic etiam, ait Bukentopius » p. 149., in hebr., chaldaeo, syro et paucis » antiquis latinis: alia exemplaria Vulgatae, » prout et Sixti V. habent *eam,* referentes ad » mulierem, cum graecis. » Cf. Rocca l. c. et Lucas Brugensis; Alius in *Hex.* αὐτῶν.

28. *sanguis* — Cod. B *sanguinis.* Pro *cessaverit,* codd. A, E *cessarit.* Pro *dies,* cod. F *diebus.* Pro *purificationis,* codd. T, Cas. 1. *purgationis;* conf. ad XII, 4. 6.

29. *die octavo* — Sixtini cum cod. A *octava die;* codd. C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus

octavo die. Pro *aut duos,* codd. et reliqui testes praedicti *vel duos.* Pro *columbarum,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, O, T, U, Cas. 19., Hesychius, Radulfus *columbae;* conf. ad XII, 8.; cod. O notat: « Graeci et moderni » legunt *columbarum.* »

30. *et alterum* — Hesychius et Rabanus tacent nexum. Pro *ea,* cod. E, Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *eo;* cod. A addit *sacerdos;* concinunt hebr. et vett. Pro *fluxu,* Hesychius *profluvio.*

31. *Docebitis* — Margo Ordin. *Separabitis;* etsi porro hebr. legat והזרתם, tamen eiusdem vocis vim hoc loco egregie Vulgatus per receptam lectionem expressit; cf. Gesenii *Thesaur. p. 870.* Pro *immunditiam,* Sixtus, codd. G, M, N*, R, Cas. 4., vett. edd., Ionas aurel. l. c. *immunditias;* margo Ordin. cum Hieronymo *ab immunditiis suis;* Bukentopius p. 394. notat: « In graeco est plurali nume» ro, sicut et in plerisque latinis. » Quoad latinos fallitur Bukentopius; nam sixtini et gregoriani ad fidem codd. longe plurimorum, inter quos antiquiores omnes, itemque Hesychii, Rabani, aliorumque emendarunt. Hinc Toletus: « Lege *immunditiam;* sic mss. et » utraque Congregatio. » Et Lucas Brugensis: « Interpres dedit singulare, si optimis li» bris habeatur fides. » Item cod. N verissime notat: « Antiqui et Strabus legunt *im*» *munditiam.* » Cf. Rocca l. c. Pro *inter eos,* codd. Cas. 2., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *inter vos;* cod. E *in eos.*

32. *Ista est . . . seminis* — Cod. B nunc *Ita est . . . sanguinis vel seminis.*

Cap. XVI, 1. *Locutusque* — Cod. V, Hesychius, Bruno ast., Rupertus *Locutus;* item armenus et cod. 199. Kennic. Post *ad Moysen* cod. U, Hesychius et Rabanus addunt *dicens.* Thomas. I, 32. et duo codd. holmesiani tacent *duorum.*

2. *praecepit ei* — Codd. E, G et Radulfus *praecepit eis.* Pro *ut non moriatur,* cod. B et Philippus de harv. CCIII, 737. *ne moriatur.*

3. *pro peccato offeret* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Rupertus, Radulfus *offeret pro peccato.*

4. *feminalibus* — Codd. G, Cas. 1., Hesychius, Rabanus praemittunt *et;* item hebr. et vett. Pro *verenda,* codd. C, D, E, F, O, U, V, Cas. 16., Hesychius, Rabanus, Philippus de harv. l. c. *verecunda.* In cod. B primo deerat *cunctis,* nec legunt Strabus, hebr. et vett.

5. *Suscipietque* — Hesychius *Suscipiet.*

6. *vitulum* — Margo Ordin. addit *pro peccato suo;* item hebr. et vett.; at cf. Holmes.

7. *duos hircos stare faciet* — Rabanus *duos hircos faciet stare;* Rupertus *hircos duos stare faciet;* Radulfus *duos stare hircos faciet;* cod. F tacet *duos.* Pro *in ostio,* cod. veronens. Vallarsii *in ostia;* non pauci graeci codd. παρὰ τὰς θύρας.

8. *mittensque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ordin., Lugdun. 1535., Rupertus, Radulfus *mittens;* Hesychius et Rabanus *mittetque;* it. hebr. et vett. Pro *sortem,* cod. H, Hesychius, Rabanus, Rupertus *sortes,* ut hebr. et vett. Pro *unam,* cod. H *sortem unam;* item hebr. et vett.; cod. A *unum.* Pro *alteram,* cod. A *alterum;* Hesychius *aliam.*

9. *exierit sors* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *sors exierit;* de hac latine loquendi ratione cf. Mazochius in *Spicil. bibl. II, 84.* Ante *Domino* addunt particulam *a* codd. C, D, F, T, U, Cas. 3.; chaldaeus legit לשמא דיי.

10. *super eo* — Codd. H, Cas. 16., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., Lovan., all., Hesychius, Radulfus *super eum;* sixtini, quos reliqui sequuti sunt, ad fidem antiquiorum omnium codd. et Bibl. Ordin. emendarunt. Pro *emittat eum,* sixtini, codd. A, E, F 1. m., G, H, R, S, Bibl. Ord., Bruno ast., Radulfus *emittat illum;* codd. C, D, F 2. m., O, U, V, Hesychius, Rabanus *mittat illum;* cod. T *mittet illum.*

11. *et rogans* — Cod. Cas. 1. et Rabanus tacent nexum. Pro *et pro domo,* Bibl. Ordin.,

Reg., all. *et domo*. Pro *immolabit*, cod. B *immolabitque;* ut hebr. et vett.

12. *impleverit* — Margo Ord. addit *e conspectu Domini*, uti hebr. et vett. Pro *intrabit in Sancta*, cod. A *in Sancta intrabit*.

13. *ut positis* — Cod. A *ut impositis;* cod. veronens. Vallarsii *et positis;* item hebr. et vett. Post *aromatibus* cod. H, priores edd. Rob. Steph., all. et margo Ordin. addunt *coram Domino;* uti hebr. et vett. Pro *vapor operiat*, cod. veronens. Vallarsii *vapor operiet;* item hebr. et vett.; Radulfus *vapore operiatur*. Mox pro *supra*, plures codd. et auctores habent *super*. Pro *et non*, codd. A, G, Cas. 12. *ut non*.

14. *Tollet quoque* — Codd. R, Cas. 2. *Tolletque;* Bruno ast. *Tollens quoque*. Post *digito* Hesychius et Rabanus addunt *suo;* item hebr. et vett., excepto graeco, de quo conf. Holmes. Pro *septies contra*, codd. F, V, Cas. 2., Palatinus apud Vallarsium, Bruno ast. *septies coram Domino, contra;* cod. H notat hebraeum legere *et asperget super propitiatorium ad orientem, et coram propitiatorio asperget septies*.

15. *pro peccato* — Cod. E *pro peccatis*. Mox Bruno ast. tacet *eius*. Pro *ut aspergat*, codd. Cas. 3. *et aspergat*.

16. *faciet tabernaculo* — Codd. G, R, S, Cas. 13., Urbinas apud Vallarsium, Isidorus Clarius, priores edd. Rob. Steph., all. *faciet in tabernaculo;* item armenus; correctoria N, O notant expungendum *in;* cod. A *faciet et tabernaculum;* codd. E, T, U *faciet tabernaculum;* cod. B *faciet tabernaculi;* Hugo de s. Vict. aperte dicit verba *faciet tabernaculo* nil aliud significare, nisi idem faciet in tabernaculo. Pro *sordium*, codd. A, C, D, E, F, G, N, N*, R, S, T, U, V, Cas. 23., veronens. Vallarsii, Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all., Hugo, Hesychius, Rabanus, diserte Radulfus *sortium;* at recte scholiastes cod. N adnotat: « Videtur fuisse error scri» ptorum ponere *sortium*, pro *sordium*, quod » hebraeus habet; nam hic tangit causam » mundationis tabernaculi; et Glossa etiam » dicit sicut LXX. habent *immunditiarum;* et » Magister in historiis dicit *in medio peccan*» *tium filiorum Israel*. Sed forte exterius sub » asterisco posset poni. » Item cod. O notat ex hebraeo, graeco et Glossa constare scribendum esse *sordium*. His concinit Nicolaus de Lira qui scribit: « Licet autem translatio » nostra ad eumdem sensum reducatur, cre» do tamen eam esse corruptam vitio scri» ptorum, qui acceperunt *t* pro *d* et ideo » scripserunt *sortium* pro *sordium*. » Cf. Bukentopius p. 149.

17. *Nullus hominum* — Codd. Cas. 2. tacent *hominum*. Post *tabernaculo* cod. H addit *testimonii;* item hebr. et vett. Pro *Sanctuarium ingreditur*, codd. A, E, F, G, N, O, R, V, Beda V, 205., Bruno ast., Radulfus *ingreditur Sanctuarium;* codd. C, D, H, T, U, Hesychius, Rabanus *ingreditur in Sanctuarium;* cod. S *ingredietur in Sanctuarium;* codd. M, Cas. 3. *ingredietur Sanctuarium;* at cod. O monet hanc recentium codicum lectionem esse. Post *coetu* codd. S, V, Cas. 3. addunt *filiorum;* item graecus et syrus; at cf. Holmes. Post *egrediatur* codd. R, Cas. 4., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *tabernaculum*, quod additamentum in omnibus correctoriis expungitur.

18. *oret pro se* — Codd. F, U 2. m., V, Palatinus apud Vallarsium, Bruno ast. addunt ut vers. 11. et 17. *et pro domo sua*. Pro *sumptum sanguinem*, cod. veronens. Vallarsii *sumpto sanguine*. Pro *fundat*, codd. C, D, F, O, S, T, U, V, Cas. 3., Radulfus *fundet;* item hebr. et vett.

19. *aspergensque* — Codd. F, veron. Vallarsii *aspergetque;* item hebr. et vett.; codd. H, Cas. 7. *aspergatque;* Hesychius *spargensque;* Rabanus *spargetque*. Pro *expiet, et sanctificet*, Hesychius *expiet, sanctificabitque;* cod. Palatinus apud Vallarsium *expiet, et sanctificetur;* cod. veronens. Vallarsii *et expiet, et sanctificat;* cod. H *et purificet, et sanctificet;* hebraeus quoque et vett. particulam coniunctionis praemittunt.

20. *emundaverit* — Cod. F *mundaverit;* cod. A *emundarit.* Pro *tunc offerat,* cod. S, Hesychius, Rabanus, Radulfus *tunc offeret;* favent vett. interpretes.

21. *confiteatur omnes iniquitates* — Cod. F *confiteatur omnis iniquitas;* Radulfus *confitebitur omnes iniquitates;* item hebr. et vett. Pro *imprecans,* Hesychius et Rabanus *increpans.* Pro *capiti,* cod. I *peccati.* Pro *emittet illum,* codd. E, T, U *et mittet illum;* hebr. quoque et vett. praemittunt nexum; Hesychius et Rabanus *emittit eum.* Pro *per hominem,* cod. F *super hominem.*

22. *hircus* — Rabanus addit *portans.*

23. *Aaron* — Cod. E *ad Aaron;* Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540., all. tacent. Ante *depositis* cod. Cas. 1. et Strabus omittunt *et.* Post *vestibus* Petrus Com. et margo Ordin. addunt *lineis,* ut hebr. et vett., sed conf. Holmes. Pro *prius indutus erat,* cod. A *indutus erat prius.* Ante *Sanctuarium* codd. B, U addunt *in;* cf. ad vers. 17.

24. *vestibus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, T, U, V, Cas. 19., Bruno ast., Rupertus, Radulfus *vestimentis.* Pro *rogabit,* Bibl. Ordin. *rogabitque;* item hebr. et vett., sed alia est ibidem periodi ratio.

26. *in castra* — Bibl. Ordin. *castra;* conf. ad vers. 28.

27. *illatus est* — Cod. Palatinus apud Vallarsium *oblatus est.* Pro *in Sanctuarium ut,* sixtini, codd. A, B, C 2. m., D, E, H, N, O, T, U, Cas. 20., Rupertus, Radulfus *ut in Sanctuario;* huic autem lectioni adstipulari videntur hebr. et vett.; unde cod. N adnotat hunc esse ordinem apud hebraeos et antiquos; Toletus vero testatur: « Mss. et prior » Congregatio legunt *Sanctuario.* » Primo gregoriani cum codd. F, G, R, S, V *in Sanctuario ut.* Pro *foras castra,* sixtini, codd. A, Cas. 6. *extra castra;* hinc Toletus: « Mss. et » prior Congregatio *extra.* » Gregoriani quoque primo hanc lectionem sequuti fuerant; Bruno ast. et Clarius utrumque habent *foras extra castra.* Pro *comburent,* cod. T *comburet;* in hebraico textu est שׂרפו; sed praecedit verbum sing. יוציא; samaritani codd. novem utrumque verbum habent in numero singulari, hisque consentit samaritana versio et Saadias. Cf. Winer *de vers. Pentat. samar. p. 20.* Pro *ac fimum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, S, T, U, V, Bruno ast., Radulfus *et fimum.*

28. *in castra* — Veteres Vulgati edd., paucique codd. tacent particulam *in,* quam ad fidem antiquiorum codd. addiderunt sixtini.

29. *vobis hoc* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, S, U, Radulfus *hoc vobis;* cf. ad v. 34. Post *Mense* cod. R, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all. addunt *autem;* codd. T, Cas. 12., Radulfus *enim;* cf. Holmes. Pro *decima,* cod. A *decimo.* Pro *opus facietis,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Beda V, 205., Bruno ast., Radulfus *facietis opus.* Pro *peregrinatur inter vos,* codd. Cas. 18. *peregrinantur apud vos;* codd. A 1. m., R, S, *peregrinantur inter vos;* accedunt syrus et Onkelos; duo graeci codd. prae se ferunt hanc notam ἕνια δὲ τῶν ἀντιγραφῶν· ἢ τῶν προσηλύτων τῶν προσκειμένων ἐν ὑμῖν· conf. XVII, 8. 10. 12. 13.

30. *coram Domino* — Cod. Urbinas apud Vallarsium tacet.

32. *Expiabit autem* — Hesychius *Expiabit enim.* Pro *manus initiatae sunt,* sixtini, codd. A, H, Cas. 9., Rabanus *initiatae manus;* cod. B *manus initiatae;* codd. S, V, Strabus, Radulfus *initiatae sunt manus;* Hesychius *expiatae manus;* codd. C, D, F, L 7., O, Q, T, U, Cas. 5., Bruno ast. *initiata est manus;* codd. E, N *initiata manus;* cod. N adnotat: « Hebr. et antiqui habent singularem, et non » pluralem. » Graecus ven. καὶ ὃν ἐμπλήσει τὴν χεῖρά οἱ ἱερατεύειν. Post *fungatur* codd. Cas. 3. addunt *mihi.*

33. *et expiabit Sanctuarium et tabernaculum testimonii* — Cod. B *expiabit tabernaculum et Sanctuarium testimonii;* Bruno ast. *et expiabit Sanctuarium testamenti.*

34. *vobis hoc* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1480.,

all., Beda V, 205., Radulfus *hoc vobis;* conf. ad vers. 29. Pro *ut oretis,* cod. B *et oretis.* Mox cod. Cas. 1. tacet *cunctis.* Pro *praeceperat,* cod. A *praecepit.* Pro *Dominus Moysi,* Radulfus *Dominus, Moyses.*

Cap. XVII, 1. *Et locutus* — Codd. E, V, Thomas. I, 32. *Locutus;* item armenus. Post verbum *dicens* cod. K in textum intrudit hoc scholion: *Ut nullum animal occidatur etiam ad vescendum, nisi ante ostium tabernaculi; sed hoc tantum in eremo praeceptum est.* Haec autem verba ab imperito amanuensi e margine in textum illata fuisse, evidentissima res est. Duplex namque heic instabat quaestio; nimirum 1°. utrum Moses loquatur universim de animalium mactatione in usum quoque privatum; vel potius de victimis unice Deo per sacerdotes offerendis. 2°. Utrum haec lex pro eo tantum tempore quo Israelitae incertis sedibus per deserta vagabantur lata fuerit; an ipsis servanda foret etiam post fixam in Palaestina sedem. Circa duplicem hanc quaestionem non una fuit veterum sententia, prout videre est apud Calmetum. Recentioribus autem scriptoribus laudati scholiastae interpretatio fere probatur. Conf. Rosenmulleri *Schol. in h. l.*

2. *Aaron* — Codd. G, vatic. apud Thomas. l. c. *ad Aaron;* item Ambrosius, consentientibus hebraeo et graeco. Pro *dicens ad eos,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, S, T, U, V, Cas. 18., Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *et dices ad eos;* alius cod. apud Thomas. l. c. *et dices eis;* accedunt hebr. et vett. Post *Dominus* codd. L 4. tacent *dicens,* uti cod. 678. Kennicotti et arabs.

3. *bovem aut ovem* — Bibl. Ordin., Beda II, 352. *ovem aut bovem;* item georg. et non pauci graeci codices; Hesychius et Rabanus *bovem* tantum.

4. *tabernaculi* — Cod. F et margo Ordin. addunt *testimonii;* it. Augustinus cum hebr. et reliquis, excepto cod. 189. Kennic. Pro *sanguinis reus erit,* cod. A *reus erit sanguinis.* Post *quasi* tacent *si* sixtini, codd. A, B 1. m. (secunda manus scripsit *quia*), C, D, E, G, H, R, T, U, V, Cas. 20., Radulfus; gregoriani autem dubitarunt; codd. F, Cas. 2. *quasi qui.*

5. *Ideo* — Cod. B *Et ideo;* cod. G *Ideoque.* Pro *sacerdoti offerre debent,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Amalarius CV, 1127., Hesychius, Rabanus, Radulfus *offerre debent sacerdoti.* Mox sixtini consentientibus codd., edd., et auctoribus universis scripserunt *occidunt* pro *occident,* haec enim postrema lectio ex typographi mendo (ut videtur) exciderat in Bibliis a Luca Brugensi curatis Antuerpiae 1574. et 1583., quibus usi sunt romani censores. At quum Sixtus, neglecta illa correctione, rursum edidisset *occident;* quumque nihil ad hunc locum adnotassent gregoriani et clementini, eadem lectio necessario in clementinis editionibus transcripta fuit. Pro *sanctificentur,* cod. sangermanensis 3. apud Martianaeum *sacrificent;* cod. G *sacrificetur.* Pro *et immolent,* cod. E *ut immolent.*

6. *super altare* — Hesychius *sub altare.* Pro *Domini,* cod. F *Domino.* Pro *ad ostium,* cod. A, Hesychius, Rabanus *et ad ostium.* Ante *adolebit* cod. A tacet *et.* Mox cod. E tacet *Domino.*

8. *Et ad ipsos dices* — Hesychius *Et dices ad ipsos.* Post *Homo* cod. Cas. 1. et margo Ord. addunt *quicumque;* hebr. legit איש איש, it. graecus. Pro *de domo,* codd. L, R, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Hesychius, Rabanus *de filiis;* consentiunt graecus, arabs, cod. 419. derossianus et tres codd. Onkelosi. Cod. T tacet *apud vos;* cf. ad vers. 10. Cod. R *apud eos;* item hebr., at conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

9. *testimonii* — Codd. G, Cas. 2. tacent. Pro *offeratur,* codd. L 3., Q, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. et margo Ordin. *offerat;* quae quidem lectio magis consentanea videtur hebr. et vett. Pro *interibit,* cod. B *peribit.* Mox cod. E tacet *suo.*

10. *quilibet de domo* — Cod. B *quilibet de populo;* cf. De-Rossi *Varr. Lectt.;* cod. O accurate notat: « Quater est hic *homo;* primo » et tertio (v. 3. et 10.) dicitur: *homo quili-*

» *bet de domo Israel;* secundo (v. 8.): *homo de* » *domo Israel;* quarto (v. 13.): *homo quicum-* » *que de filiis Israel.* » Pro *inter eos,* Sixtus, codd. B, H, O, R, S, V, Cas. 7., Thomas. l. c., duo codd. apud Martianaeum, edd. vett. fere omnes, Radulfus *inter vos,* uti habetur verss. 8. 12. 13.; item Augustinus cum graeco. Martianaeus animadvertit: « Ceteri codices ha- » bent ut in editis *inter eos.* Utraque lectio » suos habet adstipulatores. LXX., chaldaeus » et syrus legebant בתוככם *in medio vestri;* » alii בתוכם *in medio eorum,* ut hodie legi- » tur. » Samaritanus textus ab hodierno hebraico textu non recedit; mendosa igitur est eius latina versio in polyglottis; sunt tamen apud De-Rossi duo codices hebraici qui graeco accedunt. Ad chaldaeum quod pertinet, quem laudant Martianaeus et De-Rossi tamquam consentientem graeco, animadvertimus in Bibl. Reg. Onkelosum legere ביניהון *inter eos,* prout habet et Ionathanus. Itaque hodierna lectio a sixtinis et gregorianis ad fidem quamplurimorum codd., inter quos A, C, D, E, F, Cas. 16., et Bibl. Ordin., invecta fuit, consentientibus Hesychio, Rabano, all.; unde Toletus: « Lege *eos;* sic Ordin., mss. et » utraque Congregatio. » Conf. Rocca I, 315. Pro *et disperdam,* cod. B *ut disperdam.*

11. *altare in eo* — Codd. F, G, O, U, V, Cas. 7., Glossa interlinearis, Hugo, Radulfus *altari meo;* codd. L 10., N*, R, S, Cas. 8., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *altare meum;* conf. Holmesius; cod. O adnotat: « Nec antiqui, nec hebraeus habent *meum;* » et antiqui habent *in eo* (2. m. *meo*) iuxta » sensum. » Hebraeus et vett. legunt tantum *altare;* his vero concinunt nonnullae edd. Vulgati, ut Ven. 1533., Lugd. 1535. Pro verbis *pro animae piaculo,* cod. B *pro anima piaculum;* non male.

12. *Omnis* — Cod. B *Ut omnis.* Pro *comedet,* codd. T, U *comedat.* Pro *apud vos,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, L, O, Q, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *inter vos;* item primo gregoriani; Toletus ait: « Mss. et prior Congregatio » *inter:* item versiculo sequenti. » Cod. O adnotat: « Quater hic ponitur *peregrinantur;* » primo et quarto (v. 8. et 13.) *apud vos;* » secundo et tertio (v. 10. et 12.) *inter vos.* »

13. *apud vos* — Sixtini, codd. A, B, E, primo gregoriani *inter vos;* cf. nota ad superiorem versiculum. Ad ea quae in hunc locum habet De-Rossi addes graecum venetum legere μέσον ὑμῶν, atque samaritanam versionem sequi lectionem trium codicum samaritani textus, qui habent פאצעש. Pro *atque aucupio,* codd. N*, S *sive aucupio;* cod. R *vel aucupio;* cod. O notat hebr. legere *aut aucupio* (at hebr. nil suffragatur), et ita habet Strabus; cod. B tacet *atque.* Pro *fundat ... operiat,* Radulfus *fundet ... operiet;* nec obstant hebr. et vett. Pro *illum,* cod. A et Radulfus *illud.*

14. *comedetis* — Cod. A *comeditis.* Pro *comederit illum,* cod. F, Pirminius LXXXIX, 1040., Hesychius, Rabanus *comederit illud.*

15. *vel captum* — Hesychius, Rabanus *aut captum;* Pirminius l. c. *et captum.* Pro *vestimenta sua,* cod. B, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus *vestes suas;* codd. Cas. 2. *vestem suam.* Pro *semetipsum,* sixtini cum cod. A *seipsum.* Pro *fiet,* Bibl. Ordin. *erit.*

16. *et corpus* — Codd. C, D, F, R, S, U, V, vett. edd. *vel corpus;* codd. B, E, G, H, Cas. 15., Hesychius, Rabanus, Radulfus *nec corpus.* Hodiernam lect. ad fidem cod. A sixtini intulerunt.

Cap. XVIII, 1. *Locutus est* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Paris. 1566., all., Radulfus *Locutusque est;* item primo gregoriani, itemque hebr. et veteres; Hesychius autem et Rabanus *Et dixit;* sed isti omittunt quod sequitur *dicens,* ut cod. 72. holmesianus.

2. *Ego Dominus* — Codd. G, R, V, Cas. 8., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. et margo Ordin. *Ego sum Dominus.*

3. *et iuxta morem* — Codd. G 2. m., R, Hesychius, Rabanus tacent copulam, ut cod. 82. holmes.

*

4. *Facietis* — Rabanus IV, 1085. *Facietisque;* conf. Holmes. Post *praecepta* tacent *mea* sixtini, codd. A, B, C, D, F, N, O, T, U, Cas. 15., Rabanus l. c., Radulfus.

5. *Ego Dominus* — Codd. G, R, S, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Lugd. 1522., all. addunt *Deus vester;* item cum graeco Lucifer calar.; at vero id respuunt omnia correctoria; et cod. O perspicue adnotat haec verba legi in verss. 2. 4. et 30.; non legi in verss. 5. 6. et 21.

6. *accedet* — Legunt *accedat* codd. B, R, Cas. 2., Pirminius t. cit. p. 1038., Rabanus l. c., Strabus, Prudentius trec. CXV, 1424., Hincmarus CXXV, 689., Regino CXXXII, 319., Oliva vicens. CXLII, 601., Isaac ling. apud Hard. Conc. V, 436. Post verba *Ego Dominus* Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545. addunt *Deus vester;* georg. et cod. 75. holmes. addunt ὁ Θεὸς ἡμῶν (sic).

7. *et turpitudinem matris*—Cod. T *aut matris.* Ante *mater tua* codd. U 2. m., Cas. 1. addunt *quia;* accedit graecus.

9. *domi vel foris genita est* — Cod. E *foris vel domi genita.*

10. *neptis ex filia* — Codd. F, R, V, Rabanus in h. l. et IV, 1091., Radulfus *nepotis ex filia;* Pirminius l. c. *nepotis et filiam;* hebr. et vett. *filiae filiae tuae.*

11. *peperit* — Cod. D *pepererit.*

14. *patrui tui* — Codd. M, Cas. 3., Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., Rabanus IV, 1092., Radulfus *fratris patris tui;* item Augustinus; Vallarsius de more deceptus a mendosa Calmeti editione perperam notat Vulgatum tacere *tui;* codd. C, U, Pirminius l. c., Conc. Turon. ed. Hard. III, 364. *patris tui;* cod. N adnotat: « Compendiosius habent antiqui et » decentius *patrui,* quam novi, qui ponunt » *fratris patris* cum stridore sonorum. » Et cod. O: « Pro *patrui tui,* hebr., graecus *fra-* » *tris patris tui,* quod idem est; nam patruus » est frater patris: unde non oportet mutare » litteram antiquorum. Et nota quod secun- » dum hebr. et graecum *turpitudo, ignominia,* » *foeditas,* idem hic significat, utpote ex uno » verbo translatum: similiter *revelabis, di-* » *scooperies* idem est. » Pro *accedes,* Augustinus in *Spec.* et Pirminius *accedas;* conf. ad vers. 19. Pro *quae tibi,* cod. C 1. m., Concil. Turon. l. c. *quia tibi;* et ita interpretatur Hugo de s. Charo; accedunt graecus, syrus, arabs; cf. De-Rossi; Pirminius l. c. *qui tibi.* Pro *coniungitur,* cod. E *iungatur.*

15. *ignominiam eius*—Post haec verba addunt *et uxorem fratris sui nullus accipiat* codd. C, D, F, G, L, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 8., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Rob. Steph., Paris. 1566., all., Radulfus; immo cod. O notat: « Licet hebr. et graecus id non ha- » beant, tamen antiqui et moderni habent; et » ideo non debet deleri. » Et cod. N: « Id com- » muniter subiungitur in antiquis; unde val- » de videtur periculosum propter defectum » moderni hebraei apunctare, licet nec ipse » graecus habeat; nam expositio est, sive » summa sequentis prohibitionis, et talia in- » finita interpretes apposuerunt. Sed et no- » tula, quae super hoc dicit quod antiqui » non habent, non dico quod pro aliquibus » falsa sit, sed quasi pro omnibus, vel pro » omnibus; et ipsi etiam novi scripti ante » hanc notulam habent, sicut adhuc vesti- » gia restant. » Attamen haud dubitamus illa verba esse spuria; et fortasse ex margine in textum incaute illata fuere; hinc neque leguntur in codd. antiquissimis optimaeque notae A, B, E, aliisque, neque ullum habent in sacro textu aut antiquis versionibus praesidium: hinc Nicolaus de Lira testatur eadem a libris correctis abesse; eademque correctorium sorbonicum expungit; item cod. M, ubi tamen secunda manus adscripsit: « Hebr. et » graecus non habent hunc versum; moder- » ni, Radulfus et aliqui antiqui habent. »

16. *quia turpitudo* — Cod. B *quia uxor;* item nonnulli graeci apud Holmesium.

17. *Turpitudinem uxoris tuae* — Codd. F, Cas. 3., Petrus Dam. CXLV, 202. *Turpitudinem sororis uxoris tuae;* Concil. Turon. l. c. *Turpitudinem sororis tuae;* Prudentius trec. l. c. *Turpitudinem filiae uxoris tuae.* Hebr. et

vett. non legunt pronomen. Ceterum hac lege cavet Moses ne mater et filia eidem viro copulentur; unde bene Rabanus in h. l. et IV, 1092. habet: *Turpitudinem mulieris et filiae eius non revelabis;* et ita legi in hebraeo notatur in cod. H. Quidam huius legis sensum non intelligentes necessarium existimarunt aliquid mutare vel addere ne absurda videretur sententia. Pro *filiam filiae illius,* codd. C 1. m., D, Pirminius l. c., Hesychius, Rabanus *filiam filiae eius;* item Augustinus. Pro *ignominiam,* codd. B, Cas. 1. *turpitudinem.*

18. *pellicatum illius*—Sixtini, cod. A, Hesychius *pellicatum eius.*

19. *menstrua*—Pirminius l. c. *menstruum;* apud Rabanum *menstruam.* Pro *accedes,* cod. B, Prudentius trec. l. c. *accedas.* Pro *revelabis,* Hesychius et Rabanus *reveles.* Pro *foeditatem,* codd. A, B, Cas. 1. *turpitudinem;* item Augustinus.

20. *nec seminis* — Codd. D, T, U *ne seminis;* Isaac lingon. l. c. addit *eius.* Sixtus habet *commixtione* pro *commistione,* quod idem est. Rabanus *non maculaberis.*

21. *non dabis ut consecretur idolo Moloch* — Cod. A *ut consecretur idolo Moloch non dabis.* Pro *nomen Dei,* codd. B, E, Cas. 2. *nomen Domini Dei;* item primo cod. 649. derossianus, et latinus interpres Onkelosi in polyglottis Antuerp.

22. *commiscearis* — Sixtini, codd. B, C, D, F, H, O, T, U, V, Cas. 7., Thomas l. c., Bibl. Ord., Augustinus in *Spec.*, Prudentius trec. l. c. *commisceberis;* item primo gregoriani; codd. M, Cas. 12. *misceberis;* nec dissentiunt hebr. et graecus; codd. A, S *commisceris;* Hesychius et Rabanus *dormies.*

24. *Nec polluamini* — Codd. E, F, Rabanus, Florus Diac. CXIX, 173., Radulfus *Ne polluamini;* favent hebr. et graecus, sed cf. Holmes. Pro *omnibus his,* cod. A *omnibus istis.* Pro *universae gentes,* Bibl. Ordin. *gentes universae;* cod. H notat hebraeum non legere *universae;* eique concinunt Hesychius et veteres interpretes.

25. *et quibus* — Codd. Cas. 2. tacent *et;* codd. G, Cas. 1. legunt *ex quibus;* codd. R, S, Hesychius et Rabanus *e quibus;* cf. Holmes.

26. *legitima mea atque iudicia* — Cod. A *iudicia mea atque legitima mea;* item hebr. et vett. Pro *et non faciatis,* sixtini, codd. C, N, Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1579., Hugo, all. *et non facietis;* codd. G, N*, R, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., aliaeque plures *ut non faciatis;* margo Bibl. Rob. Steph. 1545. *et ne faciatis;* cod. A *et non faciat;* Hesychius et Rabanus *et non faciet.* Pro *abominationibus istis,* Bibl. Ordin. *istis abominationibus.* Pro *peregrinantur,* codd. A, B, C, D, F, G, R, S, U, V, edd. vett. fere omnes, Hesychius *peregrinatur;* neque repugnant hebr. et graecus. Animadvertat lector hodiernam lect. in clementinis edd. receptam fuisse ex edit. Antuerp. 1583., quae ita legit contra fidem reliquarum edd. Hentenii. Adsunt tamen non pauci codd., inter quos Cas. 18., qui pro clementina lectione faciunt. Pro *apud vos,* Hesychius et Rabanus *apud eos,* ut cod. 106. Kennic.; conf. ad XVII, 10.

27. *Omnes* — Ex typographi mendo princeps editio clementina habet *Omnis.* Codd. Cas. 2. tacent *et polluerunt eam.*

29. *abominationibus his* — Cod. H, Rabanus, Hincmarus CXXV, 689. *abominationibus istis.* Pro *de medio populi sui,* Hincmarus l. c., Atto vercell. CXXXIV, 848. 850. *de populo suo;* item graecus; at conf. Holmes.

30. *Nolite* — Cod. Cas. 1. *Et nolite;* accedit syrus. Pro *vos, et ne,* cod. B *vos, ne;* cod. E *vos in ea, ne;* conf. Holmes. Pro *Ego Dominus,* Hesychius *Ego sum Dominus;* item georg., armenus et duo codd. holmesiani.

Cap. XIX, 1. *Locutus est* — Codd. F, H, T, V, Bibl. Lugdun. 1522., Radulfus *Locutusque est;* consentiunt hebr. et vett.

2. *dices ad eos* — Miss. Moz. p. 851. *dices ad eum,* nempe coetum. Pro *quia ego,* cod. A, Hesychius, Rabanus *quia et ego;* cf. ad XI, 44. 45.; accedunt Conc. Carthag. ed. Hard. I, 155., Cyprianus, Augustinus, Ambrosius

aliique apud Sabatierium; Beda IV, 87., Strabus *quoniam ego.*

3. *patrem suum, et matrem suam* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, H, O, S, T, U, Cas. 10., Augustinus in *Spec.*, Radulfus *matrem, et patrem suum;* Bibl. Complut. et Reg. *matrem suam, et patrem suum;* item hebr., chald., arabs, persa, graecus ven. et graecus cod. colbertinus apud Holmesium (nam in ed. Montfauconii, *Hexapla I, 134.* legitur tantum μητέρα αὐτοῦ); codd. C, F, R, V, Cas. 11., Miss. Moz. l. c., Hesychius, Rabanus *patrem, et matrem suam,* ut armenus et duo codd. holmesiani; cum Vulgato stant alexandrinus et syrus. Pro *Ego Dominus,* Miss. Moz. l. c. *Et ego Dominus;* cod. Cas. 1. *Ego sum Dominus;* conf. Holmesius.

4. *faciatis* — Sixtini, gregoriani, codd. A, G, N*, R, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1535., all.; Hesychius, Rabanus *facietis;* hebr. תעשׂו, item ex graeco Tertullianus et Augustinus in *Spec. c. XLIV. edit. Maii.* Dubitare licet utrum clementini data opera, vel potius fortuito hanc lectionem praetermiserint. Attamen clementinam lect. suffragium plurimorum codicum habere certum est. Hesychius et Rabanus tacent *Deus vester.*

5. *hostiam* — Cod. E *hostias;* cod. B *victimam.* Pro *placabilis,* Hesychius et Rabanus *acceptabilis;* glossa interlinearis *Deo acceptabilis;* hebr. לרצונכם, *ut accepti sitis,* nempe ut acceptum sit sacrificium vestrum; conf. Gesenius, *Thesaur.* pag. 1307.; minus recte cod. H notat hebr. legere *voluntarie immolate,* et graecus ven. interpretatur εἰς θέλημα ὑμῶν θύσετε.

6. *comburetis* — Cod. Cas. 1. *comburetur;* concinunt hebr. et veteres interpretes.

7. *si quis* — Codd. Cas. 5. addunt *autem;* nexum habent hebr. et vett. Post *profanus erit* codd. Cas. 2. addunt *et immundus,* quod correctoria M, O notant expungendum. Animadvertat lector latinum interpretem tum hoc loco, tum in parallelo VII, 18. non ad ipsam hostiam immolatam, ut plerique interpretantur, sed ad hominem ex eadem comedentem retulisse verbum פגול, quod est *foedum, impurum.*

8. *portabitque* — Sublata interpunctione quae praecedit hoc verbum, sixtini legunt *portabit,* uti habent codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 16., Bibl. Ven. 1480. 1498., Rabanus, Radulfus. Pro *anima illa,* codd. E, R, S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *anima illius.* Pro *de populo suo,* codd. C, D, L 4., N, O, S, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. *de medio populi sui;* accedit targum Ionathani; conf. Ex. XXXI, 14. Lev. XVII, 4. et alibi saepius.

9. *Cum messueris* — Haec est vera lectio clementina. Nam etsi omnes vaticanae editiones Sixti V. et Clementis VIII., itemque romanae ann. 1624. 1671. 1765. 1768., aliaeque nonnullae, ut Colon. 1630., Lond. 1843., retineant cum antiquis Vulgati editionibus *Cumque messueris,* quibus, quoad nexum, consentiunt hebr. et vett.; tamen non sixtini tantum et gregoriani, sed clementini quoque censores abiiciendam esse enclyticam voluerunt; idque tum ex Francisci Toleti et Angeli Rocca schedis colligitur, tum ex vaticano correctorio, iussu Clementis VIII. an. 1598. edito, aperte demonstratur. Hanc autem romanorum censorum sententiam quum per epistolas compertam habuisset Lucas Brugensis (nam is laudatum correctorium numquam vidit), editoribus antuerpiensibus suasit ut clementinam correctionem admitterent, quos dein reliqui fere omnes imitati sunt. Cf. Bukentopius p. 149. et 517. Pro hac vero lectione amplissimos testes habemus codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 19., Thomas. I, 32., Miss. Moz. l. c., Hesychium, Rabanum, Prudentium trec. CXV, 1425., Brunonem ast., Radulfum, Egbertum apud Hard. Conc. III, 1970.; accedunt georg. et cod. 75. holmesianus. At codd. B, F, T habent *messueritis,* ut hebr. et vett., et Lev. XXIII, 22.

Ibid. *segetes* — Egbertus l. c. et Strabus *segetem;* omnes vett. singularem numerum

exprimunt. Pro *tondebis*, codd. E, Cas. 2., Miss. Moz. l. c. *tondes;* Cas. 2., Hugo, glossa interlinearis *tundes;* at cod. O notat: « Lege » *tondebis;* nam de eodem infra XXIII. (v. 22.) » dicitur *secabitis*. Per hoc patet vitium cor- » rectorum dicentium *tundes*. » Eadem fere habet Nicolaus de Lira. Pro *ad solum*, Hesychius et Egbertus l. c. *ad solam*. Pro *superficiem terrae*, codd. B, Cas. 3. *superficiem earum;* codd. G, Cas. 3. *superficiei terrae;* Rabanus *super faciem terrae;* Prudentius trec. l. c. tacet; Miss. Moz. l. c. addit *tuae;* pronomen habent quoque hebr. et vett., at non pauci graeci codd. illud pratermittunt. Pro *colliges*, Miss. Moz. l. c. *colligas*.

10. *carpenda* — Bruno ast. *decarpenda*. Pro *dimittes*, cod. A *dimittis;* cod. E *detis;* codd. Cas. 12. *relinques;* graec. καταλείψεις.

11. *Non facietis* — Codd. Cas. 3., Miss. Moz. l. c. *Non facies*. Pro *Non mentiemini*, Bibl. Paris. 1566. *Nec mentiemini;* accedunt hebr. (de quo tamen conf. Kennic.), chald., graecus ven., arabs; cf. Holmes. Pro *nec decipiet*, codd. B, C, D, F, G, H, N*, R, T, U, Cas. 4., Bibl. Ordin., Prudentius trec. l. c., Strabus, vetus formula in Patrol. t. LXXXVII, 934. *nec decipiat;* Bibl. Rob. Steph. 1545. *ne decipiet;* cod. S *non decipiet;* item syrus et pauci codd. apud Kennic. et Holmes.

12. *periurabis* — Codd. A, Cas. 9., quidam mss. Martianaei, Bibl. Paris. 1566. *peierabis;* cod. D, Bibl. Rob. Steph. 1545. *peiurabis;* cf. ad VI, 3. Pro *nec pollues*, Hesychius et Rabanus *non pollues;* ita, aiunt, « Hieronymi » translatio edidit. » Bonizo (in *nova pp. biblioth. VII, par. 3. pag. 70.*) *et ne polluas*. Pro *Dei tui*, codd. B, E, Cas. 2., Miss. Moz. l. c., Concil. Tolet. ed. Hard. III, 957., Concil. Duziac. ibid. V, 1286., Bonizo l. c., Rabanus VI, 1416., Hincmarus CXXV, 661., Regino CXXXII, 344. *Domini Dei tui;* item duo codices hebr. apud Kennic., nonnulli graeci apud Holmesium, Lucifer calar. (graeci tamen habent *vestri* pro *tui*); itemque latina versio Onkelosi contra fidem sui textus. Pro *ego Dominus*, Augustinus (in *Spec.*) *ego sum Dominus;* item graecus, de quo tamen cf. Holmesius; concinit itala, cuius lectionem Sabatierio supplendam habes in libris Carolinis XCVIII, 1181. et in Augustini *Spec. ed. Maii, c. XL.*

13. *Non facies* — Codd. A 1. m., B, V, vetus formula in Patrol. l. c. *Non facias;* Augustinus (in *Spec.*) *Nec facies;* conf. Kennic. et Holmes. Pro *vi opprimes*, codd. Cas. 3. *vi opprimas;* cod. G, Miss. Moz. l. c. tacent *vi*. Post *mercenarii* tacent *tui* sixtini, codd. A, E, G, H, Cas. 13., Miss. Moz. l. c., Hesychius, Rabanus, Radulfus; item hebr. et vett., excepto graeco, de quo conf. Holmes; non legit Augustinus in *Spec. edit. Maii, c. XIII*. Post *usque* Augustinus in *Spec.* addit *in;* item *ed. Maii., c. XIII.;* conf. Sabatier.

14. *pones* — Miss. Moz. l. c., vetus form. in Patrol. l. c. *ponas;* cf. Holmes. Pro *offendiculum*, cod. B *offendicula*. Mox tacent *Dominum* sixtini, codd. A, B, C, H, N, U, Cas. 1., Miss. Moz. l. c., Hesychius, Rabanus; item hebr., non pauci graeci codd. et reliqui interpretes; hinc cod. N notat: « Hebr. et anti- » qui non interponunt *Dominum*. » Gregoriani dubitarunt. Codd. D, S, Cas. 13., Thomas. l. c. tacent *Deum*. Augustinus in *Spec.* praetermittit pronomen *tuum;* item Lucifer calar. et duo codd. holmesiani. Codd. Cas. 7. omittunt verbum *sum*, quod cod. H notat hebraice non legi; nec legunt plures graeci codices. Post *Dominus* codd. S, Cas. 2. addunt *Deus tuus*, quod in cod. O notatur expungendum; cf. Sabatier.; Augustinus in *Spec. edit. Maii, c. XIV.* legit cum graeco *Deus vester;* quod tamen Origenes obelo confixerat.

15. *Non facies* — Hincmarus CXXV, 703., Capitul. in Patrol. CXXXVIII, 587. *Non facias;* Radulfus *Nec facies;* it. cod. unus hebr. et alter samaritanus apud Kennic., et slav. ostrog. Nota hebraeum et veteres legere *Non facietis*, excepto textu samaritano, qui Vulgato consentit. Mox Hincmarus l. c. *neque iniuste*. Pro *Non consideres*, legunt *Nec consideres* sixtini, codd. A, D, F, H, N, O, T, vatic. apud Thomas. l. c., Bibl. Ord., Lugd.

1522., all., Augustinus in *Spec.*, Hesychius, Rabanus, Smaragdus CII, 734., Ionas aurel. CVI, 219., Capit. in Patrol. l. c., Radulfus; his adstipulantur samaritanus textus (exceptis codd. octo), syrus, arabs et nonnulli codd. hebr. et chald. apud De-Rossi; scholiastes in cod. N animadvertit legendum *Nec consideres . . . nec honores*, quia « duo adver- » bia *nec* sese respiciunt. » Miss. Moz. l. c. *Sed nec consideres;* cod. E *Ne consideres;* a communi lect. magis recedunt Bonizo l. c. p. 60. qui habet *Et non accipies* (ut Augustinus in *Spec. edit. Maii, c. X.*), Vulfadus CXXI, 1139. *Nec accipias* (conf. Deut. I, 17. XVI, 19.); item Lucifer calar.; at Martinus leg. CCIX, 193. *Non confundas*; cod. V addit *in iudicio;* quod in superiori membro, ad quod pertinet, satis expressit Vulgatus. Pro *personam pauperis*, cod. B *faciem potentis;* Concil. Lateran. edit. Hard. III, 774. *personam divitis;* et ita legunt Constitt. Apostol. apud Gallandium III, 29. Quemadmodum enim ad Ex. XXIII, 3. nonnulli, quos offenderat Mosis sententia *Pauperis quoque non misereberis in iudicio;* negationis particulam abiecerant, ita hoc in loco ne Moses praecepisse videretur pauperis rationem habendam non esse, potentem aut divitem pro paupere suffecerunt.

16. *nec susurro* — Legunt *et susurro* sixtini, codd. A, C, D, E, F, L, O, S, T, U, Cas. 2., Thomas. l. c., Miss. Moz. l. c., Augustinus in *Spec.*, Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus; in cod. N adnotatur: « Non debet » interponi *nec*, quia in hebr. unicum nomen » ponitur, et interpres duo pro uno aptavit. » Nempe pro *criminator* et *susurro*, hebr. legit tantum רכיל; Atto vercell. CXXXIV, 144. *aut susurro*. Pro *in populo*, legunt *in populis* codd. A, C, D, E, F, G, H, I, L 10., O, R, S, T, U, V, Cas. 20., derossianus latinus, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Augustinus in *Spec.*, Beda IV, 34., Hesychius, Rabanus, Prudentius trec. l. c., Atto vercell. l. c., Radulfus, Miss. rom. fer. IV. post Dom. passionis, edit. vatic. 1609.; cf. Lucas Brugensis; textus masoreticus habet בעמיך, sed obstant plures codd. hebraici, textus samaritanus et veteres interpretes, qui cum recepta Vulgati lect. consentiunt. Ex mendosa Calmeti editione perperam notat Vallarsius Vulgatum legere *populo tuo*.

17. *Non oderis* — Sixtini, codd. A, C, E, G, H (perperam a Vallarsio editus), S, Cas. 13., Thomas. l. c., Miss. Moz. l. c., Augustinus in *Spec.*, Beda III, 539., Hesychius, Rabanus, Ionas aurel. CVI, 242., Hincmarus CXXVI, 452., Radulfus *Ne oderis;* codd. D, F, Prudentius trec. l. c. *Nec oderis;* cf. Holmes. et De-Rossi. Mox margo Ord. expungit verbum *publice*, quod Estius, Calmetus, aliique plures neque in hebraico textu, neque in antiquis interpretibus legi animadverterunt; latinum tamen interpretem plures excusarunt supponentes ipsum in suis hebraicis codd. aliter ac nunc legamus habuisse; cf. De Vence. At vero Rosenmullerus rectissime adnotavit hebraica verba הוכח תוכיח bene a Hieronymo reddita fuisse *publice argue*, nempe palam aperteque quereris apud illum qui te iniuria affecerit, nihilque in aliud tempus dissimulando protrahes. Rosenmullero in hac interpretatione praeiverat Radulfus. Pro *ne habeas*, codd. A, D, G, N, O, R, S, U, Bibl. Lugd. 1522. 1535., all. *nec habeas;* conf. De-Rossi. Pro *super illo*, cod. E *super illum*, Hesychius *super eo*.

18. *Non quaeras* — Sixtini cum cod. A *Ne quaeras;* codd. B, H, Cas. 14., Miss. Moz. l. c., Gregorius M. I, 1337., Taio LXXX, 764., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus, Petrus bles. CCVII, 894. *Non quaeres;* variam hanc lect. memorat et cod. O. Pro *Diliges*, cod. B *Dilige*. Pro *amicum tuum*, cod. T, Beda III, 815., Radulfus *proximum tuum;* ita legi in hebr. textu adnotat codex H; codex autem M notat ita esse apud LXX., quod et Petrus Com. admonuit; cf. Sabatierius (cui addes Augustini *Spec. ed. Maii, c. XV.*), et Estius. Pro *teipsum*, codd. A, E *temetipsum*. Pro *ego Dominus*, in *Spec.* Augu-

stinus (concinit ed. Maii, l. c.) *ego sum Dominus*, ut graecus et syrus; cf. Holmes.

19. *Iumentum tuum* — Legunt *Iumenta tua* codd. A, B, C, D, E, F, G, H, L 13., R, S, T, U, V, Cas. 23., Thomas. l. c., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Hesychius, Rabanus, Strabus, Bruno ast., Radulfus; hebraeus habet בהמתך, quod non pauci interpretes pro plurali acceperunt; item Augustinus in *Spec. ed. Maii, l. c.*; cf. Sabatier. Pro *coire*, Hesychius et Rabanus *commisceri*. Post *Agrum* tacent *tuum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ordin., Strabus, Bruno ast., Radulfus. Pro *seres*, cod. A *seris*. Pro *Veste*, codd. D, G, N*, O, R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus *Vestem*. Princeps edit. clementina ex operarum mendo habet *testa* pro *texta*; cf. Bukentopius p. 476. Pro *indueris*, cod. E *induetis*.

20. *nubilis* — Legunt *nobilis* Sixtus, codd. B, C, D, E, F 1. m., G, R, S 1. m., T, U, V, Cas. 19., alii apud Thomas. I, 33., edd. veteres fere omnes, Hesychius, Rabanus (cuius lectionem editores Patrologiae perperam reformarunt), Strabus, Bruno ast. (rursus perperam editores Patrologiae CLXIV, 442. eius lectionem permutarunt), Radulfus, Hugo a s. Charo, Nicolaus de Lira, Alfonsus Tostatus, Petrus Serranus, all. At recte Toletus: « Lege *nubilis*; sic Ord., mss. et prior Con» gregatio; et respondet hebr. et graeco; nam » in hebr. habetur verbum נחרפת, quod qui» dam vertunt *desponsatam viro*, nam habe» tur לאיש. At vero LXX. melius verterunt » *praeparata*, seu *reservata viro* (non tamen » adhuc sponsata), quod verbo *nubilis* expri» mitur. Quidam verterunt *suspectae pudici» tiae*; nam verbum hebr. significat etiam » opprobrio, seu ignominia afficere. In hac » tamen parte magis credendum est LXX. » interpretibus, qui vim ac significationem » hebraici vocabuli perfectius noverunt. » Ad hebraicam vocem quod spectat, egregie Onkelos, Ionathanus, Saadias et persa interpretati sunt *desponsata*; conf. Gesenii *Thes. p. 523.*, Schroederi *Ianua I, 159.*, Wineri *Lexic.*; neque alio sensu alexandrinus interpres posuit διαπεφυλαγμένη; quod Hesychius quoque et Rabanus adnotarunt: « Se» ptuaginta ediderunt *custodita homini*, id est » *desponsata*. » Cf. Schleusneri *Lex. V. T. II, 143.* Quum autem eiusdem hebraicae vocis etymon, ipso Gesenio teste et Fuerstio in *Concord. p. 437.*, denotet *probro affectam*, et *traditam in alienam potestatem*, intelligimus cur graecus venetus habeat ὠνειδισμένη τῷ ἀνδρί, syrus vero ܙܒܝܢܐ ܠܗ ܠܓܒܪܐ; cf. Rosenmulleri *scholia*. Animadverte Toletum laudare priorem Congregationem, atque de altera silere; namque ex utriusque Congregationis autographis constat sixtinos scripsisse *nubilis*; gregorianos vero eamdem correctionem primo comprobasse, dein expunxisse. Hinc factum est ut mendosa lectio in principem editionem clementinam an. 1592. irrepserit; at tamen in vaticana ipsa officina, adhibitis χειροτύποις, statim emendata fuit; et merito. Nam haec est, uti ait Lucas Brugensis, « insignis loci restitutio, qua pro » *nobilis*, hoc est genere clara, quod prius » fere legebatur, repositum est *nubilis*, quod » est apta viro, seu potius promissa nuptui. » Cf. Mariana in h. l., Rocca I, 316., Bukentopius p. 149. Latinos testes pro hac optima sixtinorum correctione habemus codd. A, F 2. m., H, S 2. m., Cas. 4., Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532. aliasque edd. inde petitas, uti Ant. 1537. 1538., Ven. 1538., Lugd. 1542. Pro *libertate*, Bibl. Compl., Reg., all. *libertati*.

22. *pro eo* — Codd. F, Cas. 2. *pro ea*; cod. 53. holmesianus περὶ αὐτῆς. Pro *et pro peccato*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, F, G, H, L, Q, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus *et pro delicto*; cf. Holmes. Pro *reprobitiabitur ei*, cod. B *propitiabitur*, secunda manus supplet *ei*; codd. A, V, Bibl. Lugdun. 1535. *propitiabitur ei*. Nota verbum *repropitio*, quod a Forcellinii Lexico aberat, quodque in album latinorum verborum ex Tertulliani testimonio Furlanettus iure acci-

vit; idem ante Hieronymum italae auctor usurpaverat.

23. *terram* — Isidorus V, 462., Beda IV, 410. *in terram;* Gregorius M. I, 280., Garnerius CXCIII, 332. 348., Spicil. solesm. II, 347. addunt *quam ego daturus sum vobis;* his autem similia nonnisi apud alexandrinum leguntur, adeoque obelo praenotaverat Origenes: ἣν Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν δίδωσιν ὑμῖν. Mox codd. Cas. 3. tacent *in ea;* concinunt hebr. et vett.; legitur tamen apud Chrysost. II, 451. Pro *poma, quae germinant,* cod. B *poma, quae generant;* Beda l. c. *pomorumque germina.* Hugo de s. Vict. et Petrus Com. perperam notant hebraeum textum non legere verba *poma, quae germinant, immunda erunt vobis;* quin immo hebr. addit *tribus annis,* prout recte adnotat cod. H. Pro *ex eis,* cod. B *ex ea,* nempe terra; anonymus apud Ambrosium *ex eo.*

24. *Quarto autem* — Tacent *autem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, O, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus et primo gregoriani. Post *fructus* Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. tacent *eorum;* item Origenes. Pro *laudabilis,* codd. A, B, F, S, Cas. 10., Hesychius, Radulfus *laudabili;* cod. M 2. m. adnotat: « Hebr. » et antiqui habent *laudabilis,* et sic etiam » Glossa exponit; at Radulfus et aliqui an» tiqui *laudabili.* » Bruno ast. *laudabiliter;* hebr. legit הלולים, *laudationes,* et denotat dies festos, quos post peractam messem cum laudibus et gratiarum actione celebrabant; quo tempore conviviis sacrificalibus illos fructus veluti sacros absumebant.

25. *Quinto autem*—Radulfus *Quinto enim.* Mox codd. Cas. 3. et Radulfus tacent *Deus vester.*

26. *comedetis* — Addunt *carnem* codd. B, C 2. m., F, G, L, N* 1. m., R, S, V, Cas. 10., Bibl. Ven. 1476. 1479., Rob. Steph. 1540. 1545., Paris. 1566., all., Bruno ast., Hesychius, Rabanus IV, 1095., Radulfus (at tres istos ex ipsorum Comm. non colligitur additamentum habuisse); accedunt Ionathanus et armenus; conf. Deut. XII, 23.; cod. O habet hoc scholion: « *Non comedetis cum sanguine;* » hebr. *super sanguinem;* graecus *super mon*» *tes.* Ista diversitas, ut puto, accidit pro» pter similitudinem *daleth* et *resc.* Non est » hic *carnem.* » Concinunt reliqua correctoria M, N et sorbonicum; hinc Lucas Brugensis: « Vox *carnem* ab antiquis mss., id quod etiam » *epanorthotes* testatur, et Bibliis Reg. non » additur: in hebr., chaldaeo et graeco non » legitur. Radulfi Commentario adiectus tex» tus habet, sed Radulfo non lectam ipse » Commentarius loquitur. » Maurini quoque editores ad hunc *Speculi* augustiniani locum adnotarunt: « Mss. carent voce *carnem,* quae » nec in latinis Bibliis, nisi mendosis, re» peritur. » At tamen hanc vocem subintelligendam esse omnes consentiunt. Pro *augurabimini,* codd. A, E, F, Rabanus V, 424. *auguramini,* vel *auguriamini;* alii codd. plures habent *auguriabimini,* de quo verbo cf. ad Gen. XLIV, 5.

27. *attondebitis* — Codd. Cas. 3. *attondetis;* Hesychius et Rabanus *tondetis;* Bruno ast. *tondebitis.* Pro *nec radetis,* codd. A, B, C 2. m., D, T, U, Cas. 3. *nec radatis;* cod. E *ne radatis;* cod. carnutensis apud maurinos editores *Spec.* augustiniani *nec eradicetis.*

28. *super mortuo* — Codd. R, Cas. 4. *super mortuos;* codd. S et nonnulli Cas. cum Rabano l. c. *super mortuum.* Pro *non incidetis,* cod. B *ne incidetis.* Pro *carnem vestram,* veteres Vulgati edd., et codd. G, M, N*, R, S, Cas. nonnulli, Petrus Com. habent *carnes vestras;* item arabs, armenus et pauci graeci codices; ad fidem quamplurimorum priscorumque codicum emendarunt sixtini. Pro *aliquas,* cod. A *alias.* Pro *aut stigmata,* legunt *et stigmata* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, O, S, T, U, V, Cas. 16., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus et Augustinus in *Spec.*

29. *Ne prostituas*—Codd. C 1. m., S, Thomas. l. c., Prudentius trec. l. c., Strabus *Non prostituas.* Post *filiam tuam* cod. F addit *in moecham;* nam hebr. legit להזנותה; cf. Sabatier. Pro *ne contaminetur,* sixtini, codd. A, C,

D, E, F, R, T, Thomas. l. c. *et contaminetur;* Hesychius *ut contaminetur;* idem pro *piaculo,* legit *piaculum;* cod. M notat graecos legere *fornicatione,* quod fortasse ex Hesychio derivavit; conf. Sabatier.

30. *ego Dominus*—Codd. F, U, Cas. 2. addunt *Deus vester,* ut coptus et arabs 3. Holmesii; cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* ad vers. 28.

31. *Non declinetis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, L, O, Q, R, S, V, Cas. 8., Bibl. Rob. Steph. 1545., Augustinus in *Spec.,* Rabanus V, 424., Strabus, Radulfus *Ne declinetis;* codd. T, Cas. 12., Hesychius et Rabanus in h. l. *Nec declinetis;* conf. Holmes.; at Rabanus IV, 1095. *Non declinabitis.* Pro *nec ab ariolis,* cod. Cas. 1. *nec ad ariolos ut;* Miss. Moz. l. c. *neque ab ariolis.* Pro *ut polluamini,* Rabanus V, 424. *ut non polluamini;* Miss. Moz. l. c. *ne polluamini;* accedit coptus. Pro *ego Dominus,* Hesychius *ego sum Dominus;* item graecus (sed cf. Holmes.) et Augustinus in *Spec. ed. Maii, c. XLIV.*

32. *consurge* — Sixtini primo cum codd. A, B *surge.* Prudentius trec. l. c. omittit quod sequitur *et.* Mox sixtini, codd. A, B, Miss. Moz. l. c., Augustinus in *Spec.* tacent *Dominum;* gregorianis dubium fuit, at Toletus: « *Dominum* non habetur in hebr., graeco et » mss., sed tamen est in omnibus fere im» pressis. » Istis accedunt georg., slav. mosq., pauci graeci codices, Cyprianus, Lucifer calar. et Augustinus in *Spec. ed. Maii, c. XIX.* Pro *ego sum Dominus,* cod. B, Prudentius trec. l. c. *ego Dominus;* cf. Holm.; cod. E tacet.

33. *non exprobretis* — Legunt *ne exprobretis* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, L, O, Q, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ord., Rob. Steph. 1545., Hesychius, Rabanus, Prudentius trec. l. c., August. in *Spec.,* Radulfus et Miss. Moz. l. c., in quo praeterea pro *ei,* legitur *eum.*

34. *fuistis enim* — Cod. E tacet *enim.*

35. *iniquum aliquid* — Codd. A, G *aliquid iniquum.* Pro *in regula, in pondere, in mensura,* cod. I *in pondere, in regula, in mensura;* Miss. Moz. l. c. *et in regula, et in pondere, et in mensura;* item arabs; postremo loco nexum habent quoque hebr. et reliqui vett.; secundo loco graecus, syrus et duo codd. Kennic.

36. *iustus modius* — Miss. Moz. l. c. *iustus erit modius.* Pro *aequusque sextarius,* Concil. Paris. ed. Hard. IV, 1327. *aequusque sit vobis sextarius;* favent hebr. et vett. Pro *Deus vester,* Ionas aurel. CVI, 219. *Deus tuus;* item cod. 72. holmesianus.

37. *Custodite omnia* — Cod. R, Concil. Paris. l. c. tacent *omnia;* it. duo codd. Kennic. Mox cod. Cas. 1. tacet *universa;* it. cod. 129. holmes. et edit. graeca Complut. Post *iudicia* cod. Cas. 1., Prudentius trec. l. c. addunt *mea,* ut hebr. et vett. Pro *et facite ea. ego Dominus,* cod. A *ego Dominus, et facite ea.*

Cap. XX, 1. *Locutusque* — Codd. R, V, Rabanus *Locutus;* item armenus.

2. *loquéris* — Codd. C, D, uterque 1. m., G, R, Cas. 17., Hesychius, Rabanus *loquere.* Pro *habitant in Israel,* cod. E *habitant inter vos;* accedunt tres codd. holmesiani. Pro *moriatur,* codd. A, G *morietur;* his favet hebr.

3. *populi sui* — Codd. C, D, N, O, R, S, T, U, Radulfus *populi mei;* cod. N notat: « Sic » legunt antiqui; magis enim est comminato» rium quam si dicatur *sui.* Ab interprete po» tuit mutari persona. » Cod. O: « hebr. et » graecus *sui,* sicut infra bis (v. 5. et 6.). » Pro *dederit de semine suo,* cod. S et *Spec.* Augustini *de semine suo dederit;* codd. F, G, S, V, Cas. 6. addunt *idolo,* quod in cod. O reiicitur; conf. Holmes. Pro *Sanctuarium,* cod. A *testamentum.* Pro *ac polluerit,* Augustinus in *Spec.,* Rabanus *et polluerit.* Post *sanctum* cod. B 1. m. omiserat *meum.*

4. *Quod si* — Bibl. Complut. et Reg. *Et si.* Pro *negligens,* cod. G *negligerit;* Cas. 1. *neglexerit.* Pro *dedit,* codd. A, B, C 1. m., F, G, R, S, U, V, Cas. 19., Radulfus *dederit.* Pro *eum occidere,* cod. E *occidere eum;* Hesychius et Rabanus *illum occidere.*

5. *et super cognationem* — Codices fere omnes et veteres Vulgati edd., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus, all. *et cognationem;* item graecus, at cf. Holmesius; partiou-

lam *super* interposuerunt sixtini quibus favent codd. A, Cas. 1., hebr. et reliqui. Post *succidamque* tacent *et* codd. G, R, S, V, Cas. 4., Hesychius et Rabanus; item hebr. et vett. Pro *consenserunt*, cum codd. A, G, R, sixtini et primo gregoriani *consenserint*. Pro *fornicaretur*, legunt *fornicarentur* sixtini, codd. A, B, C, D, E, R, S, T, U, Cas. 15., corbeiensia et sangermanensia Biblia laudata a maurinis ad *quaest. LXXII. Augustini in Levit.*, Augustini *Spec.*, Hesychius; « alii boni libri scri- » bunt numerum pluralem, » ait Lucas Brugensis; his accedunt hebr. et vett., excepto alexandrino, de quo tamen dubitare licet; nam longe plures graeci codices habent ὥστε ἐκπορνεύειν αὐτούς; Toletus quoque scripsit: « Lege *fornicarentur*. » Cur autem clementinae editiones hanc lectionem non admiserint ignoramus.

6. *et ariolos* — Cod. B, Hesychius, Rabanus *et ad ariolos;* Concil. Paris. ed. Hard. IV, 1352. addit *et veneficos terrae;* cf. Sabatier. ad XIX, 31.

7. *quia ego sum Dominus* — Non una est huius loci lectionis varietas; nam post *quia* addunt *et* codd. H, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all.; item Cyprianus et Vigilius taps.; post *ego* addunt *sanctus* codd. F, H, L, R, S, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Augustinus in *Spec.*, Radulfus, Concil. Paris. l. c.; accedunt samaritanus textus, graecus, arabs, quatuor codd. hebr. apud De-Rossi; cf. Houbigantius. At vero correctoria M, N, O, sorbonicum et dominicianum notant expungendum illud verbum et praeterea sequens: « Hebraeus et an- » tiqui non habent verba *sanctus sum.* » Hisce consentiunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, T, U, Cas. 4., Urbinas apud Vallarsium, Hesychius, Rabanus, Prudentius trec. l. c.; falso tamen Vulgatum pro hac lectione Vallarsius laudat. Demum pro *sum*, nonnulli legunt *sanctus*, uti codd. Cas. 8. et Bibl. Ordin.

8. *Ego Dominus* — Codd. G, V 2. m., Cas. 6., Concil. Paris. l. c. *Quia ego Dominus;* it. arabs, slav. ostrog., georg., cod. 196. derossianus, tres codd. holmesiani; at cod. O notat non legendum *Quia*.

9. *aut matri* — Habent *et matri* sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, L, O, Q, T, U, V, Cas. 17., Thomas. I, 29. et 33., Pirminius LXXXIX, 1040., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus; Toletus quoque scribit: « Mss. » habent *et.* » Cf. ad Ex. XXI, 17. Accedunt hebr. et vett., praeter graecum, de quo conf. Holmes. « Recte tamen, ait Rob. Steph., legi- » tur *aut* pro *et;* copulativam enim coniun- » ctionem pro disiunctiva aliquando usurpant » hebraei. » Mox cod. E tacet *morte;* item in versiculo sequenti; accedunt nonnulli codd. graeci apud Holmes. Pro *patri, matrique maledixit*, codd. C, D, F, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Prudentius trec. l. c. *qui patri, matrique maledixerit;* cod. G *qui matri, patrique maledixerit;* codd. B, O, vett. edd. fere omnes, Rabanus, Radulfus *patri, matrique qui maledixerit;* it. in *Spec.* Augustinus; at maurini editores adnotant: « In castigatio- » ribus Bibliis *patri, matrique maledixit;* » prout emendarunt sixtini et gregoriani, quibus favent codd. A, E, H, hebr. et vett. In edit. Sixti V. haec verba omnino desiderantur; hinc Toletus eadem restituens adnotavit: « Haec verba sunt in omnibus codd., sed non » eodem modo. Multi enim sic legunt *patri,* » *matrique qui maledixerit;* at vero in hebr., » graeco et mss. non est illud *qui*, et legitur » *maledixit ;* est enim quaedam repetitio, » caussa mortis, ad exaggerandam culpam: » et sic utraque Congregatio censuit. » Nobis incompertum est utrum verum sit quod dicit Rocca l. c. ubi testatur quaedam Bibl. mss. et edd. legere *qui maledixerit patri suo, aut matri*, uti legitur in priori membro huius versiculi; at prorsus mendose ibidem Rocca clementinis editionibus tribuit *qui patri, matrique maledixit;* cf. Bukentopius p. 149. Pro *sit*, cod. E legit *erit;* accedit graecus.

10. *quis fuerit*—Augustinus in *Spec.* legit *fuerit vir;* item hebr. et vett.; cod. S, Rabanus in h. l. et apud Hard. Concil. V, 1413., Strabus *fuerit quis*. Pro *perpetraverit*, sixtini,

codd. A, C, D, O, Thomas. l. c. *perpetrarit.* Pro *cum coniuge,* codd. E, G, R, S, Cas. 5., Bibl. Ordin., Hesychius *cum uxore.* Pro *moriantur,* codd. F, G, R, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Hesychius, Rabanus in h. l. et IV, 469. 1190. *moriatur;* item hebr., chaldaeus, graecus venetus et non pauci codd. Holmesii; mendosa est latina versio samaritani et Onkelosi in polyglottis; codd. Cas. 2. addunt *ambo,* ut seq. versiculo; cod. H tacet *et* quod sequitur, uti hebr. et vett., excepto armeno.

12. *Si quis dormierit cum nuru sua* etc. — Hic versiculus deerat in cod. B; item in paucis codd. Kennic. et Holmesii. Integrum versiculum transferunt post sequentem cod. F, et Rabanus IV, 469. Pro *moriatur,* codd. A, C, D, E, F, O, T, U, Cas. 10., Thomas. l. c., Hesychius, Rabanus, Radulfus *moriantur;* accedunt hebr. et vett.

13. *operatus est*—Codd. A, C, D, F, N, O, T, U, Cas. 3., Thomas. l. c., Petrus Dam. CXLV, 162. *operati sunt;* item hebr. et vett. Mox pro *sit sanguis eorum,* codd. C, D, F, R, V, Augustinus in *Spec.,* Petrus Dam. l. c. *sanguis eorum sit.*

14. *uxorem filiam*—Cod. R *filiam uxorem;* cod. S et Radulfus non male *uxorem suam.* Pro *cum eis,* cod. A *cum ea.*

15. *morte moriatur*—Cod. D *morte moriantur;* it. cod. 157. Kennic.; cod. B tacet *morte;* cf. ad vers. 9. et Sabatier. Pro *occidite,* Hesychius et Rabanus *occidetur;* syrus ܢܩܛܠܘܢ.

16. *Mulier* — Hesychius et Rabanus *Et mulier;* item hebr. et veteres, paucis exceptis apud Holmes. Mox Hesychius et Rabanus tacent *cuilibet,* ut Onkelos, syrus, arabs et Cyrillus alex. Pro *interficietur,* codd. G, R, Cas. 3. *interficiatur.* Pro *eorum sit super eos,* Rabanus IV, 469. *eius super eam;* at Rabanus ibidem plura habet ex hoc Levitici capite, quae libere nimis prolata videntur.

17. *conspexerit fratris ignominiam*—Cod. A *viderit ignominiam fratris;* cod. E *conspexerit ignominiam fratris.* Post *occidentur,* codd. H, R, S, Cas. 5., alii apud Martianaeum, Rabanus l. c. et apud Hard. l. c. addunt *ambo;* item duo codd. hebr. apud De-Rossi; arabs utitur numero duali. Pro *in conspectu,* Radulfus *in medio;* cod. 136. holmesianus μεταξύ. Post *populi* tacent *sui* codd. B, C 2. m., D, F, G, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Augustinus in *Spec.,* Hesychius, Rabanus tum in h. l., tum ll. cc., Hincmarus CXXV, 689. Pro *revelaverint,* sixtini cum cod. A *revelarint;* codd. Cas. 2. et Rabanus IV, 469. *revelaverunt.*

19. *materterae* — Addunt *tuae* codd. A, G, M, R, S, Cas. 6., Bibl. Ordin., Paris. 1566., Radulfus; consentiunt hebr. et vett.; Rabanus IV, 469. legit ordine inverso *amitae et materterae tuae;* cod. V *amitae tuae et materterae tuae,* uti samaritanus textus, graecus et syrus. Pro *nudavit,* codd. C, D, F, G, R, S, U, V, Cas. 17., Rabanus l. c., Radulfus *nudabit.* Pro *portabunt,* codd. G, V, Cas. 3. *portabuntque;* cod. R *et portabunt;* conf. Holmes.

20. *coierit* — Cod. E *dormierit;* item ex graeco Augustinus apud Sabatierium et in *Spec. ed. Maii, c. XLV.,* et syrus. Pro *patrui, vel avunculi sui,* sixtini cum cod. A *patrui sui, vel avunculi;* cod. H notat hebr. non legere *vel avunculi,* quae in marg. Ordin. expunguntur; cod. B tacet *sui;* conf. Sabatier. Pro *cognationis suae,* margo Ord. cum hebr. *patrui sui;* cod. H ex hebr. interpretatur *eius.* Pro *peccatum suum,* codd. Cas. 2., Rabanus apud Hard. l. c., Oliva vicens. CXLII, 601. *iniquitatem suam.*

21. *facit illicitam* — Codd. E, R, V, Bibl. Ordin. *illicitam facit.* Heic sixtini interpunctionem hoc pacto reformaverant *facit illicitam. Turpitudinem fratris sui revelavit, absque* etc. Pro *liberis,* codd. A, C, D, E, F, G, N, O, T, U, Cas. 20., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all., Augustinus in *Spec.* (concinit edit. Maii l. c.), Hesychius, Rabanus, Radulfus *filiis;* cod. V *ambo absque filiis.* Pro *erunt,* codd. G, V ut superiori versiculo *morientur;* it. syrus, arabs et cum graeco Tertullianus et Augustinus in *Spec. ed. Maii, l. c.;* codd. M, R, S, Cas. 3., Bibl. Ord., Reg., posteriores edd. Rob. Steph. aliaeque plures *erit.*

22. *leges meas* — Cod. E tacet pronomen. Pro *ne et vos*, Bibl. Ven. 1480. 1498., Lugd. 1533. *ne vos;* ut hebr. et vett. Pro *habitaturi*, Rabanus *inhabitaturi*.

23. *abominatus sum eas*—Sixtini, codd. A, G, V, Cas. 12., Hesychius, Rabanus *abominatus sum eos*.

24. *in hereditatem* — Cod. B tacet *in;* cod. F legit *in possessionem*, graecus ἐν κτήσει; ad utramque notionem revocatur hebr. לרשת.

25. *ergo et vos* — Cod. B, Rabanus *ergo vos;* codd. Cas. 9. *et vos*. In cod. B deerant verba *et avem mundam ab immunda;* nec leguntur in georg. et tribus codd. graecis; cod. A, Hesychius et Rabanus tacent *et*. Pro *ne polluatis*, cod. F *non polluatis;* Bibl. Complut. et Reg. *nec polluetis;* favent hebr. et vett. Pro *pecore*, cod. E *pecoribus;* item Augustinus cum graeco. Pro *et avibus*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, Cas. 21., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *et in avibus*. Item pro *et cunctis*, sixtini, codd. C, D, F, R, S, T, U, V, Cas. 10. *et in cunctis*. Pro *moventur*, cod. A *morantur;* uti Deut. IV, 18. XIV, 9. Pro *et quae vobis*, codd. C, D, O, T, U, V, Cas. 1. *et cunctis, quae vobis*.

26. *Eritis* — Codd. A, H, L 2. (seu Q), Cas. 13., Bibl. Rob. Steph. 1545., Radulfus *Et eritis;* concinunt hebr. et vett. Pro *mihi sancti*, codd. A, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus *sancti mihi*. Pro *sanctus sum ego*, codd. C, D, E, F, H, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Hugo, Radulfus *sanctus ego sum;* codd. A, O *ego sanctus sum;* item itala apud Sabatier. Pro *separavi*, codd. Cas. 13. *segregavi;* concinit rursum itala. Pro *mei*, cod. Cas. 1. *mihi*.

27. *moriantur* — Cod. Cas. 1., Bibl. Ord., Rabanus V, 424. *moriatur;* consentiunt coptus, armenus, Cyrillus alex. et cod. 244. Kennicotti. Pro *lapidibus obruent*, Rabanus *vel lapidibus obruant*. Pro *super illos*, codd. A, G, V, Rabanus IV, 469. 1095., Radulfus *super eos*.

Cap. XXI, 1. *Dixit quoque* — Codd. G, N*, R, Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *Dixitque;* mendose Bibl. Reg. *Dixitque quoque*. Post *ad Moysen* cod. E addit *dicens;* it. ex graeco Hieronymus VI, 761. Pro *et dices ad eos*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, E, N, O, P, S, T, U, Cas. 14., Thomas. I, 33. *et dices eis;* cod. G *dicens ad eos*. Pro *Ne*, codd. G, N, R, V *Non*. Pro *in mortibus*, cod. B *in morte;* codd. R, S, Cas. 4., Bibl. Ordin. *in mortuis*.

2. *ac propinquis* — Sixtini, codd. A, F, V, Bruno ast., Radulfus *et propinquis;* Hesychius, Rabanus *aut propinquis;* Iulianus tolet. XCVI, 610. addit *suis*, eique favent hebr. et vett. Pro *super*, Bibl. Reg., all. *supra;* Bibl. Lugd. 1535. tacent. Sequitur *patre, et matre, et filio, et filia, fratre quoque*, (3.) *et sorore virgine*. Hanc lectionem post Sixtum retinuerunt gregoriani et clementini, quibus consentiunt pauci codd., Hesychius, Rabanus, all.; sed ex antiquis testibus pro *et* alii habent *ac* ante *matre*, alii ante *filia*, alii ante *sorore;* Iulianus tolet. l. c. legit *patre, et super matre, et filio, ac filia* etc.; paullo aliter sixtini, qui, cum codd. A, C, D, H, M, T, U, habent *matre, et patre, et filio, ac filia*, etc.; eumdem ordinem sequitur cum Hieronymo l. c. Petrus Com.; itemque hebraeus, Onkelos, Ionathanus, arabs, persa, graecus ven. et duo codd. holmesiani; hinc diserte Radulfus scribit: « Notandum quod non dixerit *super* » *patre et matre*, sed *super matre et patre*, » cum virum praemittendum naturalis ordo » videretur expetere. Nam in reliquis hoc ser- » vatum est; *filio*, inquit, *ac filia, fratre ac* » *sorore*. Cur ergo non similiter dictum est » *patre ac matre?* Videtur itaque confirmare » quod diximus, quia primorum parentum » respicit offensam: et ideo mulierem prae- » mittit, quia mulier prima peccavit. » At samaritanus, alexandrinus et syrus pro Vulgato stant. Veteres Vulgati editiones habent *patrem, et matrem, et filium, et filiam, fratrem quoque, et sororem virginem;* cod. G *matrem, et patrem, et filium* etc.; Lucas autem Brugensis notat: « Sextum casum ubique dedit

» interpres, si antiquis libris creditur, non » quartum. » Conf. Rocca I, 316.

4. *populi sui*—Codd. Cas. 11., Bibl. Paris. 1566. tacent *sui;* item quatuor codd. holmesiani. Latinus interpres, perinde ac syrus, legisse videtur בבעל עמיו; hodiernum autem textum alii aliter interpretantur.

5. *Non radent*—Ita sixtini ad fidem veterum codd. et Bibl. Ordin., all.; at Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all. *Nec radent;* item octo codd. textus samaritani et vett. interpretes plerique; Biblia Lugd. 1550. *Non radant;* Sixtus habet *Non radent sacerdotes;* sed vocem additam merito expunxerunt gregoriani et Toletus, qui scribit: « Non legitur *sacerdotes* in hebr., » graeco, Complut., Reg., Ordin., Lovan. et » mss.; Congregatio abstulit. » Cf. Bukentopius p. 394. Pro *incisuras,* priores edd. Rob. Steph., all. *inscissuras;* codd. M, N*, P, R, Cas. 4. *incisuram;* at cod. N adnotat: « Novi » quidam ponunt *incisuram* dicentes quod ita » hebr. habet. Sed quia expressius hebr. di- » cit *non incident incisuram,* vel *non incisione* » *se incident,* melius habent antiqui *incisu-* » *ras.* » Conf. ad Ex. XXX, 9.

6. *Domini, et panes Dei sui*—Codd. Cas. 11. *Domino, et panes Deo suo.* Pro *offerunt,* Bibl. Lugd. 1522. *offerent;* item Augustinus in *Spec. ed. Maii, c. XLVII.*

7. 8. *ducent . . . consecrati sunt Deo suo, et panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti* —Hanc lectionem Sixto debemus; nil enim sixtini adnotaverant: veteres autem Vulgati edd. et codd. nostri omnes habent *Ducet . . . consecratus est Deo suo, et panes propositionis offert. Sit ergo sanctus.* Hanc autem veterum lectionem primo gregoriani restituere cogitaverant; at dein inductam a Sixto correctionem retinendam censuerunt, quia, ut ait Rocca l. c., magis consentanea est versiculis superioribus. Hebraeus et veteres interpretes legunt numero plurali verbum *ducent,* numero autem singulari ea quae sequuntur; idque Augustinus quoque adnotavit tum in libro *Locutionum,* tum in libro *Quaestionum in h. l.* Attamen idem Augustinus in *Spec. ed. Maii, l. c.* legit *accipient, quia sancti sunt Domino Deo suo. Et sanctificabis eos; dona enim Domini Dei vestri hii offerunt. Sancti erunt* etc. Martianaeus vero existimat « melius in mss. » omnibus latinis legi *ducet . . . consecratus* » *est . . . offert. Sit sanctus.* » Cod. F legit *inducet;* codd. C, D, T, U *a Deo suo;* Rabanus cum Augustino *offeret;* slav., georg. et cod. 58. holmesianus *consecrati sunt.*

8. *quia et ego sanctus sum*—Cod. H *quia sanctus ego sum;* cod. R *sicut ego sanctus sum;* codd. quoque S, Cas. 12. tacent *et;* item hebr. et vett. Mox tacent *Dominus* codd. Cas. 2. et Bruno ast. Pro *sanctifico eos,* vett. codd. et edd. *sanctifico vos;* cod. R *eduxi et sanctifico vos;* Sixto, qui hodiernam lectionem intulit, favent samaritanus et graecus, indeque Augustinus ll. cc.

9. *si deprehensa*—Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *deprehensa si;* margo Ordin. cum hebr. *cum coeperit fornicari.*

10. *maximus*—Beda II, 352., Petrus cellen. CCII, 1013., Martinus leg. CCVIII, 1120. cum Augustino *magnus.* Post *fratres,* tacent *suos* Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all. Pro *fusum,* Beda l. c. et Rabanus *effusum.* Pro *in sacerdotio,* sixtini, gregoriani, codd. C, D, E, H, S, U, Bruno ast. *in sacerdotium.* Mox cod. Cas. 1. tacet *est.* Post *vestimenta* codd. B, L 2. (seu Q), R, Cas. 18., priores edd. Rob. Steph., Hesychius, Rabanus, Martinus leg. l. c. addunt *sua;* it. hebr. et vett., excepto graeco, de quo cf. Holmes., Sabatier. et *Spicil. solesm. III, 228.*

11. *et ad omnem mortuum*—Legunt *et ad hominem mortuum* Iulianus tolet. l. c., Concil. Tolet. ed. Hard. III, 1745. et quidam codices Isidori V, 420.; accedit arabs. Pro *ingredietur,* cod. A *ingreditur;* Hesychius *ingrediatur;* codd. Cas. 2. *accedet;* Concil. Tolet. l. c. *accedat.* Post *quoque suo, et matre,* cod. Cas. 1. ut hebr. et vett. addit *sua;* codd. Cas. 2. et Bruno ast. tacent *quoque;* item hebr. et graecus; pro *et,* Hesychius et Rabanus *aut;* item armenus et tres codd. holmesiani.

12. *Sanctuarium Domini* — Codd. H, L, priores edd. Rob. Steph., all. *Sanctuarium Dei sui;* item hebr. et vett.; pro hac lectione lovanienses laudant tres codices, sed ex Bibliis stephanicis constat hos esse codicem unum sangermanensem et editiones Basil. et Compl.; et quidem errat ipsemet Stephanus, nam laudatae edd. legunt tantum *Sanctuarium Dei,* prout habent Bibl. Reg., all., Isidorus l. c., Beda IV, 392., Gerardus camer. CXLII, 1290., Anselmus cant. CLVIII, 1034.; utrumque assumunt Bibl. Ordin. *Sanctuarium Dei Domini,* et margo addit *sui.* Pro *unctionis Dei,* Radulfus et Petrus cell. l. c. *unctionis Domini Dei.* Mox Vulgatus in polyglottis londinensibus mendose tacet *sui,* quem sequutus est Montfauconius in *Hexaplis.* Pro *super eum est,* cod. A *est super eum;* Isidorus l. c. *fusus est super eum.*

13. *ducet* — Codd. B, Cas. 2., Isidorus et Beda ll. cc. *ducat;* veteres latini apud Sabatierium *accipiat;* at graecus λήψεται.

14. *Viduam autem*—Tacent *autem* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 23., Augustinus in *Spec.,* Isidorus, Beda ll. cc., Hesychius, Rabanus, Strabus, Petrus Dam. CXLV, 400., Bruno ast., Radulfus, Martinus leg. l. c.; his concinunt hebr., chaldaeus (mendosa est enim latina versio Onkelosi), graecus ven., georg., armenus; reliqui autem veteres cum Vulgato faciunt. Pro *repudiatam,* glossa interlinearis et Hugo *eiectam;* item Hieronymus aliique apud Sabatierium. Cod. E tacet *et sordidam;* item Hieronymus, Beda II, 353. IV, 393., armenus et nonnulli codd. graeci. Pro *accipiet,* Beda l. c. *accipiat,* sed II, 354. *ducat;* Hesychius et Rabanus *ducet.*

15. *ne commisceat* — Codd. C, F 1. m., H, U *nec commisceat;* favent hebr. et vett.; codd. G, N*, R, S, V, Cas. 5. *non commisceat;* Isidorus l. c. *ne contaminet;* Martinus leg. l. c. *nec contaminet.*

16. *dicens* — Radulfus addit *Qui maculam habet non accedat ad sancta;* quod scholion marginale fuisse videtur.

17. *per familias*—Codd. H, L 2. (seu Q), Cas. 5., priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin. addunt *suas;* favent hebr. et vett. Pro *offeret,* codd. B, G, Rabanus V, 502. *offerat.* Ante *Deo suo* addunt *Domino* codd. Cas. 4., Gregorius M. II, 11., Taio LXXX, 837., Hesychius, Rabanus, Ratherius ver. CXXXVI, 508.

18. *nec accedet* — Hesychius, Rabanus l. c., Petrus cant. CCV, 168. *ne accedat;* cf. infra vers. 23. Pro *si claudus,* codd. Cas. 2. *vel si claudus.* Pro *si parvo,* Sixtus, codd. paene omnes et vett. edd., Gregorius M. l. c. et IV, 98., Taio l. c., all. *si vel parvo;* pauci habent cum Hesychio et Rabano *sive parvo;* sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem cod. A emendarunt; cf. Rocca l. c. Pro *vel torto,* legunt *et torto* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all., Gregorius M., Taio, Isidorus, Beda ll. cc., Radulfus.

19. *si manu* — Cod. T *si mancus;* Bruno ast. *sive manu;* codd. G, R, S, Beda l. c., Hesychius, Rabanus, Ratherius l. c. pag. 410. 423., Rupertus II, 1462., Petrus cant. l. c. *vel manu.*

20. *vel herniosus* — Bruno ast. *si herniosus;* legunt *vel ponderosus* Gregorius M. l. c., Taio p. 838., Isidorus V, 423., Beda II, 354. IV, 394., Rabanus V, 502., Ratherius ll. cc., Spicil. solesm. III, 266.; cod. V et Haymo CXVIII, 786. utramque vocem habent *vel ponderosus, vel herniosus;* illam vocem inter barbaras amandavit Forcellinius, at perperam; nam praeter auctores quos excitavimus alios idoneos testes Maius pro hac voce coacervavit in *tom. IX. Spicil. rom.* aliosque Malvenda in h. l. Animadverte codicem R et Bedam ll. cc. legere *gibbosus,* quae fuit vox dubia apud Forcellinium, pro *gibbus;* conf. Maius *Class. Auctt. VIII, 260.*

21. *accedet* — Codd. B, G, R, Petrus Dam. CXLV, 404. *accedat.* cf. ad vers. 18. et 23.

22. *offeruntur* — Codd. Cas. 8. *offerentur.*

23. *accedat* — Sixtini, codd. A, R, S, Bibl. Complut., Reg., all. *accedet;* hebr. יגש. Pro *quia maculam,* Sixtus, codd. Cas. 2., et ple-

raeque edd. veteres *qui maculam;* sixtini et gregoriani emendarunt, quibus suffragantur codd. fere omnes, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., Rabanus, Radulfus; itemque hebr. et vett.; cf. Rocca l. c. et Bukentopius p. 150. Post *habet,* codd. F, R, Cas. 3. tacent *et.* Pro *sanctifico eos,* codd. A, U, V, Cas. 16., Hesychius, Rabanus, Radulfus *sanctifico vos;* item cod. 152. Kennic.

24. *et ad filios* — Codd. B, C, D, H, R, T, U, Cas. 16., Bibl. Ordin., Hesychius, Radulfus *et filios.* Pro *fuerant sibi,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus *sibi fuerant.*

Cap. XXII, 1. *Locutus quoque* — Codd. E, N, O, R, U, V, Cas. 3., Bibl. Ordin. *Locutusque;* favent veteres.

2. *et ad filios* — Codd. E, Cas. 13., Rabanus *et filios;* ut vers. 18. Pro *consecrata,* cod. F, Thomas. I, 34. *conservata.* Pro *filiorum,* cod. A *filiis.* Pro *et non,* codd. Cas. 6. *ut non.*

3. *de stirpe vestra* — Codd. Cas. 3, Hugo de s. Charo *de stirpe ista.* Pro *et quae obtulerunt,* non male cod. G, Radulfus *et quae obtulerint;* ex graeco Augustinus *quaecumque sanctificaverint;* Paschasius radb. CXX, 1288. tacet *et;* nec legunt hebr. et vett. Mox tacent verbum *sum* codd. B, E, G, S, T, Cas. 3., quibus plerique vett. favent.

4. *vescetur de his* — Cod. A, Petrus Dam. CXLV, 403. *vescetur ex his;* Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532. *vescetur his,* ut vers. 6. Pro *egreditur,* codd. Cas. 7., Hesychius *egredietur;* hebr. תצא, graec. ἐξέλθῃ.

5. *tangit* — Sixtini, codd. C 1. m., D, L (seu Q), T, U, V, Cas. 1., correctorium sorbonicum *tanget;* hebr. יגע; cod. G *tetigerit;* graec. ἅψηται.

6. *vescetur his* — Cod. A *vescetur ex his;* Bibl. Reg., Lugdun. 1535., Hesychius, Rabanus *vescetur de his;* conf. ad vers. 4. et 10. Post *sanctificata sunt* codd. O, R, S addunt *mihi,* ut vers. 4. Pro *carnem suam,* codd. L 4. *corpus suum;* graecus τὸ σῶμα αὐτοῦ; at minus recte, ait Lucas Brug., nam hebr. et reliqui cum Vulgato consentiunt: immo animadverte τὸ σῶμα apud alexandrinos utroque sensu usuvenire.

8. *Morticinum* — Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all. *Morticinium,* conf. Cangii *Glossar.* Pro *et captum,* cod. E *vel captum;* tres codd. holmesiani concinunt. Pro *non comedent, nec polluentur,* cod. E *non comedent, ne polluantur;* codd. M, N*, P, R, Cas. 4. *non comedet, nec polluetur;* consentiunt hebr. et vett., excepto textu samaritano, qui habet pluralem num. in verbo ܗܬܟܠܢ, cui adstipulatur samaritanus interpres, qui habet ܗܕܝܢܢ; at cod. N adnotat: « Antiqui habent pluralem » numerum; novi autem *non comedet, nec* » *polluetur;* sed antiqui melius habent, ne » videatur loqui non generaliter, sed de illo, » de quo praemiserat; unde et antiqui se- » quuntur eamdem personam cum cito sub- » iungunt: *qui sanctifico eos;* quod non atten- » dentes quidam de hebr. posuerunt ibi *vos.* » De hac postrema lectionis varietate dicemus ad vers. seq. Pro *in eis. ego sum Dominus,* cod. B *ab eis. ego Dominus;* tacent quoque *sum* codd. E, G, N*, R, Cas. 6., Rabanus; item plerique veterum; codd. S, T legunt *ego enim sum;* conf. Holmes.

9. *Custodiant* — Sixtini, codd. C, D, N, O, R, S, T, U, Cas. 11., Bibl. Ord., Paris. 1566., Hesychius, Rabanus *Custodient;* concinunt hebr. et graecus; cod. E *Custodite,* uti arabs holmesianus. Mox cod. A tacet *ut.* Pro *in Sanctuario,* Hesychius et Rabanus *per ea;* hebr. בו, *in eo,* seu potius *propter* rem sanctam violatam; veteres interpretes vel ad peccatum, vel ad sanctuarium id retulerunt; alexandrinus quum praemisisset φυλάξονται τὰ φυλάγματά μου, pro בו posuit δι' αὐτά; hinc, ni fallimur, patet ratio cur Hieronymus interpretatus sit *in Sanctuario.* Pro *ego Dominus qui sanctifico eos,* Hesychius et Rabanus *ego sum Dominus qui sanctifico illos;* pro *eos,* legunt *vos* codd. A, G, N* 1. m., R, S, V, Cas. 5.; at cod. O notat hanc lectionem pertinere ad vers. 32.; Vallarsius ex

mendosa sua editione adnotat Vulgatum legere *vos;* conf. ad vers. 8.

10. *vescentur ex eis* — Sixtini, codd. A, F, G, Cas. 9., Bruno ast. *vescetur ex eis;* codd. B, E *vescetur eis;* habent numerum singularem hebr. et vett., exceptis armeno et arabe tertio Holmesii; cod. goth. legion., Hesychius et Rabanus *vescentur eis;* cf. ad vers. 4. et 6.

11. *domus eius* — Cod. F *eius domus.* Pro *fuerit,* codd. Cas. 3. *erit.*

12. *sanctificata sunt* — Cod. S, Radulfus *sanctificata fuerint.*

13. *vel repudiata* — Codd. H, R *et repudiata;* item hebr., sed recte accipitur sensu disiunctivo, uti omnes consentiunt. Ante *absque* Hesychius et Rabanus tacent *et.* Pro *consueverat,* codd. A, C *consuerat.* Pro *aletur,* cod. D *alatur;* mendose Waltonus *alitur.* Pro *cibis,* Rabanus *cibo,* nec obstant hebr. et vett., praeter alexandrinum, de quo cf. Holmes. Pro *comedendi ex eis non habet potestatem,* cod. A *non habet potestatem comedendi ex eis;* pro *habet* legunt *habeat* Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., all.; cod. G *habebit.*

14. *addet quintam partem cum eo* — Paschasius radb. CXX, 1274. legit *addat quintam eius partem super eum;* et subdit: « Vel, » sicut alii codices habent *cum eo.* » Rabanus *addit.* Pro *quod comedit,* cod. B *quod comederat;* codd. G, R, S, V *quod comederit;* codd. Cas. 2. *qui comederit.* Pro *in Sanctuarium,* codd. A, E, R, S, Paschasius radb. l. c., Bruno ast. *in Sanctuario;* margo Ordin. *in sanctificationem.*

15. *contaminabunt* — Apud Paschasium l. c. *contaminabitis;* alii *contaminabimini,* alii *contaminabit,* de quo conf. Holmes. Pro *offerunt,* codd. A et nonnulli Cas., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *offeruntur;* cod. F *offerantur.*

16. *sanctifico eos* — Codd. A, G, R, Cas. 5. *sanctifico vos.*

17. *Locutusque* — Habent *Locutus* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, R, S, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ord., Lugd. 1522., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus; item armenus.

18. *et filios* — Codd. B, F, O, S, Hesychius, Rabanus *et ad filios.* Pro *apud vos,* codd. B, Cas. 1. *inter vos;* codd. A, N*, P, R, Cas. 3. *apud eos;* accedunt graecus et arabs; at scholiastes in cod. N animadvertit: « Cum hic lo- » qui praecipiatur non solum filiis Aaron, » sed omnibus filiis Israel, mirum est quod » primum *vos* mutaverint quidam in prono- » men *eos,* cum ad utrosque sermonem diri- » gere praeciperetur. » Ante *holocaustum* cod. F tacet *in.*

19. *offeratur* — Bibl. Rob. Steph. 1528., Ven. 1533., all. *auferatur.* Mox cod. U, Hesychius tacent *erit.* Pro *et ovibus,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, T, U, Bibl. Paris. 1566., Hugo, Radulfus *ex ovibus;* ut hebr., chald. et graecus ven.; codd E, H, S, V, Bibl. Rob. Steph. 1528., Ven. 1533., all., Hesychius et Rabanus *et ex ovibus;* it. multi graeci codd. Pro *et ex capris,* cod. B *et capris.*

20. *acceptabile* — Margo Ord. addit *pro vobis;* it. hebr. et vett., et Vulgatus XXIII, 11.

21. *pacificorum* — Codd. B, Cas. 1. *pacificam.* Ante *vota* cod. F tacet *vel;* concinunt hebr. et vett. Post *offerens,* cod. B addit *quidquid obtulerit.* Pro *immaculatum,* Isidorus V, 426. *animal immaculatum.* Pro *offeret,* Isidorus l. c., Beda II, 355. IV, 396. *offerat;* cod. E *offeretur;* cod. B *erit;* item hebr. et vett.

22. *fuerit* — Cod. E tacet. Pro *papulas,* Isidorus, Beda ll. cc., Hesychius *papulam.* Pro *aut impetiginem . . . nec adolebitis,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, T, U, V, Bibl. Ord., Isidorus, Beda ll. cc., Hesychius, Rabanus, Radulfus *vel impetiginem . . . neque adolebitis.* Pro *altare Domini,* cod. F *altare Domino;* favent hebr. et vett.

23. *et ovem* — Cod. F *aut ovem.* Pro *et cauda,* Beda ll. cc. *aut cauda;* item graecus. Pro *offerre potes,* codd. F, N*, U, V, Cas. 13., Bibl. Reg., Lugd. 1513., all., Rabanus, Radulfus *offerre potest;* codd. D, R, S, Cas. 3., Beda IV, 396. *offerri potest.* Pro hodierna lect. stant codices longe plures et correctoria

N, O, quorum prius adnotat: « Non est ibi » *offerri potest*, quod habent novi. » Pro *ex eis*, veteres libri paene universi *ex his*, vel *ex iis*. Pro *solvi*, Isidorus et Beda ll. cc. *fieri*.

24. *quod . . . est* — Duo haec verba in cod. E desunt. Pro *quod vel*, Bibl. Ordin., Hugo *vel quod*; sixtini cum cod. A tacent *vel*, eisque favent Strabus, hebr. et vett. Pro *tusis*, legunt *tonsis* Sixtus, codd. G, S, V, plures ex antiquis edd., inter quas non paucae hentenianae, Isidorus, Beda ll. cc., Hesychius, Rabanus, Radulfus; id vero recte emendarunt sixtini et gregoriani, qui ad quamplurimorum codicum fidem scripsere *tunsis*; his adstipulantur Bibl. Ord., Compl., Reg., Rob. Steph., Lov. 1547., all., Petrus Dam. CXLV, 399.; clementinis autem, prout ex Toleto et Rocca constat, placuit scribere *tusis*, quod idem est; at minus recte Toletus ait: « Lege » *tusis*; sic Complut., Reg., mss. et Congre» gatio. » Nam testes a Toleto laudati habent *tunsis*; cf. ad Ex. XVI, 14. XXIX, 40., Bukentopius pag. 150., Brugensis, Rocca l. c. Pro *Domino*, Rabanus V, 168. *Deo*; cod. B tacet. Pro *ne faciatis*, sixtini, codd. A, G, N*, R, Bibl. Ord., Isidorus, Beda ll. cc., Hesychius, Rabanus *non facietis*; hebr. לא תעשו; codd. F, N, P, U *non faciatis*; conf. Holmes.

25. *offeretis* — Cod. A *offertis*. Pro *Deo vestro*, Hesychius, Rabanus *Domino Deo vestro*; Radulfus tacet pronomen; cf. Holmes. Mox Beda IV, 396. tacet *et*, cui favent hebr. et vett. Pro *voluerit*, codd. A, B, F, Beda l. c., Hesychius, Rabanus *voluerint*; praeterea cod. A addit *ei*. Pro *maculata*, codd. Cas. 3., Bibl. Lugd. 1550. 1567. *immaculata*.

27. *genita*—Codd. Cas. 3. *generata*; Bruno ast. *genitae*. Pro *ubere*, codd. Cas. 13. *ubera*. Post *matris* Bruno ast. tacet *suae*; item graecus; at plures graeci codd. addunt αὐτοῦ. Pro *offerri poterunt*, codd. D, F *offerri potuerunt*; Hesychius et Rabanus *offerri poterit*; accedunt hebr. et vett.

28. *Sive illa bos*—Codd. A, B, F 2. m., S, Cas. 16., Hesychius, Rabanus, Strabus *Sive ille bos*. Pro *sive ovis*, codd. G, H, N*, R, V, Cas. 20., Hesychius, Rabanus, Strabus *sive illa ovis*; cod. O monet non esse legendum *sive ovis illa*. Post *non* cod. A addit *enim*.

29. *placabilis* — Margo Ordin. et Isidorus Clarius addunt *vobis*; nec obstant veterum plerique; conf. ad XIX, 5.

30. *eodem* — Codd. N, P *eadem*. Pro *comedetis eam*, cod. A *comedetis ea*; cod. E *comedetis eum*; cod. G *comedetis quo immolatur*; codd. R, V, Cas. 6., margo Ord. praemittunt *qui immolatur*; id vere expungitur in correctoriis M, N, O; Bibl. Ordin. praemittunt *et*; mox pro *alterius diei*, habent *diei alterius*, uti cod. R.

32. *meum sanctum* — Cod. F, Hesychius, Rabanus *sanctum meum*; cf. Holmes.; cod. U tacet *sanctum*. Pro *sanctificer*, codd. G, Cas. 4. *sanctificetur*.

33. *et eduxi* — Codd. E, G, R, V, Cas. 5 addunt *vos*; quod in codd. N, O abiiciendum notatur; at legitur in hebr. et vett.

Cap. XXIII, 1. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, N, O, R, S, U, V, Cas. 14., Thomas. I, 34., Hesychius, Rabanus, Rupertus *Locutus*; item armenus.

2. *filiis* — Cod. Cas. 1. *ad filios*; item Augustinus. Post *vocabitis* margo Bibl. Ordin. addit *convocationes*; id enim exprimunt hebr. et vett., itemque Isidorus Clarius.

3. *vocabitur sanctus* — Cod. C *sanctus vocabitur*. Post *omne opus*, cod. Cas. 1. addit *servile*.

4. *Hae sunt ergo* — Codd. R, S, Cas. 2. tacent *ergo*; nec repugnant hebr. et vett. Pro *celebrare debetis*, codd. E, Cas. 9. *celebrabitis*.

5. *die mensis* — Tacent *mensis* Bibl. Lugd. 1522. 1526., Miss. Moz. p. 374. et cod. 665. Kennic. Pro *Phase*, cod. E, Miss. Moz. l. c. *Pascha*; cf. ad Ex. XII, 11. Post *Domini est* ex ὁμοιοτελευτῷ codd. F, U omittunt quae sequuntur usque ad eadem verba in vers. seq.; item cod. 58. Holmes.

6. *azymorum Domini est* — Beda I, 515. *est azymorum Domini*; cod. R *Domini est azymorum*.

7. *sanctusque* — Cod. E *erit sanctus*. Pro

*

facietis, cod. E *faciatis*. Mox cod. H notat in hebr. non legi *in eo;* it. infra verss. 25. 31. 35. 36. Nam in hoc capitulo saepius ab interprete addita occurrunt haec eadem verba.

8. *sacrificium* — Margo Ordin. *oblationem;* hebraicum אשה omnia sacrificiorum genera complectitur. Pro *septem diebus*, codd. F, V *sex diebus*. Pro *celebrior*, codd. B, goth. leg., Hesychius, Rabanus *celeberrimus*. Pro *servile opus*, codd. E, F 2. m., R, Hesychius, Rabanus, Radulfus, Humbertus Card. CXLIII, 934. *opus servile;* cod. F 1. m. omittebat *servile*. Pro *facietis*, cod. E *faciatis;* codd. B, goth. legion., Cas. 14., Beda VI, 274., Ceolfridus LXXXIX, 352., Hesychius, Rabanus, Humbertus l. c. *fiet;* cod. A legit *nullumque servile fit in eo opus*. Codd. H, L (seu Q) tacent *in eo;* conf. ad vers. 7.

10. *Loquere filiis* — Codd. S, Cas. 1. *Loquere ad filios*. Ante *terram* Rabanus addit particulam *in;* conf. ad XIX, 23. Pro *segetem*, codd. Cas. 7., Hesychius, Rabanus, Radulfus *segetes;* praeterea Hesychius et Rabanus addunt *terrae vestrae;* hebr. et vett. habent *eius*, nempe *terrae*. Pro *feretis*, cod. A *fertis;* Radulfus *feratis;* Strabus *afferetis*. Pro *manipulos spicarum*, cod. U *manipulum spicarum;* cod. B *segetem;* accedunt hebr. et vett., sed multi graeci codd. habent δράγματα. Pro *messis*, cod. A *terrae;* cod. E tacet.

11. *elevabit* — Codd. G, O, Hesychius, Rabanus, Radulfus, Rupertus IV, 276., Petrus cell. CCII; 960., margo Ord. *levabit*. Pro *acceptabile*, non male legunt *acceptabilis* codd. C, D, F, L, Q, R, S, T, U, Cas. 21., Bibl. Paris. 1566., Hugo, Hesychius, Rabanus, Bruno ast., Radulfus, Rupertus, Petrus cellens. l. c. Pro *altero die*, codd. F, R, Brev. Goth. p. 414., Rupertus l. c. *altera die*. Pro *Sabbati*, Hesychius et Rabanus *Sabbato*. Brev. Goth. l. c. non legit verba *et sanctificabit illum;* hebr. et vett. idem verbum heic ponunt, quod Vulgatus in superiori membro interpretatur *elevabit;* codd. B, S, V, Cas. 12., Hesychius, Rabanus tacent *et;* it. hebr., alexandrinus, chaldaeus et graecus ven. Pro *illum*, cod. A *illud*.

12. *in eodem* — Cod. B *in eo;* Bruno ast. tacet *in*. Pro *caedetur*, cod. A *caeditur;* Brev. Goth. l. c. *caedatur*. Pro *immaculatus anniculus*, Radulfus *anniculus immaculatus*. Pro *Domini*, Brev. Goth. l. c., Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *Domino;* accedunt hebr. et graecus; item iidem testes vers. seq.

13. *offerentur* — Codd. A, G *offeruntur;* Cas. 1. *offerent;* Brev. Goth. l. c. *offerantur*, sed ibidem ex singulari mendo pro *duae decimae*, legitur *duodecim offae*. Pro *odoremque*, sixtini, codd. C, D, F, N, O, P, T, Bibl. Ord., Hugo *odorem;* item hebr. et vett. Pro *liba*, codd. F 1. m., Cas. 5. *libamina;* Strabus *libamenta;* Bruno ast. *libatio*, quod habet et Isidorus Clarius. Pro *vini*, Bibl. Ordin. *et vini*.

14. *usque ad diem qua* — Cod. Cas. 1. *usquequo;* codd. F, R, S, Bibl. Lugd. 1535., Hesychius, Rabanus habent *quo* pro *qua*. Pro *offeretis*, Sixtus cum Bibl. Lov., all. *offeratis;* huic lectioni favent codd. A, F, O, R, Hesychius; Rabanus; at vero sixtini, gregoriani et Toletus praetulerunt hodiernam lectionem, cui reliqui codices, pluresque veteres edd. adstipulantur; conf. Rocca I, 317. Pro *Deo*, codd. A, E *Domino*. Post *praeceptum* Brev. Goth. l. c. addit *enim;* cod. E tacet *est*. Pro *in generationibus, cunctisque habitaculis vestris*, sixtini, gregoriani, codd. A, Cas. 5., Thomas. V, 306. *in generationibus vestris, cunctisque habitaculis;* codd. G, R, hebr. et vett. utroque loco pronomen exprimunt. Pro *habitaculis*, Brev. Goth. l. c. *habitationibus;* conf. vers. 3. et 31.

15. *ergo ab altero die Sabbati, in quo* — Brev. Goth. l. c. *ab altera die in qua;* margo quoque Ordin. expungit *Sabbati;* item syrus; habent *in qua* codd. C, D, F, G, N, P, T; pro *altero* legunt *ipso* Miss. rom. in sabbato quatuor tempor. Pentec. (edit. Vatic. 1609.) et Rupertus l. c. Pro *obtulistis manipulum*, codd. R, Cas. 3., Miss. rom. l. c., Brev. Goth. l. c., Bruno ast., Rupertus l. c., Anselmus havelb. CLXXXVIII, 1237. *obtulistis manipulos;* item slavon. et pauci codd. holmesiani; Rabanus *manipulum obtulistis*.

16. *id est quinquaginta dies* — Tacent Rupertus et Miss. rom. ll. cc. Pro *offeretis*, cod. Cas. 1. *offeretur*. Pro *novum Domino*, cod. A *Domino novum*. Bibl. Reg. heic interpunctionem adhibent, periodumque claudunt; item hebr. et vett., sed isti in sequenti periodo verbum repetunt.

17. *habitaculis . . . de duabus* — Rabanus IV, 317. *habitationibus . . . ex duabus*. Post *coquetis*, Brev. Goth. l. c. addit *et offeretis;* Miss. rom. l. c. *elevabit sacerdos*. Pro *Domini*, codd. F, G, M, N*, R, S, V, Cas. 18., Humbertus Card. CXLIII, 960. *Domino*, nec obstant hebr. et vett.; Miss. rom. l. c. *coram Domino;* item Onkelos.

18. *in holocaustum* — Cod. B *in holocausta;* codd. G, R, Radulfus *in holocausto;* Bruno ast. tacet *in;* accedunt hebr. et vett., sed conf. Holmes.

19. *duosque*—Cod. B *duos quoque*. Pro *hostias*, cod. V, Bruno ast. *hostiam;* favent hebr. et vett. Petrus ven. CLXXXIX, 573. *in hostias*.

20. *elevaverit eos* — Cod. B *libaverit eos;* Hesychius, Rabanus, Bruno ast. *elevaverit ea;* it: graecus, et in polyglottis latina versio samaritani; codd. C 2. m., F *elevaverit eas*.

21. *sanctissimum*—Alii ex glossa interlineari *sanctum*. Post *erit* cod. B 2. m. addit *vobis*.

22. *segetem* — Codd. Cas. 7. *segetes;* conf. ad vers. 10. Pro *secabitis eam*, cod. E *secabitis eas*. Post *peregrinis* codd. A, B 2. m., Cas. 1. addunt *carpenda*, uti legitur ad XIX, 10. Pro *dimittetis*, cod. A *dimittitis;* Radulfus *dimittite*. Animadverte latinam interpretationem hebraici textus in polyglottis londinensibus mendose habere *relinquetis* pro תעזב, quod est *relinques*. Pro *Ego sum Dominus*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *Ego Dominus;* favent hebr. et vett.

24. *Mense septimo* — Bibl. Lugdun. 1535. *Mense primo;* conf. ad Ex. XL, 15. Pro *memoriale*, codd. B, E, F, V, Cas. 10. *memorabile*. Ante hoc verbum Sixtus nullam posuerat distinctionem, at clementini interpunxerunt.

26. *Locutusque* — Codd. B, E, V *Locutus;* item armenus; codd. Cas. 10., Rabanus *Locutus quoque*.

27. *Decimo* — Brev. Goth. p. 432., Rabanus I, 337. *Decima*. Pro *expiationum*, codd. R, V, Cas. 3., Isidorus VI, 407. *expiationis;* alii apud Isidorum legunt *exorationis;* Ambrosius cum graeco *propitiationis*, uti habet Vulgatus in seq. vers. Post *erit* Rabanus l. c. addit *ac*. Pro *affligetisque*, Radulfus *affligetis ergo;* mox tacet *in eo*, uti hebr. et vett.

28. *opus servile* — Tacent *servile* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 23., Hesychius, Rabanus, Radulfus; item hebr. et vett.; gregorianis dubium fuit; conf. vers. 31. et XVI, 29. Pro *facietis*, Brev. Goth. l. c. *faciatis*. Pro *diei huius*, Bibl. Ord., Rabanus IV, 57. *huius diei*.

29. *die hac*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, all., Bibl. Ord., Radulfus, Rupertus *die hoc;* cod. H, Brev. Goth. l. c., Hesychius, Rabanus *in die hoc*. Pro *de populis suis*, codd. Cas. 5., Isidorus l. c., Bruno ast. *de populo suo;* ut vers. seq.; item Tertullianus, graecus, syrus, arabs.

31. *operis facietis* — Cod. T, Brev. Goth. l. c. *operis faciatis;* Bibl. Paris. 1566. *facietis operis*. Cod. Cas. 1. tacet *et habitationibus;* codd. B, F legunt *et habitaculis*, uti v. 14.

32. *sabbatum requietionis* — Cod. V praemittit *quia;* Hesychius et Rabanus *sabbatumque requiei;* Bruno ast. *sabbatum enim requietionis;* nexum addunt quoque tres arabes apud Holmesium. Nota verbum *requietio* quod etsi rarissimos habet testes, apud Hieronymum saepius usuvenit. Ante *affligetis* tacent *et* codd. A, C, D, E, F, G, U, V, Cas. 20., Hesychius, Rabanus, Strabus.

Ibid. *animas vestras die nono mensis: A vespera usque ad vesperam*—Non una est huius loci varietas. In primis post *animas vestras* periodum claudunt Bibl. Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Hesychius, Rabanus, Radulfus; item hebr. et vett., excepto armeno. E contra ex latinis alii bene multi, cum posterioribus edd. Rob. Steph. et cum

Lovan., verba *die nono mensis* ad superiora, non vero ad ea quae sequuntur referunt. Sixtini, multis collatis codd., scripserant *animas vestras a die nono mensis vespere. A vespera usque ad vesperam;* at dein, reiecta hac correctione, ad lectionem lovaniensium redierunt. Illud verbum *vespere* quod addiderant legitur in hebr. et antiquis interpp., exceptis graeco et arabe. Qui periodum terminant post *vestras*, aut nullam aut minorem interpunctionem adhibent post *mensis:* alii vero aut punctum, vel duo puncta. Praeterea post *mensis* addunt *septimi* Bibl. Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph. aliaeque plures. Pro *nono*, cod. F *noni*. Pro *A vespera*, codd. A, O, R, S, Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Hesychius, Rabanus *A vespere;* codd. D, G, T, U, V, Radulfus *A vespero*. Pro *ad vesperam*, codd. A, C, D, F, G, U, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Hesychius, Rabanus *ad vesperum*.

34. *filiis Israel* — Cod. Cas. 1. addit *et dices ad eos;* item syrus et arabs; reliqui cum hebr. addunt tantum *dicens*.

35. *vocabitur* — Cod. I *erit*. Pro *facietis*, Brev. Goth. l. c. *faciatis*. Dein sixtini, codd. A, E, Cas. 8., goth. legion., Brev. Goth. l. c., Hesychius, Rabanus tacent *in eo;* conf. ad vers. 7.

36. *Et septem* — Brev. Goth. l. c. *Sed septem;* solus arabs nexum habet. Post *diebus* Bibl. Rob. Steph. 1545. *offeres;* uti cod. 19. Kennic. Pro *holocausta*, codd. C, E, U, Brev. Goth. l. c. *holocaustum*, uti hebr. et plerique vett. Post *erit* Brev. Goth. l. c. addit *vobis;* item hebr. et vett. Strabus et Rob. Stephanus notant *coetus* esse genitivi casus. Pro *facietis*, Brev. Goth. l. c. *faciatis*. Pro *in eo*, Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *in ea*. Heic cod. A rursum interponit verba quae superius lecta sunt *et septem diebus offeretis holocaustum Domino*.

37. *atque sanctissimas* — Codd. C, D, T, U *et sanctissimas;* Brev. Goth. l. c. *ac sanctissimas;* cod. A *et sanctas;* cod. E tacet. Ad *holocausta* cod. B praemittit *et;* it. slav. ostrog. Pro *libamenta*, cod. G *libamina;* cod. I *libamina Domino*.

38. *exceptis* — Cod. S, Hesychius et Rabanus *exceptisque;* ut cod. 157. Kennic. Pro *offeretis*, codd. A, D, O, R, T, U, Cas. 16., Bibl. Rob. Steph. 1540., all. *offertis;* « Ubi di- » citur, ait Radulfus, *et quae offertis ex voto*, » *et* pro *id est* ponitur. » Pro *vel quae*, cod. C *et quae;* Radulfus semel *vel quod*. Pro *tribuetis*, codd. B, C, D, O, R, T, U, Cas. 16., Hesychius, Rabanus, Radulfus *tribuitis;* notat Rob. Steph. ita legere Bibl. Mogunt. 1462., Basil. 1500.; accedit syrus; cod. A, S *tribuistis*. Radulfus mox tacet *Domino*.

39. *terrae vestrae* — Cod. D tacet pronomen, ut hebr. et vett., excepto georg. Pro *primo et die octavo*, Radulfus *prima et die octava*.

41. *legitimum* — Bibl. Lugd. 1522. 1526. addunt *et;* cf. VI, 18. Post *erit* cod. Cas. 1. addit *vobis*. Pro *festa*, margo Ordin. *eam;* item hebr.

42. *et habitabitis* — Haec desunt in Bibl. Ordin., et in Brev. Goth. l. c. Pro *de genere est Israel*, cod. R, Bibl. Ordin. *de genere Israel est;* Bibl. Ven. 1480. 1498. *est de genere Israel;* Hesychius et Rabanus *ex genere est Israel*. Pro *manebit*, cod. E *manebitis;* conf. Holmes. Cod. O monet non esse addendum *VII. diebus* post *in tabernaculis;* quod in codd. R, V legitur.

43. *posteri vestri* — Bibl. Lugd. 1569. tacent pronomen, quod deesse videtur et in cod. B. Pro *habitare fecerim*, cod. A *fecerim habitare*.

Cap. XXIV, 1. *Et locutus* — Cod. E, Hugo, Rabanus, itemque armenus *Locutus*.

2. *filiis Israel* — Codd. Cas. 12. addunt *dicens*. Pro *afferant*, codd. A, B, Hesychius, Rabanus *offerant*. Pro *lucidum*, Bibl. Lugd. 1535. *lucidissimum*.

3. *in tabernaculo* — Codd. A, E, Hesychius, Rabanus *in tabernaculum*. Post *foederis* cod. B addit *Domini*. Pro *Ponetque*, cod. H, priores edd. Rob. Steph. *Ponet;* favent hebr. et vett. plerique. Ab hoc verbo editio vaticana 1593.,

aliaeque paucae exordiuntur versiculum tertium; at aliae fere omnes incipiunt a verbis *extra velum*. Particulam *a* ante *vespere* tacent cod. E, Hesychius et Rabanus. Ex editione Sixti in clementinas editiones perlatum fuit *ad mane*, quam lectionem in aliquot Bibliis mss. exstare testatur Rocca l. c., ita codd. F, G, R; reliqui nostri codd. et veteres edd. legunt *in mane*. Pro *rituque perpetuo*, cod. E *ritoque sempiterno*. Ne apographi mendum existimes *rito*, quod legitur et in Bibl. Ven. 1476., vide sis alia similia a Maio coacervata in *Spicil. rom. t. IX. parte 3. p. 75.*

4. *candelabrum mundissimum*—Cod. B interponit *testimonii;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, N, T, U, goth. legion., Hesychius, Rabanus *candelabro mundissimo;* cod. N adnotat: « Sic antiqui; similiter Ex. XX. (v. 24.) et » Ios. VIII. (v. 31.). » Pro *ponentur*, cod. A 1. m., Petrus Dam. CXLIV, 555. *ponetur*. Pro *semper in conspectu Domini*, Bibl. Lugdun. 1535. *in conspectu Domini semper*.

5. *Accipies* — Codd. R, Cas. 6. *Accipias;* cod. E *Accipiens*. Pro *habebunt*, Beda II, 412. *habeant*.

7. *ut sit panis* — Codd. G, R, Cas. 4., Petrus cellens. CCII, 969. *ut sint panes;* cod. O notat graecum legere *et erunt panes*. Pro *monimentum*, Bibl. Paris. 1566., all., Rabanus, Bruno ast., all. *monumentum;* cf. ad Ex. XII, 14. XIII, 9. Pro *oblationis Domini*, cod. L, Bibl. Mogunt. 1462., Lugdun. 1550. 1567. *oblationis Domino;* favent hebr. et vett.; cod. F *oblationibus Domini*.

9. *eruntque* — Cod. B, Bruno ast. *erunt;* item syrus. Pro *Sanctum*, Rabanus *Sancta;* item alexandrinus, Theodotio et, apud Holmesium, Symmachus. Pro *de sacrificiis*, Hesychius et Rabanus *de sacrificio*, ut arabs et tres codd. Kennic.

10. *egressus* — Codd. F, R, S addunt *est*, quod in cod. O expungitur. Pro *Israelitidis*, codd. A, C, D, E, F, O, T, U, Thomas. l. c., Bibl. Ord., Strabus, Radulfus, Petrus Com. *Israelitis;* cod. O notat graecos legere *Israelitidis;* mox idem codex: « Lege *iurgatus*, » non *iurgatusque*. » Cod. S *iurgatusque;* item hebr. et vett. Pro *Israelita*, pauci codd., pluresque edd. habent *Israelite*, quod ad fidem antiquiorum codd. sixtini emendarunt.

11. *nomen* — Sixtus, codd. C, D, F, G, N, O, R, S, T, U, veteres edd. fere omnes, Strabus, Bruno ast., margo Ord. addunt *Domini;* scholiastes in cod. N animadvertit: « Glossa » quae dicit quod non dicitur cuius nomen, » intelligenda est de hebraico. Non tamen » propter hoc communis littera est destruen- » da. Require Gen. XXV. (v. 8.) . . . Multa de » multis capitulis invenies, in quibus si he- » braicum sequamur e vestigio litterae, no- » stra translatio destruetur. » Accedunt slav., georg., cod. 59. holmesianus et unus armenus; codd. B, H, V, Petrus Com. addunt *Dei;* Radulfus legit *Dei nomen;* mittimus audaciores Houbigantii coniecturas; cod. H notat *Dei* nomen hebraice non legi. Additamentum expunxerunt sixtini et gregoriani maxime ad fidem codicum A, E; unde Toletus: « Dele » *Domini;* sic hebr., graecus, Ordin., mss.; » et utraque Congregatio abstulit. » Augustinus quoque diserte in libro *Locution.* ait: « Cum hic non addiderit *Dei*, manifestum est » tamen nomen *Dei* esse intelligendum, cui » maledixerit. » Augustino consentiunt Hesychius et Rabanus. Conf. Calmetus in h. l., Rocca l. c., Mazochius, *Spicil. II, 89.*, Bukentopius pag. 150., Drach, *Deuxième lettr. ch. 1. sect. 2. §. 5.*

Ibid. *Salumith* — Cod. H *Solomith;* codd. F, G, Hesychius, Rabanus, Bibl. Lugd. 1535. *Salomith;* graec. Σαλωμείθ. Hebraicum nomen שְׁלֹמִית apud Vulgatum redditur *Salomith* I Paral. III, 19. XXIII, 9. 18. II Paral. XI, 20.; *Selomith* Esdr. VIII, 10.; *Selemith* I Paral. XXVI, 25.; *Salemoth* I Paral. XXIV, 22. Pro *Dabri*, cod. H *Dibri;* item hebr.

12. *nossent* — Cod. V, Bibl. Ven. 1479. 1480., all. *noscerent*. Pro *quid iuberet*, Hesychius *quod iussisset*.

13. *Qui locutus est* — Radulfus *Et locutus est Dominus*, uti habet Cyprianus; concinunt hebr. et vett.

14. *blasphemum* — Cod. C 1. m., Hesychius addunt *istum*. Pro *ponant*, codd. F, R, Cas. 1., Bibl. Lugd. 1522., Paris. 1566., all. *ponent;* graecus ἐπιθήσουσιν. Pro *lapidet*, Radulfus *lapident;* favent hebr. et vett.; attamen Cyprianus *lapidabit*. Pro *populus universus*, codd. A, R, Bibl. Ordin. *universus populus;* cod. F, Radulfus *omnis populus*.

15. *Homo* — Codd. M et O habent scholion quod sequitur: « Augustinus hic dicit » *Homo, homo*, et exponit in glossa; sed hoc » est secundum graecum (cf. Holmes.); he- » braeus quoque fere per totum Leviticum » habet *is, is* (איש איש), id est *homo, ho-* » *mo*, ubi nos habemus *homo quilibet*, vel » *homo quicumque*, vel *homo de domo Israel*, » et huiusmodi. » Conf. Augustinus in libro *Locutionum*.

16. *opprimet*—Codd. G, N*, R, S, Cas. 6., margo Ordin. *obruet*. Post verbum *multitudo* Sixtus, codd. C, D, F, G, I, O, R, S, T, U, V, veteres edd. longe plures addunt *populi;* hanc vocem merito expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur codd. A, B, E, H, L 2., gothic. legion., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., Hesychius, Rabanus, all.; unde Toletus: « Non legunt *populi*, hebr., » graecus, mss. et utraque Congregatio. » Ad graecum quod spectat, Toletus de more utitur editione Compl.; nam vaticana ed. et plerique codices legunt ἡ συναγωγὴ Ἰσραήλ, cf. Bukentopius p. 395. et Rocca l. c., cuius adnotationes editae heic desinunt; unde in posterum nonnisi ex eiusdem schedis proferentur. Pro *sive peregrinus*, sixtini, codd. A, C, D, F, O, T, U, Bibl. Paris. 1566. *seu peregrinus*. Pro *blasphemaverit*, codd. Cas. 7. *maledixerit;* animadvertendum autem egregie, contra Rosenmullerum aliosque censores, Vulgati interpretationem propugnari vel ab ipso Gesenio in *Thesauro p. 908.*, cuius haec sunt verba: « Recte Vulgatus et Saadias; sed » alii veteres verbum נקב hoc loco *pronun-* » *ciandi* significatu acceperunt, unde fluxit » nota iudaeorum superstitio, qua a Iovae » nomine pronunciando abhorrent. LXX. ἐπο- » νομάζω; Targum et Peschito פרוש; ; » Venet. ἑρμηνεύω. » Conf. Maurerus in h. l. et Winer, *de vers. Pentat. sam. p. 36.*, qui Vulgato samaritanum interpretem accedere adnotavit. Qui Biblia Vulgata ediderunt Parisiis anno 1837. temere profitentur se ad fidem sacri textus punctationem restituisse hoc pacto: *lapidibus opprimet eum omnis multitudo. Sive ille civis, sive peregrinus fuerit, qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur*. Hanc enim interpungendi rationem, quamtumvis laudabilem, in notis proponere ipsis licuisset; at vero privatis hominibus ipsius Vulgati textum, publica auctoritate propositum, reformare nefas est.

18. *Qui percusserit* — Cod. B addit *et occiderit*, quod ex superiori versiculo petitum videtur; ceterum verbum מכה hoc loco, ut alias saepe, de *occisione* accipiendum esse non dubitamus. Pro *reddet*, sixtini, codd. A, B, D, E, F, G, H, L, O, Q, R, T, U, Cas. 19., Thomas. l. c., Bibl. Mog. 1462., Ven. 1476., Paris. 1566., all., Augustinus in *Spec.*, Hesychius, Radulfus *reddat;* item graecus.

19. *sic fiet ei* — Codd. A, gothic. legion., Cas. 14. *fiet illi;* cod. E, Augustinus in *Spec.*, Rabanus *fiat ei;* cod. 19. Kennic. tacet כן, item duo codd. holmesiani; codd. G, H, R, S, V *sic fiat ei;* Hesychius *faciat ei;* Radulfus *sic facite ei*.

20. *inflixerit* — Codd. A, B *inflixerat*. Pro *maculam, talem*, codd. Cas. 2. *maculam, maculam talem*. Pro *cogetur*, Hesychius *cogitur;* Rabanus *cogatur*.

21. *reddet* — Sixtini, codd. E, F, G, L, Q, R, Cas. 3., Bibl. Mogunt. 1462., Ven. 1476., Ordin., all., Radulfus *reddat*. Pro *punietur*, cod. B *morietur;* hebr. יומת, unde Steuchus Eugubinus: « Credo olim bene se habuisse » codices; dicendum enim est non *punietur*, » sed *morietur*, sicut habet contextus he- » braicus. »

22. *Aequum* — Margo Ordin. cum hebr. *Unum*. Pro *iudicium sit*, cod. B *iudicium fuerit*. Pro *peccaverit*, Hesychius et Rabanus *peccaverint*. Pro *ego sum Dominus*, sixtini,

gregoriani, codd. A, O, R *ego Dominus;* conf. Holmes.

23. *Locutusque* — Cod. A *Locutus.*

Cap. XXV, 1. *Locutusque* — Sixtini, codd. C, D, E, N, O, S, T, U, V, Bibl. Lugd. 1535., Rupertus *Locutus;* item armenus. Mox Rupertus tacet *in monte Sinai,* uti cod. 190. Kennic., cod. 134. Holmesii et Cyrillus alex.

2. *sabbatizes* — Undenam haec prodierit lectio, quam sixtino-clementinam dicere possumus, ignoramus; documenta enim nostra suadent neque sixtinos, neque reliquos romanos censores quidquam in hoc verbo immutasse; in quo tamen haud modica apud antiquos Vulgati libros erat discrepantia. Ad singulas lectionum varietates nos testes proferemus. Codd. R, S, Bibl. Ven. 1476. 1479., Compl., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., aliaeque plures, Hesychius, Rabanus, Strabus legunt *sabbatizetis;* his proxime accedunt codd. F, G, I, V, Cas. 3. aliique apud Vallarsium, qui habent *sabbatizate;* e contra stant codd. A, B, C, D, E, H, M, O, Q, T, U, Cas. 14., correctorium sorbonicum, Bibl. Ordin., Moguntina 1462., priores edd. Rob. Steph., Lovan., all., Rupertus, Radulfus qui praeferunt *sabbatizet;* hanc autem lectionem, utpote quae tum optimis latinis codd., tum sacro textui, antiquisque interpretibus consentanea videbatur, intactam dimiserunt sixtini. Hinc vehementer suspicamur hodiernam lectionem, profecto minime absurdam, ex typographorum vitio ortum habuisse; quod tamen adfirmare non audemus. Hoc unum animadvertendum ducimus illos manifesto falsos fuisse qui ex lectione in nostris Bibliis vulgata occasionem captarunt insimulandi Hieronymi, quasi minus accurate hebraicum textum reddiderit; hieronymiana enim interpretatio, secus ac vulgata lectio, cum hebraico textu omnino consentit. Praeterea codd. Cas. 3., Bibl. Ord. addunt *terra;* item hebr. (quod notatur in cod. H) et vett.; at cod. O notat: « *terra* ex praecedenti intel» ligitur, et ideo non oportet addi licet hebr. » habeat. » Codd. L 4. et margo Bibl. Lugd. 1550. addunt *populus.* Iuvat hoc loco recitare verba Martianaei et Lucae Brugensis; prior itaque scribit: « Mss. codices melioris » notae *sabbatizet;* recentior unus s. Germani » a Pratis num. 164. pure legit ut in hebraeo » *sabbatizet terra:* quod sumtum videtur e » marginali adnotatione Canonis, prout in » aliis sexcentis locis, ubi in corpore Biblio» rum inveniuntur posita quae Canon in mar» gine monet esse in hebraeo. » Alter vero diserte scribit: « Pro secunda persona *sabba» tizes,* in aliis libris est tertia *sabbatizet:* » cui ut darent suppositum addiderunt qui» dam *populus;* si addidissent *terra,* fuisset » verisimilius: id enim addunt similiter he» braea, chaldaea et graeca. Sed videtur la» tinus interpres τό *terra* hebraice non le» gisse, itaque dedisse secundam personam » *sabbatizes,* pro quo quidam scripserunt plu» rali numero *sabbatizate,* ut evitarent duram » illam numeri mutationem. Quocumque mo» do legas, sermo de terra est; nam quo» modo implendum sit quod latine iubetur » Israel sabbatizare sabbatum, explicant ver» sus proxime sequentes. » Pro *sabbatum,* cod. I *sabbatis* (graecus σάββατα), quam lectionem Montfauconius mendose tribuit Vulgato. Pro *Domino,* Sixtus codd. A, B, C, D, F, O, Q, R, S, T, U, V, Bibl. Lov., all., Strabus, Rupertus, Radulfus *Domini;* it. Augustinus. Reliqui, antiquiores praesertim Vulgati editiones, cum gregorianis et Toleto hodiernam lectionem sequuntur, quam hebr. et vett. confirmant.

3. *putabis* — Codd. B, C, D, F, all. *potabis;* item vers. seq.

4. *septimo autem* — Codd. G, R, Cas. 4. et Strabus tacent *autem.* Pro *erit,* cod. E *est.* Cod. O notat *terrae* esse dativi casus, uti ex graeco patet.

5. *gignet* — Legunt *gignit* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, L, Q, R, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., all., Rabanus, Rupertus, Radulfus; item mendose Vulgatus in polyglottis Waltoni; accedunt hebr. et vett. Pro *metes,* Bibl. Paris. 1566. *mete.* Pro

terrae est, cod. F, Rabanus *est terrae;* hebr. יהיה לארץ.

6. *et servo tuo* — Cod. Cas. 1. praemittit *et filio tuo.* Pro *ancillae*, cod. E *et ancillae;* addunt *tuae* codd. H, L 7., Q, R, Cas. 6., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. 1545., all., Radulfus; item hebr. et vett. Post *mercenario* Rupertus tacet *tuo.* Pro *peregrinantur*, codd. Cas. 2. *morantur;* Sixtus, codd. C, D, G, R, T 2. m., U, V, Cas. 3., veteres edd. fere omnes, Radulfus *peregrinatur;* emendarunt sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur codd. longe plures, Bibl. Compl., Reg., all., item hebr. et vett., excepto graeco; cf. Lucas Brugensis.

7. *iumentis tuis* — Codd. R, S, Rupertus tacent pronomen. Pro *omnia . . . praebebunt*, cod. F *omnibus . . . praebebunt vobis;* syrus quoque et coptus addunt *vobis.*

8. *quoque tibi*—Cod. E *tibi quoque;* cod. F et Strabus tacent *tibi*, ut arabs et slav. ostr. Pro *septies septem*, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Rabanus, Bruno ast., Radulfus, Hugo *septem septies;* apud Hesychium non legitur *septem;* margo Ord. addit *annos;* nam hebr. et graecus habent *septem annos septies.* Post *faciunt* veteres edd. ante Lovan. fere omnes tacent *annos.*

9. *clanges* — Ita sixtini et reliqui; nam mendose Bibl. Ant. an. 1583. in fol., quibus illi usi sunt, et cod. T habent *clangens.* Pro *buccina*, cod. B *buccinam.* Ante *decima* codd. O, R addunt *et.* Pro *terra vestra*, Rupertus *terra tua;* item latina versio Onkelosi, sed contra fidem sui textus.

10. *terrae tuae* — Bibl. Ordin. et priores edd. Rob. Steph., all. *terrae vestrae;* Bibl. Lugd. 1535. tacent pronomen; nec obstant hebr. et vett. Mox Hesychius tacet *enim;* item hebr. et graecus. Pro *iubileus*, codd. G, Cas. 4. *annus iubileus;* graecus ἐνιαυτὸς ἀφέσεως. Sixtini, et primo gregoriani hoc loco et deinceps scripserant *iobeleus*, hebr. יובל, Theodotio Ἰωβήλ; codd. antiquiores plerique habent *iubeleus;* scholiastes cod. M notat: « Quidam male habent *iubileus* putantes id dici » a *iubilo;* sed hebraeus dicit quod annus » ille dicitur *iubel*, quod sonat *remissio.* Pa» pias etiam hic ostendit in ordine litterarum ponens *iubeleum* ante *iubileum;* om» nesque antiqui habent *iubeleus.* Iosephus » dicit: instante siquidem *iubeleo*, qui signi» ficat *libertatem;* item Hieronymus in epist. » ad Damasum. » Eamdem sententiam amplexi sunt alii plures ex antiquis quoque interpretibus, quos tamen, quoad vocis etymon eiusque significationem refutat Gesenius in *Thesauro pag. 561. et seq.* Pro *Revertetur*, cod. A *Revertitur.* Pro *rediet*, cod. A 1. m. *redit;* cod. B *redeat;* ceterum *rediet* pro *redibit*, saepius occurrit apud latinos scriptores afros; praeter testes a Forcellinio prolatos, vide sis Augustinum *contra academ. III, 22.* et in *nova patrum biblioth.* a Maio edita t. I, parte 1. p. 168.; plura huiusmodi occurrunt in veteri itala et apud Tertullianum; Vulgatus ipse, licet infra vers. 28. habeat *redibit*, tamen vers. 13. et Ierem. XXXVII, 7. legit *redient.* Cf. ad Ex. XXI, 4. Post *familiam* addunt *suam* codd. E, V, Cas. 13.; hebr. quoque et vett. habent pronomen; at Vulgatus praeclare eiusdem vice posuit *pristinam.*

11. *est et quinquagesimus*—Bibl. Ordin. et Rob. Steph. 1532. tacent *et;* item hebr. et graecus; Bibl. Paris. 1566. omittunt *est.* Pro *neque metetis*, veteres Vulgati edd. paene omnes *atque metetis;* « miror, ait Lucas Brugen» sis, quo consilio quidam mutaverint *neque* » in *atque.* » Recte igitur ad fidem veterum codd. et Bibl. Ord. sixtini, quos reliqui censores sequuti sunt, emendarunt.

12. *ob sanctificationem* — Cod. F *ob significationem;* graecus σημασία ἐστίν, at subdit ἅγιον ἔσται ὑμῖν. Pro *oblata*, codd. B, G, L, N*, R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540., all., Hesychius *ablata*, quae lectio et in cod. O memoratur, nec Lucae Brugensi displicuit; non enim ex hebr. voce תבואתה haec lectio eruitur, sed potius ex contextu. Radulfus *oblatam;* cod. N adnotat: « Antiqui habent *oblata;* seu elata a Deo, id » est sponte nascentia; unde hebraeus habet » *proventus.* » Margo Ord. *agri fructum.*

13. *redient*—Cod. A *redibunt;* codd. G, R, V, Cas. 5. *redeant;* vide supra ad vers. 10.

14. *civi* — Margo Ordin. cum hebr. *proximo.* Pro *numerum annorum,* cod. A *annorum numerum.*

16. *Quanto plures*—Codd. A, C, D, F, N, O, T, U, V, Cas. 18., gothic. legion., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540., all., Hesychius, Rabanus *Quanto plus.* Pro *remanserint,* cod. P, Bibl. Compl., Reg. *remanserit.* Pro *crescet et pretium,* Hesychius, Rabanus *crescit pretium;* codd. G, R, S *crescet pretium;* cod. Cas. 1., Bibl. Ordin. *crescit et pretium.* Ante *quanto minus* tacent *et* Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all.; it. duo codd. Kennic. et graecus cod. alexandrinus. Ex hoc loco scholiastes codicis N probare nititur lectionem superius memoratam scribens: « Quod » dicitur *quanto minus* respondet ei quod » praemissum est *quanto plus;* quod non ani» madverterunt qui pro *plus, plures* posue» runt. » Pro *temporis numeraveris,* Hesychius et Rabanus *numeraveris temporis.* Pro *tanto minoris et emptio,* codd. R, S, Cas. 2. *tanto minus emptori;* codd. G, N*, Radulfus *tanto minus et emptio;* margo quoque Ordin. habet *minus;* codd. C 2. m., F, V *tanto minor et emptio;* particulam *et* primo abiecerant sixtini, nec ea legitur in codd. A, Cas. 11., Bibl. Ord., Lugd. 1522., all.; item hebr. et vett.

17. *contribules*—Codd. C, D, G, T, U, Bibl. Complut., Reg. *contribulos.* Pro *Deum suum,* cod. Cas. 1. *Dominum suum.* Mox cod. B tacet *quia,* item graecus et septem codices hebr. apud De-Rossi; at conf. Holmes.

18. *et iudicia*—Cod. B tacet; item georg.; codd. U, Cas. 2., Rabanus addunt *mea,* item hebr. et vett. Pro *possitis,* cod. A *possetis.* Mox in cod. B deerat *ullo.*

19. *et gignat* — Cod. F *et gignant;* Bibl. Lugdun. 1522. tacent *et.* Post *fructus* cod. B non legit *suos.* Pro *vescamini,* cod. Cas. 1. *vescemini.* Pro *ad saturitatem,* cod. A *in saturitatem.*

20. *severimus*—Cod. F *seminaverimus;* cf. ad Ex. XXIII, 16.

21. *meam vobis* — Hesychius et Rabanus semel et Strabus tacent *meam;* codd. Cas. 13. tacent *vobis.* Pro *faciet,* cod. A *facietis;* cod. 72. holmes. ποιήσετε, et ita legit graecus venetus.

22. *veteres fruges*—Codd. G, R, Bibl. Ord. *fruges veteres.* Cod. E prosequitur hoc pacto *usque ad nobum, donec noba nascantur. Terra quoque* etc.

23. *vendetur* — Codd. A, Cas. 11. *veniet;* cod. B *venit;* cod. E *veniat;* cod. V et gothic. legion. *venundetur;* Augustinus *venundabitur.* Pro *advenae,* cod. E *vinea.*

25. *vendiderit*—Bruno ast. addit *tibi.* Post *propinquus eius* cod. goth. leg. addit *postea.*

26. *potuerit invenire*—Sixtini cum cod. A *invenire potuerit.*

27. *quo vendidit* — Codd. C 1. m., D *quod vendidit.* Pro *reddet,* codd. R, Cas. 2. *reddat.* Pro *emptori,* cod. E *temporis.*

28. *invenerit* — Codd. Cas. 11. *inveniet.* Pro *ut reddat,* cod. B *unde reddat.* Pro *redibit,* codd. A, B, C, D, E, F, H, N, O, T, U, V, Cas. 16., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus *redit;* cod. O notat graecum legere *redibit;* cod. Cas. 1. *rediet;* cf. ad vers. 10. Ante *ad possessorem* cod. A tacet *et.*

29. *domum* — Codd. R, Cas. 2. addunt *suam,* quod in cod. O expungitur. Pro *urbis muros . . . impleatur annus,* cod. R, Bibl. Ord. *muros urbis . . . annus impleatur.*

30. *evolutus*—Cod. G, Bibl. Compl. et Reg. *revolutus.* Pro *non poterit, etiam,* cod. A *non potest, etiam;* Bibl. Compl. et Reg. *etiam non poterit.*

31. *vendetur* — Codd. A, E *venditur.* Pro *si ante redempta,* cod. B *sin ante redempta;* codd. E, N, O, P, R, V, Cas. 6., Bruno ast., Radulfus *si autem redempta;* notat tamen cod. N: « Sed nec antiquiores, nec hebraeus » mentionem faciunt eius quod est *autem.* » Post *ad dominum* addunt *suum* codd. N*, R, S, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Radulfus.

33. *redemptae* — Bibl. Complut. et Reg. *redempti.* Pro *Levitarum* legunt *Leviticarum*

*

sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, E, F, G, L, O, Q, T, U, V, Cas. 11., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., Radulfus; conf. ad Ex. VI, 25.

34. *eorum* — In cod. B desideratur. In verbo *veneant*, quod sequitur, prope incredibilem habemus lectionis varietatem ; nam codd. A, E, N* 2. m., Cas. 6. legunt *venient;* graecus προσθήσονται ; codd. B (mendose Blanchinius ei tribuit *vendet*), F, R, V; goth. legion. *vendent;* Cas. 1. *vendant;* codd. G, N *veniant;* cod. N* 1. m., Radulfus *veneent;* Hesychius *veniunt;* Rabanus *veneunt;* Rocca *vendantur;* conf. infra ad vers. 42.

35. *et susceperis* — Bibl. Complut. et Reg. tacent *et;* it. graecus, syrus et Aquila: mendose reticetur nexus in latina versione samaritani, Onkelosi et Ionathani.

36. *ne accipias*—Cod. E *nec accipies;* Bibl. Lugd. 1535., Hesychius *nec accipias;* cod. V *ne acceperis.* Pro *usuras ab eo,* cod. H, Conc. Paris. edit. Hard. IV, 1328. *ab eo usuram;* cod. G *usuram ab eo;* hebr. et vett. num. singularem exprimunt. Post *dedisti* cod. A addit *ei.* Post *Deum* cod. E, Bibl. Complut. et Reg. tacent *tuum;* it. graecus codex alexandrinus.

37. *dabis ei* — Cod. A, Concil. Paris. l. c., Concil. Troslei. edit. Hard. VI, 545. praetermittunt pronomen; item Augustinus in *Spec. c. LXII. edit. Maii,* cod. samaritanus 66. et tres arabes Holmesii; cod. U *dabis eis.*

38. *et essem* — Codd. B, C 1. m., D, F, N, S, T, U, Bibl. Compl. et Reg. *ut essem;* accedunt hebr. et vett. Pro *vester Deus,* codd. G, R, Bibl. Ordin. *Deus vester.*

39. *Si paupertate* — Hesychius semel *Si necessitate.*

40. *et colonus* — Rupertus *aut colonus;* favet graecus, sed conf. Holmes. Verba *usque ad annum iubileum* cum superioribus, non vero cum sequentibus connectunt Radulfus aliique.

41. *cognationem* — Hesychius et Rabanus addunt *suam;* item hebr. et vett. Post *possessionem* cod. B addit *suam; vel;* cf. Holmes.

42. *mei enim* — Cod. F *mei autem.* Pro *veneant,* codd. A, B, E, N, T, Cas. 6., Hesychius *venient;* codd. D, O, R, U, Radulfus *veneent;* cod. O adnotat: « Licet debeat dici » *venient,* sicut ab *eo, ient,* forte ob ambi» guam locutionem, in antiquis est *veneent,* » tamen aliqui antiqui habent *venient.* » Codd. G, gothic. leg., Bibl. Brix. 1496., Ven. 1497. 1501., all. *veniant;* cod. V *venundabuntur;* cod. F *venundabitur;* graecus πραθήσεται; sed cf. Holmesius et supra ad vers. 34. Ex evidenti mendo graecus ven. tacet οὐ. Ante *conditione* cod. A addit *in;* Bibl. Ven. 1479., Lugd. 1535., all. legunt *conditionem.* Pro *servorum,* cod. B et goth. leg. *servili;* hebr. עבד.

43. *ne affligas* — Cod. A, Bibl. Ven. 1480. 1498., all. *ne affliges;* Rupertus *nec affliges;* codd. F, U, V, Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1535., all. *nec affligas;* nexum exprimunt syrus, armenus, georg., tres arabes Holmesii.

45. *nati fuerint* — Cod. A *nati sunt.*

46. *ad posteros* — Bibl. Ven. 1480. 1498., all. *in posteros.* Pro *ac possidebitis,* Bibl. Ord. *et possidebitis.*

47. *Si invaluerit* — Cod. B *Si invaluerint;* item, sed mendose, latina versio syri.

48. *potest redimi*—Radulfus *redimi potest.* Post *fratribus* cod. B tacet *suis,* ut slav. ostr. Pro *redimet,* Hesychius et Rabanus *emet.*

49. *consanguineus* — Cod. B *consanguinei.* Pro *Sin,* Hesychius et Rabanus *Si.*

50. *usque ad* — Sixtus, codd. B, C, D, G, R, S, T, U, V, vett. edd., Rupertus, Radulfus *usque in;* hodiernam lectionem sixtini, gregoriani, Toletus ad fidem codd. A, E, F, all. comprobarunt. Iam notavimus ad vers. 10. sixtinos perpetuo scripsisse *iobeleum;* Toletus autem et Rocca, qui superius nil adnotaverant, heic scripserunt *iobileum.* Pro *venditus,* cod. E *venundatus.* Pro *fuerat,* codd. D, T *fuerit.* Post *numerum* cod. F addit *et reddet emptori quod reliquum est annorum numerum;* cf. vers. 52. Pro *rationem,* codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all., Rupertus *ratione.* Pro *supputata,* cod. E *supputanda.*

51. *Si plures* — Rabanus *Si plus.* Pro *re-*

manent, cod. A *remanserint*. Ante *pretium* tacent *et* codd. A, B, E, V; consentiunt hebr. et vett. . . . . .

52. *ponet*—Codd. E, G, R, Bibl. Ven. 1476. 1480., all., Rabanus *ponent*. Mox cod. A tacet *cum eo*. Pro *iuxta annorum numerum*, Hesychius *iuxta pretium et numerum annorum*. Dein cod. E tacet *et*.

53. *conspectu tuo* — Cod. A *conspectu suo*.

54. *potuerit* — Cod. A, Radulfus *poterit*.

55. *enim sunt servi* — Codd. E, F, Radulfus *sunt enim servi;* codd. H, R, Bibl. Ordin. *enim servi sunt;* cod. B *enim sunt*.

Cap. XXVI, 1. *Ego Dominus Deus vester* — Haec verba non hoc loco, sed ad superioris capituli calcem ponuntur in Bibl. Rob. Steph. 1545., Paris. 1566., all., quibus concinunt hebr. et veteres, excepto graeco, de quo conf. Holmesius; praeterea Hesychius et Rabanus addunt *qui illa egi, et haec praecepi*. Post *facietis* tacent *vobis* codd. N*, R, Cas. 2., Radulfus; at cod. N notat: « Hebraeus et » antiqui habent *vobis*. » Pro *et sculptile*, Hugo *neque sculptile*, Radulfus *nec sculptile;* item Tertullianus; Augustinus vero (in *Spec. c. XLIV. ed. Maii*) *neque sculptilia;* graecus γλυπτά; sed adsunt codd. legentes γλυπτόν; codd. Cas. 13. tacent *et*. Pro *titulos*, cod. B *titulo;* cod. F *vitulos;* cod. 69. Kennicotti legit מסכה; conf. ad Num. XXXIII, 52. Pro *insignem*, codd. T, U, veteres edd. *Speculi* augustiniani *in signum;* item slav. mosq.; graecus σκοπόν; latina quoque versio samaritani in polyglottis Waltoni habet *in signum*, unde Calmetus hanc lectionem samaritano interpreti adscripsit; verum neque textus, neque interpres samaritanus ab hebraico recedit, de quo recte cod. M notat: « Hebraeus » habet משכית, id est caelatum, vel scul- » ptum; » quod quidem accipiendum est de cippis cum imagine idoli cuiusvis erectis. Mox cod. B tacet *enim sum;* nec legitur in graeco, syro, arabe et duobus codd. derossianis, nec apud Tertullianum. Bibl. Lugd. 1535. tacent *Dominus*, ut cod. 157. Kennic.

2. *pavete ad Sanctuarium meum* — Tacent particulam *ad* Sixtus, codd. C, D, F, G, N, O, P, Q, S, T, U, V, Cas. 2., correctorium sorbonicum, Thomasius I, 34., Bibl. Lovan., Hesychius, Rabanus, Radulfus; hebr. ומקדשי תיראו, graecus ven. τοὐμόν θ' ἱερὸν δείσεῖε. Codd. B, Cas. 1. legunt *pavete a Sanctuario meo;* alexandrinus καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου φοβηθήσεσθε; lectionem hodiernam instaurarunt sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem codd. A, E, all. et veterum editionum.

3. *pluvias*—Codd. B, V, Miss. Moz. p. 852., Hesychius, Rabanus, Sedulius Scotus CIII, 320. *pluviam;* conf. Deut. XI, 14.; accedunt Augustinus cum graeco et pauci codd. hebr. apud De-Rossi.

4. *germen suum* — Hesychius, Rabanus, Sedulius Scotus l. c., Radulfus *fructum suum;* Augustinus *fructus suos*.

5. *Apprehendet*—Cod. A *Apprehendit;* cod. Cas. 1., Hesychius, Rabanus, Radulfus *Et apprehendet;* item hebr. et vett., praeter armenum. Pro *messium*, cod. A non male habet *messis*. Pro *saturitate*, sixtini, codd. A, D, T, Hesychius *saturitatem*, magis latine.

6. *Dabo* — Codd. G 2. m., Cas. 1. *Daboque;* item hebr. et vett. Pro *erit qui exterreat*, Miss. Moz. p. 651. *erunt qui exterreant*. Post *bestias* codd. B, Cas. 2. addunt *a vobis;* margo Bibl. Lugdun. 1550. cum hebr. *de terra;* Augustinus cum graeco habet *ex terra vestra*. Post *transibit* codd. G, V, Cas. 1. addunt *per*.

7. *Persequemini*—Codd. A, C 1. m., D, F, R, T 1. m., Cas. 4., Bibl. Lugd. 1535., Paris. 1566., all. *Persequimini;* ita quoque, at ex mendo, habet editio Bibl. Rom. 1671.

8. *de vestris*—Rabanus IV, 320., Strabus, Richardus Vict. CXCVI, 314., Bibl. Ordin. *de vobis;* accedit Augustinus, cui favent hebr. et graecus. Pro *de vobis*, legunt *ex vobis* codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 14., Bibl. Ordin., Miss. Moz. l. c., Hesychius, Rabanus, Sedulius Scotus l. c., Radulfus, Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1419.; item Augustinus; conf. Holmes. Post *millia* cod. K addit *alienorum*. Pro *gladio in conspectu vestro*, habent *in conspectu vestro gladio* six-

tini, codd. A, C, D, E, F, G, H, S, T, U, V, Hugo, Miss. Moz. l. c., Hesychius, Rabanus, Radulfus, Richardus Vict. l. c., Conc. Aquisgr. l. c.; et ita legendum quoque apud Sedulium Scotum l. c., etsi Maius *(Spicil. rom. VIII, 50.)* ediderit *in conspectu vestro. Gaudio;* quod manifestum est codicis mendum.

9. *multiplicabimini* — Codd. D, F, S *multiplicamini;* margo Ordin. cum hebr. *multiplicare faciam vos;* Rabanus IV, 321. praemittit *et;* concinunt hebr. et vett.

10. *Comedetis* — Codd. H, N *, Cas. 18., Hugo, Radulfus *Et comedetis;* item hebr. et vett.; at codd. N, O notant expungendum nexum; cf. Sabatierius. Conc. Aquisgr. l. c. tacet *et* ante *vetera.*

11. *abiiciet vos*—Petrus Dam. CXLIV, 269. addit *ultra;* Rabanus IV, 321., margo Ordin. legunt *abominabitur vos;* it. Augustinus cum graeco.

12. *Ambulabo* — Codd. H, Cas. 8., Petrus Dam. l. c., Radulfus, Concil. Aquisgr. l. c. praemittunt *et;* it. hebr. et vett.; Brev. Goth. p. CXXVIII. legit *Habitabo;* accedunt Onkelos et Ionathanus qui habent ואשרי. In hebraico textu legitur והתהלכתי, quod proprie est *inambulabo*, sed commode reddi potest *commorabor*, seu *habitabo* in medio vestri, hoc est gratiose praesens vobis adero. Conf. Glassii *Philol. sacra, I, 963.* et Schroederi *Nova ianua.* Plures ex antiquis patribus utramque notionem connectunt, uti Augustinus *serm. 18. in App. t. V.*, Beda II, 424. et, apud Sabatierium, Ambrosius et Hilarius. At omnes isti respexisse videntur ad II Cor. VI, 16. ubi Paullus ait: *Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos;* quae Paulli sententia apud patres saepissime excitatur. Ex his autem Apostoli verbis, priora, nempe *inhabitabo in illis*, vel referuntur ad huius capituli vers. 11., ubi Vulgatus habet *Ponam tabernaculum meum in medio vestri;* vel ad Ex. XXV, 8. XXIX, 45. Ezech. XXXVII, 27.; reliqua vero ex hoc nostro versiculo derivata videntur. Quapropter haud probabilem censemus illorum sententiam, qui apud Paullum duplicem eiusdem vocis interpretationem coaluisse autumant.

Ibid. *Deus vester*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hesychius, Rabanus, Radulfus, Sedulius Scotus, Petrus Dam., Concil. Aquisgr., Miss. Moz. ll. cc. *vester Deus;* accedunt hebr. et vett. Pro *vosque*, Miss. Moz. l. c. *vos*. Pro *populus meus*, cod. R, Bibl. Ordin. *mihi populus;* item hebr. et graecus prout notat cod. O; et ita II Cor. VI, 16.; conf. Sabatierius et Holmes.

13. *Ego Dominus*—Brev. Goth., Miss. Moz. ll. cc., Radulfus *Et ego Dominus;* item armenus. Pro *Aegyptiorum*, cod. B *Aegypti*, cui favent vett. praeter armenum. Pro *vestrarum*, cod. A *vestrum*. Pro *erecti*, sixtini, codd. A, F, Beda II, 1197. *recti.*

14. *omnia mandata mea* — Codd. H, Cas. 12., Concil. Aquisgr. l. c. *omnia praecepta mea;* Hesychius et Rabanus tacent *omnia*, ut graecus, sed conf. Holmes.

15. *si spreveritis* — Cod. L, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., margo Ordin. *sed spreveritis*, graecus ἀλλὰ ἀπειθήσητε; codd. L 2., Q, R, Cas. 3. *et si spreveritis*, ut hebr., chaldaeus, graecus ven. et arabs; at pro Vulgato stant samaritanus, syrus, Aquila, Symmachus, Theodotio et pauci codd. hebr. et chaldaici apud De-Rossi; cod. O notat non esse addendum *et*. Post *iudicia* codd. Cas. 12. tacent *mea*. Ante *ea quae* margo Ord. addit *omnia*, ut hebr. et vett. Pro *et ad irritum*, Concil. Aquisgr. l. c. *ut ad irritum;* favent veteres.

16. *Visitabo vos* — Codd. L (seu Q), Cas. 12., Concil. Aquisgr. l. c. addunt *quoque;* item hebr., chald. et graecus, sed cf. Holmes. et Montfaucon. Post *animas* tacent *vestras* codd. B 1. m., E, Hesychius et Rabanus; pronomen legitur tantum in graeco et arabe, illudque obelo in Hexaplis confixerat Origenes, uti nos docet codex sarravianus. Pro *sementem, quae*, Hesychius *semen, quod;* cod. A interponit *vestram.*

17. *coram hostibus* — Codd. A, Cas. 2. *coram inimicis.* Pro *subiiciemini his*, cod. B

subiiciemini inimicis. Pro *fugietis,* codd. F, N *, V 2. m., Cas. 3. *fugietisque;* cod. A *et fugietis;* his favent hebr. et vett.; at rursum cod. O monet expungendum nexum. Pro *nemine persequente,* codd. E, U *nemini persequentes.*

19. *superbiam duritiae vestrae* — Cod. A, Hesychius, Rabanus, Radulfus *duritiam superbiae vestrae;* accedit graecus; cod. G *duritiae superbiam vestrae.* Pro *vobis caelum,* codd. A, C, D, E, F, H, R, T, U, Bibl. Ordin., Isidorus VI, 87., Hesychius, Rabanus, Radulfus *caelum vobis;* item Hieronymus. Praeterea codd. F, G, V addunt *durum,* cui suffragatur chaldaeus. Pro *sicut ferrum,* codd. R, Cas. 3., goth. legion. *ferreum;* item graecus; sed conf. Holmes. Animadverte Mosem Deut. XXVIII, 23. inverso ordine, caelum dixisse aeneum, terram vero ferream; unde verba Ambrosii a Sabatierio heic prolata (ex *l. 2. c. 4. Hexaem.*) non ad Levit., sed ad Deut. referenda videntur.

20. *non proferet* — Cod. F *nec proferet;* it. hebr. et vett. Pro *germen,* codd. E, Cas. 1. *semen;* concinit graecus.

21. *vestras in septuplum* — Hanc lectionem Sixtina editio invexit; fortuito ne, an data opera non facile dixeris. Veteres editiones et fere omnes codd. habent *vestras usque in septuplum;* apud Hesychium et Rabanum triplex lectio occurrit, nempe *vestras usque septuplum:* et *vestras usque ad septuplum:* et *vestras septuplum;* haec postrema legendi ratio a sixtinis praehabita fuit, eique accedit suffragium codd. A, Cas. 2., Bedae II, 68. Igitur sixtini expunxerant verba *usque in,* quae Sixtus voluisse restituere videtur, sed re ipsa servavit tantum *in:* quum denique gregoriani utrum verba *usque in* abiicienda, vel potius resumenda forent incerti haesissent (prout ex cod. columnensi et ex schedis Angeli Rocca colligitur), lectio sixtinae editionis ad clementinas intacta propagata fuit.

22. *immittamque* — Sixtini *emittamque,* et ita legunt nostri codices (exceptis G, V) omnes, prisci auctores commentariorum, omnesque veteres editiones ante Bibl. Lov. 1547. in quam invecta fuit hodierna lectio, quae inde alias plures edd. occupavit. Pro *bestias,* Hesychius et Rabanus *malas bestias,* ut v. 6. Post *consumant* sixtini; codd. A, B, E, R, Cas. 3., goth. legion., Hesychius, Rabanus, Strabus addunt *et.* Pro *redigant,* Bibl. Compl. et Reg. *redeant.* Pro *fiant,* codd. B, H, Cas. 8., Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg., Paris. 1566., all., Strabus, Radulfus *fient;* item, ex editoris licentia, Vulgatus in polyglottis Waltoni; favent hebr. et vett.; Bibl. Ordin. *viae fient;* cod. E *stabunt.*

23. *nec sic* — Cod. B *non sic;* Radulfus tacet *sic.* Post *disciplinam* margo Ordin. addit *a me,* ut hebr. Pro *sed ambulaveritis,* Bibl. Lovanien. 1547. et reliquae edd. hentenianae *sed et ambulaveritis;* sixtini iure expunxerunt *et,* quod nec in codd. nec in antiquioribus edd. legitur.

24. *adversus* — Cod. A *versus;* alii, quos damnat cod. O, addebant *vos,* uti cod. R.

25. *Cumque confugeritis* — Cod. A *Cumque fugietis.* Pro *in urbes,* Hesychius et Rabanus *ad urbes;* hebr. אל עריכם. Pro *in medio,* codd. C, D, O, R, T, U, Sedulius Scotus l. c., Rupertus *in medium;* codd. B, E praetermittunt quae sequuntur usque ad *vestri* in v. 26. Pro *trademini,* cod. A *tradam;* uti duo arabes holmesiani. Pro *in manibus hostium,* codd. A, H, R, Bibl. Ordin. *in hostium manibus;* codd. C, D, F, G, O, S, T, U, V, Cas. 15., Hugo, Hesychius, Rabanus, Rupertus, Radulfus *hostium manibus;* Sedulius Scotus l. c. *in hostium manus.*

26. *in uno clibano coquant panes* — Cod. A *coquant panes in uno clibano.* Pro *coquant... reddant,* Hesychius semel *coquent... reddent;* favent veteres; Waltonus in polyglottis Vulgato tribuit *coquent,* sed mendose.

28. *et ego* — Cod. B tacet *et;* concinit, sed contra fidem sui textus, latina versio Onkelosi. Pro *adversus vos,* sixtini, codd. A, C 1. m., D, F, H, O, U, Hesychius, Rabanus *adversum vos.* Post *in furore* Hesychius et Rabanus cum Hieronymo III, 441. addunt *meo.*

29. *carnes* — Codd. B, U *carnem*, ut hebr. Post *filiorum* sixtini, codd. A, C, D, E, N, O, S, T, U, V, gothic. legion., Strabus non legunt *vestrorum;* item cod. 44. holmesianus (ex *Addend.* Holm.); cod. N ut demonstret hoc pronomen redundare, provocat ad Ex. III, 22.

30. *excelsa vestra* — Cod. P expungit *vestra;* e contra post *simulacra* (sic enim scribendum, uti monuimus ad Ex. XXXIV, 13.) addunt *vestra* codd. H, L 6., Q, R, Cas. 15., quibus favent hebr. et vett.; at codd. N, O testantur antiquos codices istud pronomen non legere. Post *idolorum* cod. P tacet *vestrorum.*

31. *redigam*—Cod. A *redigantur.* Pro *solitudinem,* Angelus Rocca scripserat *solitudine.* Pro *ultra odorem,* codd. C, D, G, T, U, V, Hugo, Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus *odorem ultra;* cod. E addit *vestrum;* accedunt hebr. et vett.

32. *super ea*—Codd. G, H, U, Cas. 6., Hesychius, Rabanus, Strabus, Radulfus *super eam;* Strabus addit *omnes.*

33. *dispergam* — Codd. G, R, S, Cas. 7., Bibl. Ordin., all. *disperdam.* Pro *in gentes,* Rabanus *inter gentes;* cui favent chaldaeus, syrus et arabs. Post *gladium* codd. G, Cas. 1. addunt *meum.* Pro *civitates vestrae dirutae,* sixtini, codd. B, C, D, N, O, S, T, U, V, Cas. 16., goth. leg., Hesychius, Radulfus *civitates dirutae;* cod. A, Rabanus *civitates destructae.*

34. *placebunt* — Codd. A 1. m., F 2. m. *plangebunt.*

35. *requiescet* — Cod. A *requiescit.* Pro *habitabatis,* codd. A, C 1. m., F, G, R, U, V, Bibl. Paris. 1566. *habitabitis.*

36. *remanserint* — Cod. E *manserint.* Pro *in regionibus,* Radulfus *in regione;* concinit graecus, et primo cod. 18. derossianus, itemque cod. 69. Kennicotti, quem De-Rossi praetermisit. Pro *terrebit eos,* Hesychius *terrebit vos;* item duo arabes apud Holmes. Pro *fugient,* codd. A, F 1. m., Strabus *fugiunt.* Pro *quasi gladium,* cod. B 2. m. *quasi ante gladium.* Pro *persequente,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, N, O, P, S, T, U, Cas. 13., goth. leg., Hesychius, Rabanus, Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *sequente.*

37. *fratres suos* — Hesychius tacet pronomen; item graecus, sed cf. Holmes. Pro *audebit,* cod. E *audiat.*

38. *et hostilis* — Cod. F 1. m. *et hostium,* favent hebr. et veteres.

39. *Quod si et*—Codd. G, V, Bibl. Ordin., Strabus tacent *et.* Pro *in iniquitatibus suis,* margo Ordin. *propter iniquitates suas;* favet graecus, et mox Vulgatus ipse interpretatur *propter peccata* vocem hebr. בעונות; codd. B, R, Radulfus tacent *in;* codd. Cas. 3. addunt *et maiorum suorum;* Cas. 1. addit *et maiorum suorum parentum recordentur;* quae ad sequentem vers. pertinent.

40. *confiteantur* — Cod. P *confitebitur.* Pro *iniquitates suas,* cod. A *peccata sua.* Pro *maiorum suorum,* codd. C, D, F, L 8., N, N*, O, P, R, S, T, U, V, Cas. 5. *malorum suorum recordentur;* postremum hoc verbum additur quoque in Bibl. Ordin., posterioribus edd. Rob. Steph., all.; cod. M hanc lectionem aperte respuit adnotans: « Hebraeus habet » *parentum,* et dicit ibidem glossa: quibus » ipsi similes. Unde quidam male habent *et* » *malorum suorum recordentur.* » At contra scholiastes in cod. N scribit: « Quidam pro » *malorum* ponunt *maiorum,* et dimittunt » quod dicitur *recordentur;* quia, ut eis vi- » detur, illud hebraeus non habet. Sed he- » braeus sic habet: *Confitebuntur iniquitates* » *suas et iniquitates patrum suorum* (in) *con-* » *temptibus,* quod est in recordatione contem- » ptuum, seu *malorum.* » Cf. Lucas Brugensis. Pro *quibus,* codd. Cas. 3. *qui.* Pro *ambulaverunt,* cod. B *ambulaverint;* codd. G, Cas. 2. *ambulabunt.*

41. *et ego* — Cod. E tacet. Mox ante *tunc* codd. G, R et nonnulli Cas. addunt *et,* quod cod. O notat expungendum; legitur tamen in hebr. et vett.

42. *Iacob, et Isaac, et Abraham* — Codd. C 2. m., goth. leg., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1498., all., Radulfus *Abraham, Isaac, et Iacob;* item cod. 55. holmesianus.

43. *rogabunt pro peccatis suis*—Cod. F *pro peccatis suis rogabunt.* Pro *abiecerint . . . despexerint,* cod. F, Hesychius, Rabanus *abiecerunt . . . despexerunt;* nec obstant vett.

44. *Et tamen*—Sixtus, veteres edd. et plures codd. *Attamen;* Toletus notat: « Lege *Et* » *tamen;* sic mss. et utraque Congregatio. » Nempe sixtini et gregoriani cum codd. A, B, H emendarunt. Mox tacent *etiam* codd. B, Cas. 9., Bibl. Ven. 1533., Hesychius, Rabanus, Strabus. Pro *abieci,* cod. E *abiiciam.*

45. *quando eduxi* — Hesychius *quoniam eduxi.* Radulfus praetermittit *in conspectu gentium.* Post *ut essem* cod. A addit *Dominus.* Pro *ego Dominus,* cod. Cas. 1. *ego sum Dominus;* item graecus, at cf. Holmesius; Sixtus cum antiquis edd. et plerisque codicibus addit *Deus;* at Toletus: « Dele *Deus;* sic hebr., » graecus, mss. et utraque Congregatio. » Revera sixtini et gregoriani, consentientibus codd. A, H, L 3., Q, all., illud nomen expunxerunt; conf. Bukentopius p. 395. et Lucas Brugensis; cod. Cas. 1. addit *Deus vester,* uti cod. 181. Kennic. אלהיכם.

Ibid. *Haec sunt iudicia atque praecepta* — In hoc capitulo post Robertum Stephanum veteres edd. versiculos 46. habent; nam a laudatis verbis cum hebr. et graeco novum versiculum exordiuntur. At quum princeps editio Clementis VIII. numerum 46. notare in margine neglexisset, ea quae sequuntur, sub numero 45. in reliquis quoque editionibus exhibentur. Sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, N, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hesychius, Rabanus, Radulfus *Haec sunt praecepta atque iudicia;* item hebr., chald., graecus ven. et arabs. Pro *Dominus inter se,* cod. B *Deus inter se;* cod. E *Dominus Deus inter se.* Pro *et filios,* Sixtus cum antiquis fere omnibus edd. multisque codd. *et inter filios;* at Toletus: « Non habetur *inter* in mss., et utraque Con- » gregatio abstulit: habetur tamen in he- » braeo et graeco, et multis impressis. » Sixtini nempe ac clementini (nam gregoriani, teste cod. columnensi, nihil definierunt), suffragantibus codd. A, E, Cas. 11., Bibl. Lugd. 1535., illam particulam abiecerunt; cf. Bukentopius l. c. Pro *per manum,* cod. B *in manu;* accedunt hebr. et vett. Post *Moysi* cod. F addit *de his qui semetipsos voverint Deo;* quod est sequentis capituli argumentum.

Cap. XXVII, 2. *et spoponderit Deo* — Codd. C, D, O, T, U, V, Thomas. I, 34., Hugo, Rupertus *et voverit, et spoponderit Deo;* quod supervacaneum est additamentum; praecedit enim *votum fecerit;* pro *Deo,* Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535. *Domino,* ut hebr. et graecus; nota codicem a lovaniensibus pro hac lectione laudatum, ipsam esse Compl. edit.; cod. H et Strabus tacent *Deo.*

3. *a vigesimo anno* — Tacent *anno* sixtini, codd. A, E, F, Cas. 13., Hesychius et Rabanus; item cod. 166. Kennic.

5. *A quinto autem* — Cod. R, Radulfus et Strabus tacent *autem.* Pro *femina,* codd. R, S, Cas. 4., margo Ordin., Strabus *mulier,* ut vers. 4.; item vers. 7.

6. *usque ad* — Codd. D, T, U *et usque ad;* favent hebr. et vett. plerique.

8. *et aestimationem*—Codd. G, L 2. (seu Q), O, R *et ad aestimationem.* Pro *valebit,* cod. B, Hesychius, Rabanus *valuerit;* cod. A *valuit.* Pro *stabit,* sixtini et primo gregoriani cum cod. A *statuet;* hebr. והעמידו.

9. *voverit* — Codd. H, L, Q, priores edd. Rob. Steph., Radulfus addunt *Domino;* item hebr. et veteres.

10. *non poterit*—Hesychius et Rabanus *non potest.* Pro *nec melius,* cod. A *ne melius.* Pro *quod mutatum est, et illud pro quo,* cod. S et Radulfus legunt tantum *et quod;* cf. ad v. 33.

11. *Animal* — Addunt *autem* codd. G, H, L 13., Q, R, Cas. 17.; item hebr. et vett., praeter slav. ostrog. et georg.; mendose reticetur copula in latina versione samaritani textus. Pro *potest,* cod. E *poterit.* Pro *adducetur,* Hesychius *adducatur.*

12. *qui iudicans* — Sixtus, veteres edd. et plerique codd. *qui diiudicans;* sixtini ad fidem codd. A, E, aliorumque paucorum emendarunt, quorum correctionem Toletus, etsi gregoriani haesissent, praetulit.

13. *quod si dare*—Cod. H notat hebraeum legere *quod si redimere;* eique consentiunt omnes veteres interpretes. At temere hanc lect. in textum recepit Robertus Steph. in ed. an. 1532., quem imitati sunt editores Bibl. Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., Lugd. 1542. Pro *voluerit is*, Bruno ast. *valuerit*, cod. E tacet *is*. Pro *offert*, codd. A, F, G, Cas. 12. *offeret*. Pro *supra*, veteres edd. longe plures *super;* ad fidem codicum paene omnium emendarunt sixtini. Mox pro *aestimationem*, codd. A, C, D, F, N, O, P, T, U, Cas. 14. *aestimationis;* Lucas Brugensis adnotat: « Melius est *supra*, quam *super;* geni- » tivus autem *aestimationis* positus a quibus- » dam, non est ferendus. » At vero scholiastes cod. N scribit: « Antiqui habent *supra* » *aestimationis;* quod autem dicitur *supra* est » hic adverbium, sicut infra cum dicitur » (v. 15.) *dabit quintam partem aestimationis* » *supra*. » Bruno ast. *praeter aestimationem*.

14. *sanctificaverit*—Codd. G, O, R, V, Cas. 4. addunt *eam*. Post *considerabit* codd. G, R, Cas. 2. tacent *eam;* cod. T legit *etiam*. Pro *an mala*, Bibl. Reg. mendose, ut videtur, *aut mala*. Pro *iuxta pretium, quod*, Radulfus *iuxta quod;* accedunt hebr. et vett., excepto syro. Pro *venundabitur*, cod. E *venietur;* Hesychius et Rabanus *venundetur;* conf. ad vers. 16.

15. *sin autem*—Hesychius, Rabanus, all. *si autem*. Post *domum* cod. Cas. 1. addit *suam*.

16. *consecraverit* — Codd. A, Cas. 1. addunt *illum;* Concil. Aquisgr. l. c. legit *consecravit*. Pro *modiis hordei*, Hugo *hordei modiis;* cod. E tacet *hordei*. Pro *seritur*, codd. Cas. 15. *seretur*. Cod. M notat: « Hebraeus habet *si* » *modio hordei seritur;* nec addit *terra*, vel » *ager*, quia de praecedenti intelligitur. » Codd. N*, O notant legendum *terra*, non vero *ager*, prout habet cod. R. At scholiastes codicis N scribit: « Nihil valet notula super hoc » dicens, quod hebr. non habet *terra;* quan- » do enim de terra sua quis loquitur, num- » quam terram nominabit, sed dicet: ego ha- » beo semen triginta modiorum. De sensu » igitur accepit interpres. » Pro *venundetur*, sixtini, codd. A 2. m., C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 10., Hugo, Bruno ast. *vendetur;* Hesychius *venietur;* Rabanus *vendet;* cod. gothic. legion. *veniet*.

17. *ab anno* — Primo deerat in cod. F. Perperam Vallarsius notat Vulgatum pro *incipientis* legere *accipientis*, quod nullibi exstat praeterquam in mendosa Calmeti editione. Pro *quanto . . . tanto*, codd. A, B, G, N*, R, V, Bruno ast. *quantum . . . tantum;* codd. Cas. 14., Bibl. Ordin., Hugo *quantum . . . tanto*.

18. *sin autem* — Cod. G, Rabanus tacent *autem*, uti slavon. ostrog., georg. et cod. 4. Kennic. Pro *aliquantum*, cod. R, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *aliquantulum*. Pro *detrahetur*, Bruno ast. *detrahent*.

19. *redimere agrum ille* — Cod. F *agrum ille redimere*. Pro *possidebit eum*, Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *possidebit eam*.

20. *Sin autem* — Codd. B, G, Hesychius, Rabanus *Si autem*. Pro *noluerit redimere*, cod. R, Bibl. Ordin. *redimere noluerit;* Bruno ast. *voluerit redimere;* cf. ad Gen. XXXIV, 17. Negationis particulam omittunt georg. et cod. 80. Kenn. Pro *venundatus*, Radulfus *venditus*.

21. *venerit* — Cod. F *venerint*. Pro *pertinet*, Bruno ast. *pertinebit;* nec repugnant hebr. et vett.

22. *emptus est*—Sixtini, codd. A, E, G, S, Cas. 2., gothic. legion., Hesychius, Strabus tacent *est*. Pro *fuerit*, cod. A 1. m. *erit*.

23. *annorum numerum*—Hesychius *numerum annorum*. Cod. B tacet *et* ante *dabit*. Pro *qui voverat eum*, Sixtini, gregoriani, codd. A, F *quod voverat;* his accedunt hebraeus et vett.; Hesychius et Rabanus *qui votum voverat*.

24. *in sorte*—Legunt *in sortem* primo sixtini, codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Hesychius, Rabanus, Bruno ast.

26. *ad Dominum* — Sixtus, Bibl. Venet. 1476., Roberti Steph., Lov., all., Hesychius,

Strabus, Humbertus Card. CXLIII, 1181. *ad Deum;* at Toletus: « Corrige *ad Dominum;* sic » hebr., graecus, Reg., Complut. et Congre- » gatio. » Concinunt omnes vett. in polyglottis et in Hexaplis; itemque latini codd.; hinc recte emendarunt sixtini et gregoriani. Post *fuerit* cod. Cas. 1. addit *quia*.

27. *est animal* — Cod. R, Bibl. Ordin. *animal est*. Pro *obtulit*, codd. F, G, R, Cas. 5., Hesychius, Rabanus, Humbertus Card. l. c. *obtulerit*. Pro *aestimationem tuam*, legunt *aestimationem suam* Sixtus, codd. A, C 1. m., D, E, F, G, R, S, T, U, V, veteres Vulgati edd. fere omnes, Hesychius, Radulfus, Humbertus; accedunt graecus, arabs et tres targumim; immo diserte Radulfus: « In superiori- » bus sacerdos his quae redimuntur statuit » pretium: hic autem iuxta aestimationem of- » ferentis redemptio fit. » E contra Toletus scribit: « Lege *tuam;* sic hebr., mss. et Con- » gregatio. » Ita enim legendum censuere sixtini et gregoriani, quibus adstipulantur codd. B, C 2. m., H, L 2. (seu duo sangermanenses a Stephano laudati), Cas. 6., Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1533., Heidelb. 1586.; item cum hebraeo samaritanus, graecus ven., persa; pro hac lectione Lucas Brug. animadvertit nullo modo probabile esse, emptori commissam rei emendae aestimationem, praesertim cum sacerdoti aestimatio commissa sit vers. 12. ubi de animalibus redimendis sermo est. Optimam esse hodiernam Vulgati lectionem nos quoque censemus; at tamen si altera, quae gravissimos sane testes habet, admittatur, non ideo rei emendae aestimationem ab emptore faciendam praescriptum esse putamus; nam αὐτοῦ non ad emptorem, sed ad animal redimendum referri debet. Idque, nostra quidem sententia, egregie declaravit Alfonsus Tostatus scribens: « Dici- » tur *iuxta aestimationem suam;* id est iuxta » aestimationem, quam habet animal impo- » sitam per sacerdotem. » Hesychius et Rabanus animadvertunt quidem heic non dici animal aestimatum a sacerdote; at non asserunt pretium ab emptore constitutum; immo potius notant primogeniti redimendi iustum pretium supponi, ultra quod emptor quintam partem solvebat; huic autem sententiae syrus, qui pronomen tacuit, suffragatur.

Ibid. *vendetur alteri quantocumque* — Sixtini cum cod. A *vendetur quantocumque;* nam τό *alteri* neque in hebr. neque apud veteres interpretes legitur; Sixtus cum antiquis Vulgati edd. paucisque codd. *vendetur alteri quantumcumque;* gregorianis hodiernam lectionem debemus, quibus plerique codd. consentiunt.

Ibid. *a te fuerit aestimatum* — Ita merito gregoriani cum codd. A, B, E, H; his proxime accedunt sixtini, Toletus et Rocca, qui scribunt *fuerit a te aestimatum;* conf. Ungarellii Proleg. §. XXIV.; Sixtus cum antiquis editionibus *fuerit ante aestimatum;* Bibl. Ord. tacent *ante* (seu potius in marg. referunt), quibus favent codd. C, D, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 5., Humbertus Card. l. c.; cod. F et Radulfus *ante fuerit aestimatum*. Lucas Brugensis: « Recte correctores romani unam vo- » culam *ante*, quae a plerisque legebatur, » distraxerunt in duas *a te;* repetitur enim » hebraice *iuxta aestimationem tuam*. » Conf. Bukentopius p. 150.

28. *consecratur* — Non male cod. B *fuerit consecratum*. Pro *homo fuerit*, codd. A, goth. leg., Hesychius, Rabanus, Agobardus CIV, 233., Humbertus l. c., Placidus CLXIII, 634. *homo erit;* Concil. Exon. ed. Hard. VII, 1110. *fuerit homo*. Pro *vendetur*, Sixtus, cod. E. vett. edd. longe plures *veniet* (nonnulli scribunt *vaeniet*); Hugo *veneet;* cod. goth. leg. *venundetur;* Bibl. Compl. et Reg. *veneat;* cod. A, Hesychius *venietur;* Agobardus l. c. *venundabitur;* Petrus Dam. CXLV, 674., Placidus l. c. *vendi;* Toletus scribit: « *Lege ven-* » *detur;* sic mss. et utraque Congregatio. » Revera sixtini, primo gregoriani, clementini, codd. B, C, D, E, all. plures hodiernam lectionem praeferunt. Pro *poterit. Quidquid*, Bibl. Paris. 1566. *poterit quidquid*, et periodum claudunt post verbum *consecratum;* minus recte; Petrus Dam. l. c. addit *enim*. Pro

sanctum, Rabanus *sancta*, uti cod. 72. holmesianus.

29. *consecratio* — Cod. Cas. 1. *oblatio*. Pro *morietur*, codd. A, E, Strabus *moriatur*.

30. *de frugibus, sive de pomis arborum* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *de pomis arborum, sive de frugibus;* Pirminius LXXXIX, 1042., Capitul. Franc. CXXXVIII, 582. *de fructibus* etc. Mox cod. E tacet *illi*.

31. *voluerit redimere*—Cod. A, Strabus *redimere voluerit*.

32. *bovis et ovis*—Codd. B, F, V, Egbertus LXXXIX, 390., Hesychius, Capitul. Francor. l. c., Pirminius l. c. *boves et oves;* cod. A *boves, oves;* cod. G *oves et boves;* cod. R *ovis et bovis*. Pro *et caprae, quae*, Hesychius *caprae quae;* Rabanus *capraeque quae;* at isti in suis Comm. graecum sequuti tacent *et caprae;* quibus accedunt Ionas aurel. CVI, 206. et Conc. Troslei. ed. Hard. VI, 521. qui hunc locum partim ex Vulgato, partim ex veteri itala proferunt, quod Sabatierio adnotandum fuisset; legunt enim: *Omnes decimae boum et ovium, et omne quod transit sub virga, et in numerum, decimum quodcumque venerit, sanctificatum erit Domino. Non mutabis illud bonum malo, neque malum bono*. Cf. Augustini *Spec. c. LIX. ed. Maii*. Ceterum Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535. tacent *et caprae;* cod. H notat hebraice non legi, neque in ullo ex antiquis interpretibus legitur. At in latinis codicibus numquam desideratur; codex enim a lovaniensibus excitatus ipsa est Complut. editio. Ex eo quod hebr. vox צאן alias in Vulgato bene reddatur *pecus*, Bukentopius p. 150. concludit hebr. non praetermittere *et capra;* nam heic Vulgatus pro צאן posuit *oves et capras*, id enim est *pecus;* proindeque nil in Vulgato superfluum est. Conf. Gesenii *Thesaur. p. 1144. et seq.* Pro *virga*, Prudentius trecen. CXV, 1426. *iuga*. Pro *decimum*, cod. E *decimatum;* Concil. Aquisgr. l. c. *ad decimum*. Pro *venerit*, Humbertus l. c. *transierit;* cod. V *fuerit*.

33. *eligetur* — Prudentius trec. l. c. *legetur;* Pirminius l. c. *commutabit;* itala *mutabis*. Pro *mutaverit*, codd. E, N *commutaverit*. Pro *et quod mutatum est*, codd. Cas. 10., Concil. Aquisgr. l. c. *et quod mutat, et quod mutatum est;* gothic. legion. *et quod mutatur, et quod mutatum est;* codd. G, H, V *et quod mutavit;* Radulfus *et quod mutaverit*.

Ibid. *et pro quo mutatum est* — Haec desiderantur in codd. B, D, E, N, O, T, U, Cas. 13.; item apud Pirminium et Humbertum ll. cc.; scholiastes cod. N adnotat: « Hic » sicut supra (v. 10.) apponunt quidam de » hebraeo *et pro quo mutatum est;* sed quia » non erat dubium de illo, de quo placitum » vel pactum erat, non est necessarium, » praesertim cum ipsa copulativa coniunctio » *et* interposita satis idem significet. » Conf. Lucas Brugensis. Mox cod. Cas. 1. tacet *Domino;* quod praeter Vulgatum, solus arabs legit. In Capitul. Franc. l. c. ordo verborum huius versiculi et sana lectio turbatur; sic enim legitur *Si quis mutabitur, et quod mutat, et quod mutabitur sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur, et non redimetur*.

34. *Moysi* — Codd. F, V, Cas. 3. *per manum Moysi*. Ante *ad filios* codd. R, Cas. 14. cum slav. ostrog. addunt *et*, quod in cod. O expungitur.

NUMERI

Liber Numeri, hebraice Vaiedabber — Huius hebraicae vocis interpretationem *id est Et locutus est*, quam lovanienses aliique plures addebant, expunxerunt sixtini (cf. dicta ad titulos superiorum librorum), qui praeterea primo scripserant *Liber Numerorum;* Sixtus vero, qui ediderat *Liber Numeri*, extremam litteram superinducta cerussa deleri mandavit: hanc autem lituram non alia de caussa factam dixeris nisi ut vox decurtata legeretur *Numerorum*. Editiones quoque clementinae, etsi in ipsa libri fronte ponant titulum supra memoratum, tamen in superiori paginarum ora perpetuo habent *Liber Numer.* Hinc Marchandus in *Amoenitatibus litterar. t. IV.* existimat nostras edd. in huius libri titulo mendose legere *Numeri* pro *Numerorum*. At compertum nobis est illam lectionem apposite gregorianos praetulisse, quam diu receptam, neque mendosam esse noverant; perinde ac si diceretur *liber qui appellatur* ΑΡΙΘΜΟΙ.

Cap. I, 1. *Locutusque* — Codd. F, G, R, Cas. 6., Bruno ast. *Locutus;* diserte Petrus Com. scribit: « *Vaiedabber* sonat *et locutus* » *est;* apud nos tamen *et* non habetur; » concinit georg.; cod. M adnotat: « Hebraeus sem- » per habet *Vaiedabber*, quod interpretatur » *Et locutus est; vau* enim sonat *et; dabber,* » *locutus est:* unde et liber iste ex hoc no- » minatur. » Mox codd. Cas. 9., Thomas. I, 39. tacent *in deserto Sinai*, ut cod. 46. holmes. Post *foederis* Rabanus addit *Domini*.

2. *Tollite* — Codd. N, Cas. 9., Beda II, 358. *Tolle;* item syrus, georg., arabs apud Holmesium et novem graeci codd.; contra fidem sui textus singularem numerum exprimit latina versio Onkelosi; conf. ad IV, 2.

3. *ex Israel* — Cod. Cas. 1. *in Israel;* cf. Sabatierius. Pro *numerabitis eos*, codd. F, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Steph., all. *numerabitis eas;* item Vulgatus in polyglottis Waltoni, qui quum clementinam recensionem, uti par erat, professus fuisset se daturum, eruditos hactenus fefellit; illam enim saepius deseruit, aut mendis turpiter foedavit.

5. *De Ruben* — Iterum mendose Waltonus *De Reuben*. Codd. C, D, F, G, O, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus, Rupertus, Hugo *De tribu Ruben;* item coptus et arabs 3. Holmesii. Idem additamentum plerique ex laudatis latinis testibus habent in singulis versiculis sequentibus usque ad 15. Praeterea Rabanus hoc loco addit *erat;* in sequentibus vero *princeps erat*. De *Sedeur* cf. ad VII, 30.

6. *Salamiel* — Cod. H *Selumiel*, ut hebraeus; Bibl. Lugdun. 1535. *Salumihel;* mendose apud Rabanum *Gamaliel*. Pro *Surisaddai*, alias lovanienses, quos sequutus est Sixtus, *Suri-Saddai*, uti habent multi codices hebraici; conf. ad VII, 36.

7. *Nahasson* — Huius nominis scribendi ratio non tantum apud veteres codd. et edd. variat, sed in ipsa vulgata editione; alias enim scribitur *Naasson*, alias *Nahason;* conf. ad Ex. VI, 23.

9. *Eliab* — Tum apud latinos, tum apud graecos huic nomini quandoque praemittitur

adspiratio; saepius abest. Pro *Helon*, quidam mendose *Helom*, alii *Elon;* item X, 16.

10. *Ammiud* — Cod. B *Ammiod;* alii scribunt *Amiud*, graecus Ἐμιούδ. Pro *Phadassur*, Sixtus, Bibl. Rob. Steph. 1532. 1540., Lov., all. *Phadasseur*, quod emendarunt sixtini, gregoriani et Toletus; conf. Bukentopius p. 395.; item VII, 48. 54. X, 22. 23.

11. *Gedeonis* — Codd. H, O *Gedeoni;* cod. O adnotat: « Non est hic nominatus *Gedeon* » sicut in libro Iudicum, sed *Gedeoni*, et » est indeclinabile; sicut patet per hebr. et » graecum. » Item X, 24.

12. *Ahiezer* — Cod. F, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Rupertus *Abiezer;* mendosius Bibl. Paris. 1566. *Aliezer;* conf. ad X, 25. Pro *Ammisaddai*, cod. B *Ammiseddai;* cod. H, Bibl. Ordin., Reg., all., Rabanus *Amisaddai;* mendose Waltonus *Amisaddar.*

13. *Phegiel* — In huius nominis scriptione mire dissentiunt libri. Sixtini cum codd. A, B *Phagiel;* item hebraeus; cod. H *Phagahiel*, graecus Φαγαϊήλ; codd. D, F *Pheihel;* codd. C, T, U *Pheziel;* alii aliter; immo unus idemque codex modo hanc, modo aliam lectionem sequitur. Pro *Ochran*, cod. B *Acharan;* cod. H *Achran;* item VII, 72. X, 26.

14. *Eliasaph* — Codd. F, U, Bibl. Lugdun. 1569. *Elisaph;* graecus Ἐλισάφ, hebr. אליסף, sed non pauci codd. אליאסף, conf. Kennic. et Brunsius in *Repert. Or. t. XII.;* cod. B *Elisaphath*, ut georg.; codd. R, S, Cas. 2., margo Ordin. *Eliasaphan;* accedunt armenus et pauci codd. graeci. De his qui praemittunt adspirationem conf. ad III, 24. Pro *Duel*, cod. H cum hebr. *Dehuel.*

15. *Ahira* — Rabanus *Ahiram;* cod. M notat Hieronymum aliosque ex graeco legere *Achira;* cf. Holmes. Pro *Enan*, sixtini, primo Rocca, codd. A, C, D, H, R, S, U, Rupertus *Henan;* codd. G, Cas. 2., Rabanus, margo Ord. *Henon;* hanc lect. cod. M tribuit Hieronymo et Rabano; cf. ad II, 29. VII, 78. X, 27.

16. *capita exercitus* — Margo Ordin. *capita millium;* concinunt hebr. et vett.; graecus χιλίαρχοι, conf. Sabatier.

17. *omni vulgi* — Cod. F *omnis vulgi.*

18. *recensentes eos* — Bibl. Ordin. tacent *eos.* Pro *et nomina*, cod. F *ac nomina.* Mox cod. A 1. m. omittit *anno*, ut cod. 109. Kenn.

20. *De Ruben* — Cod. B 2. m. *De filiis Ruben;* hanc formulam sequitur Vulgatus in verss. 22. 24. 26. 28. 30. 32. 36. 38. 40. 42.; hebr. ויהיו בני ראובן. Pro *Israelis*, Bibl. Ordin. *Israel;* cf. ad Ex. VI, 14. Pro *generationes*, Bibl. Ven. 1476., all. *cognationes;* Augustinus *propinquitates.*

22. *per generationes* — Cod. S *per cognationes;* item verss. 24. 26. 28. 32. 38., conf. ad vers. 34.; addunt *suas* codd. G, H, L, Q, R, V, Cas. 5.; item hebr. et vett.; at in sequentibus verss., ubi haec formula repetitur, pronomen Vulgatus perpetuo tacet. Laudati autem codd. illud exhibent quoque ad vers. 24. Pro *et familias*, cod. H *ac familias;* item mendose Sabatierius. Post *recensiti* Bibl. Rob. Steph. 1545. tacent *sunt.*

24. *recensiti sunt . . . qui ad bella procederent* — Cod. B *qui potuissent ad bellum procedere recensiti sunt;* codd. F, Cas. 13. *recensiti sunt . . . qui poterant ad bellum procedere;* uti in verss. 26. 30. 32. 34. 36. 38. 40. 42., excepta voce *bellum*, de qua cf. ad vers. 28. Pro *a viginti annis*, codd. V, Cas. 1. *a vigesimo anno*, uti habet Vulgatus in aliis locis, praeter vers. 34.

28. *ad bella* — Cod. B *ad bellum*, uti in verss. 20. 22.; at in sequentibus Vulgatus retinet numerum pluralem.

30. *per nomina* — Cod. Cas. 1. *nominibus*, ut in verss. 36. 38. 42.

32. *et familias* — Biblia henteniana praetermittunt nexum, quem recte sixtini cum reliquis latinis addiderunt; licet enim in hebr. et graeco non legatur, tamen a Vulgato in hac formula numquam omittitur, eique concinunt georg. et slav. ostrog.

34. *per generationes* — Cod. S, Bibl. Lugd. 1535. *per cognationes;* cf. ad v. 20. et 22. Pro *per nomina*, cod. F *nominibus;* cf. ad v. 30.; hinc mendose in cod. T. *per nominibus.*

37. *triginta* — Cod. B. 1. m. *viginta* (sic).

38. *recensiti sunt* — Cod. E tacet *sunt*. Pro *a vigesimo anno*, cod. B *a viginti annis*, ut in vers. 24. et 34.

43. *tria millia* — Cod. A *quatuor millia*. Pro *quadringenti*, cod. B 1. m. *trecenti*.

44. *et duodecim* — Tacent *et* cod. T, Bibl. Paris. 1566.

45. *Fueruntque omnis numerus filiorum* — Codd. B, F, M, T, V, Cas. 3., Urbinas apud Vallarsium, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *Fueruntque omnes filii;* Aquila, Symmachus et Theodotio πάντες οἱ ἐπεσκεμμένοι υἱοί; codd. A, C, D, E, N, O, P, nonnulli Cas., Bibl. Ord., Hugo *Fueruntque omnes filiorum;* cod. G. legit tantum *Fueruntque omnes;* cod. R *Fueruntque omnes simul filiorum;* Martianaeus scribit: « In mss. » legimus *Fueruntque omnes filiorum*, aut *Fue-* » *runtque simul omnes filiorum* (ex nostris » ita habet cod. S). In Aniciensis autem ec- » clesiae ms. codice, qui nunc est in bibl. » colbertina 157. prima manu scriptum fuis- » se videtur *Fueruntque omnes supputati filio-* » *rum;* quae lectio optima esset; sed duo » verba scalpro deleta sunt, et supra posi- » tum est *simul*, ut hoc modo legatur *Fue-* » *runtque simul filiorum;* » prout legitur in codice gothico legionensi. E contra in cod. O monemur non esse addendum *simul*. Ante verba *qui poterant* codd. T, V addunt *omnes;* accedunt hebr. et vett.

46. *virorum* — Cod. B tacet; cod. H notat id in hebraeo deesse.

47. *in tribu* — Codd. G, V, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540., all., Petrus Dam. CXLV, 547. *in tribubus;* Bibl. Rob. Steph. 1545. *in tribus*.

48. Bibl. Ven. 1482., Hugo, aliique ab hoc versiculo incipiunt cap. II., idque antiqua manus adnotavit in cod. 130. Holmesii.

49. *pones* — Sixtini, codd. A, B, C, D, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 23., Thomas. l. c., Rabanus, Agobardus CIV, 133., Petrus Dam. l. c., Philippus de harv. CCIII. 669. *ponas;* mendose Vallarsius et editores Patrologiae XXVIII, 346. *ponam*.

50. *constitue* — Codd. N*, R, V, Cas. 4., veteres edd. ante stephanicam an. 1545. paene universae, Beda II, 359., Agobardus l. c., Rabanus, Philippus de harv. l. c. *constitues;* item Ambrosius, cf. Holmes. Pro *testimonii et cuncta ... pertinet. Ipsi*, codd. F, U, Bibl. Paris. 1566. *testimonii. Cuncta ... pertinet ipsi;* omittunt quoque particulam *et* codd. A, B, C, D, E, G, O, R, T, V, Cas. 15., quibus favet Bruno ast., qui post *ipsi portabunt* addit *et;* Rabanus legit *et super cuncta*, et post *erunt* addit *ei*, ut hebr. et graecus. Post *ministerio* codd. V, Cas. 1. addunt *eius*. Ad *metabuntur* codd. N*, R, S, V, Cas. 6. praemittunt *castra*, quod in cod. O expungitur.

51. *Cum proficiscendum* — Codd. Cas. 2. *Cumque proficiscendum;* hebr. et vett. favent. Pro *deponent*, mendose apud Rabanum *disponent*. Pro *castrametandum*, Sixtus, codd. B, C, D, F, R, S, T, U, V, Cas. 11., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph. 1540., Lov., all., Rabanus *castra metanda;* sixtini et gregoriani ad fidem aliorum codicum emendarunt, unde Toletus: « Lege *castrametandum;* sic Ordin., mss. et » utraque Congregatio. » Cf. Lucas Brugensis. Post verbum *erigent* margo codicis B addit *et ipsis in gyro castra constituentibus, reliqui secundum divisionem et tribuum tentoria collocabunt*. Cf. vers. 50. et 53. Pro *externorum*, « multa scripta, ait Brugensis, legunt » *exterorum;* (ita cod. G); Rabanus *extraneo-* » *rum*. Annotavit autem et Rabanus, intelligi » hoc loco, etiam Israelitas, qui de tribu » Levi non sunt. » Cf. ad III, 10. Pro *occidetur*, Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1418. *morte moriatur;* item Ambrosius; Fabianus PP. apud Hard. I, 127. *morietur;* uti Augustinus; graecus ἀποθανέτω, sed nonnulli codd. ἀποθανεῖται.

53. *fiat* — Cod. B *fiet*. Pro *super*, Bibl. Ordin. *supra*. Pro *in custodiis*, cod. Cas. 1. *in suis custodiis;* cod. B addit *singulorum;* cod. H monet hebr. legere *in custodia*.

Cap. II, 2. *per turmas* — Codd. G, V, Cas. 15., Thomas. I, 35., Rabanus addunt *suas;* mox codd. Cas. 7. tacent *signa;* cod. H notat

hebr. non legere *atque vexilla;* nam Vulgati verbis *per turmas, signa, atque vexilla,* in hebraeo respondent על דגלו באתה. Pro *filii,* Sixtus, codd. B, E, F, G, R, U 2. m., Cas. 9., gothic. legion., posteriores edd. Rob. Seph., Biblia henteniana, all. *filiorum,* quod minus aptum esse censuit Brugensis; cf. Bukentopius p. 395.; ad fidem quamplurimorum codicum emendaverant sixtini; gregoriani in cod. columnensi dubium reliquerunt, at Toletus: « Lege *filii;* sic Compl., Reg., Ordin., » mss. et utraque Congregatio. »

3. *Ad orientem*—Cod. F addit *Isachar, Iudas, Zabulon, hii tres tribus habuerunt virorum post multorum ·C·LXXX· sex millia quadringenti;* cod. V addit *Isachar, Iudas et Zabulon. Hae tres tribus habuerunt virorum pugnatorum ·C·LXXX· sex millia ·CCCC·* Conf. vers. 9. unde istud scholion derivatum videtur. Post *tentoria* cod. E addit *sua.*

4. *omnis* — Rabanus et Hugo *omnes.* Pro *sexcenti,* codd. A, B, C, D, E, F, N, O, P, T, U, V, Cas. 12., goth. leg., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all. *sexcentorum;* pro hac lect. scholiastes cod. N scribit: « Sicut in » praecedenti capitulo (I, 21.) dicebatur *mil-* » *lia quingenti,* et masculinum neutro appo- » nebatur, sed substantivatum substantivato, » ut I Paral. XVIII. (v. 5.); sic et hic geni- » tivus nominativo, sed diversis regiminibus » coniunctim legendi sunt hoc modo *summa* » *fuit LXXIIII. millia,* cum his exercitus *sex-* » *centorum;* substantivatur enim quod dici- » tur *sexcentorum.* Similiter II Paral. XXVI. » (v. 12.) *virorum fortium duo millia sexcen-* » *torum.* Sed haec, et illa quae super I Paral. » XII. (v. 35.) mutaverunt, sicut et hic, et » infra III. (v. 22.) » Utrum nostri scholiastis sententia cum grammaticorum placitis congruat valde dubitamus; illam certo loca ab ipso excitata minime confirmant. Hinc recte sixtini, quos reliqui censores sequuti sunt, cum codd. G, H, N*, S, Cas. 11., Rabano, antiquisque edd. longe plurimis, hodiernam lectionem comprobarunt.

5. *castrametati sunt* — Margo Ord. *castrametabuntur;* idem dicendum ad vers. 12. et 25.; conf. vers. 18. et 27. Pro *fuit,* cod. B *fuerit.*

7. *fuit* — Cod. F tacet; cf. ad vers. 25.

8. *Omnis* — Ita sixtini, gregoriani, codices fere universi et Bibl. Ord.; unde Toletus: « Lege *Omnis;* sic Ordin., mss. et utraque » Congregatio. » At reliquas Vulgati edd. imitatus Sixtus legit *Omnisque;* cui favent hebr. et veteres, excepto graeco. Fallitur enim Bukentopius, qui p. 395. notat hebraeum coniunctionis particulam non legere Ceterum in huius capituli locis parallelis copula habetur in verss. 4. 6. 11. 13. 15. 21. 23.; desideratur in verss. 19. 26. 28. 30.

9. *annumerati* — Omnes edd. vaticanae Clementis VIII. habent *enumerati;* item Bibl. Rom. 1671.; at mendose, prout constat ex correctorio vaticano edito ann. 1598., quo iubemur legere *annumerati,* uti habent codices et edd. veteres (exceptis codd. G, V, qui legunt *numerati;* cf. ad Ex. XXXVIII, 21.); conf. Bukentopius p. 517. Mox cod. B tacet *fuerunt;* nec legunt hebr. et vett. Ante *per turmas* Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. omittunt *et,* quibus favent hebr. et vett.; conf. vers. 16. et 24.

11. *exercitus* — Codd. Cas. 2. *populus.* Pro *quingenti,* cod. A *quingentorum;* conf. ad vers. 4.

12. *castrametati* — Sixtini emendarunt vitium Bibl. Ant. 1583. in fol. ubi erat *crastrametati.* Pro *quorum,* Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *cuius.* Pro *Surisaddai,* Bibl. Compl. et Reg. heic *Suriddai;* graeca ed. Lips. Σουριδδαί. De hoc autem aliisque nominibus propriis, quae in hoc capitulo occurrunt satis fere in superiori cap. egimus.

15. *pugnatorum eius* — Cod. B tacet pronomen. Cod. F 1. m. omittebat *quinquaginta,* ut duo codices hebr. apud Kennic.

16. *quinquaginta per turmas suas: in* — Bibl. Compl. et Reg. *quinquaginta: per turmas suas in;* concinit graecus.

17. *erigetur, ita et deponetur* — Cod. B *erigitur, ita et deponitur.*

18. *fuit* — Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1542., all. *erit;* conf. vers. 3. et 10.

19. *cunctus*—Codd. U, Cas. 1. addunt *autem;* codd. R, S *et cunctus;* item hebr. et vett., excepto graeco; conf. ad vers. 8.

21. *cunctusque*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 20., Hugo *cunctus;* item graecus, a quo tamen recedit armenus; conf. ad vers. 8.

22. *Abidan* — Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all. heic mendose *Abidam.*

23. *recensiti* — Codd. A, Cas. 4. *numerati;* uti in verss. 11. 13. 15. 19. 21. 24. 26. 28. 31.

24. *millia centum* — Tacent *centum* cod. F 1. m., Bibl. Lugd. 1513. 1522. 1526. 1535.; item cod. 69. Kennicotti; at recte monet Lucas Brugensis non esse omittendum. Codd. G, R, S, Bibl. Ven. 1533. *millia et centum,* ut hebr. et vett.

25. *princeps fuit* — Cod. E tacet *fuit.*

26. *cunctus* — Bibl. Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *cunctusque;* codd. R, S *et cunctus;* favent hebr. et vett., praeter graecum; conf. ad vers. 8.

27. *fixere* — Codd. F, S, U[1] *fixerunt.* Pro *Ochran,* cod. B heic *Ocharan;* cf. ad I, 13.

28. *cunctus* — Codd. R, S, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *cunctusque;* item hebr. et vett., excepto graeco; cf. ad vers. 8.

29. *Enan* — Sixtini, codd. A, C, D, H, all. *Henan;* cod. F *Ennan;* mendose Waltonus *Enam;* conf. ad I, 15.

33. *praeceperat* — Codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Cas. 21., goth. leg., Rupertus *praecepit;* nec adversantur alii veteres interpretes.

34. *mandaverat Dominus*—Codd. G, Cas. 5. *praeceperat illis Dominus;* codd. R, S, gothic. leg. *praeceperat Dominus;* cod. H *praeceperat Dominus Moysi;* item hebr. et vett. Post *profecti* codd. R, Cas. 1. addunt *sunt.* Post *familias* cod. H addit *suas,* ut hebr. et vett.

Cap. III, 1. *Hae sunt* — Codd. A, S *Haec sunt;* apud optimos auctores in recto pluralis num. femininum *haec* reperitur.

2. *Et haec*—Cod. E tacet *Et,* uti cod. 134. Holmesii. Post *primogenitus* Rabanus omittit *eius;* item hebr. et veteres, excepto syro. Pro *deinde,* codd. A, D, G, N, N*, O, P, T, U, gothic. legion. *dein;* cod. N adnotat: « Sicut » dicitur in libro *Derivationum, dein* a *deinde* » apocopatur, quod factum est hic ut fugere- » tur collisio vocalium, quae ibi est; require » Genes. XL. (v. 20.) » et XXV, 13.

3. *Haec nomina* — Codd. Cas. 7., Rabanus *Haec sunt nomina.* Pro *repletae et consecratae,* cod. B *repletae sunt et consecratae;* cod. V et gothic. legion. et Rabanus *repletae et consecratae sunt.*

4. *Mortui sunt enim* — Tacent particulam *enim* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, R, S, T, U, Cas. 18., goth. legion., Bibl. Ord., Hugo; quibus accedunt georg. et cod. 44. holmesianus (in *Addend.*); cod. H et Rabanus legunt *Mortui sunt autem,* quod placuit Bukentopio p. 150. et De Vence; faventque reliqui veteres cum hebr.

5. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, C, D, G, S, T, U, V, Thomas. I, 39. *Locutus;* it. georg.

8. *et custodiant* — Codd. C, D, O, T, U, Cas. 9., Bibl. Paris. 1566., all. *ut custodiant;* cod. O notat graecum legere *et custodient.*

9. *Levitas*—Cod. B 1. m. *Levitis,* quod secunda manus ibidem veru confodit; accedit cod. 29. holmes.

10. *Aaron et filiis*—Cod. A *Aaroni et filiis.* Pro *Externus,* sixtini cum cod. A *Exterus;* conf. ad I, 51.; Rabanus addit *autem,* uti hebr. et vett.

11. *Locutusque*—Codd. A, B, F, goth. leg., Cas. 10., Rupertus *Locutus;* item georg.

12. *vulvam in filiis* — Codd. F, V *vulvam a filiis,* uti Ambrosius; cf. Holmesius; hebr. מבני, sed non pauci codd. cum samaritano textu בבני; graec. παρὰ τῶν υἱῶν; Bruno ast. tacet *filiis.*

13. *Meum est enim omne primogenitum* — Deusdedit in *nova patrum bibl. Maii, t. VII. par. 3. p. 99.* legit *Mea enim sunt omnia primogenita;* Bibl. Lugd. 1535. tacent *enim.* Pro *primogenitos,* Bibl. Ordin., priores edd. Rob.

Steph., Ven. 1533., all., Hugo, Rabanus *primogenita;* Rupertus praemittit *omnes*, cui accedunt hebr. et vett. Pro *primum*, codd. Cas. 3. *primo*. Pro *in Israel ab homine usque ad pecus, mei sunt*, Bibl. Ordin., Reg., all. ita distinguunt *in Israel. Ab homine usque ad pecus mei sunt;* item graecus, neque obstant reliqui veteres; Waltonus in Vulgato interpunctionem ponit post *Israel*. Pro *ego Dominus*, cod. T *dicit Dominus;* ex sola interpretis licentia in latina vers. samaritani legitur *ait Dominus*.

14. *Locutusque* — Codd. A, B, C, D, E, F, T, U, V, Cas. 15., goth. leg., Thomas. l. c., Hugo, Rupertus *Locutus;* item georg. Mox cod. G, Rupertus et cod. 84. Kennic. tacent *in deserto Sinai*.

15. *filios Levi* — Rabanus *filios primitivorum Levi*. Post *familias* codd. Cas. 2. addunt *suas*, ut hebr. et vett. Pro *masculum*, codd. F, M, O, V, Cas. 17., goth. legion., Rabanus et Hieronymus *masculinum*. Pro *mense*, cod. F, Rabanus *anno;* cod. 80. Kennic. חדש שנה.

16. *Numeravit* — Rabanus addit *autem;* consentiunt hebr. et vett.

18. *Filii* — Cod. B addit *autem*, ut hebr. et vett. Post *Gerson* margo Ord. cum hebr. et antiquis addit *per familias suas*. Pro *Lebni*, codd. G, Cas. 2., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus *Lobni;* Bibl. Ven. 1533., all. *Lobeni;* cf. dicta ad Ex. VI, 17.

19. *Amram*—Codd. B, U, Bibl. Rob. Steph. 1545., Lugd. 1569., all. *Amran;* it. cod. 46. holmesianus (in *Addend.*); Rabanus *Amiram;* cf. ad Ex. VI, 18. Pro *Iesaar*, codd. D, F, H, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Iessaar;* it. cod. 129. holmes.; codd. G, S, Rabanus *Gessaar;* Rupertus *Iesuar;* Bibl. Ven. 1533. *Isaar;* conf. ad Ex. l. c. Pro *Oziel*, cod. B *Eziel*, ut hebraeus; cf. infra ad vers. 30.; codd. D, F, U, Bibl. Complut., Reg., all. *Ozihel;* conf. ad vers. 27.

20. *Moholi* — Cod. H *Mahali;* plures vett. edd. paucique codd. *Mooli;* item vers. 33.; conf. ad Ex. VI, 19.

21. *familiae duae* — Bibl. Ordin. *duae familiae*. Pro *Lebnitica*, codd. Cas. 2., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *Lobnitica;* conf. ad vers. 18.

22. *quingenti* — Etsi Bibl. Rob. Steph., Lovan. aliaque plura, et fere omnes codices legant *quingentorum*, tamen sixtini et gregoriani cum codd. G, H, S, V 2. m., Cas. 4., Bibl. Compl., Reg., Ven. 1476., all., hodiernam lectionem praetulerunt; illisque suffragatur grammatices analogia uti adnotavimus ad II, 4.

23. *metabuntur*—Codd. G, R, S, V, Cas. 6. *castra metabuntur;* cod. O notat expungendum *castra*. Pro *occidentem*, cod. Cas. 1. *occidentalem plagam;* cf. verss. 29. 35. 38.

24. *Eliasaph* — Sixtus, Bibl. Reg., Rob. Steph., Lovan., all. *Heliasaph;* at Toletus: « Lege *Eliasaph;* sic hebr., graecus, Ordin. » et Congregatio; » nempe gregoriana; nam sixtina lectionem lovaniensium retinuerat. Apud graecos autem hoc nomen modo scribitur Ἐλισάφ, modo Ἑλισάφ; cf. I, 14. II, 14. VII, 42. et alibi. Pro *Lael*, alios scribere *Lahel* adnotavit cod. N, et ita habent Bibl. Ven. 1533., all.; codd. G, H, M, Bibl. Ven. 1476. 1479., all. *Iael;* codd. D, N*, R, S, T, U, V, Bibl. Reg., Ven. 1484., Lugdun. 1522., all. *Iahel;* Bibl. Lugd. 1513. *Iohel*.

26. *tecti foederis*—Codd. R, S interponunt *testimonii*, quod in cod. O reiicitur.

27. *Iesaaritas* — Codd. et edd. qui ad vers. 19. legunt *Iessaar*, hoc loco habent *Iessaaritas;* graecus Ἰσσαάρ. Item, qui supra scribunt *Ozihel*, heic prae se ferunt *Oziheli tas;* animadverte Vulgatum I Paral. XXVI, 23. legere *Ozihelitis*. Pro *recensitae*, Bibl. Compl. et Reg. *recensiti;* nimirum ad ea quae sequuntur id referunt, nullamque agnoscunt interpunctionem post verba *nomina sua*.

28. *sexcenti, habebunt* — Codd. F, V *sexcenti, et habebunt;* Bibl. Compl., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *sexcenti. Habebunt*. Pro *sexcenti*, quidam legendum existimant *trecenti;* de hac autem quaestione conf. infra ad vers. 39.

30. *Princepsque* — Codd. C 1. m., D, F

Princeps quoque; Bibl. Lugd. 1522. *Princeps.* Pro *Elisaphan,* cod. E *Eliasaphat;* conf. ad Ex. VI, 22. Pro *Oziel,* Bibl. Ven. 1480. *Eziel;* et ita legit Vulgatus II Esdr. III, 8.; cf. supra ad vers. 19.

31. *custodient* — Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., all. *custodiant.* Pro *huiuscemodi,* codd. E, G *huiusmodi.*

32. *Princeps autem principum* — Cod. Cas. 1. tacet *autem;* cod. F *Princeps principum autem.*

33. *Musitae recensiti* — Bibl. Reg. *Musitae. Recensiti;* mox post *nomina sua* non interpungunt; his favent hebr. et graecus.

35. *Princeps* — Codd. H, R, Cas. 1. addunt *autem;* uti hebr. et veteres; at cod. O notat latinos non legere *autem.* Pro *Abihaiel,* Bibl. Complut., Reg., all. *Abiaiel;* codd. Cas. 7., Bibl. Ord. *Abihel;* interlinearis *Abhaiel;* cod. H *Abiaiil;* hebr. אביחיל, graecus Ἀβιχαίλ. Idem nomen a Vulgato redditur *Abihail* I Paral. V, 14. Esth. II, 15. IX, 29. Nota Bibl. Compl. et Reg. post hoc nomen nullam interpunctionem agnoscere; quibus consentiunt codd. B, E, F, G, gothic. legion., qui pro *castrametabuntur,* legunt *castrametabitur.*

36. *Erunt* — Codd. S, V, Cas. 7. *Eruntque;* quod cod. O respuit; legitur tamen copula in hebr. et vett., excepto graeco. Pro *huiuscemodi,* Bibl. Lugd. 1535. *huiusmodi.*

37. *per circuitum cum basibus suis* — Humbertus Card. CXLIII, 1158. *cum basibus suis per circuitum.* Pro *paxilli,* codd. T, U, Rupertus *paxillis.* Post *funibus* codd. A, Cas. 1. addunt *suis,* ut hebr. et vett.; cf. IV, 32.

38. *orientalem* — Cod. F *orientem.*

39. *viginti duo millia* — Haec summa cum numeris qui habentur in verss. 22. 28. 34. non consentit. Fere omnes interpretes asserunt vel heic trecentos omissos, aut potius in superioribus versiculis trecentos perperam superadditos fuisse. Prioris sententiae patroni existimant praetermissos hoc loco trecentos eo quod totidem essent levitarum primogeniti, qui pro aliis dari non poterant, quia ipsi pro se debebantur; Petrus Com. ait: « Dixit hebraeus quia trecenti erant in eis » primogeniti, et ita iam erant Domini. » Qui alteram sententiam amplectuntur autumant omnia sibi constare si ad vers. 22. pro *quingenti,* scribatur *ducenti,* prout prae se ferunt tres graeci codd. holmesiani; vel si ad v. 28. pro שׁשׁ, legatur שׁלשׁ; horum autem coniecturam confirmant septem graeci codices et armenus; at utraque corrigendi ratio nullum habet praesidium in hebraicis, nullum in latinis codicibus.

40. *ab uno mense* — Legunt *a mense uno* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rabanus, Ratramnus CXXI, 90., Rupertus, Petrus Com. Ante *habebis* cod. B tacet *et.*

41. *mihi pro* — Cod. Cas. 1. *mihi de.* Pro *ego sum Dominus,* cod. B, Rabanus *ego Dominus;* et ita legi in hebr. notat cod. H. Pro *pecorum,* legunt *pecoris* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, N, O, P, S, T, U, V, goth. legion. Mox cod. E tacet *filiorum;* ut cod. 109. Kenn.

43. *masculi* — Codd. F, V *masculini sexus.*

44. *dicens* — Tacent hoc verbum sixtini, codd. A, C, D, G, T, U, Bibl. Paris. 1566.

45. *ego sum Dominus* — Rursum cod. H notat hebr. legere *ego Dominus,* ut ad v. 41.; concinit Fabianus PP. apud Hard. Conc. I, 126. et graecus. Codd. F, V, Petrus Dam. CXLV, 505. addunt *in praeceptis meis ambulent.*

46. *excedunt* — Cod. S, Bibl. Compl. et Reg. *extendunt.* Mox cod. Cas. 1. tacet *filiorum.*

47. *viginti obolos* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *obolos viginti.*

49. *igitur* — Cod. Cas. 1. *itaque.* Pro *Moysès pecuniam eorum,* Bibl. Ord. *pecuniam eorum Moyses.* Pro *redemerant,* Sixtus cum antiquis edd., paucisque codd. legit *redemerat;* sed Toletus: « Corrige *redemerant;* sic mss. et » utraque Congregatio; » sixtini enim et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd. emendarunt; nec obstant veteres interpretes; nam ex sola auctoris licentia legitur *redemerat* in latina versione Onkelosi pro על פריקי.

Mox cod. F tacet particulam *a;* et Bibl. Reg. periodum claudunt in voce *Levitis.*

50. *filiorum Israel, mille trecentorum sexaginta quinque* — Cod. E legit tantum *Israel CCCLXV.*

51. *Aaron* — Cod. A, uti supra ad v. 10., *Aaroni.* Pro *sibi Dominus,* sixtini, codd. A, B *ei Dominus;* cod. T *Dominus sibi;* hebr. et vett., praeter arabem, *Dominus Moysi.*

Cap. IV, 1. *Locutusque* — Cod. goth. leg., Thomas. I, 40. *Locutus.* Rabanus mox tacet *et Aaron,* cui concinunt decem codices hebraici apud De-Rossi, et targum Ionathani.

2. *Tolle* — Codd. D 2. m., F, V, Cas. 2., goth. legion., Thomas. l. c. *Tollite;* cod. sarravianus Λάβετε, Onkelos et Ionathanus קבילו, item syrus et arabs; at hanc lectionem modernis codicibus tribuit codex O; cf. ad I, 2. Pro *familias,* Martianaeus *filias,* quod miramur Vallarsium non emendasse.

4. *Hic est cultus* — Margo Ordin. *Hoc est opus;* item ad vers. 28. Pro *Sanctum,* codd. Cas. 2. *Sancta;* item armenus, pauci graeci codices et margo cod. H.

5. *ingredientur* — Cod. Cas. 1. *ingredietur;* concinunt hebr. et vett., sed plures graeci codd. cum Vulgato faciunt. Ante *deponent* cod. B addit *quando.* Rupertus tacet *velum;* item pronomen *eo,* uti cod. 181. Kennicotti; codd. Cas. 2. legunt *in eo,* hebr. בה; cod. V *cum eo.*

6. *velamine*—Sixtus cum Bibl. Lov. 1547., ceterisque hentenianis *velamen;* at merito Toletus: « Lege *velamine;* sic hebr., graecus, » Reg., Compl., Ord., mss. et Congregatio. » Sixtini enim et gregoriani ad fidem codicum et reliquarum edd. emendarunt; conf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 150. 395. Pro *ianthinarum,* codd. B, C, D, E, F, G, L, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus, Rupertus, Hugo *hyacinthinarum;* eadem lectionis varietas occurrit infra ad verss. 8. 10. 11. 12. 14.; cod. A hanc lectionem habet a secunda manu ad verss. 10. 11. 12. 14.; Lucas Brugensis autumat Hieronymum scripsisse *ianthinarum,* « et vel ex eo quod minus trita vox minus » intelligeretur, vulgari mutata; vel ex eo » quod LXX. *hyacinthinum* transtulerunt, hoc » etiam nostris scribendum codicibus iudica- » tum; vel utraque ex causa *ianthinarum* re- » iectum. » Conf. ad Ex. XXV, 5. XXVI, 14. XXXV, 7. 23. XXXVI, 19. XXXIX, 33. Pro *desuper pallium,* Rabanus *pallium desuper.* Post *hyacinthinum* cod. B addit *pellium.*

7. *Mensam quoque* — Margo Ordin. addit *panum;* item Onkelos et Ionathanus. Codd. Cas. 6. tacent *propositionis.* Post *involvent* cod. B addit *in.* Pro *cum ea,* codd. Cas. 3., Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1540., all. *cum eo.* Pro *et mortariola,* Bibl. Complut. et Reg. *ac mortariola;* codd. S, Cas. 2. addunt *aurea,* quod cod. O notat expungendum. Forcellinius in suo lexico *mortariolum* inter barbaras voces relegaverat; sed eiusdem lexici editores lipsienses illam in album latinarum vocum merito retulerunt, quam Hieronymus saepius in hoc libro et alibi, vetus auctor italae ad I Mach. I, 23. et Macer I, 8. usurparunt. Pro *liba,* primo sixtini, codd. T, V, Rupertus *libamina.*

8. *desuper* — Margo Ord. cum hebr. *super eam.* Pro *coccineum,* codd. Cas. 2. *totum hyacinthinum,* ut vers. 6. Pro *ianthinarum,* cod. B *iacintinum;* sed in verss. seqq. *hyacinthinarum,* uti reliqui testes, de quibus supra ad vers. 6.

9. *quo operient* — Cod. B *quo operiant;* cod. T *cooperient;* Vallarsius oscitanter tribuit Vulgato *et operient.* Codd. C, D, T, U omittunt *et* ante *emunctoriis.* Nota hoc verbum, quod Forcellinius perperam inter barbaras voces relegavit; Hieronymus enim, utique bonus auctor, hoc loco et Ex. XXV, 38. XXXVII, 23. *emunctorium* (ab *emungo,* unde est *emunctus* et *emunctio,* rectissime derivatum) posuit ad significandum forcipem quo fungi ellychnii prehenduntur atque removentur. Praeter testes a Cangio laudatos, cf. Isidorus V, 402. et Maius *Class. Auctt. VIII, 195.* Itala in nostro cod. E, ad Ex. XXV, 38., ex graeco τὸν ἐπαρυστῆρα, egregie interpretatur *suffusorium* (de qua voce cf. ad Zach. IV,

12. et Furlanettus); at hieronymiana interpretatio Gesenio, Fuerstio aliisque recentioribus omnino probatur.

12. *quibus*—Sixtini cum cod. A *in quibus;* accedunt hebr. et graecus. Pro *ministratur*, codd. D, R, T, U *ministrantur;* item ex mendo Bibl. Rom. 1671.

13. *Sed et altare*—Codd. Cas. 12. tacent *et.*

14. *inducent vectes* — Cod. Cas. 1. addit *in omnia vasa quibus ministrabitur in sanctuario;* item codd. T, U; sed tacent *in* priori loco, et legunt *ministrantur;* seu eadem habent quae leguntur vers. 12.

15. *involverint* — Cod. Cas. 1., Bibl. Complut., Reg., Hugo *involverit;* accedunt hebr., Onkelos, Ionathanus, cuius mendosa est latina versio, graecus ven. et persa. Pro *Sanctuarium*, cod. B *tabernaculum.* Pro *commotione*, cod. E *commutatione;* non male. Pro *tangent*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 23., Bibl. Ordin., Humbertus CXLIII, 1159., Rupertus, Hugo *tangant.*

16. *curam pertinet* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all. *pertinet curam.* Pro *incensum*, cod. Cas. 1. *unguentum.* Cod. B tacet *sacrificium, quod.* Pro *in Sanctuario*, quidam, ut codd. R, V, legebant *in tabernaculo*, quod in cod. O reiicitur.

17. *et Aaron* — Tacet cod. B; item Ionathanus, cod. 181. Kennicotti et tres codd. holmesiani; codd. Cas. 2. addunt *in tabernaculo.*

19. *sed hoc* — Cod. M, Bibl. Lugd. 1522., Hugo *sed haec.* Pro *tetigerint*, margo Ordin. *accesserint ad;* cod. H notat ita legi in hebraico textu. Pro *opera*, codd. F, L 6., N, T, U, Cas. 5., Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all., Rupertus IV, 602. *onera;* cf. verss. 15. 27. 31. 47. 49.; cod. N diserte: « Antiqui le» gunt *onera;* non est ibi *opera;* hebr. enim » sic habet: *ipsi ponent eos singulos in officiis* » *et oneribus suis.* » Attamen Lucas Brugensis merito vulgatam lectionem tuetur. Pro *quid*, codd. F, U, Cas. 8. *quod;* cod. N notat veteres habere *quidquid.*

21. *Locutusque* — Codd. A, B, D, E, F, G, T, U, V, Cas. 14., goth. legion. *Locutus.*

23. *quinquaginta*—Cod. A 1. m. *quinquagesimos.* Pro *ministrant*, codd. Cas. 2. *ministrent.*

25. *operimentum* — Codd. Cas. 5. addunt *autem;* item samaritanus, graecus, syrus et arabs. Pro *ianthinum*, codd. B, C, D, F, G, L, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *hyacinthinum;* it. graecus; praeter ea quae adnotavimus ad vers. 6., conf. Montfauconii *Hex.* et Flaminii Nobilii *notae* ad h. l. Pro *tabernaculi foederis*, codd. A, E, F, G, R, S, T, U, V, *foederis tabernaculi.*

26. *in introitu* — Codd. Cas. 2. tacent.

27. *scient singuli cui debeant* — Cod. B *sciant singuli cui debent.* Pro *oneri*, cod. E, Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., all. *operi.*

29. *recensebis* — Codd. B, G, Cas. 14. *recensebitis;* graecus ἐπισκέψασθε, vel, uti alii legunt ἐπισκέψεσθε.

31. *ac bases* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., all. *et bases.* Codd. R, S, tacent *columnas ac bases earum.*

35. *ad annum quinquagesimum*—Codd. A, V *ad annos quinquaginta;* graec. ἕως πεντηκονταετοῦς.

36. *et inventi* — Cod. B tacet nexum; item cod. syrus Pocokii; conf. ad vers. 40.

37. *populi* — Cod. E tacet. Pro *intrant*, sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 6., goth. legion., Bibl. Ordin., Hugo *intrat;* item hebr. et veteres, licet latina versio Onkelosi et Ionathani habeat *omnes qui ministrabant* pro כל-דמלח.

38. *Gerson* — Cod. F *Gersonitarum.* Post *cognationes* cod. Cas. 1. addit *suas;* item hebr. et vett.

39. *quinquagesimum annum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *annum quinquagesimum.* Pro *tabernaculo*, cod. A *tabernaculum.*

40. *et inventi* — Cod. B, Bibl. Ant. 1563., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. tacent nexum; item cod. 53. holmesianus.

41. *numeraverunt*—Codd. S, Cas. 4. *numeravit;* accedunt hebraeus et veteres.

45. *imperium* — Codd. Cas. 2., Bibl. Ord. *praeceptum;* at cod. O notat veteres legere *imperium;* item glossa interlinearis.

46. *quos recenseri fecit ad nomen* — Verbum *recenseri* tacent codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V 1. m., Cas. 17., gothic. legion.; ex paucis quos contulimus vaticanis codd. accedunt Biblia notata num. 4217. 4220. 5729. 7811.; horum codicum consensum sequuntur Sixtus, Bibl. Ord., posteriores edd. Rob. Steph., indeque edd. hentenianae, quarum lectionem intactam servarunt sixtini et gregoriani. Hugo a s. Charo adnotat: « Alia littera habet *quos fecit ad nomen;* » id est quos nominavit per nomina et ca- » pita. » Martianaeus, multis collatis codicibus, de hac quaestione scribit: « Verbum *re-* » *censeri* abest in omnibus mss. nostris; » quodque magis miramur, abest et in tex- » tu canonis hebraicae veritatis, quamvis e » regione appositum sit scholion: *quos nu-* » *meraverunt Moses et Aaron;* quo sufficienter » docetur lector, nullum esse sensum huius » loci, nisi adsit in contextu supradictum ver- » bum. Ad fidem igitur editionis vulgatae ea » supplevimus, quae notariorum antiquorum » incuria fuerant praetermissa. » De hac Martianaei sententia mox sermo redibit. Vallarsius notat codicem palatinum nedum illud verbum, sed et voces *ad nomen* praetermittere. Cod. B legit *quos fecerunt ad nomen;* hanc lectionem sequutus est Alfonsus Tostatus, qui scribit: « Facere ad nomen est po- » nere aliquos viros in numero et nomine » destinatos ad aliquod officium; sic erat de » istis; quoniam omnes hi transibant ad ali- » qua officia, *fecerunt* eos *ad nomen* Moyses » et Aaron, quia ipsi numeraverunt eos, et » scripserunt nomina eorum. » Cod. P et Hugo a s. Charo legunt *quos fecit adunare.* Hodiernam lectionem intulerunt clementini censores, uti constat ex schedis Francisci Toleti et Angeli Rocca; eamdemque prae se ferunt antiquiores edd., ante stephanicam anni 1540., fere omnes, quod quidem mirum est; nam illa lectio in mss. libris vix ullum praesidium reperit: ex nostris paucissimi, iidemque infimae notae accedunt, nempe codd. V 2. m., nonnulli Cas., Biblia Avellana, nunc vatic. n. 4216. et cod. Urbinas apud Vallarsium. Testes, quos coacervare potuimus, recitavimus; silent enim Rabanus, Bruno ast., Rupertus aliique veteres commentariorum auctores; immo hunc locum apud neminem ex patribus obvium habuimus: attamen si laudatorum codicum testimonium accurate expenderis haud magno labore quaenam fuerit Hieronymi interpretatio deprehendere poteris, neque enim ab eiusdem stilo abhorret phrasis *fecit ad nomen,* pro *recensuit, numeravit* (quod certissime hebr. et vett. interpretes omnes exprimunt); praesertim cum immediate praecesserint verba *Omnes qui recensiti sunt de Levitis;* cf. ad Ex. XXX, 13.; neque obstant pauci illi testes qui adversari videntur; patet enim illos paullo insolentiorem locutionem explanare voluisse; ipsorumque varietates id aperte confirmant. E contra veterum codicum consensio in obscuriore locutione, nisi haec ab ipso interprete profecta fuisset, incredibilis videretur. Praeterea exploratum est levitarum censum ab ipso Mose initum fuisse; idque hoc ipso in capitulo saltem septies testatum legimus. Cur igitur interpres hoc loco posuisset *recenseri fecit ad nomen?* Denique critici qui, nostra quidem sententia, hieronymianam locutionem non satis planam declarare tentarunt, haud minus implexam loquendi rationem induxisse videntur, ne dicamus eos longiori verborum ambitu illam duriorem effecisse. Quapropter haud assentimur Martianaeo dum antiquorum librorum lectionem mendosam esse, nullumque sensum exhibere adfirmat.

47. *a triginta annis* — Cod. F *a trigesimo anno;* ut vers. 3.

48. *quingenti octoginta* — Vitiose, uti ait Mariana, cod. B *sexcenti triginta;* fortasse ex vers. 40.: syrus in polygl. mendose ܬܡܢܝܐ pro ܬܡܢܝܢ; apud Ephraemum I, 252. pro ܣܡܥܐ, lege ܣܡܥܡܐܐ.

49. *recensuit* — Cod. G, Bibl. Paris. 1566.,

all. *recensivit*. Post *officium* codd. G 2. m., M, Bibl. Ven. 1480., Ordin., Lugdun. 1522., all. addunt *suum;* item hebr. et vett.; at in cod. O expungitur. Post *praeceperat* Bibl. Paris. 1566. tacent *ei;* hebr. et vett. legunt *Moysi*, quod in duobus codd. arabicis apud Holmesium desideratur.

Cap. V, 1. *Locutusque est* — Cod. A tacet *est;* cod. V et Rupertus legunt *Locutus est*, ut georg. et armenus.

3. *habitaverim* — Ita, collato cod. A, prima manu scripserant sixtini; hanc vero lectionem comprobarunt gregoriani; unde Toletus: « Lege *habitaverim*. Ex hebraeo et graeco sic » legendum constat in prima persona; et ita » censuit Congregatio: est enim impressoris » mendum. » Hisce verbis mendo impressorum tribuisse videtur Toletus lectionem Sixti, qui habet *habitaverint*. Cave tamen ne hoc esse peculiare editionis Sixti V. mendum existimes; nam ita legunt omnes veteres Vulgati editiones, atque fere omnes codices et prisci auctores quos contulimus; item codd. Martianaei et Vallarsii, excepto palatino, qui prima manu habet *quia habito vobiscum;* cod. H notat hebraice legi *in quorum medio ego habito*, quae verba exhibentur quoque in marg. Bibl. Ordin., atque ex hebr. derivata videntur; hanc lectionem admisit Isidorus Clarius, eique veteres interpretes omnes suffragantur. Conf. Bukentopius p. 150.

4. *ita filii Israel* — Codd. E, V et Rabanus *filii Israel ita*. Pro *locutus erat*, codd. C, D, F, G, H, O, S, T, U, V, Cas. 17., Bibl. Ord. *locutus est;* graecus ἐλάλησε; codd. Cas. 2. *praeceperat*.

5. *Locutusque* — Codd. A, B *Locutus*, ut georg. et armenus.

6. *ad filios* — Codd. G, R, Cas. 17., goth. legion., Concil. Aquisgr. ed. Hard. IV, 1420. *filiis*. Pro *hominibus*, cod. E *homines*. Mox verba *per negligentiam* in margine Ordin. expunguntur; nec ea legit hebr.

7. *peccaverint* — Codd. A, O, T, Rupertus *peccaverunt*.

8. *fuerit qui recipiat* — Codd. F, G, R, S, Cas. 1. *fuerint qui recipiant*. Pro *dabunt*, cod. R, Bruno ast. *dabitur;* Augustinus *redditur;* neque refragantur hebr. et vett. Pro *erit*, cod. B et Rabanus *erunt*. Pro *excepto*, Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., all. *exempto;* mendose Blanchinius tribuit codici gothico toletano *excempto*. Pro *hostia*, cod. B *hostiae*.

9. *offerunt* — Cod. E addit *ei;* graecus habet προσοίσουσι Κυρίῳ; hebr. et reliqui vett. *offerunt sacerdoti;* cod. 184. Kennic. et cod. 518. derossianus utrumque assumunt ליהוה לכהן.

10. *in Sanctuarium* — Sixtini, codd. A, C, R *in Sanctuario;* Rabanus tacet. Post *a singulis* codd. B 2. m., R, Cas. 13., goth. leg. addunt *excepto ariete, qui offertur pro expiatione, ut sit placabilis hostia;* at recte notat cod. O haec ad vers. 8. pertinere. Pro *traditur*, cod. A 1. m. *tradetur*.

11. *Locutusque* — Codd. A, C, D, T, U, V, Thomas. I, 40., Bibl. Ord., Rupertus, Hugo *Locutus*, uti georg.

12. *ad filios* — Rabanus et Rupertus *filiis;* utraque positio frequens est in Vulgato.

13. *cum altero* — Sixtini, codd. A, C, D, T, U, V, Rupertus *cum alio*. Pro *deprehendere*, Rabanus *comprehendere*. Pro *non quiverit*, codd. F, G, T, U, V, Beda II, 361., Rupertus *nequiverit;* cf. ad Gen. XIII, 6. Ante *testibus* cod. E addit *si*.

14. *quae vel polluta* — Bibl. Complut. et Reg., Bruno ast. *quae polluta;* favent hebr. et vett., exceptis syro et paucis codd. graecis.

15. *adducet eam ad sacerdotem* — Cod. E 1. m. *adducetur ad sacerdotem;* Beda II, 361. *ducat illam ad sacerdotem;* Rabanus *ad sacerdotem adducet eam*. Pro *offeret*, cod. B *offerat;* cod. E *offer*. Cod. H notat hebraeum pro *decimam partem sati*, legere *decimam partem epha;* Bukentopius quoque p. 151. scribit: « Hebraeus, samaritanus, graecus *decimam* » *partem ephi;* chaldaeus *decimam partem* » *trium satorum*, quod omnino convenit cum » hebraeo; nam tria sata faciunt unum ephi. » Videtur proinde hic in Vulgatum irrepsisse

» *sati*, pro *ephi*. » At vero, consentientibus latinis codicibus et scriptoribus, dubitare non possumus Hieronymum hebraicam vocem האפה hoc loco interpretatum fuisse *sati*. Nam veteres interpretes in reddendis mensurarum nominibus, quae in hebraico textu occurrunt, non satis sibi constant. Quemadmodum enim alexandrinus quandoque posuit μέτρον tum pro איפה, tum pro סאה, tum etiam pro בת (cf. Fuerstii *Concord. hebr.* et Schleusneri *Lex. LXX.*); et vicissim alibi pro סאה posuit οἰφί (conf. ibid.); ita Vulgatus habet *sata*, non modo pro סאים (Gen. XVIII, 6. I Reg. XXV, 18.), sed etiam pro *epha* (hoc loco), et pro *bato* (II Paral. II, 10.). Ceterum *satum* ex aramaica forma סאתא in linguam hellenisticam et latinam transiit. Pro *hordeaceae*, vetustiores codices fere scribunt *hordeaciae*. Pro *non fundet*, cod. S, Rabanus *non infundet;* Beda l. c. *ne effundat;* graecus οὐκ ἐπιχεεῖ. Pro *imponet*, cod. B *ponet;* Beda l. c. *ponat*. De voce *thus* cf. ad Lev. II, 15.

16. *Offeret igitur* — Cod. F *Offert igitur;* Bruno ast. *Deferet ergo;* Rabanus tacet *igitur*, ut armenus. Post *statuet* cod. B addit *eam*, uti hebr. et vett., praeter syrum.

17. *in vase fictili* — Codd. C 1. m., D, N, O, P, T, U *in vas fictile*. Pro *in eam*, cod. F, Bibl. Ven. 1480. *in ea*.

18. *in conspectu Domini*—Bruno ast. *coram Domino*. Post *discooperiet* codd. F, U 2. m., V, Bruno ast. addunt *sacerdos;* his favent hebr. et vett., qui hoc nomen addunt in proxime superiori membro. Pro *manus illius*, cod. F *manum illius*, uti slav.; cod. R, Rabanus et Rupertus *manus eius*. Pro *in quibus*, cod. F, Rabanus *in quas*, uti legitur vers. 19. et 23.

19. *adiurabitque . . . dormivit* — Rabanus *adiurabit . . . dormierit*. In iis quae sequuntur *non te nocebunt*, nota verbum noceo cum quarto casu, de quo erudite agit Mazochius in *Spicil. bibl. II, 238.* et Maius in suo *glossario* edito t. IX. *Spicil. rom.*, ex quibus patet haud necessariam esse Clarii correctionem, qui edidit *non tibi nocebunt*. Pro *congessi*, Rupertus *conieci*.

20. *cum altero viro*—Tacent *viro* codd. A, B, Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg., all., Rabanus, Rupertus II, 135.

21. *Det te* — Cod. E *Det tibi*. Pro *maledictionem*, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. *maledictiones*. Pro *populo suo*, codex sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus et Isidorus Clarius *populo tuo*, ut hebr. et vett. Pro *tumens*, cod. B et Rabanus *tumescens*. Post *uterus* sixtini, codd. A, E, G tacent *tuus;* item pauci graeci codices. Pro *disrumpatur*, vetustiores edd. fere praeferunt *dirumpatur*, quod idem est.

22. *ingrediantur* — Rabanus *ingredientur;* cui veterum plerique favent. Post *femur* addunt *tuum* codd. G, V, Cas. 17., Bibl. Lugd. 1535., Rupertus l. c.; legitur et apud graecum interpretem; at in cod. O expungitur; et ab Origene veru confossum fuerat. Pro *mulier*, Rupertus l. c. habet *omnis populus*.

23. *Scribetque* — Cod. B *Scribet*. Pro *ista maledicta*, cod. F *ista maledictio*, ut cod. 19. Kennicotti. Post *delebit* cod. E tacet *ea;* cui accedunt hebr. et graecus. Pro *congessit*, codd. Cas. 7. *congesserit;* Montfauconius in *Hex.* tribuit Vulgato *coniecit;* cf. ad vers. 19.

25. *imponetque illud* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 19., goth. leg., Bibl. Ven. 1480., Ord., all., Rabanus; item cod. 129. Kennic.

27. *adulterii rea* — Codd. G, R, S, V, Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all. addunt *est*, quod in cod. O reiicitur. Pro *computrescet*, cod. B *computrescit*.

29. *mulier a viro suo* — Posteriores edd. Rob. Steph., indeque Biblia henteniana tacent *mulier;* quod merito a sixtinis additum fuit; consentiunt enim codd., antiquiores edd., hebr. et vett.; unde Brugensis: « Quidam libri » confodiunt vocem *mulier*, sed immerito. » Bibl. Lugdun. 1569. tacent *suo;* ut graecus. Pro *et si polluta*, codd. R, goth. leg. *et polluta;* favent hebr. et vett.

30. *in conspectu* — Cod. Cas. 1. *ante conspectum;* editiones Rob. Steph. 1528. 1532. 1545., all. *in conspectum*.

Cap. VI, 1. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, N, O, S, T, U, V, Cas. 10., Thomas. I, 40., Bibl. Ordin., Paris. 1566., all., Rabanus, Rupertus *Locutus;* item georg. et armenus.

2. *ad filios* — Rupertus *filiis;* cf. ad V, 12. Pro *fecerint votum,* codd. B, E, F, R, S *fecerit votum;* Augustinus *voverit votum;* accedunt hebr. et vett.; mendosa enim est latina versio Onkelosi. Pro *voluerint,* Bibl. Reg. *voluerit;* veteres, ut supra, habent numerum singularem.

3. *a vino* — Particulam *a* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, G, H, O, T, U; sequitur enim *abstinebunt.* Pro *et omni,* codd. A, C, D, U, V, Bibl. Reg. *et omne;* Bruno ast. *et ab omni.* Pro *inebriare,* codd. F, U, V, Bibl. Paris. 1566., Rabanus *inebriari;* conf. ad Lev. X, 9. Pro *qualibet alia . . . de uva,* Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *alia qualibet . . . ex uva.*

4. *ad acinum*—Codd. B, S non legunt *ad.*

5. *separationis* — Bruno ast. *consecrationis,* ut vers. sequenti. Pro *transibit,* nonnulli codd. lovan. *ascendet;* minus recte, ait Lucas Brugensis. Pro *per caput,* legunt *super caput* codd. C, D, G, H, L 7., Q, R, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus; hebr. על ראשו; attamen cod. O hanc lectionem modernis tantum codicibus adscribit.

7. *nec super* — Sixtini cum cod. A *ne super;* item Tertullianus apud Sabatierium. Pro *sororisque . . . Dei sui,* Rupertus *et sororis . . . Dei;* pronomen *sui* abest quoque in cod. S, armeno, cod. 80. Kenn. et nonnullis graecis.

8. *Omnibus diebus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, I, O, R, S, T, U, Cas. 16., Rupertus, Hugo, Bibl. Ord. *Omnes dies,* vel *Omnis dies;* Martianaeus notat plures codices alterutram lect. habere, quarum potestas, uti recte animadvertit Vallarsius, eadem est; cod. H notat hebr. legere *Omnibus diebus,* et ita habet glossa interlinearis, sed hebr. כל ימי indifferens est. Post *Domino* codd. F, V addunt *quia in domibus suis sunt Nazarei.*

9. *coram eo* — Margo Ordin. *iuxta eum;* cod. H notat hebr. legere *super eum;* at Hieronymus egregie expressit vim hebr. עלין. Ante verba *in eadem die* addunt *et* sixtini, codd. A, C, D, F, N, O, S, T, U, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1522., all., Rabanus. Pro *septima,* Bibl. Ord., Lugd. 1535., all. *in septima;* Rabanus habet *septimo die iterum radet;* cui favent hebr. et vett.

10. *in octava* — Sixtini, codd. A, C, D, F, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *in octavo.* Mox Bibl. Lugdun. 1535. tacent *autem.* Pro *vel duos,* Bibl. Ven. 1480., all. *aut duos;* Bruno ast. *et duos.* Pro *columbae,* codd. G, S, V, Cas. 4. *columbarum;* ut graecus; cf. ad Lev. XII, 8. Pro *foederis testimonii,* Bruno ast. *tabernaculi testimonii;* accedunt hebr. et vett., at conf. IV, 30.; cod. Cas. 1. et Rupertus utrumque coniungunt legentes *tabernaculi foederis testimonii.*

11. *super mortuo* — Cod. E tacet. Pro *sanctificabitque,* codd. Cas. 2. *sanctificabiturque.*

12. *consecrabit* — Cod. Cas. 1. *consecrabitur.* Pro *dies separationis,* codd. V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *die separationis.* Pro *irriti fiant,* cod. F *irriti sint.*

13. *ex voto decreverat*—Codd. D, F, T, U, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo *ex voto devote decreverat.*

14. *et offeret* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., posteriores edd. Rob. Steph., all. *ut offerat.* Pro *immaculatum in holocaustum,* codd. C, D, G, T, U, Cas. 7., Rupertus *immaculatum pro peccato in holocaustum.* Pro *immaculatam pro peccato,* glossa interlinearis cum Augustino legit *immaculatam in peccatum;* Lucas Brugensis monet nequaquam omittenda esse verba *pro peccato;* at nullus ex nostris ea praetermittit. Pro *hostiam pacificam,* cod. H legit *hostiam pacificorum,* tum hoc loco, tum infra ad vers. 17.

15. *conspersi sint*—Codd. C, E, F, S, U, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg. all. *conspersi sunt.* Pro *ac libamina,* margo Ord. cum hebr. *ac oblationem et libamina.*

16. *quae offeret*—Bruno ast. *offeret;* cod. U, Rabanus *quae offert.*

17. *et libamenta* — Codd. G, R, Cas. 3., Bruno ast. *ac libamina.*

18. *radetur . . . caesarie* — Codd. H, I, Cas. 3., Rabanus *radet . . . caesariem;* consentiunt veteres, excepto graeco; codd. F, V *radetur . . . caesariem.* Pro *nazaraeus,* cod. H *nazaraei.* Pro *ante ostium,* Bibl. Complut., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *ad ostium.* Pro *consecrationis suae,* cod. H *consecrationis eius.* Post *capillos eius* Bruno ast. addit *sacerdos.* Pro *ponet,* Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *ponat.* Pro *suppositus,* cod. F *subposito;* Rabanus *superpositus;* conf. Holmes.

19. *Et armum* — Margo Ordin. cum hebr. *Et capiet sacerdos armum.* Pro *unam,* Bruno ast. *uvam.* Pro *azymum,* codd. E, G, V, Cas. 14., Bruno ast. *azymorum.* Ante *tradet* Rabanus tacet *et,* item latina versio syri, sed contra fidem sui textus. Pro *in manus,* sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., Rabanus, Bruno ast. *in manibus;* hinc Toletus notat: « Ordin., mss. et prior Congregatio legunt » *in manibus.* » Pro *postquam,* Bruno ast. *priusquam.*

20. *rursum ab eo* — Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535. *universa ab eo.* Bruno ast. prosequitur hac ratione *elevabit coram Domino, et sacrificata sacerdoti erunt.*

22. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, S, T, U, V, Thomas. l. c., Rupertus *Locutus;* item georg. et armenus.

23. *Loquere Aaron* — Codd. Cas. 7. addunt *fratri tuo.* Pro *benedicetis . . . dicetis,* cod. E *benedicitis . . . dicitis.* Mox codd. B, G tacent *eis;* cf. Holmes. Pro *dicetis eis,* Sabatierius et Holmesius ex Victore vit. et Fulgentio ponunt *ego benedicam illos;* eadem habent Isidorus VI, 382., Heterius et Beatus XCVI, 940.; sed illa ad vers. 27. pertinent, atque ex veteri formula liturgica proferuntur; cf. Miss. Moz. p. 643.

25. *Ostendat Dominus faciem suam tibi* — Codd. G, N *Ostendat tibi Dominus faciem suam.*

27. *Invocabuntque*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 20., gothic. legion., Bibl. Paris. 1566., Rabanus, Petrus Dam. CXLV, 44. 116., Rupertus *Invocabunt;* Paschasius radb. CXX, 1323. *Invocabitis;* Ivo carnot. CLXII, 80. 93. et anonymus apud Augustinum *Vos ponite;* margo Ord. *Ponentque.*

Cap. VII, 1. *omnia vasa eius* — Tacent *omnia* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 20., gothic. legion., Rabanus, Rupertus.

2. *Obtulerunt* — Cod. R, Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1535., all., Hugo, Rabanus *Obtuleruntque;* concinunt hebr. et veteres. Post *Israel* tacent *et* Bibl. Complut., Reg., Lugdun. 1535., all., quibus hebr. et vett. consentiunt. Pro *qui erant,* codd. G, L, O, R, S, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus *quae erant.* Pro *praefectique,* Sixtus, veteres editiones et plerique codices *praefecti;* item hebr. et vett., exceptis armeno et arabe holmesiano, qui nexum habent; sixtini et, prout ex Toleto et Rocca colligimus, clementini encliticam addiderunt ad fidem codicum A, E, V 2. m., Cas. 14.

3. *obtuleruntque ea* — Rabanus tacet pronomen, ut graecus, de quo tamen conf. Holmesius; mendose in latina versione Onkelosi reticetur.

4. *Ait autem*—Cod. F praetermittit *autem;* item georg., armenus et cod. 19. holmes.

5. *tabernaculi*—Codd. H, L (seu Q), Bibl. Lugdun. 1550. 1567. addunt *testimonii;* item hebr. et vett. Pro *et trades,* codd. A, D, F, O, U, V *et tradas;* cod. T *ut tradas.*

6. *plaustra* — Cod. E *plaustrum.* Pro *tradidit eos,* codd. G, L 4., M, N*, Q, Cas. 10., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *tradidit ea,* graecus ἔδωκεν αὐτά; at cod. N adnotat: « Quod dicitur *eos* » secundum rem ad omnia refertur praece- » dentia. Require Lev. VII. (v. 38.) et XXVI. » (v. 29.). » Graecus venetus praetermittit pronomen.

8. *alia plaustra* — Cod. A 1. m. *plaustra alia.*

9. *plaustra et boves* — Cod. H notat haec non legi in hebraeo; at recte ab interprete expressa videntur.

10. *dedicationem*—Cod. B, Bibl. Ven. 1480. 1484., all. *dedicatione*, uti infra v. 84. et 88. Pro *die*, codd. F, V *in die*, uti vers. 84.

11. *offerant*—Cod. V et Rabanus cum graeco et Augustino *offerent*.

13. *fueruntque in ea*—Rupertus tacet haec verba; hinc mox legit *phialam argenteam habentem*, uti habetur vers. 19. et seqq. Notant margo Ordin., Petrus Com., Hugo a s. Charo et Liranus hebraeum pro *acetabulum*, legere *scutellam;* quod confirmat Gesenii *Thes. p. 1225.;* cf. Ex. XXV, 29. Pro *pondo centum triginta siclorum*, Rabanus *appendens centum triginta siclos*, uti v. 19. et seqq.; at cod. O notat priorem formulam propriam esse huius versiculi, alteram sequentium. Singularis est notatio quam prae se fert Hugo a s. Charo: « Hebraeus *pro pondo* habet; *pro* est hic » praepositio; *pondo* genus est ponderis, et » est indeclinabile; ponitur *pro*, pro *iuxta;* et » est sensus: *pro pondo*, id est iuxta pondus. » Aliqui libri habent *pondo* sine *pro*, et tunc » littera est planior. » Quid sibi velit Hugo alii viderint.

14. *ex decem siclis aureis* — Codd. B, C, F 1. m. *aureum ex decem siclis;* cod. G *ex X siclis aureum;* cod. H notat hebraeum non legere *siclis;* conf. verss. 20. 26. et seqq. ubi haec formula recurrit.

15. *bovem de armento* — Codd. B, D, G, H, O, R, S, T, U, Cas. 17., gothic. legion., Rabanus tacent *de armento;* attamen cod. O notat: « In sequentibus semper legitur *de ar-* » *mento;* et videtur quod vitio scriptorum sit » omissum hoc loco; idque patet per hebr. » et graecum. »

16. *hircumque* — Bibl. Ven. 1480. 1498. *hircum;* conf. ad vers. 22. et De-Rossi *Varr. Lectt.* et Holmes.

17. *et in sacrificio* — Cod. E tacet *et;* Rabanus, Bruno ast. *et in sacrificium:* cod. O notat Vulgatum, in hac formula duodecies repetita, legere *sacrificio* h. l. et verss. 23. 29.; sed in reliquis habere *hostias*. Pro *est oblatio*, Rabanus *oblatio est;* codd. Cas. 4. *fuit oblatio;* et ita legitur in seqq., excepto vers. 29.; cod. B *sunt oblatio*.

18. *de tribu* — Cod. H notat hebraice non legi; Origenes autem, teste cod. sarraviano, illud obelo confixerat.

22. *hircumque* — Cod. B *hircum;* it. hebr., chaldaeus, graecus ven., persa, georg., armenus; sed pro Vulgato stant samaritanus, graecus, syrus, arabs et cod. 109. Kennic.

23. *boves duos, arietes quinque*—In cod. B haec desiderantur; cod. R interponit *et;* item syrus, copt., slav. ostrog. et arabs 3. holmes.

25. *septuaginta* — Mendose cod. F *sexaginta*.

26. *aureum* — Bibl. Lugdun. 1569. tacent; conf. vers. 14.

27. *et arietem* — Cod. A 1. m. omittit nexum; item hebr., graecus, chaldaeus.

29. *et in sacrificio* — Codd. E, S tacent *et;* item georg.; conf. ad vers. 17. Mox in cod. B desiderantur verba *hircos quinque, agnos anniculos quinque;* in cod. graeco vat. τράγους πέντε suppletur in margine, quod non adnotavit Holmesius; item vers. 41.

30. *Sedeur* — Cod. B *Sedur;* item X, 18.

33. *anniculum* — Cod. F addit *immaculatum;* idem additamentum habet graecus infra ad vers. 88., et cod. alexandr. id habet quoque ad vers. 69. Mox Bibl. Ordin. ed. Paris. 1590. mendose tacent *in holocaustum;* codd. C 1. m., D legunt *in holocausto*.

35. *et in hostias*—Cod. L, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugdun. 1535., posteriores edd. Rob. Steph., all. *et in sacrificio*, uti verss. 17. 23. 29.; cod. H hoc loco et seqq. notat hebr. legere *et in sacrificium;* conf. ad vers. 17. In cod. B verba *hircos quinque* primo deerant; neque leguntur in codice graeco alex. Pro *haec fuit*, cod. gothic. legion. *haec est;* conf. ad vers. 17.

36. *Surisaddai* — Rursum Sixtus habet *Suri-Saddai*, uti I, 6. et X, 19.; cod. B *Suriseddai*.

37. *habentem* — Cod. F tacet.

38. *aureum appendens decem siclos* — Bibl. Reg. mendose *decem siclos aureum appendens.*

44. *decem siclos* — Sixtini, codd. A, C, D, T, U *siclos decem.*

47. *in hostias* — Cod. B *in hostia;* conf. ad vers. 88. Post *pacificorum* mendose Bibl. Ord. ed. Lugd. 1545. et Paris. 1590. addunt *pones.*

53. *pacificorum* — Codd. C 2. m., D, E, T, U *pacificas;* conf. ad Lev. XXII, 21.

55. *plenum* — Quae sequuntur usque ad idem verbum in vers. seq. deerant in cod. B.

57. *et arietem* — Cod. E tacet nexum; concinunt hebr., graecus, chaldaeus.

62. *et mortariolum* — In hac formula, ante verbum *mortariolum,* particulam *et* numquam legit Vulgatus, nec hebr., nec graecus. Hoc autem loco eadem particula deest in codd. et edd. antiquis, excepta editione Bibl. Ant. 1583. qua usi sunt romani censores; quibus, etsi accurata subtilique animadversione singula persequerentur, profecto minutior haec observatio excidit; proindeque coniunctionis particula ex illa editione in sixtinam et in clementinas transiit: eamdem porro legunt syrus, coptus, slav. ostrog. et arabs 3. Holmesii. Pro *appendens,* cod. E legit *habens,* ut vers. 20.

65. *hircos quinque* — Haec deerant in cod. B.

67. *phialam argenteam habentem septuaginta siclos* — Haec quoque praetermissa fuerant in codd. B, S. Mox non paucae ex edd. hentenianis tacent *oleo,* uti Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1579., all.

69. *et arietem* — Cod. C tacet *et;* conf. ad vers. 27. et 57. Pro *holocaustum,* cod. F *holocausto.*

72. *Phegiel* — Sixtini *Phagiel;* item ad vers. 77.; cf. ad I, 13. Monitus esto lector, plerasque varietates quae in nominibus propriis hoc in capitulo occurrebant, heic a nobis consulto praetermissas fuisse, quippe qui easdem in superioribus capitulis praeoccupavimus.

74. *decem siclos* — Codd. T, U *siclos decem;* conf. ad vers. 44.

78. *Enan* — Sixtini hoc loco et vers. 83. *Henan:* conf. ad I, 15.

79. *oleo conspersa* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, U, V, Bibl. Reg., Paris. 1566., all., Godefridus CLXXIV, 745. *conspersa oleo;* et ita in hac formula perpetuo legit Vulgatus.

82. *hircumque* — Godefridus l. c. *hircum;* item hebr., chald. et reliqui, uti ad vers. 22.

83. *arietes* — Cod. B *et arietes;* item syrus et slavon. ostrog.

84. *dedicatione* — Sixtus cum Bibl. hentenianis paucisque codd. *dedicationem,* ut supra vers. 10.; sixtinis autem et gregorianis hodierna lectio arrisit, quam longe plures codd. et edd. praeferunt; hinc Toletus: «Lege » *dedicatione;* sic Compl., Reg., Ordin., mss. » et utraque Congregatio: et sic legendum » infra ad versic. 88. »

85. *triginta* — Rabanus *et triginta,* ut chaldaeus, syrus arabs et duo codd. holmesiani. Pro *siclos argenti,* sixtini, codd. A, D, E, F, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., all., Rabanus, Hugo *argenti siclos;* codd. C, G, Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all. tacent *argenti;* it. graecus: e contra hebr. legit tantum כסף. Post *septuaginta siclos* priores edd. Rob. Steph., all. addunt *argenti;* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all., Rabanus tacent verbum *haberet;* quibus favent veteres.

86. *auri sicli* — Rabanus *aurei sicli.*

87. *hirci* — Cod. A *hircos,* mendose.

88. *In hostias* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *Hostiae;* unde Toletus: « Mss. et prior Congregatio legunt » *Hostiae;* et idem est sensus. » Rabanus *In hostia;* cod. H notat hebr. legere *Sacrificium.* Animadverte Bibl. Rob. Steph. 1545. nullam ante haec verba habere interpunctionem. Pro *viginti quattuor,* Rabanus *quatuor et viginti.* Obiter animadvertimus Aldum in edd. vaticanis constanter posuisse *quattuor* cum duplici *t,* de qua scribendi ratione cf. Lex. For-

cellinii. Pro *dedicatione*, rursum Sixtus cum Lovan., all. *dedicationem*; cf. ad vers. 84. Pro *quando*, cod. H notat hebraeum legere *postquam*; item Lucas Brugens.

89. *oraculum* — Codd. Cas. 8. tacent. Pro *de propitiatorio*, codd. E, G *pro propitiatorio*. Pro *arcam testimonii*, Rabanus *arcam testamenti*; hebraica verba ארון חעדת apud Vulgatum alterutram interpretationem habent. De *Cherubim* cf. dicta ad Ex. XXV, 18.

Cap. VIII, 1. *Locutusque*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, N, O, T, U, V, Cas. 3. *Locutus*; item armenus.

2. *Loquere* — Codd. F, G, S, V addunt *ad*, cui favent hebr. et graec., quod et in cod. O adnotatur. Pro *Cum posueris*, Rabanus *Cum posuerint*; codd. vatic. n. 4217. 4220. 5729., auctor *Comm. in libros Regum* inter opp. Eucherii L, 1155. *Cum posuerit*; cod. sangermanensis 3. *ut quum posuerit*.

Ibid. *candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur praecipe ut lucernae contra boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis* — Haec omnia a sixtinis expuncta fuere; nec enim leguntur in codd. A, B, E, H, K, L 5., Q, goth. leg., vaticano 17 b, palatino 8, et 14, et prima manu 19, Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1532., Antuerp. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., all., Beda II, 804., anonymo apud Eucherium l. c.; Sirletus quoque (in cod. vat. 7093.) et Lucas Brugens. adnotarunt illa deesse in antiquioribus optimisque codicibus; in marg. Ordin. obelo praenotantur; auctor correctorii in nostro cod. N, etsi verba illa in antiquis latinis codicibus lecta fuisse contendit, tamen adnotat: « Hebraeus cum quodam co» dice fere centum annorum, qui semper, » neglecta littera communi, hebraico adhae» ret, hoc solum hic habet: *Cum posueris lu» cernas septem, contra eam partem, quam » candelabrum respicit, lucere debebunt.* » Hoc autem loco eruditam Martianaei adnotationem proferre iuvat, quae ad quaestionem nostram penitus investigandam peropportuna accedit: « In editis ac mss. aliquot libris se» quuntur istaec: *candelabrum in australi » parte* etc. (ut supra). Quae verba in edi» tione Bibliorum suorum Rob. Stephanus » (1545.) ac Theologi Lovan. obelo praeno» tarunt; idque merito; nullum enim additamenti huius vestigium extat nec in canone » hebraicae veritatis, nec in multis aliis la» tinis codicibus vetustissimis et optimae no» tae, puta Regiis, Colbertinis, Corbeiensi» bus, s. Germani a Pratis, etc. Sed neque » aliquid horum reperies in textu hebraico, » vel in samaritano; non denique apud inter» pretes LXX., chaldaeum, syrum, aut ara» bem. Crediderim maiori ex parte mutuata » e cap. XL. Exodi vers. 22.; huc vero trans» lata paucis ad sensum mutatis et super» additis. Huic coniecturae favet ipsummet » additamentum, quod non uno modo, nec » eisdem verbis conceptum reperitur in mss. » Nam in cod. num. 3. s. Germani a Pratis » ita legimus: *Loquere Aaron, et dices ad » eum, ut quum posuerit septem lucernas, can» delabrum in australi parte erigat. Hoc igi» tur praecipe, ut lucernae contra boream e » regione respiciant ad mensam panum propo» sitionis, contra eam partem, quae candela» brum respicit lucere debebunt.* In alio autem » codice num. 5. *Loquere Aaron, et dices ad » eum: Quum posueris septem lucernas cande» labrorum, in australi parte erige eas. Hoc » igitur praecepit, ut lucernae* etc. » Martianaeo concinunt Paulus Burgensis in *addition. ad gloss.*, Lucas Brugensis, Mariana in h. l., Natalis Alex. *Hist. eccles. sec. IV. diss. 39. art. VI.*, Bukentopius p. 151., De-Rossi *de praecip. causs.* p. 99., all.; ipsemet Angelus Rocca verba illa primo expunxerat, de quibus gregoriani in cod. columnensi scripserant: « Non leguntur in hebr., graeco et » chaldaeo. » At vero Franciscus Toletus cum clementinis censoribus eadem servanda esse censuit; scribit enim: « Haec verba non ha» bentur in hebr. et graeco, nec in quibus» dam mss., nec in Reg. et Complut. Sunt » tamen in Ordin., Lovan. et impressis fere » omnibus; nec videntur ab aliquo inveniri

» potuisse nisi lecta fuissent in textu. Ea ha» bet Glossa, et exponuntur a Lirano et Abu» lensi. » De Glossa mox dicemus; interim addimus, in omnibus fere Bibliorum latinis codicibus, post seculum nonum conscriptis, controversa illa verba haberi (ex his; praeter alia multa alibi, in sola una vaticana bibliotheca quatuor supra sexaginta Bibliorum vulgati interpretis exemplaria vidimus), atque in correctoriis N, O aperte propugnari; eademque legi apud Rabanum (de quo tamen infra agemus), Anselmum laudunensem (qui ineunte sec. XII. interlinearem glossam edidit), Brunonem ast., Rupertum, Hugonem a s. Charo. Haec quidem abunde sufficiunt ne quis temere romanorum censorum prudentiam criminetur, qui aperte professi sunt se non omnia, quae mutanda videbantur, immutasse: licet enim doctissimos illos viros haud lateret ratio, ob quam verba de quibus agimus suspecta videntur, tamen nil erat quod ipsos ad hanc correctionem impelleret, aut eamdem omnino necessariam esse suaderet; immo plura occurrebant, quae receptam lectionem, praesertim habita ratione conditionis illius aetatis, sin certam, saltem non omni praesidio destitutam demonstrabant. Ceterum si criticam quaestionem altius inspicere atque expendere volumus, nonnulla sunt animadvertenda. In primis Toletus argumentum petit ex eo quod nulla appareat ratio, cur haec addi potuerint; dein ad Glossae auctoritatem provocat. Martianaeus e contra additamentum ex loco parallelo Ex. XL, 22. derivatum fuisse existimat. Verum Glossa in Num. VIII, 2. nil aliud habet praeter allegoricam quamdam expositionem petitam ex Bedae opere *de tabern. et vasis eius*, II, 447., eamdemque habet Rabanus in Comm. ad h. l.; praeterea de Beda satis constat ex II, 804. illum ignorasse additamentum de quo agimus: immo in laudata Bedae et Rabani expositione, quam recitat Glossa, alium textum, non vero additamenti nostri verba exponi apertissimum est. Re quidem vera Ven. Beda in laudato opere *de tabern. et vasis eius*, l. c, interpretatur verba, quae leguntur Exod. XXVI, 35., eademque interpretatio ad hunc Exodi locum, cui plane uniceque accommodari potest, rursum recitatur tum in Glossa, tum apud Rabanum. Compertum est itaque Glossam in Num. VIII, 2. nonnisi interpretationem verborum, quae ad Exod. XXVI, 35. pertinent, habere. Ex his duplex conclusio eruitur, nempe 1°. additamentum nostrum ex locis parallelis petitum fuisse; 2°. veteres interpretes seculo IX. antiquiores illud ignorasse. Diximus e locis parallelis; nam dum asserimus additamenti occasionem potissimum oblatam ex laudato Exodi loco, quod a nemine hactenus notatum invenimus, non negamus scholiasten contulisse quoque Ex. XXV, 37. XXVII, 20. XL, 22. Neque enim cuiusvis loci paralleli verba descripsit, sed pro suo ingenio huic loco aptare studuit. Id autem fieri potuisse, immo re ipsa aliquoties factum esse aliis in locis ipsemet Toletus agnovit et aperte atque ingenue professus est, uti videbimus ad I Reg. XXIV, 7. XXVIII, 3. II Reg. VIII, 8. Prov. IX, 18. et alibi. Ad veteres autem interpretes quod pertinet, quum priscos Bibliorum codices, locupletissimos sane testes, consentientes conspirantesque habeant, ex illorum silentio profecto haud dubio argumento coniectamur. Ratio denique quam ex variis lectionibus, quae in hoc additamento conspiciuntur, Martianaeus accivit, confirmatur ex iis, quae sequuntur. Vetus Bibliorum codex vaticanus 5729. olim farfensis (seculi XII.) legit; *Cum posuerit septem lucernas candelabrorum in australi parte eriget, et contra eam partem quae candelabrum respicit lucere debebunt. Hoc igitur praecipe, ut lucernae contra boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis. Fecitque Aaron* etc. In codice vaticano-palatino 19., qui primo additamentum ignorabat, secunda manus, abrasis quinque aut sex verbis, illud partim in textu, partim in margine hoc pacto inscripsit: *cum imposueritis lucernas VII. candelabrum in australi parte eriges. Hoc igitur praecipe ut lucernae*

contra boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis contra eam partem, quam candelabrum respicit. Fecitque sic Aaron etc. Pro *candelabrum,* codd. C, D, F, L 5., T, U, Cas. 5., vaticani num. 21. 36. 4217. 4220. 5719., sangermanensis 5., Rupertus *candelabrorum;* palatinus n. 16. praemittit *et;* palatinus n. 17. *ad.* Pro *erigatur,* codd. C, D, N, O, P, T, U, sangermanensis 3., Urbinas aliique ex vaticanis *erigat;* codd. L 5., Cas. 5., Rupertus *erigantur;* cod. vaticanus n. 4217. *eriges;* cod. sangermanensis 5. *erige eas;* Cas. 7. *erit;* cod. N addit *Aaron, cui hoc dices.* Pro *praecipe,* codd. C, D, F, G 1. m., N, O, P, T, U, Cas. 6., vaticani n. 21. 37. 4216. 4217., palatinus n. 9., sangermanensis 5., Rupertus *praecepit;* cod. O notat modernos tantum legere *praecipe;* cod. N: « Antiqui habent *eri-* » *gat,* et habent *praecepit;* sed quia adhuc » esse videntur verba Domini dum dicitur ibi » *contra eam* etc., alii legunt *praecipe.* » Librariorum ergo industria haec verba ad contextum adcommodata fuere. Pro *boream,* Sixtus, Bibl. Antuerp. plantiniana in fol. 1583., all. *borean;* errat igitur Bukentopius p. 468. dum hanc vocem inter manifesta menda typographica editionis sixtinae adnumeravit. Obiter animadvertimus verbum *boreas* nusquam in Vulgato legi; unde confirmari videtur hoc esse alienae manus additamentum. Pro *respiciant,* cod. F *suspiciant;* cod. U *respiciens.* Pro *ad mensam panum propositionis,* apud Rabanum *et ad mensam propositionum.* Profecto si huius pericopes germana esset origo, neque melioris notae codices illam praetermitterent, neque tanta esset in reliquis dissensio. Quae hactenus disputavimus paucis perstringentes, lectorum oculis perspicue subiicimus: primigenius Vulgati textus legebat *Cum posueris septem lucernas, contra eam partem, quam candelabrum respicit, lucere debebunt.* Dein ad marg. primo adscriptum dicimus scholion sive glossam hisce fere verbis conceptam: *Candelabrum in australi parte erigebatur. Hoc igitur praecipit, ut lucernae contra boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis.* Quae quidem glossa in textum denique migravit, easque subiit varietates quas vidimus. Haec paullo fusiori calamo declaranda duximus tum ad constabiliendam maximi momenti sententiam, de qua alibi sermo redibit, de nostrorum Vulgati interpretis codicum auctoritate; tum ad vindicandam Hieronymi interpretationem; alii enim criminati sunt Hieronymum obscuram nimis implicatamque periodum effecisse; alii interpretem nostrum plura e suo adiiciendo ab hebraico textu et a graeco, liberiori interpretatione recessisse (conf. Steuchus Eugubinus, Caietanus, Iansenius, Gordonius, De Vence, Cornelius a Lapide, all.). Quae quidem obiecta evanescunt dummodo quod suum est cuique reddatur.

Ibid. *quam candelabrum respicit* — Cod. B *quas candelabrum respicit;* codd. Cas. 4., sangermanensis 3. *quae candelabrum respicit;* Cas. 2. *qua candelabrum respicit;* item Beda l. c. et anonymus apud Eucherium l. c., sed tacent *respicit;* Rupertus *candelabrum respicit ad quam.* Pro *lucere debebunt,* Beda l. c. *lucere debuit;* anonymus apud Eucherium l. c. *lucem dabat.*

3. *Fecitque* — Codd. Cas. 12. *Fecit itaque;* cod. F *Fecit.*

4. *cuncta quae* — Codd. C, D, E, F, N, P, V, Cas. 16. tacent *quae;* cod. N adnotat: « Anti- » qui non habent *quae;* quod si esset, ibi » oporteret suppleri *sunt.* » Cod. A tacet *ex utroque.* Pro *latere,* codd. E, F, V, Cas. 7. *latera.* Pro *operatus,* cod. Cas. 1. *operatum.*

5. *Et locutus* — Rabanus *Locutus;* item armenus.

6. *de medio* — Ita sixtini, codd. fere universi, Bibl. Ordin., Rabanus et Cyprianus; aliae veteres Vulgati edd. *ex medio;* graec. ἐκ μέσου.

7. *iuxta* — Rabanus *secundum.* Pro *lustrationis,* margo Ordin. cum Cypriano *purificationis;* graecus ἁγνισμοῦ; nam מי חטאת, *aqua peccati,* dicitur aqua lustralis, qua peccata abluuntur. Post *fuerint* cod. B 2. m. addit *coram Domino.*

8. *tollent* — Sixtini, codd. C, D, F, G, H, R, T, U, Cas. 20., Bibl. Ord., Hugo, Rabanus *tollant*. Pro *bovem de armentis*, codd. H, O *bovem de armento*, ut paullo post idem Vulgatus; utroque enim loco hebr. eamdem vocem habet. Ante *accipies* tacent *tu* codd. C, D, F, G, O, S, T, U, V, Cas. 12., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all., Rupertus; item hebr. et vett.

11. *offeret* — Cod. Cas. 1. *offerat*. Rabanus mox tacet *Levitas*, ut arabs. Pro *in conspectu Domini*, cod. B *coram Domino*. Pro *a filiis*, cod. E, Rabanus *pro filiis*.

12. *manus suas* — Codd. Cas. 11. tacent *suas;* item graecus; at cf. Holmes.

13. *Statuesque* — Rabanus *Statues quoque*.

15. *ingredientur* — « Ita quidem, ait Bu» kentopius pag. 395., est etiam in hebr. et » graeco, sed in vim imperativi, seu per mo» dum legis, sive praecepti; unde non male » pleraque latina cum Sixto V *ingrediantur*. » Sixto adstipulantur codd. A, B, D, E, F, all. et vett. edd.; at hodiernam lectionem praetulerunt sixtini et gregoriani, unde Toletus: « Lege *ingredientur;* sic mss. et Congregatio. » Mox cod. H notat hebraeum non legere *Domini;* legunt autem graecus et syrus.

16. *quae aperiunt* — Cod. A 1. m. *quaeque aperiunt*.

17. *Mea sunt enim* — Codd. A, B, C, D, E, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 18. tacent *enim;* Bibl. Ordin. *Mea enim sunt*. Mox cod. E tacet *filiorum*. Pro *omne*, codd. A, C, F, U *omnem*.

19. *tradidique* — Cod. E *tradidi*. Pro *Aaron*, cod. A *Aaroni*. Pro *de medio populi*, codd. H, sangermanensis a Rob. Steph. et Lovan. laudatus, priores edd. Rob. Steph., margo Ord. *de medio filiorum Israel;* concinunt hebr. et vett. Pro *Israel*, cod. H *filiis Israel;* it. hebr. et vett. Pro *ausi fuerint*, Concil. Aquisgran. edit. Hard. IV, 1420. *ausi sint*. Pro *ad Sanctuarium*, codd. N, P *in Sanctuarium;* conf. Holmes.

20. *super Levitis* — Codd. C 2. m., D, F, O, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. *super Levitas*.

22. *praeceperat* — Sixtini, codd. A, Cas. 9., goth. legion. *praecepit;* nec obstant hebr. et vett.; cf. Ungarellii *Proleg.* §. V. Mox cod. S tacet verba *de Levitis, ita factum est;* eadem expungit cod. M et notat: « Hoc est intelli» gendum, et forte fuit textus. » In cod. N* desunt tantum verba *ita factum est;* at vero scholiastes cod. N notat: « Error est magnus, » quod quidam deleverunt quod dicitur *ita fa» ctum est*, cum antiqui habeant, et hebraeus » etiam plus, scilicet *ita factum est eis*. » Hinc pronomen *eis* additur in codd. P, Cas. 1.; cod. R tacet *de Levitis*.

23. *Locutusque est* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, N, O, T, U, V, Thomas. I, 40., Rabanus, Rupertus *Locutus est;* concinunt georg. et Augustinus; cod. H tacet *est*.

24. *A viginti quinque annis* — Hugo a s. Charo notat: « Alii libri habent *A vice» simo quinto anno*, et huic lect. concordat » Glossa. » Nempe ex Augustino haec lectio hausta videtur.

26. *fuerint* — Cod. B *fuerunt;* codd. F, R, V, Rupertus *fuerant*. Pro *ipsa*, cod. B *ipsi;* cod. H notat id pronomen in hebraeo deesse; nec habet Augustinus. Pro *faciant*, Bibl. Ord. *facient*. Pro *Levitis*, sixtini, primo gregoriani, codd. C, D, E, F, R, S, V, Bibl. Ord., Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph., all. *Levitas;* conf. ad vers. 20.

Cap. IX, 1. *Locutus* — Cod. R, Bibl. Reg. *Locutusque*, item hebr. et vett., uti monet De Vence. Pro *in deserto*, cod. A *in monte*, ut infra vers. 5.; it. Cyrillus alex. apud Holmes. Pro *anno*, Rabanus *in anno*.

5. *die mensis* — Codd. Cas. 7. addunt *primi;* item syrus, arabs, slav. Pro *ad vesperam in monte Sinai*, cod. B *in tempore suo*. Pro *in monte Sinai*, cod. H notat hebr. legere *in deserto Sinai*, et ita habet margo Ord. et anonymus auctor *de computo pasch.* LIX, 558., ex quo italae lacunam apud Sabatierium hoc loco explere possumus.

6. *super anima* — Codd. A, F 1. m., G, S, T, U, Hugo *super animam;* item vers. 7. Augustinus in *quaest. in h. l.* scribit: « *super* » *animam hominis*, id est super mortuum. »

Pro *facere Phase in die illo*, codd. C 1. m., D, E, F, G, N, O, P, R, T, U, V, gothic. leg., Bibl. Ordin., Hugo *facere Pascha in die illo;* cod. S *Pascha facere in die illo;* Rupertus *facere in die illo Pascha;* codd. N, O notant veteres libros heic legere *Pascha*, graecorum more; alias autem cum hebr. *Phase;* utrumque porro idem significare; cf. ad Ex. XII, 11.

7. *ut non valeamus ... tempore suo*—Cod. B *ut valeamus ... tempore illo.* Pro *oblationem offerre*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, O, T, U, V, Rabanus, Rupertus *offerre oblationem.*

8. *ut consulam* — Codd. Cas. 12. *et consulam;* margo Ordin. cum hebr. *ut audiam.*

9. *Locutusque* — Rabanus *Locutus.*

10. *procul in gente*—Bibl. Lugdun. 1535. *procul, sive in gente.*

11. *in mense* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ord., Rabanus, Florus diac. CXIX, 48., Paschasius radb. CXX, 1342., Rupertus tacent particulam *in.* Mox codd. Cas. 9. omittunt *mensis;* item hebr. et vett., paucis exceptis apud De-Rossi, ubi addes slavon. mosq. Cod. H notat hebr. non legere *agrestibus;* sed norunt eruditi Hieronymum posuisse *lactucis agrestibus* pro מררים quod *herbas amaras* significat.

12. *relinquent* — Codd. B, R *relinquant;* item georg.; cod. S *remanebit;* conf. Exod. XII, 10.

13. *et mundus est*—Particulam *et* omittunt codd. C, D, N, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Florus diac. l. c., Balduinus CCIV, 744.; nec obstant hebr. et vett.; codd. N, P tacent *est;* cod. E, Hugo *et immundus est.* Pro *fecit*, Rabanus *facit;* Balduinus l. c. *fecerit.* Pro *de populis suis*, cod. F *de medio populi sui*, ut arabs; Augustinus et auctor *de computo pasch. l. c.* ex graeco *de populo suo;* conf. ad Lev. VII, 20.

14. *Peregrinus quoque*—Cod. Urbinas apud Vallarsium *Peregrinus vero.* Pro *fuerint ... facient*, sixtini, codd. D, F 2. m., G, H, S, T, U, alii apud Martianaeum et Vallarsium, Petrus Com., Hugo *fuerit ... faciet;* codd. C, F 1. m., O, R, Cas. 16., Bibl. Ord., Rabanus *fuerit ... faciat;* accedunt hebr. et vett.; at cf. Holmes. Pro *Domino*, codd. C, D, F 2. m., G 1. m., O, T, U, V, Cas. 17., alii apud Martianaeum et Vallarsium, Hugo, Petrus Com., Balduinus l. c. *Domini;* cod. O notat veteres latinos legere *Domini*, etsi hebr. et graecus habeant *Domino;* at bene Martianaeus animadvertit utramque interpretationem aeque ex hebraeo textu erui posse. Pro *iustificationes eius*, veteres fere omnes editiones paucique codd. *iustificationes suas*, quod ad fidem antiquiorum omnium codicum, Bibl. Ordin. et Rabani emendarunt sixtini.

15. *vespere* — Rabanus *vespera.*

16. *sic fiebat* — Codd. C, D, N, O, P, T, Cas. 6. *sic faciebat;* graecus ἐγίνετο, vel, ut nonnulli codd. ἐγένετο; cod. U *sic faciebant.* Post *per noctem* tacent *quasi* codd. B, goth. leg., quibus accedunt hebr. et vett.

18. *imperium Domini*—Rupertus *imperium eius.* Pro *figebant tabernaculum*, cod. B *figebant tentoria;* cod. S, Rabanus *figebant tabernacula.*

20. *quot diebus* — Hanc lectionem Sixto debemus; nam vett. codices et edd. habent *quotquot diebus;* Rocca dubitavit utrum in sixtina lectione mendum lateret. Pro *tentoria*, cod. B *tabernacula.*

21. *nubes* — Cod. B 1. m. *dies.* Pro *mane*, codd. G, R, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *ad mane.* Mox codd. Cas. 2. tacent *diluculo.* Pro *tabernaculum reliquisset*, Rabanus *reliquisset tabernaculum.* Pro *dissipabant tentoria*, margo Ord. *proficiscebantur*, et ita legi in hebraeo notatur in cod. H; Rabanus *dissipabant tabernacula.*

22. *Si vero biduo*—Sixtini, codd. B, C, D, F 1. m., G, H, O, T, U, V, Cas. 18. *Si biduo;* codd. A, E, F 2. m., N *Sive duo;* hebr. quoque et vett. tacent nexum; codd. R, S *Sive duobus;* pro *biduo*, Rabanus et margo Ordin. *duobus.* Pro *aut uno mense*, cod. B *aut mense;* item hebr.; margo Ord. *sive uno mense.* Mox cod. E tacet *super.* Pro *ut recessisset*, codd. F, V *cum recessisset.* Pro *movebant*, cod. B *movebantur.*

Cap. X, 1. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, K, O, R, T, U, V, Thomas. I, 40., Bibl. Ordin., Bruno ast., Rupertus *Locutus;* item Ambrosius et armenus.

2. *argenteas ductiles* — Rupertus *ductiles argenteas;* concinunt Ambrosius aliique non pauci apud Holmesium. Ad ea quae in Vulgato sequuntur Bukentopius pag. 16. et 151. adnotat: « Haec primo intuitu unum tantum» modo harum tubarum usum indicant, cum » tamen duplicem fuisse constet tum ex aliis » textibus, tum ex hebr. in quo est *ad con*» *vocationem coetus, et ad proficisci facien*» *dum.* Vulgata involuta est et ambigua, quia » in ea modo deest coniunctio *et,* una cum » interpunctione ante vocem *quando.* » Item De Vence. At verius receptam lectionem per se involutam esse aut ambiguam negabis: immo potius hieronymiana periodus ex proposita corrigendi ratione omnino labefactatur. Dicendum itaque Hieronymum duo incisa unico commate conclusisse.

3. *tabernaculi foederis* — Codd. A, C, D, E, F, K, R, T, U, V, Rupertus, Hugo *foederis tabernaculi.*

4. *clangueris* — Cod. O notat: « Secundum » plures legitur *clanxeris;* » et ita habent Bibl. Lugd. 1550., Paris. 1566., all.; auctor quoque Mammotrecti hanc lectionem praefert. Forcellinius ad verbum *clango* notat: « Praeteritum alii tribuunt *clanxi,* alii *clangui:* » prius videtur magis accedere ad latinam » analogiam; nam et *ango,* et *pango* habent » *xi.* Neutrius tamen ullum adhuc exemplum » vidimus. » Fatetur igitur hieronymianam interpretationem se numquam legisse. Ante *principes* Rabanus addit *omnes;* item Ambrosius cum graeco et duobus codd. hebr. apud De-Rossi. Pro *Israel,* cod. B *filiorum Israel,* ut arabs et coptus.

5. *Si autem* — Legunt *Sin autem* sixtini, codd. B, C, D, F, G, H, K, T, U, Bibl. Lugd. 1522. 1535., all., Rabanus, Rupertus. Pro *prolixior,* cod. B *prolixius.* Pro *concisus,* cod. Cas. 1., Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538., all., margo Ordin. *concisior;* Beda II, 363. *intercisus.* Pro *movebunt,* cod. U, Gregorius M. I, 962., Isidorus V, 439., Beda l. c. et IV, 399., Martinus leg. CCVIII, 1250. *movebuntur;* conf. Sabatier.

6. *in profectionem* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, N, O, P, T, Bibl. Paris. 1566. *in profectione.*

8. *Filii autem*—Tacent *autem* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, R, T, U, V, Cas. 21., goth. leg., Amalarius CV, 1101., Rupertus. Quaedam ex hentenianis edd., uti Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1579. mendose omittunt duo verba *Aaron ... legitimum.* Pro *sacerdotes,* Sixtus, veteres edd. et plerique codd., Amalarius l. c. *sacerdotis;* accedit syrus; hanc lectionem in latina versione hebraici textus mendose expressit Waltonus; recte Toletus: « Lege *sacerdotes;* » sic hebr., graecus et mss.; et sic utraque » Congregatio censuit. » Nam sixtini et gregoriani cum codd. A, E, H, Cas. 8. emendarunt; conf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 151.

13. *in manu* — Sixtus cum antiquis plerisque edd. posuit *per manum,* uti supra IV, 37. 45. IX, 23. At Toletus: « Lege *in manu;* sic » hebr., graecus, mss. et Ord. » Sixtini enim et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd. ita legendum censuerunt. Augustinus in *quaestt.* in h. l. scribit: « *In manu Moysi,* » usitatissima in Scripturis locutio est, quia » per Moysen haec Deus praecipiebat. » Lucas Brugensis animadvertit alios scribere *in manum,* alios *per manum,* sed hebraeo consonare *in manu.*

15. *fuit princeps* — Codd. G, R, S, Cas. 4. *erat princeps,* uti habet superior et sequens versiculus.

17. *egressi* — Cod. E *ingressi.*

18. *turmas* — Codd. S, T addunt *suas,* uti legitur ad verss. 12. 14. 22. 25. 28., item hebr. et vett.; sed Vulgatus habet *per turmas et ordinem suum,* pro לצבאתם. Pro *Helisur,* alias Vulgatus semper habet *Elisur;* cf. I, 5. II, 10. VII, 30. 35.; hanc autem inconstantem scribendi rationem, in antiquis editioni-

bus obviam, correctorum diligentiam effugisse putamus.

21. *portabatur* — Hugo *portabant.*

24. *Beniamin erat* — Tacent verbum *erat* sixtini, codd. A, B, C, D, F, H, T, U, V.

25. *Novissimi* — Cod. B *Novissime.* Pro *Ahiezer,* heic quoque non pauci corrupte legunt *Abiezer,* uti I, 12. VII, 66. 71.

27. *princeps fuit* — Cod. C *erat princeps;* verbum *fuit* praetermittunt codd. B, D, E, F, H, T. Pro *Enan,* sixtini *Henan;* cf. ad I, 15.

29. *Dixitque* — Rabanus cum Augustino *Et dixit.* Pro *Hobab,* alii scribunt *Obab,* minus recte; codd. G, R, S, glossa interlinearis vitiosius *Heliab;* Augustinus *Obeth;* idem autem esse videtur ac *Iethro;* alii censent eius fratrem esse. Pro *Raguel,* codd. B, F, V *Raguelis;* codd. A, H, O, Bibl. Paris. 1566. *Rahuel;* cf. ad Ex. II, 18. Pro *Madianitae,* codd. A, B, C, D, F, G, H, O, S, T, U, V, Thomas. l. c. *Madianiti;* graec. τῷ Μαδιανίτῃ; codd. K, R *Madianitidi.* Pro *cognato,* margo Ordin. *socero;* Augustinus ex graeco *genero;* cf. ad Exod. III, 1. IV, 18. XVIII, 6. Iudic. IV, 11. Codd. Cas. 14. habent *Proficiscemur* pro *Proficiscimur;* cod. V *Proficiscamur.* Pro *Dominus daturus,* cod. B *Dominus Deus noster donaturus.* Pro *ut benefaciamus,* Petrus bles. CCVII, 87. *et benefaciemus;* favent hebr. et vett. Denique pro *Israeli,* cod. H, Rupertus, Hugo *Israel;* conf. ad Exod. VI, 14.

30. *Cui ille respondit* — Rupertus *Cui cum respondisset ille;* Petrus cell. CCII, 998. *Cumque illi respondisset.* Post *vadam* tacent *tecum* Bruno ast. et Petrus cell. l. c.; item hebr. et vett. Mox Bruno ast. post *in terram* tacet *meam;* Petrus cell. l. c. cum Augustino legit *ad terram.*

31. *nos relinquere* — Cod. A *relinquere nos;* cod. G *nos derelinquere.* Iis qui notant hebraeum legere *et eris nobis pro oculis,* non vero uti habet Vulgatus *et eris ductor noster,* reponimus egregiam hanc esse Hieronymi interpretationem quam nostrae aetatis eruditi viri unice laudant; cf. Rosenmullerus in h. l., Gesenius *Thes. pag. 1018.,* Winer *de vers. Pent. sam. p. 52.,* Schroederus in h. l. Nam reliqui veteres interpretes vel insolitam ipsam duriusculamque hebraicam locutionem retinuerunt, ut syrus, arabs (quorum castiganda est latina versio in polyglottis), graecus venetus, persa; vel alienam ineptamque interpretationem eidem suffecerunt, uti alexandrinus, samaritanus, Onkelos et Ionathanus.

32. *ex opibus* — Corrupte Bibl. Ven. 1484. 1497. 1501., Brix. 1496., all. *ex operibus;* perperam ex hac vitiosa lectione Eugubinus Vulgatum insimulavit. Pro *traditurus est,* codd. H, N*, P, R, S, Petrus cell. l. c. *daturus est;* at cod. N adnotat: « Dicturus *dabi-* » *mus,* praemisit *traditurus,* quod plus di- » cendi peritiae congruit et sensui. » Post *Dominus* cod. B addit *noster.*

33. *Profecti sunt ergo* — Codd. D, F, G, R, V *Profectique sunt ergo;* melius cod. S et Bruno ast. *Profectique sunt;* unde Caietanus: « Non est in hebraeo *ergo,* sed coniunctio co- » pulativa. » Pro *viam,* codd. A, B, D, E, T, U, Hugo *via;* cf. ad Ex. VIII, 27. Pro *arcaque,* cod. B *arca.* Post *foederis* Thomas. l. c. tacet *Domini,* ut cod. 189. Kennic. Pro *dies tres,* codd. A, G, R, S, U, Bibl. Ordin., Lugd. 1535., all., Bruno ast. *tres dies.*

34. *Domini* — Tacet Bruno ast.; item graecus et arabs, sed conf. Holmes. (v. 36.). Pro *per diem cum,* Bruno ast. *dum;* accedit cod. 252. Kennic. Pro *incederent,* cod. B *incederet.*

35. *arca* — Cod. Cas. 1. et Rabanus addunt *Dei.* Ante *dissipentur* Rabanus omittit *et;* item plures graeci codd.

36. *aiebat* — Cod. B *agebat.* Mox cod. T omittit *Domine,* uti cod. 99. Kennic.

Cap. XI, 1. *pro labore* — Bibl. Lugd. 1522. 1535., Ven. 1533., Rabanus, Rupertus *prae labore.* Pro *audisset,* cod. B *vidisset;* Bruno astens. *audiret.* Mox tacent *Dominus* sixtini, codd. fere omnes et vett. edd. usque ad stephanicam anno 1545., in quam ex testimonio unius codicis sangermanensis illa vox admissa fuit, indeque ad hentenianas edd. propagata. Pro *in eos ignis,* cod. F, Bibl.

Ordin., Rabanus *in eo ignis;* anonymus apud Hieronymum III, 744. tacet *in eos;* item Damasc. II, 403. et arabs. Pro *castrorum partem,* Rabanus, Rupertus, Petrus Com. et laudatus anonymus *partem castrorum.*

2. *Moyses ad Dominum* — Particulam *ad* tacent sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, S, T, U, Bibl. Ord., Hugo. Petrus Com. legit *Moyses ante Dominum.*

3. *incensus* — Hanc lectionem invexit Sixtus, quam gregoriani mutare cogitabant, at dein intactam dimiserunt. Veteres autem codd., edd. et patres legunt *succensus.*

4. *Vulgus quippe* — Cod. Cas. 1. *Vulgus quoque;* notat Estius: « Non est recapitulatio » eius quod praecessit, ut sensisse videtur » Hieronymus, qui vertit *quippe,* cum in he- » braeo tantum sit coniunctio *et;* sed est no- » vae rei gestae narratio. » At conf. Calmet. Pro *flagravit,* cod. Cas. 1. et Rabanus *flagrabat.* Post *desiderio* addunt *carnium* codd. F, I, L, N*, R, S, V, Cas. 7., Thomas. I, 41., Urbinas, Bibl. Ord., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus, Hugo de s. Vict. III, 953., Petrus Com.; alii apud Lucam Brugensem habent *carnis;* at recte scribit Martianaeus: « Non- » nulli codices mss. legunt cum canone hebr. » veritatis *desiderio carnium;* sed illud *car-* » *nium* merum est additamentum marginale, » exponens quo desiderio vulgus flagraverit. » Translatum est autem in sacrum contextum » librariorum imperitia, uti scire licet e ms. » Bibliorum regio cod. n. 3563., in quo vox » *carnium* scripta erat in margine, praece- » dentibus duobus punctis, quae ibidem ad- » huc supersunt, quamvis nomen *carnium* ex- » punctum sit omnino, ut alienum a textu. » Expungitur quoque in nostris correctoriis M, N, O, et Liranus testatur in libris correctis non legi; hisce suffragantur Vulgati edd. seculi XV. Mox tacent vocem *pariter* cod. Cas. 1. et Hugo de s. Vict. l. c. Pro *ad vescendum carnes,* cod. V, Rupertus plus semel *carnes ad vescendum.*

5. *porrique* — Cod. G, Rupertus, Petrus cell. CCII, 980. *porri;* conf. Holmesius, item cod. 5. Kennic.; Hugo de s. Vict. l. c. *porri quoque.* Pro *cepe,* optimi codices habent *caepe;* et pro *allia,* scribunt *alia;* conf. Forcellinius.

6. *respiciunt oculi nostri*—Cod. B *respicit.* Pro *Man,* Petrus Dam. CXLIV, 230. *Manna,* conf. ad Ex. XVI, 31. et Sabatier.

7. *bdellii* — Bibl. Complut. et Reg. *bdelii;* cf. ad Gen. II, 12. Adnotamus sixtinos prima manu intra parenthesim conclusisse versiculos 7. 8. 9.

8. *in mortario*—Codd. Cas. 13. particulam *in* omittunt; cod. Cas. 1., Rabanus in *Spic. solesm.* III, 221., Rupertus *in mortariolo.* Pro *tortulas,* cod. V *laganas tortulasque;* nonnulli codd. *turtulas;* cf. Cangius. Forcellinius aeque reiecit *torta* et *tortula;* at eiusdem Lexici editores lipsienses ex Vulgati testimonio, qui pro placenta vel tracta habet *torta* (Ex. XXIX, 23. Num. VI, 19. I Reg. II, 36. et alibi), hoc vocabulum recte addiderunt, quod Scaligerus Ausonio vindicavit; cf. et Maius *Class. Auctt. VIII, 581.* Cur igitur ex eodem Hieronymo non admittetur *tortula?* Pro *oleati,* codd. R, S *oleacei;* conf. Forcell. ad h. v.

10. *flentem populum* — Bibl. Ord. et Petrus Com. *populum flentem.* Post *familias* codd. Cas. 13. addunt *suas;* item hebr. et vett. Mox cod. F tacet *sui.*

11. *Cur afflixisti* — Codd. Cas. 6. interponunt *Domine;* accedunt Philo, armenus et syrus.

12. *Porta eos in sinu tuo* — Cod. E *In sinu tuo porta eos;* pro *eos,* codd. B, Cas. 1. *eam;* favent hebr. et graecus, sed cf. Holmesius, cui addes Tischendorfii codicem palimpsestum (I, 76.). Pro *iurasti,* Rupertus II, 1485. *iuravi;* item syrus et duo codd. hebr. apud De-Rossi in *Append.,* Chrysost. I, 209. et nonnulli codd. graeci.

13. *contra me* — Codd. R, S, Cas. 4., Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1528., all., Petrus cellens. l. c. *coram me;* at haec lectio in cod. O reiicitur.

14. *est mihi* — Legunt *mihi est* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, R, S, T, U, V,

Bibl. Ordin., Lugdun. 1550., all., Ambrosius Autp. LXXXIX, 1313.

15. *in oculis tuis* — Cod. F 1. m. *in oculis eius;* Cas. 1. *in conspectu tuo.* Pro *afficiar*, cod. B *affligar.*

16. *de senibus* — Habent *de senioribus* codd. B, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 23., Thomas. l. c., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all.; accedunt innumeri patres qui hunc locum proferunt, inter quos Gregorius M. I, 618. IV, 106., Amalarius CV, 1088., Rabanus, Hincmarus CXXV, 1053. 1086. et alibi, Regino et Hucbaldus CXXXII, 192. 883., Gerardus cam. CXLII, 1293., Petrus Dam. CXLV, 117. 389. 623., Rupertus, Petrus Com., Miss. Moz. p. 609., all.

Ibid. *populi sint ac magistri* — Codd. B, F, V, Beda II, 1172., Smaragdus CII, 922. *populi sunt ac magistri;* Rabanus *ac magistri sint populi Israel.* Pro *ad ostium tabernaculi*, Algerus CLXXX, 840., Miss. Moz. l. c. *ad tabernaculum;* cod. H notat ita legi in hebr., eique consonant veteres interpretes. Pro *faciesque ibi*, Miss. Moz. l. c. *faciesque illos;* conf. Holmes.

17. *ut descendam* — Codd. G, Cas. 12., Bibl. Rob. Steph. 1532., Amalarius l. c., Rabanus, margo Ordin. *et descendam;* favent hebr. et vett. Post *spiritu tuo* quidam cum glossa interlineari addebant *sancto*, quod Lucas Brugensis respuit. Mox cod. B 1. m. omittit *tecum.* Pro *et non*, cod. B *ut non.*

18. *Populo quoque* — Codd. Cas. 12. *Populoque.* Pro *Sanctificamini: cras comedetis*, Bibl. Rob. Steph. 1540., Lovan. 1547., all. *Sanctificamini cras: comedetis;* cod. H et sangermanensis a Stephano et Lovan. laudatus, Bibl. Rob. Steph. 1545., Lugdun. 1550., all. *Sanctificamini cras; et comedetis;* accedunt hebr. et vett., praeter armenum et georg.; anonymus apud Hieronymum III, 744. *Sanctificamini, cras etenim comedetis;* antiquiores aliae Vulgati edd. hodiernam lectionem, quam sixtini instaurarunt, sequuntur. Haud dissimilis varietas occurrit ad Ex. XVI, 23. XVII, 9. Pro *Ut det vobis Dominus carnes, et comedatis*, cod. H notat hebraeum legere *Dabit quoque Dominus vobis carnes et comedetis;* laudatus anonymus *Det Dominus vobis carnes et comedetis;* codd. Cas. 12. *ut comedatis* pro *et comedatis.* Hugo a s. Charo notat quosdam legere *Sanctificamini (cras comedetis . . . erat in Aegypto) ut det vobis* etc.

20. *in nauseam* — Nonnulli codd. veteres praeferunt *in nausiam*, quod unice probat cod. O, fortasse quia est a graeco ναυσία; cod. Cas. 1. (ut hebr. et vett.) praemittit *vobis;* et mox pro *repuleritis*, legit *repulistis.* Post verba *ex Aegypto* Bibl. Ven. 1476., Ord., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *ut periremus in solitudine?* His similia sunt infra XIV, 3. XX, 3. XXI, 5.

21. *Et ait Moyses* — Addunt *ad Dominum* Sixtus, codd. C, D, E, F, G, K, N, R, S, T, U, V, veteres edd. fere omnes, quibus accedit syrus; at vero Toletus: « Dele *ad Dominum;* » sic hebr., graecus et aliqui mss.; utraque » Congregatio abstulit. » Re vera sixtini et gregoriani illud additamentum expunxerunt, nec legitur in codd. A, B, H, L 4., Q, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., Rabano; conf. Lucas Brugens. et Bukentopius pag. 395. Ad graecum quod spectat, etsi Holmesius nullum proferat codicem legentem πρὸς Κύριον, tamen id legitur in vetustissimo graeco codice edito a Maio; at illud secunda manus ibidem expunxit quod Maius adnotare praetermisit. Pro *esum*, cod. Cas. 1. *escam.* In fine versiculi notam interrogationis sustulerunt sixtini, nec habetur in Bibl. Reg. et Rabano, quibus concinunt Augustinus et graecus.

22. *congregabuntur* — Cod. F addendo repetit *ut possint sufficere ad cibum.* Pro *ut eos satient*, cod. Cas. 1. *ut eis sufficiant.*

23. *Dominus* — Rabanus tacet. Pro *videbis*, codd. Cas. 4. *videbitis.*

24. *Venit igitur* — Codd. G, S, Rabanus *Venit ergo.* Ante *congregans* cod. A addit *et;* accedunt hebr. et vett., sed alia est periodi ratio. Pro *senibus*, codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 23., Thomas. l. c., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Rabanus, Hincma-

rus CXXVI, 319., Rupertus III, 117., Hugo roth. CXCII, 1274., all. *senioribus;* conf. ad vers. 16. Pro *Israel,* cod. H et sangermanensis apud Stephanum et Lovan. *populi;* item hebr. et vett., exceptis Ionathano, persa et nonnullis hebr. codd. apud De-Rossi. Pro *circa,* codd. A, U *iuxta.*

25. *qui erat . . . et dans* — Miss. Moz. l. c. *quod erat . . . et dedit.* Pro *cessaverunt,* sixtini 1. m. cum cod. A et Ruperto l. c. *cessarunt.* In hac interpretatione Hieronymus Onkelosum et Ionathanum consentientes habet; scholiastes quoque in cod. H notat hebr. legere *et non cessaverunt.* Aliter legit et interpretatur samaritanus. Alexandrinus, syrus, arabs, graecus venetus contrario sensu reddunt *sed non addiderunt,* scilicet posthac numquam amplius vaticinati sunt; item itala, ex qua Iuvencus in *Spicil. solesm. I, 235.* (silet enim Sabatierius)

« Hi autem ut pariles cunctis dixere loquelas,
» Se removent suetoque prius sermone loquuntur. »

idque viris doctis nunc fere probatur. Neutram interpretationem temere damnandam esse Calmeto tribuimus; at qua ratione adseri possit utramque in re convenire, non intelligimus.

26. *Remanserant* — Codd. E, K, Miss. Moz. l. c. *Remanserunt.* Mox Rabanus *in castris autem.* Miss. Moz. l. c. *vocabatur unus.* Pro *Eldad,* cod. B *Elidad;* codd. F, G, Miss. Moz. l. c. *Heldat;* ex antiquis edd. aliae *Heldad,* aliae *Aeldad;* cf. ad XXXIV, 21. Pro *fuerant,* cod. E *erant.* Pro *exierant,* Rabanus, Miss. Moz. l. c. *exierunt;* Bibl. Lugd. 1535. *exierant tabernaculum;* neque obstat hebraeus.

27. *Cumque* — Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Cum;* georg. quoque omittit nexum.

28. *Moysi* — Miss. Moz. l. c. aliique pauci testes habent *Moysis;* cf. ad Ex. IX, 35. Mox tacent *et* codd. F, H, hebr. et vett. Pro *e pluribus,* codd. G, R, S, U, V, Miss. Moz. l. c. *a pluribus;* at codd. M, O notant legendum *e,* non vero *a.* Pro *Moyses,* cod. E *Mosi;* cod. H *Mose;* mendose Vallarsii ed. veron. *Mosen.*

29. *At ille* — Sixtini, codd. A, C, D, T, U *Et ille.* Miss. Moz. l. c. prosequitur *Quid, inquit, agis pro me? quis tribuat hoc, ut* etc. Post *omnis,* codd. Cas. 5. addunt *hic.* Pro *Spiritum suum,* Miss. Moz. l. c. *Spiritum sanctum;* cod. R *Spiritum sanctum suum;* item Chrysostomus VI, 527. Animadverte sixtinos heic interrogationis notam abiecisse, ut Bibl. Compl., Reg., all.

30. *et maiores* — Codd. B, F, G, V, Cas. 3. *et omnes maiores;* item targum Ionathani.

31. *arreptas* — Ita omnino scribendum censemus cum principe edit. vatic. Clementis VIII. an. 1592., cui adstipulantur romanae edd. Bibl. 1598. 1618. 1624.; et ita legunt veteres codd. et edd. Hinc nobis persuasum est alteram eiusdem Pontificis vaticanam editionem anno 1593. ex manifesto typographi mendo legere *arreptans,* quod profecto ad rem non facit; est enim *arreptas,* ab *arripio,* (conf. Exod. X, 19.) prout ex hebr. et graeco comprobatur. At vero quum Lucas Brugensis ex tribus vaticanis edd. Clementis VIII. nonnisi alteram, quam hoc loco mendosam esse diximus, vidisset; quumque inde falsus in libello cui titulum fecit *Romanae correctiones in latinis Bibl. ed. Vulg.* scripsisset: « In loco participii passivi *arreptas,* quod » est in aliis libris, substitutum est activum » *arreptans;* » haec eius notula primo plantinianis editoribus, mox reliquis fere omnibus usque ad nostram aetatem occasionem praebuit retinendi lectionem *arreptans,* quam praeterea sequutae sunt edd. romanae ann. 1627. 1671. 1765. 1768. 1784. Nec mirum id tibi videbitur si animo reputaveris, quod ad Lev. VI, 4. monuimus, recentiores fere omnes Vulgati editiones ex vaticana 1593. descriptas fuisse, inconsulta principe editione 1592. Conf. Bukentopius p. 395. et 476., qui tamen perperam adfirmat utramque lectionem optimum fundere sensum, atque hebraeo et graeco consentire; item Leander a s. Martino in additamentis ad laudatum Lucae Brugensis libellum editis ad calcem Bibl. Ordin. Antuerp. 1634. minus latine loquitur

dum interpretatur *arreptans* « id est, copiose » et fortiter secum raptans. »

Ibid. *demisit* — Sixtini, codd. C, D, F, G, R, S, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugdun. 1535., all., Balduinus CCIV, 746. *dimisit*, quod Lucas Brugensis respuit. Cod. H notat hebraeum non legere verba *volabantque in aëre;* haec primo sixtini, et margo Ord. expungunt; at merito servata fuerunt; nam sensum potius quam verbum pro verbo reddidit Hieronymus. Ante *altitudine* cod. N * addit *in;* sed codd. N, O adnotant: « Non est ibi » *in* praepositio. »

32. *congregavit coturnicum* — Sixtus et fere omnes veteres edd. paucique ex recentioribus codd. addunt *multitudinem;* Bibl. Paris. 1566., all. legunt *congregaverunt coturnicum multitudinem;* quoad verbum pluralis numeri consentiunt hebr. et vett., excepto graeco, de quo conf. Holmes.; priores edd. Rob. Steph. *congregavit coturnices;* sixtini et gregoriani ad fidem priscorum omnium codd. expunxerunt vocem *multitudinem;* quae, uti scribit Toletus, « non habetur in hebraeo et graeco, ubi » legitur sic: *congregavit coturnicem, qui parum, congregavit decem coros.* In mss. autem habetur sic: *congregavit coturnicum, qui parum decem coros;* et ita probavit utraque Congregatio; atque haec lectio eadem » fere est cum hebraeo et graeco. » Cf. Bukentopius p. 151. 396.

33. *in dentibus* — Anonymus apud Hieronymum III, 744. *inter dentes*, et ita legi in hebr. notat cod. H; Rabanus *in ore*. Pro *huiuscemodi*, Bibl. Paris. 1566. *huiusmodi*. Pro *concitatus in populum, percussit*, Bruno ast. *concitatur in populum, percussitque;* it. hebr. et vett.

34. *sepelierunt* — Sixtini, cod. A, Rabanus *sepelierant*. Post *desideraverat* addunt *carnes* codd. B, F, G, L, R, S, V, Cas. 8., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Petrus ven. CLXXXIX, 422.; codd. Cas. 12. *carnem;* accedit Ionathanus; Rabanus et Petrus Com. legunt *carnes desideraverant;* Bibl. Lugdun. 1522. *desideraverant carnes;* hanc vocem expungendam docent correctoria M, N, O; Lucas Brugensis monet: « Non addas *carnes;* multoque minus scribas » *populum quem percussit Dominus, quia de-* » *sideraverat carnes;* » prout habent codd. L 4. Pro *Haseroth*, quidam codd., et edd. non paucae *Asseroth*, vel cum Augustino *Aseroth;* minus recte. Animadvertat lector veteres edd. post stephanicas in hoc capitulo versiculos 35. enumerasse, quia a verbis *Egressi autem* novum versiculum exordiebantur.

Cap. XII, 1. *uxorem eius Aethiopissam* — Margo Ordin. addit *quam acceperat;* cod. B tacet *eius;* utraque varietas praesidium habet in hebr. et vett.

2. *cum audisset Dominus* — Lucas Brugensis ait: « Sequitur in plerisque libris *iratus* » *est*, quod redundare merito censuerunt cor- » rectores, perficiendamque sententiam esse » illis verbis quarti versus *statim locutus est* » *ad eum*, inclusis parenthesi verbis interme- » diis *Erat enim Moyses* etc. » Re vera addunt *iratus est* Sixtus, codd. C, D, E, G, N, O, T, U, Cas. plures, veteres edd., Rabanus, Rupertus; immo codd. B, F, N*, R, S, V, Cas. 8., Bibl. Ven. 1476., Lugdun. 1513., posteriores edd. Rob. Steph., all., Bruno ast. habent *iratus est valde;* at codd. N, O, P, all. expungunt *valde*. Sixtini et gregoriani cum paucis codd. nullum additamentum admittunt: « Ver- » ba illa *iratus est*, inquit Toletus, non ha- » bentur in hebr., graeco et mss.; et utraque » Congregatio expunxit. » Conf. Bukentopius p. 396. et Calmetus in h. l., quem perperam carpit Houbigantius; apposite Eugubinus notat: « Abradenda est particula *iratus* » *est;* quae sumpta fuit ex inferiori loco, ut » plerumque solet fieri, raro quidem in no- » stris codicibus, creberrime vero apud LXX., » quod transcribentibus est attribuendum, » qui locos inter se similes in margine no- » tatos, in contextum intulerunt; ut quasi ex » eius corpore viderentur. »

3. *Erat enim* — Codd. Cas. 8., Petrus cap. in *Spicil. solesm.* II, 395. *Erat autem*. Hunc versiculum recte sixtini clauserunt paren-

thesi, quod et reliquis correctoribus placuit. Ratio ex superiori adnotatione perspicua est; nec erat cur Holmesius id tamquam peculiare editionis Ven. 1732. adnotaret. Ex Vulgato hanc parenthesis notam admisit editio armena.

4. *statim*—Codd. N*, R, S, Cas. 4. *statimque;* favent hebr. et vett. Post *locutus est* addunt *Dominus* codd. B, F, K, O, R, S, V, Cas. plerique, veteres edd. fere omnes; concinunt hebr. et vett.; at si animum attendas ad hieronymianae versionis lectionem, quam ad vers. 2. recognovimus, compertum habebis sixtinos, gregorianos et Toletum ad plurimorum codicum fidem illud recte expunxisse: bene Lucas Brugensis: « Libri nostri antiqui » omittunt *Dominus*, quod alii addunt post » *locutus est.* » Cf. Bukentopius l. c. Pro *et ad Aaron*, codd. B, R, S, V *et Aaron*. Pro *et Mariam*, codd. G, H *et ad Mariam*. Pro *Egredimini*, codd. D, F, T, U, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., all. *Egrediemini*.

5. *in introitu* — Rabanus *ad ostium*.

6. *inter vos propheta* — Rupertus semel *inter prophetas*. Post *apparebo* cod. F tacet *ei;* item cod. floriac. apud Sabatierium, et cod. 103. Kennic. Pro *vel per somnium*, cod. E cum graeco *et per somnium*. Pro *loquar ad illum*, codd. M, V, Gregorius M. III, 403., Rupertus *loquar ad eum;* item semel Tertullianus; codd. R, Cas. 5. addunt *et ait*, quod in correctoriis M, N, O expungitur.

7. *talis servus* — Codd. F, V *talis ut servus;* cod. R *talis sicut servus;* Augustinus *ita quomodo famulus;* Alius in Hexaplis, et non pauci codd. holmesiani, quibus praeter alexandrinum accedit cod. palimpsestus sec. VI. editus a cl. Tischendorfio, Lipsiae 1855. p. 81., legunt οὐχ οὕτως ὡς ὁ θεράπων; reliquis graecis patribus ab Holmesio pro hac lectione prolatis addes Antiochum mon. hom. 115.; item slav. ostr. et armenus; his accedere videtur Gregorius M. l. c. qui habet *et non sicut famulo meo Moysi;* item ms. floriac. apud Sabatier. et Augustinus in *Spec. c. XXXI.* ed. Maii.

8. *loquor* — Codd. C 1. m., F, G, O, R, S, Bibl. Compl., Reg., all., Rabanus, Rupertus *loquar;* favent hebr. et graecus; cf. Sabatier. cui addes Augustinum l. c. et Claudium taurin. CIV, 829. Ante *palam* tacent *et* codd. L, Cas. 8., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., quibus suffragantur samaritanus textus et interpres, graecus, syrus, Onkelos et nonnulli codd. hebraici apud De-Rossi; cf. Houbigantius, Sabatierius et Holmesius. Rursum post *palam* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, M, O, T, U, V, Cas. 13., Bibl. Ord., Hugo, Rupertus, Reinerus CCIV, 186.; item Tertullianus, arabs apud Holmes. et quinque codd. Kennic. Pro *Dominum*, codd. R, S, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., all., Bruno ast. *Deum;* at in cod. N adnotatur veteres codices non hanc sed illam lectionem exhibere. Pro *Quare ergo*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Ionas aurel. CVI, 247., Rupertus *Quare igitur*.

10. *Maria apparuit* — Bruno ast., Bibl. Lugd. 1535. *in Maria apparuit;* codd. Cas. 11. *Mariae apparuit;* Rupertus *Mariam operuit*. Post *vidisset* codd. G, R, S, V, Cas. 3. addunt *eam*, quod in cod. O expungitur. Pro *perfusam lepra*, codd. C 1. m., F, T, U *perfusam lepram*.

12. *ne fiat* — Cod. F *nec fiat;* accedunt syrus et arabs; cf. Holmes. Pro *de vulva*, cod. G, R, Bibl. Ordin., Hugo *a vulva*. Pro *devoratum*, Hugo a s. Charo legit cum cod. R *devorata*, sed notat: « Alia littera habet *de*» *voratum*. » Pro *est a lepra*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Hugo, Bibl. Ordin., Ven. 1479., Antuerp. 1559. 1563., Lugdun. 1569., all. *est lepra;* haec ab interprete suppleta sunt.

13. *Deus* — Codd. B, G, V, Cas. 2., Bruno ast. *Domine Deus*.

14. *spuisset* — Codd. H, F 2. m., K, Bruno ast., Rupertus *expuisset*. Pro *saltem septem diebus*, codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, O, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., Hugo, Bruno ast., Petrus Com. *saltem septem dierum*.

15. *revocata est* — Non male codd. B, K

revocaretur; cod. E, Beda V, 700. tacent *est*, atque haec postrema verba huius capituli connectunt cum prioribus sequentis legentes *donec, revocata Maria, profectus est* etc.

Cap. XIII, 1. *Profectusque est populus* — Legunt tantum *Profectus est* codd. A, B, C, D, E, F, G, K, N, O, T, U, Cas. 14., Beda l. c., Rabanus, Rupertus; cf. Thomas. I, 41.; cod. N adnotat: « Alii de moderno hebraeo » addunt *populus*, quia ab XI. supra de po- » pulo non fecerat mentionem iuxta antiquos. » Similiter infra XXI. (v. 18.) statim post can- » ticum, incipit loqui de mansionibus ecli- » psim faciens tam de supposito, quam de » apposito, sic: *De solitudine Mathana*, sup- » ple *profecti sunt filii Israel.* »

2. *ibique* — Encliticam abiiciunt sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, E, F, O, S, T, U, V, Cas. 17., Thomas. l. c., Bibl. Ord., Hugo, Beda l. c., Rabanus, Rupertus. Cod. B 1. m. tacet *ad Moysen*.

3. *daturus sum filiis Israel* — Rupertus *ego daturus sum vobis*; hebr. quoque et vett. habent *ego*. Mox cod. E *de tribubus singulis*.

4. *imperaverat* — Sixtini, codd. A, C, D, F, O, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1479., Ord., Reg., Rupertus *imperarat*; cf. ad Ex. XL, 17. 27. Lev. VIII, 4. Ita habet Vulgatus infra XXX, 1. Ios. IV, 8. Pro *de deserto Pharan mittens principes viros*, Brev. Goth. p. 216. *mittens principes viros de deserto Pharan*.

5. *De tribu Ruben* — Cod. N habet hoc scholion: « Ubicumque hoc dicitur *De tribu*, » semper hebraeus habet articulum, qui gal- » lice dicitur *al*, et non solum dativo servit, » sed etiam genitivo. Hic ubique pro illo po- » nitur *de* praepositio; dicitur autem in he- » braeo *la* (לְ); unde Gen. XIIII. (v. 18.) » *erat enim sacerdos Dei*, hebr. habet *lael* » (לְאֵל), id est *Dei*: similiter Ier. XLVII. » (v. 6.) o *mucro Domini*, ille articulus est » ante id q. d. *Domini*. » Pro *Sammua filium Zechur*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, F, T, U, Cas. 3., Bibl. Ordin., all. *Semmua filium Zacchur*; Toletus ait: « In » hebr. et graeco utrumque scribitur cum *a*, » *Zachur* uti *Sammua*. » Vulgatus pro שמוע posuit *Samua* II Reg. V, 14. I Paral. XIV, 4.; et pro זכור habet *Zachur* I Paral. IV, 26. XXIV, 27. et alibi; sed rursum habet *Zechur* II Esdr. XII, 34.

6. *Huri* — Minus recte nonnulli codd. et edd. *Uri*; de hoc nomine cf. quae adnotavimus ad Gen. XXXVI, 22.

7. *Caleb* — Pauci cum graeco scribunt *Chaleb*; codd. F, G, R, S, V, Bibl. Lugdun. 1513. 1522., all., Beda II, 365., Bruno ast., Petrus Com. *Caleph*; item ad vers. 31.; cf. infra ad XXXIV, 19. Pro *Iephone*, nonnulli scribunt cum graeco *Iephonne*; cod. N adnotat: « Antiquiores habent hic *Iephphone* per » *ph* geminatum; satis antiqui per simplicem » *ph*; sed per *n* geminatum, sic *Iephonne*. » *Caleb* semper per *b* scribitur. »

8. *Igal* — Cod. B *Iegal*; hebraicum nomen יגאל Vulgatus reddit *Iegaal* I Paral. III, 22., *Igaal* II Reg. XXIII, 36.

9. *Osee* — Codd. F, U, Cas. 3. *Iosue*; item textus et interpres samaritanus יהושע, et georg. Post *filium Nun* codd. Cas. 4. addunt *qui et Iosue*; conf. vers. 17.; graecus codex tischendorfianus (I, 82.) eadem habet in margine.

11. *Geddiel* — Codd. B et corbeiensis apud Martianaeum *Gaddiel*, uti hebr.; cf. Holmes. Bibl. Ordin. *Geldehel*.

12. *sceptri Manasse* — Cod. H *ex tribu Manasse*; Bibl. Lugd. 1535. *de tribu Manasse*, concinit margo Ordin.; cod. E *ex sceptro Manasse*; hebr. geminat למטה.

13. *Ammiel* — Minus recte quidam codd. et edd. *Amihel*; alii *Ammihel*, prout legit Vulgatus ad II Reg. XVII, 27.

14. *Sthur* — Cod. H cum graeco *Sathur*; codd. F, S, Cas. 4., Bibl. Ord. *Sur*; alii aliter.

15. *Nephthali* — Multi latini et graeci codices *Nephthalim*; at codd. N, O adnotant antiquiores cum hebraeo semper scripsisse sine *m* finali; conf. ad Gen. XXX, 8. Pro *Nahabi*, codd. D, F, H, U *Naabbi*; alii, ex editis quoque, minus recte *Naabi*. Mire corruptum est in multis codd. et edd. nomen *Vapsi*; nam

codd. B, S, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., all. habent *Napsi;* all. *Naphsi;* all. *Vaphsi.* Obiter animadvertimus haec nomina apud graecos multo vitiosius plerumque scripta esse.

16. *Guel* — Nonnulli codd. et edd. *Guhel.*

17. *terram* — Codd. F, R, S, V, Cas. 9., Bibl. Paris. 1566., margo Ord. addunt *Chanaan;* item primo codex hebr. derossianus 1333. (De-Rossi *Mss. codd. hebr. III, 146.*), non pauci graeci, armenus et georg.; at in cod. O expungitur. Pro *Osee,* cod. F, Brev. Goth. l. c. *Iosue;* accedunt samaritanus, georg. et cod. 111. Kennic.

18. *eos Moyses ad* — Bibl. Compl., Reg., all. tacent *eos;* Brev. Goth. l. c. omittit *Moyses,* cui adstipulantur samaritanus textus et interpres; Hugo legit *eos Moyses per.* Pro *Ascendite per,* Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *Ascendite ad.*

19. *habitator* — Cod. G, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *inhabitator.* Post *fortis* cod. E et Rabanus tacent *sit.* Ante *pauci* fere omnes codd. et veteres edd. tacent particulam *si,* quam addiderunt sixtini ad fidem codd. A, E; consentit quidem Augustinus, at ipse praemiserat *si fortis est aut infirmus,* unde pergit *si pauci sunt aut multi;* nam pro ἢ ὀλίγοι, nonnulli codices cum alexandrino habent εἰ ὀλίγοι.

21. *fructibus terrae* — Codd. B, F 2. m., G, R, S, V, Cas. 4., Brev. Goth. l. c. addunt *illius,* quod in cod. O expungi iubetur. Pro *praecoquae,* codd. F, H *praecoces;* codd. E, G, Isidorus VII, 414. *praecocae.*

22. *usque Rohob* — Cod. R, Bibl. Lugdun. 1535., Paris. 1566., all. interponunt *ad;* non paucae edd. *usque Roob.*

23. *Ascenderuntque ad* — Codd. Cas. 9. *Ascenderunt ad;* it. armenus; cod. A tacet *ad.* Pro *Achiman,* sixtini, codd. C, D, H, U, Bibl. Ven. 1476., Paris. 1566., all., Rabanus *Ahiman;* et ita habet Vulgatus Ios. XV, 14. Iudic. I, 10., cf. I Paral. IX, 17.; mendose cod. B *Achiahiman.* Pro *Sisai,* cod. H, Rabanus cum hebraeo *Sesai,* uti legit Vulgatus Ios. et Iudic. ll. cc. Pro *Tholmai,* non paucae edd. *Tolmai;* Vulgatus II Reg. XIII, 37. *Tholomai.* Pro *Enac,* primo sixtini, quibus codices quidam suffragantur, *Henac;* item infra ad vers. 29. et 34.; alii cum graeco *Enach.* Pro *Tanim,* nonnulli scribunt *Thanim;* Bibl. Complut. et Reg. *Tapnim;* Lugd. 1535. *Taphnim;* Vulgatus quoque ad Ezech. XXX, 14. habet *Taphnis* pro *Tanis;* at rectissime Τάνις efferri constat ex Peyron *Lex. ling. copticae p. 389.* et Gesenii *Thes. p. 1177.* Mox cod. T cum hebr. et graeco tacet *urbem.*

24. *quem* — Codd. C 1. m., R, S, Bibl. Paris. 1566., all., Rupertus *quam.* Pro *in vecte,* Brev. Goth. l. c. *in virga.* Pro *et de ficis,* plures ex edd. hentenianis *et ficis.*

25. *Nchelescol* — Ita hoc nomen efferunt edd. vaticanae, quod ex duobus constat, et in antiquis edd. plerumque distincte scribitur *Nehel,* alii *Neel,* pauci cum hebr. *Nahal* (cf. ad XXI, 19.); et *Escol,* vel *Eschol;* cf. ad Gen. XIV, 13.; Brev. Goth. l. c. praemittit *locus ille;* recte quidem id se haberet cum hebr. et antiquis interpretibus, nisi Vulgatus eius loco praemisisset *qui.* Quoad interpretationem, quae heic subiicitur *id est Torrens botri,* hanc sixtini, ut reliqua fere interpretis additamenta, primo expunxerant. Hebraica verba reddi possunt *Vallis botri,* uti cum graeco habet Vulgatus Num. XXXII, 9. Deut. I, 24., item Ambrosius et Augustinus; nam נחל utramque admittit notionem, uti monuimus ad Gen. XXVI, 17., et fortasse haec posterior magis apta est; conf. Gesenii *Thes. p. 1406.* Pro *portassent inde,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Rabanus *inde portassent.*

26. *omni regione circuita* — Haec tacet Rabanus; margo Ordin. expungit; cod. H notat hebraice non legi.

27. *et Aaron* — Cod. S, Bibl. Compl., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *et ad Aaron;* favet hebr. Pro *et ad omnem,* Bibl. Ord. *et omnem.* Pro *coetum filiorum Israel,* Rabanus *filiorum Israel exercitum.* Pro *in desertum,* codd. C, V *in deserto.* Post *Locutique* codd. R, Cas. 13. addunt *sunt,* quod in cod. O expungitur.

28. *Venimus* — Richardus victor. CXCVI, 1100. *Intravimus*. Pro *in terram*, codd. R, S, V, Bruno ast. *ad terram*; favet hebraeus. Pro *misisti*, codd. Cas. 5., Bibl. Complut., Reg., Ven. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c. *misistis*; item slav. ostrog., et, contra fidem sui textus, latina versio Onkelosi in polygl. antuerpiensibus. Pro *quae re vera*, cod. E *quae verè*. Pro *ut ex his*, Brev. Goth. l. c. *quod ex his*.

29. *urbes grandes* — Codd. H, L 2., Q, Rabanus addunt *nimis*; item hebr. et vett.

30. *habitat* — Codd. Cas. 10. *habitabat*. Ante *Hethaeus* addunt *et* Bibl. Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph., all., Brev. Goth. l. c., quibus consentiunt hebr. et vett.; de varia huius nominis scribendi ratione cf. ad Gen. X, 15.; codd. Cas. 3. addunt *et Hevaeus*, ut samaritanus textus et graecus; quod ex locis parallelis petitum videtur. Pro *Amorrhaeus*, quaedam vett. edd. et Bibl. vaticana 1593. 1598., Rom. 1618. 1671., all. *Amorraeus*, at mendose, uti ex correctorio vaticano edito 1598. constat; cf. ad Gen. X, 16. XIV, 7., Bukentopius pag. 500. Pro *moratur*, codd. Cas. 11. *morabatur*.

31. *qui oriebatur* — Cod. F 1. m. *qui oriebantur*; Hieronymum hoc loco soloecismum fecisse quidam cum Houbigantio temere censuerunt; cautior fuit De Vence, qui suspicatus est olim scriptum fuisse *quod oriebatur*, uti re vera legitur in codd. Cas. 4.; at recte adnotant codd. N, O *murmur* aeque masculino ac neutro genere efferri, adeoque illam correctionem supervacaneam esse. Conf. Forcellinius.

32. *quia fortior* — Non paucae ex hentenianis edd. mendose legunt *qui fortior*.

33. *apud filios Israel* — Cod. A *apud Israel*.

Cap. XIV, 2. *murmurati sunt* — Cod. E *murmuraverunt*; ita perpetuo in nostris Bibliis hoc verbum effertur, excepto Ex. XVI, 8. ubi vide adnotata. Brev. Goth. pag. 217. tacet *et Aaron . . . Israel*.

3. *Utinam mortui essemus in Aegypto: et in hac vasta solitudine utinam pereamus* — Egregiam hanc lectionem sixtinis debemus, quos reliqui romani censores sequuti sunt; hanc autem eruditi omnes uno ore laudaverunt; cf. Lucas Brugensis, Martianaeus, Calmetus, Mariana, Vallarsius, Bukentopius, all.; Toletus scribit: « In Compl., Reg., Ord., Lovan. » et aliquot impressis sic legitur: *Utinam* » *mortui essemus in Aegypto, et non in hac* » *vasta solitudine. Utinam pereamus*, sed in » hebr., graeco et mss. legitur ut in textu » (scilicet in edit. Sixti V.), et sic utraque » Congregatio censuit, et Sixtus. » Nos tamen quot qualesve fuerint latini codd. quos Toletus pro hac correctione testes adhibuit, plane ignoramus. Nostri enim codices, ne uno quidem excepto, et vett. edd. omnes mendosam illam, quam censores damnarunt lectionem prae se ferunt; item codices quos contulerunt Stephanus, Sirletus, Martianaeus, Vallarsius aliique; immo veteres quoque patres idem vitium in suis codicibus habuerunt, inter quos Gregorius M. I, 1017., Petrus Dam. CXLV, 65., Othlonus CXLVI, 76., Rupertus III, 983., Hugo de s. Vict. CLXXVII, 953.; Brev. Goth. l. c. legit *Utinam mortui essemus; et non in hac vasta solitudine! utinam pereamus*; ad latinorum codicum lectionem refictus videtur cod. 44. holmesianus, qui habet καὶ μή. Quae quidem documenta, ni fallimur, demonstrant hanc lectionem saltem a seculo VII. latinos codices occupasse; perinde ac si latinus interpres pro אוּ in suo codice habuisset ולא; vel accepisset alterum לוּ pro לא. Hodiernae autem lectioni favet margo cod. H, ubi adnotatur hebraeum legere *Utinam mortui essemus in Aegypto, aut in hac vasta solitudine: Quare Dominus inducit nos* etc.; item ex hebraeo margo Bibl. Ordin. notat legendum *vel in hac* pro *et non in hac*; eique consentit Nicolaus de Lira; Isidorus Clarius utramque lectionem in suis Bibliis expressit. Testes quos corrogavimus dedimus; animumque ab omni iudicio cohibentes ultra non progredimur.

5. *omni multitudine* — Brev. Goth. l. c. tacet *omni*; item arabs.

*

6. *lustraverant* — Cod. F, Bibl. Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *lustraverunt.*

7. *Terra, quam* — Codd. F, K, T, U cum Augustino *Terram, quam.* Pro *circuivimus*, Rupertus *lustravimus.*

8. *tradet* — Cod. O notat non esse addendum *nobis* (quod legitur in cod. R), licet in hebr. et graeco non desit.

9. *eos possumus* — Codd. C, R, S, Bibl. Ord. *possumus eos;* Brev. Goth. l. c. *et possumus eum.* Pro *recessit ab eis,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, goth. legion., Bibl. Ord., Hugo, Brev. Goth. l. c. *recessit ab illis.* Pro *nobiscum,* Brev. Goth. l. c. *vobiscum.* Pro *metuere,* cod. E, Bibl. Lugdun. 1522. 1535., Brev. Goth. l. c. *timere;* Bibl. Rob. Steph. 1532., Lugd. 1542., all. et margo Ordin. addunt *eos;* item hebr. et vett. interpretes.

10. *eos vellet opprimere* — Codd. G, R, S, Bibl. Ordin., Rabanus, Petrus Com. *vellet eos opprimere;* Rupertus *eos vellet obruere.* Verba quae sequuntur *super tectum foederis* gregorianis dubia fuerunt; cod. H notat hebraeum legere *in tabernaculo foederis;* bene autem Eugubinus animadvertit Hieronymum ea prudenter adhibuisse verba, quae eius interpretationem planiorem reddere poterant. Post *cunctis* addunt *videntibus* Sixtus, codd. C, D, F, I, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 12., edd. veteres fere omnes, Rabanus, Bruno ast.; immo cod. N hanc habet notationem: « Hic ponitur » notula quod hebr. et antiqui non habent » quod d. *videntibus.* Sed antiquissimi habent » latini in scripto et sententia; hebraeus au- » tem sententia. Quomodo enim potest appa- » rere eis nisi videant? Sed quia proprie bo- » nis ad consolationem apparebat, apparere » super domum quidem dicitur, sed videnti- » bus rebellibus. » Verumtamen illud verbum expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codd. A, B, E, G, H, K, L 6., M, N*, P, Q, Cas. 11., goth. leg., Bibl. Ordin., Lugd. 1533., priores edd. Rob. Steph., all.; unde Toletus: « Non legunt *videntibus* hebr., » graecus, Ord., mss. et utraque Congrega- » tio. » Cf. Brugensis et Bukentopius p. 396.

11. *detrahet mihi* — Cod. B, Brev. goth. l. c. *detrahit mihi;* graecus παροξύνει με; codd. R, Cas. 3. addunt *omnis,* quod in codd. M, O merito reiicitur. Pro *credent,* codd. B, V, cum Augustino ex graeco *credunt;* Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1579., Bruno ast., Petrus Com., Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1421. *credet;* ita quoque, sed mendose, habet latina versio samaritani in polyglottis londin.

12. *principem super gentem* — Anonymus apud Hieronymum III, 746. et Petrus Com. *in gentem;* item hebr., prout monet cod. H; Eugubinus notat: « Redundat *principem,* et » forte corrumpitur sententia si addatur; non » enim alterius gentis principem eum se fa- » cturum dicit, sed illum ipsum Mosem au- » cturum, genus eius et progeniem propa- » gando: quare *principem* abradendum est, » neque enim in contextu habetur. »

14. *quod tu* — Alios codices legentes *quoniam tu,* prout est in codd. G, R, refellit cod. O. Pro *videaris ad faciem,* Brev. Goth. l. c. *ad faciem videaris.* In cod. E desiderantur verba *et in columna ignis per noctem.*

16. *poterat* — Cod. A *poterant;* Rupertus II, 443. *potuit;* cf. Sabatierius. Post *populum* codd. M, N*, R, V, Cas. 3., Brev. Goth. l. c., Rupertus l. c. addunt *istum;* item hebr. et veteres: at codd. N, O notant: « Novi addunt » de hebraeo quod dicitur *istum,* quasi de » alio posset intelligi. » Mox cod. P *in terram de qua.*

18. *Dominus patiens* — Codd. D, Cas. 2., Bruno ast. *Deus patiens;* codd. M, Cas. 3. *Domine patiens;* at cod. O notat: « Lege *Domi-* » *nus,* non vero *Domine:* est autem suspen- » siva constructio ab illo loco (v. 13.) *Ut au-* » *diant,* usque ibi (v. 19.) *ad locum istum.* » Pro *iniquitatem,* Brev. Goth. l. c. *iniquitates;* item graecus; cf. ad Ex. XXXIV, 7.

Ibid. *nullumque innoxium derelinquens* — Hieronymus lib. I. adv. Pelag. §. 35. hunc locum excitans legit *et mundans non faciet innocentem,* atque confert graecorum interpretationem, quam sic reddit *et emundans non*

mundabit reum; « quod scilicet, inquit, etiam » post indulgentiam reus sit propriae con- » scientiae. » Hebraicus textus legit ונקה לא ינקה, eademque plane verba occurrunt Ex. XXXIV, 7. et Nah. I, 3.; priori loco Vulgatus habet *nullusque apud te per se innocens est;* altero loco *et mundans non faciet innocentem.* Huic simillima est hebraica phrasis quae legitur Ier. XXX, 11. (conf. Ier. XLVI, 28. XLIX, 12.) ubi Hieronymus interpretatur *ut non tibi videaris innoxius,* atque in Comm. ibidem laudat Symmachi et Aquilae versiones, quorum prior reddit *et mundans non mundabo te;* alter vero *cum te erudiero per iudicium, nequaquam innocentem faciam* (quae hexaplaria fragmenta Montfauconio praetermittenda non fuissent), cui accedit Theodotio, qui legit καὶ ἀθωῶν οὐκ ἀθωώσω σε, sive, uti Drusius legit, καὶ καθαρίζων οὐ καθαριῶ σε (cf. Holmes. ad Ier. XXXVII, 9.): pergit porro s. Doctor declarans prophetae mentem esse: hominem, quamvis sanctum, securum accedere non posse ad divinum iudicem. Haec ideo congessimus, ut quaenam fuerit circa vexatissimam hanc phrasim, Hieronymi sententia pateret. Ceterum alexandrino interpreti, qui hoc loco habet καὶ καθαρισμῷ οὐ καθαριεῖ, et Nah. I, 3. καὶ ἀθῶον (alii ἀθωῶν) οὐκ ἀθωώσει, accedit graecus venetus, qui hoc loco interpretatur ἀθωῶν τε οὐκ ἀθωώσει, et in Ex. l. c. καὶ ἀθῶος οὐκ ἀθωωθήσεται. Hebraicae locutionis vim recentiores interpretes ita exponunt, ut exprimat Deum non semper condonare aut reos impunes sinere. Pro *in filios,* cod. V, Brev. Goth. l. c. et Bruno ast. *in filiis;* conf. ad Ex. XX, 5.

19. *peccatum* — Brev. Goth. l. c. *peccata;* item Onkelos. Pro *populi huius,* codd. E, Cas. 9. *populi tui;* item armenus. Sixtus, codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 9., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Rob. Steph., Lov., all. *populi tui huius.* Toletus vero ait: « Non » habent *tui* hebr., graecus, Compl., Reg. et » aliqui mss.; Congregatio expunxit. » Nempe gregoriani, quibus concinunt codd. B, H, L 2. (seu Q), Cas. 5., all. Pro *de Aegypto,* Brev. Goth. l. c. *ex Aegypto.*

20. *Dimisi* — Codd. G, R, S, V, Cas. 6. addunt *eis,* quod in cod. O abiicitur; legitur autem in graeco, syro et arabe. Pro *iuxta verbum,* Brev. Goth. l. c. *secundum verbum.*

21. *Vivo ego* — Concil. Aquisgr. l. c. addit *dicit Dominus;* Brev. Goth. l. c. *dixit Dominus;* item cod. 109. Kennicotti, fortasse ex vers. 28.; cod. 69. Kennic. et coptus addunt *Dominus;* codd. G, Cas. 2. subdunt *quod;* Cas. 1. *quia;* item Isidorus VI, 66. ex Hieronymi Comm. in VI. Isa.; Aquila, Symmachus et Theodotio ὅτι ἐμπλήσει. Pro *et implebitur,* Brev. Goth. l. c. *et impletur;* Concil. Aquisgr. l. c. tacet copulam. Post *Domini* nonnulli, uti codd. R, S, addebant *in,* quod in cod. O expungitur.

22. *Attamen* — Margo Ordin. et Rabanus *Quia;* at iste hoc loco aliam sequitur versionem ex graeco petitam. Mox Bruno ast. et pauci graeci codd. tacent *homines.* Post *signa* codd. G, R, S, Cas. 5. addunt *mea,* quod in cod. O respuitur; habetur tamen in hebr. et vett., exceptis graeco (sed conf. Holmes.) et syro. Ante *decem* cod. B tacet *per.*

23. *pro qua iuravi* — Brev. Goth. l. c. *quam iuravi;* item ex graeco Rabanus. Pro *eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi,* cod. B 2. m. legit *eorum; filiis autem ipsorum dabo illam, qui sunt mecum hic, qui non noverunt bonum nec malum; id est omnibus, qui iuniores sunt, et non tentaverunt me, dabo terram: nec quisquam ex illis, qui detraxerunt mihi.* In primis adnotamus legi quoque *detraxerunt mihi* in codd. I, S, Cas. 2., Ruperto III, 122.; quibus favent hebr. et vett.; cod. R, anonymus apud Hieronymum III, 746. habent *detraxerit mihi.* Quae autem addita leguntur in laudato cod. B ex graeca versione derivata sunt; unde et Rabanus, qui heic octavam Origenis homiliam in Numeros describit, habet *eorum; sed filii eorum, qui sunt mecum hic, quicumque ignorant bonum vel malum;* illud porro graecorum additamentum, etsi obelo in hexaplis confossum (cf.

Holmes.), exstat in omnibus graecis codicibus et in versionibus quae e graeco fonte manarunt; immo glossema fere simile extat ad vers. 31. apud syrum qui legit ܡܚܢܦܐ ܘܠܐ ܢܒܐ ܡܥܒܪ ܠܚܕ ܡܢܗܘܢ : Nos vix dubitamus illa verba, paucis adiectis vel mutatis, ex loco parallelo Deut. I, 39. petita fuisse.

24. *Servum* — Codd. H, L 3. (seu Q), Cas. 1. *Sed servum;* Brev. Goth. l. c. *Servum autem;* item hebr. et vett.

25. *Amalecites*—De iis qui cum Bibl. Reg. habent *Amalechites,* cf. ad Gen. XXXVI, 12. Pro *in vallibus,* cod. Cas. 1. *in montanis;* item syrus; cf. vers. 45. Pro *movete,* codd. C, D, N, T, U *move;* Bibl. Lugd. 1513. 1522. 1526., all. *amovete.*

28. *ait Dominus* — Codd. G, S, Bibl. Ord. et Hugo *dicit Dominus.*

30. *facerem* — Cod. Cas. 1. addit *in ea;* cod. H notat id legi in hebraeo, eique concinunt veteres interpretes; at reiicitur in cod. O.

31. *Parvulos autem* — Cod. B *Parvulos quoque.*

32. *Vestra* — Codd. R, S, Cas. 1. addunt *autem;* item hebr. et veteres.

33. *annis quadraginta* — Cod. F, Petrus Dam. CXLV, 65. *quadraginta annis.* Pro *consumantur,* codd. S, Cas. 2. *consumentur.* Post *cadavera* cod. B 1. m. tacet *patrum;* item Petrus Dam. l. c. qui addit *vestra,* et cod. H notat ita legere hebraeum textum.

34. *imputabitur. Et quadraginta* — Anonymus apud Hieronymum III, 744. *computabitur. Quadraginta;* cod. H notat hebr. tacere copulam; cod. V *reputabitur. Et XL.*

35. *omni multitudini huic*—Laudatus anonymus *huic multitudini;* item graecus, at cf. Holmes.

36. *fecerant* — Codd. F, V *fecerunt.*

39. *ad omnes filios* — Laudatus anonymus *ad filios;* item quinque codd. Kennicotti et unus Holmesii.

40. *Dominus locutus est*—Codd. R, S, idem anonymus et Rupertus *locutus est Dominus.*

42. *non enim est Dominus* — Particulam *enim* tacent codd. B, E, Cas. 4. et laudatus anonymus; pro *Dominus,* legunt *Deus* codd. B, N*, R, Cas. 3. Pro *vobiscum,* anonymus l. c. *in medio vestrum;* et ita legi in hebr. notat cod. H.

43. *nec erit Dominus vobiscum* — Haec apud Rabanum desiderantur, uti in cod. 44. holmesiano.

44. *contenebrati* — Hanc vocem immutare cogitaverant sixtini; at quid in eius locum subrogare voluerint non apparet: hebr. ויעפלו est *temere* vel *arroganter* agentes. Post *ascenderunt* Rabanus et laudatus anonymus tacent *in.*

45. *habitabat* — Legunt *habitabant* codd. A, B, C, D, E, F, G, K, M, O, R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rupertus; syrus quoque, arabs, georg. habent num. pluralem. Pro *in monte,* codd. G, R, S, V, Cas. 5., Bibl. Lugd. 1535. *in montibus.* Cod. Cas. 1. prosequitur *et percutientes, atque concidentes persecuti sunt;* item cod. B habet *concidentes;* faventque hebr. et vett. Pro *est eos usque,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, K, N, O, P, U, V, Rabanus, Rupertus, Petrus Com., Hugo *est usque;* accedunt non pauci graeci codd.; Rabanus praeterea addit particulam *ad.* Cod. B mendose *Horna.*

Cap. XV, 1. *Locutus* — Codd. B, K, R, S, Bibl. Lugd. 1522., 1535., all., Bruno ast., Hugo *Locutusque;* item hebr. et vett.

2. *terram* — Bruno ast. *in terram.*

3. *et feceritis*—Codd. Cas. 13. addunt *ibi.* Pro *aut victimam,* Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1579., Amalarius CV, 1127. *et victimam;* addunt *pacificam* Sixtus, codd. B, C, D, F, G, K, R, S, T, U, V, veteres edd., Amalarius l. c., Rabanus, Bruno ast.; hinc Calmetus: « Latina plura » exemplaria addunt *pacificam;* ac reipsa » quidem agi hic de victimis pacificis, con- » textus ostendit; neque enim libationes in » sacrificiis pro peccatis privatorum offere- » bantur; » at vero hanc vocem sixtini expunxerunt, unde Toletus: « Non legunt *pacifi-* » *cam* hebr., graecus, mss. et Congregatio. »

Gregorianis dubium fuerat. Pro *odorem suavitatis*, cod. Cas. 1. *odorem suavissimum*. In fine huius versiculi, post verba *de ovibus*, mendose praetermittitur interpunctionis nota in Bibl. Ordin., Reg., all., ex quo totius orationis sensus turbatur.

4. *conspersae* — Sixtus cum antiquis edd. et plerisque codd. habet *conspersam*; at Toletus: « Lege *conspersae*; sic mss. et utraque » Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani ita emendarunt ad fidem paucorum bonae notae codicum, inter quos cod. A et goth. legion.; cf. Holmes. Pro *habebit*, Rabanus *habet*. Post *quartam*, Bibl. Lugdun. 1550. 1567. tacent *partem*.

5. *ad liba* — Bibl. Rob. Steph. 1540., Lov. 1547. *et liba*, sed posteriores edd. hentenianae hoc mendum castigarunt. Pro *in holocaustum sive in victimam*, sixtini, codd. A, C, D, F, K, T *in holocausto sive in victima*. Post haec verba nullam admittunt interpunctionem Biblia Rob. Steph. 1545., quibus concinunt pauci codices, inter quos Urbinas apud Vallarsium, qui τελείαν στίγμην collocat post verba *per agnos singulos*. Bukentopius miratur omnes pene libros cum editione clementina consentire: « Etenim, ait, punctum » istud post *victimam* omnino mendosum vi» detur; non enim ibi absolvitur sensus, sed » post illa *per agnos singulos*, ubi finitur » vers. 5., deestque mendosa illa interpun» ctio tum in hebraeo tum in aliis textibus. » Dein animadvertit receptam Vulgati interpunctionem sensum labefactare. Nam similae, olei et vini mensuram aliam praescribit Moses pro sacrificio agni, aliam pro arietis, aliam demum pro bovis sacrificio; quod rursum Num. XXVIII. confirmatur. Adeoque v. 4. et 5. loquitur tantum de agni sacrificio; v. 6. et 7. de sacrificio arietis; in sequentibus de sacrificio bovis. Conf. Bukentopius p. 17. et 151. et De Vence. Vide notam sequentem.

6. *et arietes* — Codd. M, N*, O, V 2. m., Cas. 3., Urbinas *et arietis*; cod. O notat: « Hebraeus et graecus *arieti*; per hoc patet » vitium scriptorum dicentium *arietes*. » E contra cod. N haec habet: « *et arietes*; resume » praepositionem *per*: de libamentis enim of» ferebatur per agnos singulos una decima, » per arietes duae, per vitulos tres decimae. » Novi ponunt ibi *arietis*, et est littera pla» nior, utinam verior. » Bruno ast. *et per arietes*; cod. H notat hebraeum legere *et per singulos arietes*, at hebr. לאיל אר; congruit tamen syrus qui habet ܠܐ ܚܕ̈ ܒ̈ ܠ ܣ̈ ܘ, *aut pro ariete uno*, nempe per singulos arietes; cum eodem syro cod. F 1. m. addit *et*.

7. *ad libamentum* — Cod. F *ad liba fundenda*; uti vers. 5. et 10. Post *tertiae partis* cod. H addit *hin*, quin praetermittat quod sequitur *eiusdem mensurae*.

8. *aut hostiam* — Codd. G, Cas. 2., Bibl. Ord. *aut victimam*. Pro *ut impleas votum vel pacificas victimas*, Bruno ast. *impleas votum vel pacificas hostias Domino*; codd. quoque F, V addunt *Domino*; item hebr. et vett.; cod. B *ut impleat* etc.

9. *conspersae oleo* — Cod. F addit *in sacrificium*; favent hebr. et vett. Pro *habeat*, codd. R, S, Cas. 12., Rabanus *habebit*; ut vers. 4.; codd. G, U, Bruno ast. *habet*.

10. *vinum ad liba fundenda* — Rabanus *ad liba fundenda vinum*. Pro *liba*, quidam *libamina*.

11. *Sic facies* — Legunt *Sic facietis* sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, L, R, S, T, U, V, Cas. 22., Rabanus, Hugo, item syrus, slav. ostrog. et, in sequenti versiculo, hebr., ubi Vulgatus tacet verbum.

13. *indigenae* — Cod. B *indigena*; hebr. et graecus habent quoque singularem numerum. Animadverte Hieronymum in hoc capitulo textum hebraicum compendiario stilo reddere; ex quo fit ut critica collatio textus et versionis aegre institui possit.

16. *Locutus* — Bibl. Compl. et Reg. *Locutusque*; ut hebr. et veteres.

19. 20. *Domino de cibis vestris. Sicut* — Bibl. Rob. Steph. 1545. *Domino. De cibis vestris sicut*.

20. *separatis* — Sixtus, codices fere omnes et veteres edd., Ionas aurel. CVI, 206., Ra-

banus *separabitis;* emendarunt sixtini et gregoriani ad fidem paucorum, sed optimae notae codicum. Cf. Brugensis et Bukentopius p. 396.

21. *ita et de* — Codd. S, V, Bibl. Antuerp. 1565., Lugd. 1569., all. *ita de;* nec obstant vett. Pro *primitiva,* codd. B, K, Cas. 1., Ionas aurel. l. c. *primitias;* cf. Sabatier.

23. *et mandavit* — Cod. Cas. 1. *et quae mandavit.* Rupertus mox tacet *ad vos,* ut cod. 196. Kennic., et nonnulli holmesiani.

24. *oblitaque* — Cod. F *oblita,* item slav. ostrog. Pro *offeret vitulum,* codd. R, S, Bibl. Ordin. *vitulum offeret.* Pro *sacrificium,* codd. R, Cas. 2. *sacrificia.* Pro *liba,* codd. R, T, Bruno ast. *libamina;* sixtini prima manu *libamen.* Post *ceremoniae* codd. R, S, V, Cas. 4., Bibl. Paris. 1566., all. addunt *eius;* item armenus, et plures graeci codices; at cod. O pronomen respuit.

25. *peccaverunt*—Cod. B *praevaricati sunt.* Bibl. Ord. tacent *pro se et,* nec obstant vett.

26. *inter eos* — Sixtini primo, codd. A, C, D, F, H, L 7., O, Q, T, U, Cas. 5., Bibl. Mogunt., Hugo *inter vos;* accedit graecus et cod. 186. Kennic.; cod. Cas. 1. *apud vos.* Ante *ignorantiam* cod. B tacet *per.*

27. *anima una*—Rabanus tacet *una;* item coptus et georg.

29. *ignorantes*—Codd. T, U, Cas. 1., Bibl. Lugd. 1535. *ignoranter.*

30. *aliquid commiserit* — Cod. E *mali quid commiserit;* codd. R, S, Cas. 1. interponunt *peccati,* quod correctoria N, O reiiciunt; cod. Cas. 1. *aliquid contempserit.* Pro *civis sit ille,* Bruno ast. *civis ille sit.*

31. *et portabit* — Cod. F tacet nexum; it. hebr., graecus et chaldaeus.

34. *deberent* — Cod. B *debeant.*

36. *eum foras* — Cod. Cas. 1. addit *extra castra;* inutilis repetitio. Post *obruerunt* Sixtus, cum antiquis edd. et cod. G, addit *eum;* item hebr. et vett.; at istud pronomen sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem antiquiorum omnium codicum abiecerunt.

37. *Dixit quoque* — Codd. B, F, G, K, S, V *Dixitque.*

38. *per angulos* — Petrus alf. CLVII, 612. *in angulis;* codd. R, S, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1480., all. *per quatuor angulos;* Bibl. Ven. 1476. 1479., all. *per angulos quatuor;* codd. N*, Cas. 2. *quatuor per angulos;* cod. O notat non esse addendum *quatuor.* Post *palliorum* cod. H notat hebr. addere *per generationes suas,* uti habet margo Ordin.

39. *viderint*—Gualterus CCIX, 441. *inducrint.* Pro *recordentur,* codd. C, D, F, H, O, T, U, Cas. 14., Rabanus, Bruno ast., Gualterus l. c. *recordabuntur.* Pro *nec sequantur,* codd. R, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., Rabanus, Bruno ast. II, 262. *ne sequantur.* Post *oculos* Rabanus addit *suos;* item hebr. et vett., excepto graeco, de quo tamen conf. Holmes.

40. *memores praeceptorum Domini* — Rabanus *praeceptorum Dei memores.* Pro *sancti Deo suo;* Rabanus *sancti Domino Deo suo;* Ionathanus quoque קדם יי אלהכון; cod. N tacet *sancti,* et notat: « Hebraeus et antiquio- » res non interponunt quod dicitur *sancti;* » alii satis antiqui interponunt cum graeco. » Attamen, excepto cod. 84. Kennicotti, omnes legunt *sancti.*

41. *Dominus Deus vester* — Bibl. Ordin. *Dominus vester.* Pro *ut essem Deus vester,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, O, T, U, V *ut essem vester Deus.*

Cap. XVI, 1. *Core* — Alii multi *Chore;* cf. ad Exod. VI, 21.; Thomas. I, 37. *Choreb.* De *Isaar,* praeter ea quae adnotavimus ad Ex. VI, 18. Num. III, 19., codd. A, C *Issaar;* cod. B, Brev. Goth. p. 407. *Gessar;* Vallarsius mendose *Isaac.* Pro *Abiron,* sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, F, H, N, O, P, T, U, Rabanus cum hebraeo *Abiram;* et ita legit Vulgatus III Reg. XVI, 34.; codd. N, O recte adnotant semper legendum per *am* finalem; praeterquam in Psal. CV, 17. secundum translationem τῶν LXX. Nam graeci habent Ἀβειρών; at Iosephus Ant. IV, 2. Ἀβίραμος. Pro *Hon,* alii habent *On,* non male; pro *Pheleth,* alii *Phelech,* all. *Pheleph;* conf. Holmes.

2. *aliique*—Codd. C, F, Cas. 2., Brev. Goth. l. c. *alii quoque;* cod. G *aliorum*. Brev. Goth. mox tacet *viri*. Post *synagogae* cod. Cas. 1. tacet *et;* item hebr. Pro *concilii*, plures vett. edd. *consilii*, quod sixtini ad fidem codd. emendarunt; conf. ad vers. 6.

3. *Cumque* — Cod. B cum graeco *Cum*. Mox pro *Sufficiat*, cod. A 1. m. *Sufficit*. Pro *sanctorum est*, margo Ord. et Montanus tolet. LXV, 52. *sancta est*.

4. *cecidit* — Rabanus *procidit*. Post *in faciem* Brev. Goth. l. c. addit *suam*, uti hebr. et vett., excepto graeco, de quo cf. Holmes.

5. *locutusque* — Codd. B, G, H, R, S, V, Cas. 23., Bibl. Ven. 1480. 1498., all., Rabanus, Brev. Goth. l. c. addunt *est*. Pro *pertineant*, Brev. Goth. l. c. *pertinent*.

6. *Tollat* — Brev. Goth. l. c. *Tollet*. Pro *thuribula sua*, sixtini, gregoriani, codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 10., Bibl. Ord., Ven. 1480., Lugd. 1522., all., Petrus Com. *turibulum suum;* idem exprimunt hebr. et vett., qui habent *Tollite vobis turibula;* quoad ablatam adspirationem cf. ad Ex. XXV, 29. Pro *concilium*, non paucae edd. *consilium;* nam saepissime in libris duo haec nomina confunduntur.

7. *elegerit*—Codd. Cas. 12., Petrus Com. et margo Ord. addunt *Dominus;* it. hebr. et vett.

9. *vos Deus* — Brev. Goth. l. c. interponit *Dominus;* uti cod. 56. holmesianus. Humbertus Card. CXLIII, 1062. tacet *Israel;* conf. Holmes. Post *populo* cod. Cas. 1. addit *suo*. Pro *iunxit*, codd. F, U *vinxit;* non male. Pro *et staretis*, codd. H, Cas. 13. *et ut staretis*. Pro *ministraretis*, codd. Cas. 2., Bibl. Lugd. 1550. 1567., all. *ministretis*.

10. *fratres tuos* — Brev. Goth. l. c. mendose *filios tuos*. Pro *vendicetis*, sixtini, codd. A, C, D, F, U *vindicetis*, quod Forcellinio magis probatur.

11. *contra Dominum* — Cod. B, Brev. Goth. l. c. *coram Domino;* accedunt syrus et coptus, quorum prior futile interpretamentum exhibet; hebr. על יהוה. Post haec verba plerique veterum nullam interrogationis notam admittunt, qua tamen hieronymiana periodus vix carere posse videtur. Pro *quid est*, Sixtus, codd. Cas. 2., Bibl. Rob. Steph., Lov., all., margo Ordin. *quis est;* item graecus, at cf. Holmesius; sixtini et gregoriani, consentientibus antiquioribus codd. multisque edd., emendarunt; cf. Bukentopius p. 396.

12. *Non venimus*—Codd. V, Cas. 1., Bibl. Ord., Lugd. 1522., Hugo, Petrus Com. *Non veniemus;* graecus ven. οὐκ ἀναβησόμεθα, item armenus; Brev. Goth. l. c. *Non ibimus*. Item vers. 14.

13. *eduxisti* — Codd. C, F, Petrus cant. CCV, 79. *deduxisti*. Post *de terra* codd. R, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin. addunt *Aegypti;* accedit Ionathanus aliique apud Holmes. Post *occideres* codd. G, H, S, U, Cas. 23., Petrus cant. l. c. addunt *nos;* item hebr. et vett. Ante *dominatus* tacent *et* codd. Cas. 4.

14. *vinearum. an*—Ita sixtini, gregoriani, Toletus et Bibl. Ordin.; at vero Sixtus cum reliquis edd. *vinearum? an*.

15. *sacrificia* — Brev. Goth. l. c. *ad sacrificia;* favent hebr. et vett. Pro *ne asellum*, Sixtus, cum antiquis edd. paucisque codd., uti G, R, S, U, V, *nec asellum;* sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem priscorum codd. emendarunt; nam recte in cod. N adnotatur: « Antiqui habent *ne* pro *non*, quod hebraeus » habet. » Houbigantio probatur samaritani textus lectio ϖϛϣϩ, ex qua graecus habet ἐπιθύμημα; at cum Vulgato hodiernam sacri textus lectionem reliqui veteres interpretes merito sequuntur; nam asini abactio inter alia vis alicui illatae exempla affertur Deut. XXVIII, 31. I Reg. VIII, 16. XII, 3. Iob. XXIV, 3.

16. *Dixitque* — Bibl. Ordin. *Dixit*.

17. *thuribula vestra* — Cod. E tacet pronomen.

19. *coacervassent* — Codd. G, Cas. 3. *coadunasset;* margo Ordin. *coacervasset;* concinunt hebr. et vett., qui ad Core id referunt. Pro *cunctis*, cod. F *cum eis*.

20. *Locutusque* — Addunt *est* codd. A, B,

D, F, G, R, S, T, U, Cas. 10.; Rabanus legit *Locutus est.* Mox cod. F tacet *et Aaron*, ut tres codd. Kennicotti. Pro *ait*, codd. A, G, R, S, Cas. 5. *et ait;* codd. F, T, Cas. 2., Rabanus cum Augustino *dicens.*

21. *Separamini* — Brev. Goth. l. c. *Separabimini.*

22. *in faciem* — Cod. Cas. 1. *in terram;* codd. G, V, Cas. 2. *in faciem suam;* Brev. Goth. l. c. *in terra in faciem suam.* Pro *num*, codd. Cas. 10. *non.* Pro *ira tua*, sixtini, codd. A, C, D, F, K, T, U, V, Brev. Goth. et Humbertus Card. ll. cc. *tua ira.*

24. *separetur* — Cod. K, Humbertus Card. l. c. *separentur.* Pro *tabernaculis*, Brev. Goth. l. c. *tabernaculo;* favent hebr. et vett.; item ad vers. 26. Ante *Dathan* codd. B, H, S tacent *et;* it. hebr., chaldaeus et graecus ven.

25. *Surrexitque* — Cod. F *Surrexit;* item cod. 44. holmesianus.

26. *hominum* — Tacent Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1550., all.; e contra cod. H et sangermanensis a Stephano et lovaniensibus excitatus addunt *istorum;* item margo Ord., et hebr.; cf. Sabatier. et Augustini *Spec.* ed. Maii, c. XLVI.

27. *uxoribus* — Cod. B addit *eorum;* concinunt hebr. et veteres.

28. *miserit me* — Brev. Goth. pag. 408. et Facundus herm. apud Sabatierium ex graeco *misit me.* Pro *ea corde*, codd. F, H, S, U *corde ea;* Brev. Goth. l. c. addit *meo*, ut hebr., sed mox legit *protulerimus.*

29. *et ceteri* — Cod. B tacet *et.*

30. *ut aperiens* — Bibl. Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *et aperiens;* item Augustinus et veteres interpretes. Pro *ad illos*, Brev. Goth. l. c. *ad eos.* Pro *quod blasphemaverint Dominum*, Bruno ast. *quia blasphemaverunt Domino;* Brev. Goth. l. c. consentit in voce *blasphemaverunt*, cod. F in voce *Domino.*

31. *loqui* — Brev. Goth. l. c. addit *Moyses;* item syrus. Pro *dirupta*, codd. C, D, F, H, U, V, Brev. Goth. l. c., Rabanus *disrupta;* quod idem est. Pro *eorum*, cod. B *eius*, uti habent nonnulli graeci codices.

32. *devoravit* — Codd. G, Cas. 12., margo cod. H *deglutivit;* conf. vers. 30. et 34. Post *substantia* tacent *eorum* sixtini, codd. A, B, F, G, H, K, M, N*, Cas. 12., gothic. legion., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Humbertus l. c.; quibus accedunt hebr., chaldaeus, graecus ven. et arabs.

33. *vivi* — Codd. Cas. 8. *viventes;* item Augustinus et supra vers. 30. Pro *infernum*, cod. F *inferno.*

34. *per gyrum* — Cod. B *per circuitum;* Augustinus *in circuitu.* Pro *ad clamorem*, Sixtus, codd. D, F, G, M, N*, R, S, U, V, Cas. plerique, veteres edd. fere omnes, Brev. Goth. l. c., margo Ordin. *a clamore;* Augustinus *a voce*, graecus ἀπὸ τῆς φωνῆς, syrus ܡܢ ܩܠܗܡ. At Toletus: « Lege *ad clamo*» *rem;* sic mss. et utraque Congregatio. » Nempe sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd. et Bibl. Ord. emendarunt; cod. N adnotat: « Hebraeus et antiqui » habent *ad clamorem*, non *a clamore;* he» braeus enim habet *ad vocem eorum.* » Conf. Lucas Brugensis, qui memorat alios perperam legentes *a timore;* cod. C *ad clamore* (sic). Pro *dicens*, codd. H, K, S, *dicentes*, ut hebr. et vett. Pro *et nos terra deglutiat*, cod. E *nos terra gluttiat;* nota verbum *gluttio.*

36. *Locutusque* — Cod. V, Brev. Goth. l. c. *Locutus.*

37. *sacerdoti* — Sixtus, codd. B, C, D, F, G, K, R, S, T, U, V, Cas. 23., Hugo, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1498., Brix. 1496., Lugd. 1522., all. *sacerdotis;* concinit graecus venetus; conf. Bukentopius pag. 396.; ex Angeli Rocca schedis colligimus clementinos censores id emendasse.

38. *Domino, et sanctificata* — Bibl. Ven. 1480. 1498. *et Domino sanctificata;* cod. E *Domino, ut sanctificata.* Pro *cernant*, cod. B *cernat;* cod. S *servent;* nec obstant hebr. et vett. Pro *monimento*, alii habent *monumento*, quod idem sonat. Pro *filii*, codd. Cas. 3. *filiis;* cod. goth. leg. *filiorum.*

40. *commonerentur* — Brev. Goth. l. c. *commeminerint;* Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg.,

all. *commoverentur;* codd. R, S, Bibl. Ven. 1480. 1483. 1498., all. *commemorarentur;* cod. U *commemorentur*. Mox post verba *ne patiatur sicut* Brev. Goth. l. c. addit *et*. Pro *congregatio*, codd. R, S, Cas. 2., margo Ord. *multitudo;* « male quidam, ait Lucas Brugen- » sis, scribunt *cognatio*. » Augustinus ex graeco *conspiratio;* sed hebr. et reliqui cum Vulgato consentiunt.

41. *dicens* — Rabanus *dicentes;* hebr. et vett. suffragantur, sed praemittunt *Murmuraverunt*.

43. *Quod, postquam* — Cod. Urbinas *Qui postquam*. Pro *operuit nubes*, sixtini, primo gregoriani, cod. A, margo Ordin. *operuit illud nubes;* his favent hebr. et vett., qui tamen alium verborum ordinem sequuntur; codd. C, D, F, H, I, L 10., R, S, T, U, V, Cas. 21., Bibl. Lugd. 1522. 1535., all., Rabanus *operuit nubes tabernaculum;* at Lucas Brugensis: « Non addas *tabernaculum*, sed » subaudias. »

44. *ad Moysen* — Addunt *et Aaron* codd. N*, O, R, S 2. m., V 2. m., Cas. 3., Urbinas, Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1421., Rabanus ex graeco, cui accedunt syrus et arabs; at graecus Complut. et quidam codd. Saadiae illud non legunt, et in Hexaplis sub obelo fuit. Recte autem notant codd. M, N hebraeum et antiquos latinos codices non habere *et Aaron*.

45. *etiam nunc* — Cod. P *et nunc;* quidam malunt scribere disiunctim *et iam nunc;* margo Ordin. *ocyus*, vel *in momento;* hebr. כרגע significat *repente, subito*.

46. *mitte incensum* — Brev. Goth. l. c. *offeres incensum*. Pro *roges*, Concil. Aquisgr. l. c. *ores*.

47. *cucurrisset* — Rabanus addit *ad populum et;* fortasse ex superiori versiculo. Vulgati verba *quam iam vastabat incendium* mendose praetermissa sunt in polyglottis Waltoni; Rabanus tacet *iam*.

48. *mortuos ac viventes* — Gregorius M. IV, 106., auctor serm. XXX. in App. t. V. Aug., Isidorus V, 444., Beda II, 366. *viventes et mortuos;* it. arabs in polyglottis aliique apud Holmesium; codd. R, S, Rabanus et Humbertus Card. l. c. *mortuos et viventes*. Pro *et plaga cessavit*, Brev. Goth. l. c. *et cessavit ira Domini;* cod. H notat hebraeum legere *et incendium cessavit*, quam interpretationem nequidquam tueri conatur Martianaeus; nam המגפה est *plaga*, seu calamitas divinitus populo immissa.

49. *septingenti* — Petrus Com. legit *septuaginta;* sed notat: « Alibi habetur *septin-* » *genti*. »

50. *ad ostium* — Cod. E *et ad ostium*.

Cap. XVII, 1. *Et locutus* — Cod. V, Rabanus *Locutus*. Mox cod. D tacet *dicens*.

2. *tribuum, virgas duodecim* — Rabanus *tribuum, virgas singulas;* Rupertus *filiorum Israel, virgas duodecim tribuum*. Pro *superscribes*, codd. F, V, Cas. 12. *superscribe;* Rupertus *subscribes;* cod. G *subscribe*.

3. *seorsum* — Sixtus, codd. B, E, G, H, K, N* 2. m., O, S, V, veteres edd., Brev. Goth. p. 404., Rabanus, Martinus legion. CCVIII, 477. *eorum*, neque obstant hebr. et vett.; cf. Bukentopius pag. 396.; codd. Cas. 3. habent utramque vocem *seorsum eorum;* codd. N* 1. m., R *earum;* cod. F habet *seorsum* a secunda manu supra rasuram; Toletus scribit: « Lege *seorsum;* sic mss. et utraque Congre- » gatio. » Nam sixtini et gregoriani, itemque maior pars codicum optimae notae hanc lectionem sequuntur, quod et Lucas Brugensis adnotavit. Hinc recte scholiastes cod. N habet: « Quidam pro *seorsum*, ponunt *eorum*, » quod nec antiqui, nec hebraeus habent, » nec novi. » Item in margine codicis V legitur: « Nec hebraeus, nec antiqui, nec novi » habent *eorum*, sed *seorsum*. »

4. *ponesque eas* — Cod. Cas. 1. tacet pronomen. Pro *loquar*, cod. E *loquor;* margo Ordin. *testificabor;* scilicet auctor huius lectionis hebraicum verbum אועד derivabat ab עוד *testatus est*, pro eo quod est ab יעד, Niph. *convenit*.

5. *quibus contra* — Sixtini cum cod. A *qui contra;* gregorianis dubium fuit. Mox pro *vos*,

codd. F 1. m., Cas. 4. *me;* item cod. 9. Kennicotti; cod. B tacet.

6. *fueruntque* — Brev. Goth. l. c. *fuerunt.* Pro *absque virga Aaron*, cod. H *cum virga Aaron;* et eiusdem margo notat hebraeos legere *cum*, latinos autem *absque:* at nulla est sententiae diversitas; nam tredecim, iuxta numerum tribuum, erant virgae. Virga autem leviticae tribus praeferebat nomen Aaron. Ergo praeter hanc, vel una cum hac Aaronis virga positae sunt duodecim virgae aliarum tribuum. Attamen scholiastes cod. N hunc locum mire vexavit sequenti adnotatione: « *Fueruntque virgae XII. absque virga Aaron:* » sic esse videntur virgae vel XIII., vel XIIII. » Sed sciendum est, quod supra ubi dicitur » (v. 3.) *una virga* simul omnes tribus con- » tinere, hebraeus habet *resc* (ראש), quod » potest accipi pro *summa;* sicut accipitur » supra (I, 2.): *tolle universam summam;* » sic habet latinus interpres dicens quod *una* » *virga* est summae omnium tribuum. Sae- » pius autem *resc* significat *caput*, ut cum » dicitur Amos VI. (v. 1.) *capita populorum;* » et sumitur pro principibus: et sic ait he- » braeus *virga una erit capitis*, id est prin- » cipis, *domus patrum suorum*, cuius nomen » pro tota tribu ei superscribitur. Nam quod » postea dicitur: *fueruntque virgae XII. abs-* » *que virga Aaron;* hebraice est: *eritque vir-* » *ga Aaron in medio virgarum illorum;* nec » cogit ad hoc quod sint plus quam XII. Sic » accipitur *una* non determinate, sed pro una » singula vel qualibet. Graecus sequitur he- » braicum, sic est enim (v. 3.): *una virga* » *secundum tribum familiae omnium* (sic) *pa-* » *trum suorum dabunt eam;* et infra (v. 6.): » *et virga Aaron erit aequaliter in medio vir-* » *garum illorum*, id est principum; quasi in » medio ut statim appareat in qua fiet si- » gnum. » Conf. Calmetus in h. l.

7. *tabernaculo* — Cod. D *tabernaculum.*

8. *regressus* — Cod. E, Brev. Goth. l. c. *egressus.* Pro *germinasse*, collato hebr. פרח, Grotius argute magis fortasse quam vere coniecit legendum *gemmasse.* Pro *eruperant*, cod. E *eruperunt;* codd. F, Cas. 2. *erumpebant.* Pro *dilatatis*, codd. A, G, R, S, Cas. 14., goth. leg. *dilatati.* Pro *amygdalas*, codd. G, R, S, Petrus Com. *amygdala;* nam apud latinos dicitur amygdala et amygdalum, prout adnotatur in cod. M. Pro *deformati*, Brev. Goth. l. c. *deformatae.*

9. *videruntque* — Cod. A 1. m. *viderunt.*

10. *Dixitque Dominus ad Moysen: Refer virgam* — Brev. Goth. l. c. *Dixit Dominus ad Moysen: Revertatur virga;* mox tacet *ibi*, et *Israel*, quod deest quoque in codd. E, H, quibus favent hebr. et vett. Pro *a me*, Brev. Goth. l. c. *adversum me.*

11. *praeceperat* — Codd. F, G, Cas. 4. addunt *ei;* item hebr. et vett., excepto graeco qui habet τῷ Μωυσῇ.

12. *consumpti sumus* — Cod. H *defecimus.* Pro *omnes perivimus*, Sixtus, codd. B, C, D, G, K, N, O, T, U, V, veteres edd. fere omnes legunt *omnes peribimus;* cod. R *omnes periimus;* Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugdun. 1533. *omnes periimus;* codd. F, N*, gothic. legion. *omnes quidem perimus;* at Toletus: « Lege » *perivimus*, sic hebr., graecus, mss. et utra- » que Congregatio. » Nam sixtinis et gregorianis, qui hodiernam lectionem intulerunt optimae notae codices adstipulantur, uti A, E, H, L, Q, Cas. 5., all.

13. *moritur* — Codd. A, F 1. m., H, Brev. Goth. l. c. *morietur;* accedit hebr. Pro *num*, codd. V, Cas. 2. *numquid.* Pro *internecionem*, antiquiores codd. fere habent *internicionem;* unde cod. N adnotat: « Non est ibi *interne-* » *cionem* per *e* in tertia syllaba; neque *inter-* » *nectionem* per *c* littera addita; sed *inter-* » *nicionem* per *i* tertiam vocalem, in tertia » syllaba; et est idem quod *internicium*, vi- » delicet bellum unde nullus evadit, uti dici- » tur in libro *derivationum;* unde infra XXI. » (v. 35.) dicitur *percusserunt* Og in Basan » *usque ad internicionem;* ubi hebr. habet » *usquequo non remanerent reliquiae.* »

Cap. XVIII, 1. *portabitis* — Rabanus *portabunt;* codd. C 1. m., G, V, Rupertus *portabis.* Post *Sanctuarii* codd. F, S tacent *et*, uti

cod. XI. Holmesii et cod. 80. Kennicotti; his addes graecum cod. vaticanum a Maio editum, in quo καὶ superadditur a 2. m., quod Holmesius non animadvertit. Pro *peccata*, Rupertus *peccatum*, ut veteres, praeter graecum et chaldaeum.

2. *et sceptrum* — Cod. H *sceptrum;* priores edd. Rob. Steph., all. *sceptro;* hebr. quoque et veteres nullum habent nexum; codd. D 1. m., E, K, T, U, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Ord., posteriores edd. Rob. Steph., all., Isidorus VII, 415., Hugo a s. Vict. *et sceptro;* Estius in h. l. scribit: « Quidam codices, in» ter quos et Lirani textus, habent in abla» tivo *sceptro.* » Nec obstant hebr. et veteres. Pro *sume*, codd. G, V, Cas. 16. *sumes.* Pro *et ministrent*, codd. G, R, V, Cas. 1. *ut ministrent.* Mox Rabanus tacet *autem.*

3. *Excubabuntque* — Bibl. Ordin. *Excubabunt.* Pro *ut ad vasa Sanctuarii*, Rabanus *ut vasa Sanctuarii non tangant;* in latina versione syri in polyglottis ܢܡܫܚܘܢ redditur *tangant*, sed ܡܫ, ut et קרב, proprie est *accessit.* Pro *et ad altare*, Sixtus, veteres edd. et non pauci codd. *et altare;* sixtini, gregoriani et Toletus cum antiquioribus plerisque codd. interposuerunt particulam *ad.* Pro *et vos*, mendose Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1533. *ut vos.*

4. *et excubent in custodiis* — Cod. F *excubent in testimoniis.* Post *tabernaculi* codd. V, Cas. 2. addunt *Domini.* Pro *miscebitur*, Rabanus *misceatur*, ut slav. ostrog., item, sed minus accurate, latina versio targum.

5. *in custodia Sanctuarii* — Codd. G, S, Cas. 13. *in custodiis Sanctuarii;* cod. V *in custodiis;* cod. B *in custodia tabernaculi;* accedunt duo codd. Kennic.

6. *tradidi donum* — Martianaeus et Vallarsius *tradidi domum;* Vallarsius autem de more deceptus a mendosa Calmeti editione notat Vulgatum interponere *vobis.* Mariana in h. l. scribit: « In Vulgato, ut melius cohae» reant sequentia, post *tradidi* pone comma, » et deme comma quod praecedit; sic *tradidi* » iungatur cum *dedi vobis*, et *donum Domino* » appositive accipiatur. » Verendum tamen ne subtilis haec Marianae industria a hieronymiano stilo nimis abhorreat, alienamque scribendi rationem obtrudat. Deusdedit in *nova patrum bibl. t. VII. parte 3. pag. 108.* hunc locum sic recitat: *ego tuli levitas de medio filiorum Israhel, et dedi donum Domino, ut serviant ei in ministerio tabernaculi eius.*

7. *et intra* — Bibl. Lugd. 1522. *et quae intra.* Pro *occidetur*, cod. F *morietur;* cod. H notat ita legi in hebr.

8. *Locutusque* — Primo sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, N, O, R, S, T, U, V, goth. leg., Thomas. I, 42., Bibl. Paris. 1566., all., Rabanus *Locutus;* item armenus. Post *ad Aaron* codd. K, V, Cas. 2., Rabanus addunt *dicens;* concinunt arabs, coptus, armenus, pauci codd. Kennicotti et Holmesii; cf. Sabatier. Post *Ecce* cod. H subdit *ego;* item Rufinus ex graeco, et reliqui veteres. Pro *tradidi tibi*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Rabanus *tibi tradidi.*

9. *et quidquid* — Tacent *et* Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., Deusdedit l. c. p. 100. et cod. 18. Kennic. Pro *atque delicto*, cod. B *ac pro delicto.* Pro *cedit*, sixtini, codd. C, D, F, G, L, T, U, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *cedet;* mendose cod. B *cecidit.*

10. *comedes* — Cod. A *comeditis;* codd. F 1. m., Cas. 12. *comedetis;* it. graecus, syrus, Onkelos, Ionathanus. Pro *edent*, codd. G, P, S, V, Bruno ast. *comedent.* Pro *est tibi*, codd. G, L 2., N* 1. m., R, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Lugd. 1513., all. *est Domino;* codd. Cas. 12. *est ibi;* codd. V, Cas. 1. *est mihi;* at codd. antiquiores plerique et correctoria M, N, O hodiernam lectionem tuentur, pro qua stant hebr. et veteres omnes.

11. *voverint et obtulerint* — Cod. R, Rabanus *voverunt et obtulerunt.* Post *filiis* tacent *tuis* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, Cas. 19., Rabanus, Bruno ast., Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1421.; item Vulgatus ipse infra ad vers. 19.; accedit ar-

menus; in latina versione syri perperam pronomen reticetur. Pro *vescetur eis*, codd. F, G, V, Bruno ast. *vescetur ex eis;* item vers. 13.; conf. ad Lev. VII, 19. XXII, 4. 6. 10.

12. *olei, et vini, ac* — Bibl. Reg., Petrus cell. CCII, 955. tacent *et;* favent duo codd. Kennic.; Ionas aurel. CVI, 206. legit *vini, olei, ac;* eumdem ordinem exhibet cod. XI. Holmesii; Concil. Troslei. ed. Hard. VI, 521. *olei, ac vini, et;* mox vero cum cod. S et Petro cell. l. c. *et quidquid;* item syrus. Pro *offerunt*, codd. R, S, Cas. 3. *offerent;* Rabanus ordine inverso *primitiarum offerunt.*

13. *Universa frugum initia* — Codd. C, D, F, N, P, T, U, Cas. 3., Rabanus *Universas frugum primitias;* quae lectio memoratur quoque in cod. O; cod. H, Concil. Troslei. l. c. *Universae frugum primitiae.* Pro *quas gignit*, Sixtus, codd. G, M, N*, O, R, S, V, veteres edd. *quae gignit;* at Toletus: « Lege *quas;* sic » mss. et utraque Congregatio. » Nam ad fidem antiquiorum omnium codicum sixtini et gregoriani emendaverant; Brugensis quoque scribit: « Antiqui libri habent *quas*, repudiato » neutro *quae.* » Concil. Aquisgr. l. c. *quae genuit;* mox vero *deportantur Domino;* ubi cod. E habet *Domino portantur;* cod. G *Domino deputantur;* cod. V *Domino reputantur.* Pro *in usus tuos*, cod. Cas. 1. *in usus vestros.*

15. *primum erumpit* — Cod. E *primo erumpit;* codd. B, F, G, K, L, N*, R, V, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all., Concil. Aquisgr. l. c. *primum erumpet;* at hanc lectionem codices N, O a modernis invectam testantur. Pro *quam offerunt*, nonnulli legere malunt *quod offerunt.* Pro *ex hominibus*, Ratramnus CXXI, 90. *de hominibus.* Pro *primogenito*, Hugo *unigenito.* Post *immundum* Bibl. Paris. 1566. tacent *est.* Pro *facias*, cod. H *facies*, uti infra ad vers. 17.; item hebr. et graecus.

16. *siclis* — Codd. B, G *sicli.* Post *Siclus* cod. Cas. 1. addit *autem.*

17. *Primogenitum* — Codd. C, D, G, N, O, P, S, U, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1480., Ord., Lugd. 1522., all. *Primogenita;* item Hieronymus ex graeco; cod. N adnotat: « Pro eo quod » hebraeus ter habet *Primogenitum*, plurali- » ter ponitur semel apud latinos. » Mox post *bovis* cod. F tacet *et;* item armenus. Pro *facies*, Bibl. Ord. *facias*, ut supra. Pro *adipes*, codd. C, D, E, F, G, N, O, P, R, S, T, U, V, Cas. 1., Bibl. Ord., Lugd. 1535., all., Bruno ast. *adipem;* accedunt veteres, praeter chaldaeum; cod. N notat: « Sic habent hebraeus et » antiqui; et mirum est cum quidam mutave- » runt *Primogenita* in *Primogenitum;* quare » ergo mutaverunt *adipem* in *adipes*, et quod » dicitur *sanguinem* intactum reliquerunt? »

18. *consecratum* — Cod. Cas. 1. *consecrationis.*

19. *dedi et filiis* — Cod. S, Rabanus addunt *tuis;* item hebr. et vett., ut supra vers. 11. Mox Conc. Aquisgr. l. c. tacet *iure perpetuo.* Pro *Pactum salis*, cod. B *Pactum salutaris;* codd. Cas. 1., gothic. legion. *Pactum salutis;* codd. C, D, F, G, I, L 4., N, P, T, U, V, Cas. 6. *Pactum pacis;* cod. N adnotat: « Anti- » qui habent *pacis;* alii iuxta expressionem » hebraicam *salis;* graecus *Testamentum sa-* » *lis.* » Cod. O habet: « Lege *salis;* sic Raba- » nus in glossa; quidam antiqui *pacis*, quod » repugnat hebraicae veritati. » Cod. M: « *sa-* » *lis*, non *solis.* » Ergo latinorum plures mendose legebant *pacis*, quod derivatum fuisse videtur ex Ezech. XXXIV, 25., meritoque reiicitur a Luca Brugensi, Estio, Bukentopio p. 152. aliisque. Ceterum dicitur pactum salis, foedus sanctissimum et in omne aevum duraturum; conf. II Paral. XIII, 5. et Gesenii *Thes. pag. 790.* Pro *est*, codd. B, F, G, V, gothic. legion. *erit.*

20. *possidebitis, nec habebitis* — Codd. I. (seu Q), Cas. 11., Ionas aurel. CVI, 206. *possidebis, nec habebis;* concinunt hebr. et veteres. Pro *ego pars et hereditas tua*, Petrus de hon. CLXIII, 704. *ego enim pars et hereditas vestra.*

22. *ad tabernaculum* — Codd. C, D, F, O, R, S, T, U, V, Cas. 20., Hugo addunt *foederis*, quod cod. H notat in hebraeo legi. Pro *peccatum*, cod. D *pactum*, mendose.

23. *Levi mihi* — Rabanus tacet *mihi;* nec legunt hebr. et veteres.

25. *Locutusque* — Cod. K, Rabanus et armenus *Locutus.*

26. *Cum* — Codd. G, U, multae ex hentenianis edd. *Cumque.* Waltonus praetermisit verba *quas dedi vobis.* Pro *primitias earum,* codd. G, K, R, S, Cas. 12., Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Deusdedit l. c. *primitias eorum.* Pro *offerte,* nonnulli Cas. *afferte.*

27. *ut reputetur* — Cod. B *et reputetur;* cod. H notat hebr. legere *et reputabitur,* quae est lectio marginis Ordin.

28. *et universis* — Bibl. Rob. Steph. 1532. *et de universis.* Pro *accipitis,* codd. F 1. m., V *accepistis;* codd. B, Cas. 3. *accipietis;* hebr. תקחו; minus apte latina versio Onkelosi in polyglottis Ant. *accipitis.* Pro *primitias,* cod. Cas. 1. *decimas.* Franciscus Lucas Brugensis contendit interpunctionem ponendam esse ante verbum *primitias,* non vero post; conf. De Vence et Emm. Sa. Post *date* Sixtus, antiquae edd. addunt *ea,* ut hebr. et vett.; at sixtini et Angelus Rocca ad fidem latinorum codicum illud pronomen expunxerunt; hisce accedunt Deusdedit l. c., cod. 157. Kennic. et cod. 53. Holmesii.

29. *offeretis . . . separabitis* — Sixtini, codd. A, C, D, K, O, T, U, Cas. 12., goth. legion., Bibl. Ordin., all. *offertis . . . separatis;* alii nonnulli codd. *offertis . . . separabitis;* Deusdedit l. c. legit *Omnia vero quae offertis ex decimis in donariis Domini, optima* etc. Post *electa erunt* addunt *cuncta* Sixtus, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., Lugd. 1550., all.; codices G, R, S, V habent *electa cuncta erunt;* accedunt hebr. et graecus; conf. Bukentopius p. 396. At vero « non legunt *cuncta,* ait To- » letus, Ord., mss. et utraque Congregatio. » Nempe sixtinis et gregorianis illa vox, quam plures prisci codices ignorant, redundare visa est.

30. *reputabitur vobis* — Codd. Cas. 7. tacent *vobis.* Alii ante *torculari* addunt *de,* quod in cod. O expungitur.

31. *comedetis eas* — Codd. F, K, S, Cas. 14. *comedetis ea;* item slav. ostr. et plures graeci codices. Pro *servitis,* cod. Cas. 1. *servietis.*

32. *oblationes* — Codd. B, F, Cas. 1. *oblationem.* Pro *et moriamini,* cod. F *et ne moriamini;* item hebr. et vett.

Cap. XIX, 1. *Locutusque* — Codd. B, E, V *Locutus;* item armenus. Rabanus mox tacet *et Aaron,* ut arabs et septem codd. hebr. apud De-Rossi.

2. *religio* — Cod. B *regio,* sed veru notatur. Post *Dominus* cod. Cas. 1. addit *facere.* Pro *ut adducant,* cod. E *et adducant;* item Augustinus; cod. G *ut educant.* Pro *nulla sit,* Bruno ast. *non sit.*

3. *tradetisque* — Codd. B, L, Cas. 2., Bibl. Reg., Ven. 1476., Lugd. 1522., posteriores edd. Rob. Steph., all., Rabanus *tradesque;* Cas. 1. *tradensque;* Augustinus ex graeco *et dabis.* Pro *qui eductam,* Gregorius M. IV, 107., Garnerius CXCIII, 96. *qui ductam;* Beda IV, 402. *quae educta,* mox pergit *extra castra immolabitur.* Pro *in conspectu omnium,* cod. F 1. m., Gregorius M. et Garnerius ll. cc. *in conspectu Domini;* hebr., cui vett. consentiunt, לפניו.

4. *et tingens digitum* — Gregorius M., Garnerius, Beda ll. cc., Isidorus V, 444. *et intinget digitum;* duo postremi addunt *Eleazar,* uti hebr. et vett., excepto arabe. Pro *asperget,* Gregorius M. et Garnerius ll. cc. *aspergens;* Isidorus et Beda ll. cc. *et asperget;* et mox pro *septem vicibus* legunt *septies,* ut Augustinus ex graeco ἑπτάκις.

5. *pelle et carnibus eius quam sanguine e fimo* — Isidorus et Beda ll. cc. *pellem et carnes eius quam sanguinem et fimum.* Pro *traditis,* codd. B, D 2. m., F, K, T, V, Bibl. Lugd. 1535., Isidorus et Beda ll. cc. *tradetis.*

6. *coccumque* — Cod. G, Bruno ast. *coccum.* Pro *mittet,* Isidorus l. c. *mittat;* Beda l. c. *mittit.*

7. *tunc demum* — Bruno ast. tacet *demum;* margo Ordin. interponit *sacerdos,* ut hebr. et vett. Post *corpore* tacent *suo* Isidorus et Beda ll. cc. Post *ingredietur* codd. Cas. 2., Rabanus tacent *in.* Pro *vesperum,* sixtini primo

vesperam; it. codd. A, F, V, Bibl. Ven. 1480., Beda l. c., Rabanus, Bruno ast., Augustinus. Eadem vox occurrit in verss. 8. 10. 19. 21. 22., ubi rursum variant libri mss. et edd.; cod. O adnotat legi *vesperam* tribus tantum postremis vicibus. At quum nulla huius varietatis appareat ratio, nec in librariis constantiam expectare possumus, nec est cur de illa solliciti simus.

8. *Sed et ille* — Cod. E *Sed ille.* Post *combusserit* Isidorus et Beda ll. cc. tacent *eam.*

10. *portaverat*—Codd. B, G, R, T, Cas. 3., Bruno ast. *portaverit;* ita quoque legitur, sed mendose, in editione Vallarsii. Pro *Habebunt,* codd. B, R, S, Cas. 2. *Habebuntque;* Isidorus l. c. *Et habebunt;* Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *Habebunt quoque;* nexum habent hebr. et vett. Pro *inter eos,* codd. A, V *inter vos;* item Onkelos in polygl. lond., samaritanus interpres, Alius in *Hexaplis,* duo codices textus samaritani et non pauci graeci codices. Nota Montfauconium perperam hebraicum textum reddidisse *in medio vestrum.*

11. *Qui tetigerit cadaver hominis* — Isidorus et Beda ll. cc. *Et qui tetigerit mortuum;* nexum quoque praemittunt syrus, arabs, coptus, aliique plures apud Holmesium et tres codd. derossiani; Augustinus et Ambrosius cum graeco *Qui tetigerit mortuum,* sed conf. Sabatierius.

12. *aspergetur* — Alcuinus II, 1278., Rupertus *aspergatur.* Pro *et septimo, et sic mundabitur,* Isidorus et Beda ll. cc. *et die septimo emundabitur;* his favere videntur hebr., chald., persa, graecus ven., all. apud Holmes. Pro *septimo non,* Isidorus et Beda ll. cc. *vel septimo non.* Pro *poterit,* codd. E, F *potest.*

13. *morticinum* — Rabanus *morticinium;* cf. ad Lev. XXII, 8. Pro *aspersus hac,* codd. C, D, F, G, T, U, V, Hugo *aspersus ex hac.* Pro *polluet,* cod. T, Rabanus, itemque ex graeco Augustinus *polluit;* idque Caietano probatur; consentitque hebraeus. Pro *expiationis,* cod. B, cum Cypriano et Augustino, *aspersionis,* et ita habet Vulgatus versic. 9. Post *spurcitia* tacent *eius* cod. C, Rabanus.

15. *nec ligaturam* — Rabanus *vel ligaturam;* Bruno ast. *et ligaturam.*

16. *Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis . . . sive os* — Beda II, 368. *Si tetigerit quis in agro cadaver hominis occisi . . . sive ossa;* minus accurate legitur *ossa* in latina versione samaritani in polygl.

17. *Tollentque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, K, T, U, gothic. leg., Bibl. Ordin., Paris. 1566., all., Lanfrancus cant. CL, 630., Bruno ast. *Tollent.*

18. *ex eo* — Codd. A, K, goth. leg., Rabanus *eo;* cod. B *et eo;* cod. U *et ex eo;* Bibl. Ordin. *ex ea;* hebraeus et veteres, excepto arabe, silent. Post *supellectilem* Lanfrancus l. c. addit *eius.* Mox pro *homines* cod. P *omnes;* cod. N adnotat: « Antiquiores habent *omnes;* satis antiqui *homines,* quia hebraeus » habet *animas;* sed si ibi est *omnes,* constat » quod substantivatur ad homines: graecus » adhaerens hebraeo transfert *animas.* » Cod. O ex hebraeo et graeco receptam lectionem tuetur; attamen syrus et quatuor codices Kennicotti habent *omnes animas;* conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

19. *lavabit et se* — Codd. G, R, Cas. 8., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus *lavabit se.* Bruno ast. mox tacet *sua.* Pro *et immundus erit usque ad vesperum,* codd. A, E, K, goth. legion. *et mundus erit ad vesperam;* item hebr. et vett., excepto graeco; cod. G *et mundus erit usque ad vesperam,* ut cod. 109. Kennicotti; Bibl. Rob. Steph. 1545. tacent *et.*

20. *Ecclesiae* — Codd. C, D, T, U, Cas. 5., Hugo addunt *suae;* item syrus, armenus et cod. 75. holmesianus.

22. *immundum faciet* — Codd. F, V, Cas. 17. *immundum fiet.*

Cap. XX, 1. *Veneruntque* — Cod. F *Venerunt quoque.* Pro *in desertum,* codd. D, U, Rabanus *in deserto* (alii apud Rabanum *de deserto*); cod. 69. Kennic. ממדבר. Pro *Sin,* Bibl. Paris. 1566., all. *Zin;* hebr. צן; nam Vulgatus habet *Sin* Exod. XVI, 1. XVII, 1. Num. XXXIII, 12. pro hebr. סין, quod alte-

rius regionis nomen est. Post *sepulta* addunt *est* codd. B, Cas. 1., Beda V, 700., Rabanus.

2. *convenerunt*—Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, O, P, T, U, goth. legion., Cas. 12., Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *coierunt*, vel, quod idem est, *coiverunt;* cod. O notat: « An» tiqui *coierunt;* moderni *convenerunt*, et sic » legitur in epistola. » Nempe in Miss. rom. fer. VI. post Dom. III. Quadr.; Beda l. c. *coegerunt;* cod. K *cogerunt*.

3. *periissemus* — Sixtini *perissemus*, uti legunt non pauci codd. et edd. Pro *inter fratres nostros*, Rupertus non male *cum fratribus nostris*.

4. *Cur eduxistis* — Codd. P, Cas. 1. *Cur adduxistis;* ut versic. seq.; codd. E, N, S, U *Cur eduxisti*, et in cod. N legitur: « Similiter » Ezech. XX. (v. 34.) *et educam vos;* Ex. XI. » (v. 4.) *egrediar in Aegyptum*: nota quod » hic et in antiquis et in novis dicitur *edu*» *xisti* (al. *eduxistis*), cum hebr. habeat ver» bum inducendi; sed sic ista eductio per » terminum a quo signatur, quo ab Aegypto » in solitudinem veniunt. » Cod. F *Qui reduxisti;* forte scribere volebat *Quare duxisti;* quatuor codd. graeci ἀνήγαγες, item duo arabes apud Holmes. Pro *nostra iumenta*, codd. K, R, S, Bibl. Ord. et Rabanus *iumenta nostra*. Pro *moriamur*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, O, T, U, Cas. 13., Hugo *moriantur*.

5. *nos fecistis*—Rabanus *fecistis nos;* codd. F, S, U *nos fecisti;* hebr. העליתנו, si legas cum kametz sub thau, est numeri singularis; si vero cum kibbutz, ut in hodiernis codd., est pluralis: priorem lectionem secutus est persa, itemque graecus venetus et latinus interpres samaritani textus in polyglottis; cf. XXI, 5. ubi in eadem voce dissentiunt interpretes. Pro *adduxistis*, codd. F, U *adduxisti;* cod. N, Bibl. Ord., Reg., Lugd. 1522., all. *eduxistis;* Cas. 1. addit *nos;* item hebr. et veterum plerique. Pro *in locum istum*, cod. V *ad locum istum;* cod. B *in montem istum*. Pro *malogranata*, multi codd. et vett. edd. non paucae scribunt *mala granata*, quod quidem magis latinum esse videtur; et ita profecto habet Vulgatus Num. XIII, 24. ubi est *De malis quoque granatis;* at Forcellinii Lexicon tribuit Hieronymo *malogranatum;* cf. ad Ex. XXXIX, 23. Pro *et aquam non habet*, cod. Cas. 1. *nec aquas habet*.

6. *Ingressusque*—Rabanus *Ingressus;* codd. Cas. 7. et Miss. rom. l. c. (ed. vatic. 1609.) *Ingressique;* accedunt syrus, arabs et armenus: Onkelos in polyglottis londin. legit ורעל, adeoque minus accurate ibidem redditur *Ingressique;* at in edd. Reg. et CPolitana legit ורעלו. Ante *tabernaculum* Sixtus cum plerisque edd. antiquis addit *in;* sixtini et gregoriani ad fidem optimorum codicum hanc particulam abiecerunt; cod. F 2. m. praemittit *ante*.

Ibid. *clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus audi clamorem huius populi, et aperi eis thesaurum tuum fontem aquae vivae, ut satiati, cesset murmuratio eorum* — Haec omnia expunxerunt sixtini, quibus suffragantur codd. antiquissimi A, B (quamvis uterque a recentiori manu illa adiecta habeat), E, H, K, L (id est sangermanensis a Stephano laudatus), Palatinus apud Vallarsium, Corbeiensis apud Martianaeum; item Biblia Complut., Reg., Lugdun. 1535., margo Ordin., Isidorus Clarius, Rabanus; immo apud neminem ex antiquis patribus et commentariorum auctoribus ante sec. XI. illa verba nobis occurrerunt. Biblia Rob. Steph. 1532. in margine habent: « Haec » verba nec in scriptis, nec in impressis ali» quot, ut nec in hebraeo leguntur. » Ex his omnibus patet quam parum considerate Calmetus scripserit omnia Biblia latina illam lectionem retinere. Hinc Martianaeus. « Ad» dita, inquit, credi possunt ab aliquo inter» prete latinorum, apud quos, ut testantur » Hieronymus et Augustinus, tot erant exem» plaria diversa, quot codices. Sunt qui pu» tant hoc additamentum sumptum fuisse ex » aliqua paraphrasi chaldaica, quarum olim » maior numerus erat, quam sit hodie. Quid» quid vero dicatur, certum est verba haec » superabundare in exemplaribus Bibliorum,

» quia non extant in textu hebraeo, vel sa-
» maritano: non in translatione LXX. senio-
» rum; neque apud alios interpretes, chal-
» daeum puta, syrum et arabem. Denique
» supersunt adhuc latini Bibliorum sacrorum
» codices optimae notae, in quibus absunt
» quae in editis abundare videntur. » Martianaeo praeiverat Oleaster, qui in h. l. scribit: « Quidam putant Vulgatum haec addidisse » explicandi gratia. Possibile etiam est eum » haec in aliqua chaldaica paraphrasi legis- » se. Sunt tamen quaedam latina exemplaria, » in quibus haec non habentur. » Lucas Brugensis hunc locum recensuit inter illos, qui, ex eius sententia, emendationem adhuc requirunt; subditque: « Quidam putant id ac- » ceptum fuisse ex epistola feriae sextae post » dominicam tertiam Quadragesimae: ut col- » lector epistolarum aliquando omittit, ali- » quando addit aliunde quaedam. » Cf. Natalis Alexander *Hist. Eccles. sec. IV. diss. 39. art. VI.*, De-Rossi *de praecip. causs. p. 99.*, Vallarsius IX, 257. Igitur quum neque in sacro textu, neque in ullo ex antiquis interpretibus huius additamenti vestigium reperiatur, quumque idem ab optimae notae latinis codicibus absit, merito de eiusdem origine doctissimi viri dubitarunt. Compertum quidem est illa verba saltem a seculo X. paene universos latinos codices occupasse, illos praesertim, qui ab alcuiniana recensione pendent; unde et apud Petrum Dam. CXLIV, 770. laudantur. At quanam ratione, quove auctore id factum fuerit non facile dixeris. « Quis au- » tem, inquit Caietanus, haec addiderit vul- » gatae editioni, nescitur. » Illorum sententia, qui hoc additamentum ex antiquis targumim derivatum censuerunt, nobis non probatur; nullo enim idoneo argumento fulcitur. Multoque minus Cornelio a Lapide concedere possumus Hieronymum paraphrastice hanc orationem supplevisse. Absit enim ut id Hieronymus sibi licere autumaverit, quod aliis interpretibus iure acriterque negabat. Qui interpretis nostri vindicias hac ratione ineunt summa illum iniuria afficiunt. Neque omnino sequi possumus Brugensem dum illud ex Missae *Lectionariis* repetit: quamquam fatemur id a liturgiae stilo haud abhorrere. Denique quod additum dicitur ab aliquo ex antiquis latinis interpretibus, tum nullo probabili testimonio confirmatur, tum multis rationibus reiici potest. In hac autem quaestione multo facilius est aliorum sententias refutare, quam novas easdemque probabiliores ingerere. Nobis quidem fere suasum est glossema in illis verbis latere, quod vel ex aliqua veteri liturgica formula, vel ex cuiusvis auctoris ingenio ortum habuit; quodque ad Deut. XXVIII, 12. alludere videtur. Verum id ipsum adfirmare non audemus. At si haec ita se habent, cur postremi romani correctores illa verba servarunt? Censorum prudentiam iisdem rationibus vindicandam ducimus, quas superius in simili caussa ad VIII, 2. protulimus. Interim audiamus Toletum: « Haec verba non ha- » bentur in hebraeo, graeco, Compl., Reg., » nec in aliquot mss.; ideo prior Congrega- » tio abstulit. Tamen sunt in Ordin. et aliis » mss. et multis impressis. Abulensis dicit » haec non haberi in hebraeo, tamen posita » esse ab interprete ex antiquis translatio- » nibus, et quidem rationabiliter. Posterior » Congregatio ea reliquit. » Neque praetereundum est posteriorem hanc Congregationem, seu gregorianam, in cod. columnensi scripsisse: « Non habent hebraeus, graecus, la- » tini; quaedam mss. tantum habent. » Eadem in schedis Angeli Rocca leguntur. Noverant itaque romani censores rationum momenta quae hinc inde militant: immo ipsimet censores modo hanc, modo illam sententiam sequuti sunt. Nulla enim adesse videbatur absoluta ratio quae unam prae alia parte omnino urgeret. Attamen quod ex Abulensi protulit Toletus, probare non possumus, tum quia nulla ratio suadet Vulgatum ex antiquis translationibus illa verba descripsisse; tum maxime quia Abulensis scribit: « Et hoc ra- » tionabiliter appositum est; nam littera di- » cit hic quod *clamaverunt et dixerunt;* et » hoc etiam habetur in hebraeo. Oportet er-

» go, quod aliquid clamaverint et dixerint. » Quum enim falsissimum sit hebraicos codices habere *clamaverunt et dixerunt;* patet nullam esse rationem qua Abulensis probare nititur hoc rationabiliter appositum fuisse. Nec ea placent quae habet Bukentopius (p. 152.), qui censet haec forte olim ex hebraeo textu excidisse, indeque in antiquis interpretibus deesse; « etenim, inquit, similia Moysen et » Aaron orasse non est ambigendum. » At non quaeritur quid oraverit, sed quid scripserit Moses. Porro si illa in hebraicis codicibus ante Hieronymi aetatem exciderant, quomodo s. Doctor eadem latina facere potuisset? Praeterea si haec a Hieronymo profecta sunt, cur in antiquissimis latinis codd. desiderantur? Quam ob rem libenter Eugubino subscribimus aienti: « Arbitror non ab » Hieronymo, sed ab aliis eam particulam » esse adiectam, quod et aliis plerisque locis » factum reperies, in quibus verba ex simi- » libus in similes locos transponuntur. » Sed de his satis. Restat ut huius pericopes varias lectiones proferamus. Pro *clamaveruntque,* codd. Cas. 8. *exclamaveruntque.* Pro *Dominum,* cod. R *Deum.* Pro *audi,* codd. A 2. m., F, G, T, V, Miss. rom. l. c. *exaudi.* Pro *huius populi,* codd. A 2. m., C, D, F, G, R, T, U, V, Miss. rom. l. c., Bibl. Ordin., Ven. 1479. 1480. 1482., Paris. 1566. *populi huius.* Pro *aperi eis,* codd. A 2. m., C, D, G, T, U *aperies;* cod. V *aperi.* Pro *ut satiati,* cod. T, Bibl. Lugdun. 1542. *et satiati;* Bibl. Ven. 1579. *ut saturati;* codd. N*, P, R, S, Hugo *ut satiatis;* sed idem Hugo a s. Charo subdit: « Alia littera *satiati,* et correctior, ut » dicunt, et resolvitur in verbum et coniun- » ctionem, hoc modo *ut satiati,* id est *ut* » *satientur.* » Cod. N notat: « Quod dicitur » *satiati* nominativus est, et absolutus. »

8. *Tolle* — Cod. G, Bibl. Lugd. 1535. *Tollite.* Pro *loquimini,* cod. D *loquemini;* item ex hebraeo Caietanus.

10. *multitudine* — Codd. B, Cas. 6. *omni multitudine;* item syrus et arabs 3. holmesianus. Pro *dixitque,* codd. B, V *dixit;* perperam omittitur nexus in latina versione syri. Mox cod. H notat hebraeum non legere *et increduli,* quod in marg. Ordin. expungitur; nam pro eo quod hebr. habet המרים, Vulgatus legit *rebelles et increduli,* quae unius eiusdemque vocis duplex interpretatio esse videtur; nam hebraica vox proprie denotat *rebelles,* unde graecus ven. ἀντάρται; at graeci reddiderunt οἱ ἀπειθεῖς, unde Augustinus habet *increduli.* Pro *Num,* cod. B, Petrus capuan. in *Spicil. solesm. II, 327.,* Petrus Com. et Augustinus *Numquid.* Mox idem Petrus cap. l. c. pergit *poterimus vobis aquas elicere?* Quoad verbum *elicere,* pro eo quod Vulgatus habet *eiicere,* consentiunt Petrus Dam. l. c., Rupertus, all., illudque hieronymianum esse eo minus dubitamus, quo magis aptum propriumque huic loco est. Ceterum recolenda est prudens animadversio qua Eugubinus eos insectatur qui hieronymianam interpretationem cum hebraico textu ita conferunt, ut ad singula paene verba aliter legi in sacro textu adnotent: « Hierony- » mus, inquit, summo decore, et nostrae » etiam utilitati consulens, locutiones muta- » vit hebraicas, et quae per se fuissent ob- » scura et difficilia intellectu, reddidit aper- » tissima. Mitto enim quam divine totum » hebraicae orationis filum immutavit, ut es- » sent omnia nostris auribus magis consona, » et intelligibiliora, idque etiam dissentiens » a Septuaginta. »

11. *Cumque* — Cod. E *Cum.* Pro *ut populus,* codd. B, C, D, F 2. m., S, T, U, Cas. 8. *ut et populus.* Post *iumenta* codd. L 6., Q addunt *eius;* hebr. quoque et vett. pronomen exprimunt.

12. *Dixitque* — Rabanus *Dixit.* Post *Aaron* cod. F addit *dicens.* Pro *dabo eis,* Thomas. I, 37., Rabanus, Bruno ast., Balduinus CCIV, 582. *dedi eis;* item Augustinus, cui accedunt hebr. et vett., excepto Ionathano, qui cum Vulgato habet אתן; conf. vers. 24.

13. *aqua contradictionis* — Hoc est loci nomen proprium מי מריבה, adeoque recte in vaticanis edd. scribitur cum priori littera ma-

iuscula ad Num. XX, 24. Deut. XXXII, 51. XXXIII, 8. Psal. CV, 32.; minus apte cum minuscula hoc loco, Num. XXVII, 14. Psal. LXXX, 8. Ezech. XLVII, 19. XLVIII, 28.

14. *Haec mandat frater tuus Israel* — Deerant haec primo in cod. B; cod. H notat hebraeum pro *mandat*, legere *dicit;* qua correctione facile carere possumus; cf. Gen. XLV, 9. Ios. XXII, 16.; codd. G, R, S, V post *mandat* addunt *tibi*.

15. *descenderint* — Codd. F, G, R, S, Bibl. Paris. 1566., all., Rabanus, Rupertus *descenderunt*. Pro *afflixerintque*, codd. C, D, F, G, K, R, S, T, U, V, Rupertus *afflixeruntque*.

16. *miseritque angelum, qui eduxerit* — Cod. F *misitque angelum suum, qui eduxit;* addunt quoque pronomen cod. Cas. 1., cod. 82. et arabs 3. Holmesii; alii quoque latini codd. habent *eduxit*. Pro *Ecce*, codd. G, H, L 7., Q, R, S, V, Cas. plerique, priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin. *Et ecce;* item hebr. et vett.

17. *non bibemus* — Codd. G, R, S, V, Bibl. Ordin., Hugo *nec bibemus;* accedunt hebr. et veteres; at multi codices Kennic. cum Vulgato faciunt. Pro *sed gradiemur*, Rabanus *gradiamur;* tacent quoque *sed* hebraeus, graecus et chaldaeus; cf. Sabatier. et infra XXI, 22. Pro *via publica*, margo Ordin. *via regia*, ut infra XXI, 22.; conf. Mazochius *Spicil. bibl. II, 101*.

18. *transibis* — Codd. B, C, D, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 7., Petrus Com. *transibitis;* Bibl. Complut., Reg., Lugdun. 1513., all. *pertransibis*.

20. *transibis* — Sixtus, codd. B, C, D, F, G, K, O, R, S, T, U, V, veteres edd. ante stephanicam an. 1532., all. *transibitis;* accedit syrus. At vero Toletus; « Lege *transibis;* ita » hebr., graecus et quidam mss.; et haec le» ctio sequentibus quadrat, et placuit utrique » Congregationi; » nempe sixtinis et gregorianis, quibus accedunt codd. A, E, H, L 2., all. Animadvertit autem Bukentopius p. 396. hebraeum et graecum in hoc verbo praeferre singularem numerum quia ibi populus Israel in prima persona singulari loquitur. Quum vero Vulgatus populi orationem plurali numero efferat *obsecramus, ibimus, bibemus*, etc., non incongrue legebatur *transibitis*.

22. *in montem* — Rupertus *ad montem*.

23. *locutus est Dominus* — Rabanus *Dominus locutus est*. Post verba *ad Moysen* addunt *dicens* codd. F 2. m., Cas. 3., antiquiores editiones fere omnes; item hebr. et graecus; sed vide notam seq.

24. *Pergat, inquit* — Tacent *inquit* Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all.; et sane qui in superiori versiculo addebant *dicens*, hoc loco verbum *inquit* praetermittere debuissent. Pro *ad populos suos*, Rabanus, Petrus Dam. CXLIV, 212., Petrus Com. *ad populum suum;* item samaritanus ⟨illegible⟩, cui consentiunt graecus, syrus, persa, chaldaeus; conf. ad Gen. XXV, 8. Pro *fuerit*, codd. K, Cas. 2., Petrus Com. *fuit*.

25. *duces eos in montem* — Cod. F *educes eos in monte;* Rupertus tacet *eos*.

26. *indues ea Eleazarum filium eius* — Cod. F 1. m., Petrus Dam. l. c. *indues eam Eleazaro filio eius:* post haec verba particulam *et* maxima consensione veteres libri mss. editique universi addunt; it. hebraeus, graecus et reliqui interpretes: neque, praeter typographi oscitantiam, aliam putamus esse caussam cur in editione Sixti exulare illa coeperit. Neque porro mirum est si clementini censores aut id non viderint, aut neglexerint; nam, remota illa particula, orationis integritas nullo modo turbatur.

28. *Cumque Aaron* — Cod. Cas. 1. *Cumque Moyses Aaron;* item hebr. et vett., secluso graeco, de quo conf. Holmes. Pro *induit eis*, codd. F, O, T, U, V *induit eas;* Bibl. Ordin. praemittunt *et;* item hebr. et vett., at in hieronymiana periodo nil profecto desideratur.

29. *Illo* — Quidam codd., uti R, S, addebant *autem*, quod cod. O notat expungendum, etsi hebr. et vett. nexum exprimant. Post *descendit* codd. F, G, V, Cas. 1., margo Ordin. addunt *Moyses;* item hebr. et vett.

30. *super eo* — Codd. F, O, R, S, V, Ama-

larius CV, 1161. *super eum.* Mox cod. F tacet *suas.*

Cap. XXI, 1. *venisse scilicet* — Rabanus tacet *scilicet.* Pro *exploratorum* hebraice legitur אתרים, quod graecus et Saadias pro loci nomine proprio acceperunt, quorum sententia eruditis viris fere probatur; unde Gesenius in *Thes. p. 171.* dicit: « Male Onkelos, syrus, » Vulgatus *in via exploratorum* quasi אתרים » sit idem quod תרים. » Verumtamen, praeter Onkelosum et syrum, Hieronymus assentientes habet samaritanum, persam, Ionathanum, Aquilam et Symmachum (cf. Hieron. III, 134.). Pro *pugnavit,* codd. C, D, N, O, T, U, Bibl. Lugdun. 1513. *pugnavitque;* item hebr et vett.; cod. N adnotat: « Hebr. et an- » tiqui *pugnavitque contra eum* (item *eum* » cod. P) *et victor* etc.; coniunctiones copu- » lativae sibi invicem respondent. » At cod. O notat: « In *pugnavitque* videtur *que* super- » fluere. »

2. *tradideris* — Bibl. Ordin. *tradiderit.* Pro *in manu mea,* Petrus Dam. CXLV, 242. *in manum meam.* Pro *urbes eius,* Rabanus *urbem eius;* Augustinus in vers. seq. *civitatem eius.*

3. *Exaudivitque Dominus preces Israel* — Rupertus *Exaudivit Dominus vocem eius.* Verba *id est, anathema* ab interprete, ut videtur, addita primo expunxerant sixtini; ex antiquis solus armenus eadem admittit; nam reliqui vel ipsum hebraicum nomen *Horma* servarunt, vel eiusdem interpretationem suffecerunt.

4. *sunt autem et de* — Rabanus *sunt autem filii Israel de;* praetermittunt quoque particulam *et* codd. F, V, Cas. 8., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg. aliaque plura, quibus veteres concinunt. Pro *de monte Hor,* cod. Cas. 1. *de Horma.*

5. *contra Deum* — Sixtus cum plerisque codd. et edd. *contra Dominum,* uti est infra vers. 7.; at bene Toletus: « Lege *Deum;* sic » hebr., graecus, Compl., Reg., mss. et utra- » que Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani emendarunt, eisque suffragantur codd. A, E, H, L, aliique pauci; Augustinus *ad Deum.* Pro *nauseat,* cod. O testatur veteres legisse *nausiat;* conf. ad XI, 20.

7. *contra Dominum* — Cod. A *contra Deum.* Pro *serpentes,* cod. H, Iulianus tolet. XCVI, 530., libri Carolini XCVIII, 1067. *serpentem;* item hebr., graecus (at cf. Holmes.), itemque samaritanus et Onkelos, etsi horum latina versio exprimat numerum pluralem. Iam pridem hoc loco Augustinus adnotavit singularem numerum positum esse pro plurali. Pro *Oravitque,* habent *Oravit* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, E, K, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus, Rupertus. Hodiernam lectionem, pro qua pauci stant codices, invexerunt Biblia Lov. 1547., illamque Sixtus et clementini servarunt.

8. *serpentem aeneum* — Sixtini, codd. A, B, H, K, gothic. leg., Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all., Hadrianus PP. edit. Hard. IV, 786. tacent *aeneum;* hebraeus habet tantum שׂרף quod significat *urens,* aut *venenosus,* estque serpentis attributum; conf. Parchonis *Lex. hebr.* editum a De-Rossi, p. 43.; egregie autem graecus venetus πρηστῆρα, quod latino *prester* consonat, atque *viperam venenosam* significat; conf. Gesenius in *Thes. p. 1341.* Ceterum Vulgati lectionem sequuntur Ionathanus, coptus, arabs., slav., Augustinus multique graeci codices; cf. Holmes. et Sabatier.

9. *SERPENTEM AENEUM* — Quum in plerisque edd. hentenianis usu receptum fuisset, ut haec verba maioribus litteris impressa exhiberentur, sixtinis adnotare placuit hanc litterarum distinctionem amovendam esse. Post verbum *posuit* tacent *eum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ord., Lugd. 1522., all., Hadrianus PP. l. c., Dungalus CV, 487., Rupertus IV, 602.; it. syrus. Pro *cum percussi aspicerent,* codd. B, G, K, N*, R, S, goth. leg., Cas. 6., Dungalus l. c. *percussi aspicientes;* cod. F *cum percussi aspicientes;* Rupertus l. c. *cum percussi aspexissent.*

11. *fixere* — Codd. C, D, S, U *fixerunt.* Pro

Ieabarim, nonnulli *Iieabarim*, quod propius hebraico accedit; et ita legit Vulgatus Num. XXXIII, 44. 45.; margo Ordin. *cumulis Abarim;* conf. Gesenii *Thes. p. 987.*

12. *moventes* — Rabanus addit *castra*. Pro *Zared*, multae edd. paucique codd. *Zareth;* conf. Holmes.

13. *in deserto* — Codd. F, Cas. 1. addunt *Efron;* Ἐφρών autem est urbs trans Iordanem, de qua I Mach. V, 46. II Mach. XII, 27., Ioseph. Antiq. XII, 8. 5.; alia eiusdem nominis oppida memorantur Ios. XV, 9. II Paral. XIII, 19.; Augustini codices corrupte legunt *in Hernon* pro *in eremo;* conf. Sabatier. Pro *est Moab*, cod. H, Cas. 1. *est in Moab.*

14. *faciet* — Rabanus *faciat*. De obscurissimi atque difficillimi huius loci interpretatione vide sis praeclaram notationem quam habet De-Rossi in *Supplem. ad Varr. Lectt.*, cui Gesenius quoque in *Thes. p. 398.* subscribit.

15. *In Ar* — Sixtus, codd. B, C, F, G, R, S, V, goth. legion., veteres edd. fere omnes, Rabanus, Hugo de s. Vict., Petrus Com. *in Arnon;* « fere omnes mss. codices, inquit Mar» tianaeus, legunt *Arnon:* sed error hic est » librariorum, qui ex immediate praecedenti » *Arnon* decepti sunt; non intelligentes apud » Hieronymum libro de locis hebr., *Arnon* » esse rupem quamdam in sublime proie» ctam (lege *porrectam;* cf. Hier. III, 134.) » in finibus Amorrhaeorum inter Moab et » Amorrhaeos. *Ar* vero locum vel oppidum » Arnonae, quod a LXX. interpretibus per » extensam vocalem *Er* (Ἤρ) dicitur. » Vallarsius quoque testatur suos codices eumdem errorem habere; cf. Bukentopius p. 153.: ab hebraeo propius absunt codd. D, N, O, P, T, U, Rupertus, qui legunt *in Aran;* cod. V in marg. notat: « Hebraeus et antiqui habent » *Aran.* » Bene autem Toletus scribit: « Lege » *in Ar;* sic hebr., graecus, mss. et utraque » Congregatio. » Nam ita scripserunt sixtini et gregoriani, quibus accedunt codd. A, E, H, K, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. aliaeque paucae edd. ex eisdem derivatae. Mendose syrus habet ܕܠܕ, samaritanus ܘܗܦ; conf. tamen De-Rossi *Append.* et infra ad vers. 28.

16. *Ex eo* — Codd. H, Cas. 4., Bibl. Lugd. 1522., Rob. Steph., Lovan., all. *Et ex eo;* Bruno ast. *Ex eo autem;* nexum abiecerunt sixtini eo quod neque in plerisque codd. neque in antiquioribus edd. legatur; legitur tamen in hebr. et vett., excepto Onkeloso in ed. CPolitana.

17. *Tunc cecinit* — Quae ab hisce verbis usque ad *baculis suis* in versic. seq. leguntur sixtini primo clauserant parenthesi; et pro *puteus. Concinebant*, cum Bibl. Reg., all., scripserant *puteus, concinebant;* Bruno ast. habet *puteus; canite ei;* hebr. quoque et veteres pronomen exprimunt.

18. *et paraverunt* — Hunc locum interpretatur Hieronymus in epist. LXXVIII. ad Fabiolam, ubi non pauca habet, quae cum Vulgato minus consonant, quaeque nostrum non est expendere; nam latinam Pentateuchi versionem, quam terimus, s. Doctor aliquot annis post datam illam epistolam edidit. Attamen adnotasse iuvat ibidem legi *et aperuerunt;* hebraeus enim habet כרוה. Pro *duces*, glossa interlinearis notat alios legere *reges*, quae est graecorum lectio. Ante *baculis* codd. E, F tacent *in.*

Ibid. *De solitudine, Matthana* — Sixtus cum antiquis Vulgati edd. paene universis paucisque codicibus, legit *Profectique sunt de solitudine Mathana;* at bene Toletus: « Expunge » *Profectique sunt*, quod non est in hebr., » quia haec pendent ab eodem verbo supe» rius posito, quod hic non repetitur: sic » mss.; et utraque Congregatio probavit. » Re vera sixtini et gregoriani assentientes habent optimae notae codices omnes, uti A, B, C, D, E, H, aliosque longe plures; qua de re Lucae Brugensis notationem recitare placet: « Superfluit *Profectique sunt;* in compluribus » enim nostrae editionis libris, parisiensium » sex, Hentenii sex, nostris undecim, he» braeo textu et graeco et enarratore Ruperto » suffragantibus, non legitur. Hebraice est. » *Et e solitudine, in Mathana;* graece: *Et a*

» *puteo in Manthanaein*. Superfluit autem tex- » tui, non sensui, id quod etiam Epanor- » thotes (item nostra correctoria M, N, O) » annotavit: describitur enim progressus iti- » neris Israel, nimirum a puteo solitudinis » in Mathana. . . . Manuscriptorum nostro- » rum quinque addunt *in* ante *Mathana*, cum » graecis codicibus; id quod non parum illu- » strat locum, tollitque erroris occasionem » eorum qui scripserunt *Profectique sunt in* » *solitudinem Mathana*, et qui *Profectique* » *sunt de solitudine Mathana in Nahaliel* etc. » Huiusmodi enim corruptelas in nonnullis » scriptis exemplaribus deprehendimus. » Le- gunt quoque *in Mathana* codd. F 2. m., V, Cas. 2. et Urbinas, Rabanus et Hieronymus.

19. *De Matthana* — Sixtus et pleraeque edd. veteres *de Mathana;* sixtini et gregoriani emendarunt, indeque periodum incipiunt; codd. H, K, Bibl. Lugd. 1535. *et de Matthana;* item hebr. et vett.; Bibl. Lugd. 1522. tacent. Ante *Nahaliel* particulam *in* praetermittunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, O, R, S, T, U, goth. leg., Rabanus et hebraeus.

20. *De Bamoth* — Sixtus, codd. B, G, N, R, S, vett. edd., Rupertus particulam *De* ta- cent; quam ad plurimorum codd. fidem rec- te addiderunt sixtini et gregoriani; Lucae Brugensis eruditam notationem accipe: « Epa- » northotes, ex antiquis codicibus suis, ad- » dendam docet, quae hebraice et graece ad- » ditur, praepositionem *de*. Eadem legitur in » mss. Hentenii septem, nostris novem, pa- » risiensium sex; et sensus est vel *De Ba-* » *moth* quae *est vallis in regione Moab*, vene- » runt *in verticem Phasga;* quem Oleaster » probat: vel *De Bamoth, vallis est in regione* » *Moab*, ad quem venerunt, vel quo perve- » nerunt; in quem sensum Hieronymus ex- » plicans trigesimam nonam mansionem ver- » tit: *Et de excelsis ad vallem quae est in* » *regione Moab*. Sed quomodo sit vallis in » montis vertice? id enim sequitur *in vertice* » *Phasga*. Hieronymus mysticam quorumdam » expositionem refert. Fortassis autem litte- » rae sensus est: in vertice Phasga, circa » radices Phasga, qui montis Abarim vertex » est; ut intelligantur in humilioribus locis » montis Abarim castrametati, ante seu con- » tra Phasga. » Epanorthotes quem laudat Brugensis est noster cod. N in quo legitur nota quam subiicimus: « *De Bamoth vallis est* » *in regione Moab;* supple secundum hebr. et » antiquos et Strabum *ad quam devenerunt.* » Unde qui *De* praepositionem detruncave- » runt errarunt. Forsitan posset de fine huius » capitis suppleri *De Bamoth*, inquam, *per-* » *venerunt in Nophet* (v. 30.); et erit oratio » valde suspensiva: graecus enim, qui infra » non ponit *pervenerunt Nophet*, vel *Nopin*, » sic anticipat hic *De Bamoth in Napin* (νά- πην, conf. Holmes. cui addes Tischendorf. I, 103.) *hoc est super terminos Moab*. Et infra » ubi habemus *lassi pervenerunt usque No-* » *phet et usque Medaba*, graeci habent *et uxo-* » *res eorum adhuc accenderunt ignem super* » *Moab*. » Praeterea margo Ordin. et Hugo de s. Victore habent *De Bamoth in vallem quae;* codd. F, U 2. m., Cas. 5. *De Bamoth in Bo- moth. Bomoth vallis est* etc.

Ibid. *quod respicit* — Praemittunt particu- lam *et* primo sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, L, O, T, U, Bibl. Paris. 1566., all.; Lucas Brugensis notat: « Multi scriptorum codicum, » et quidem emendatiorum plerique legunt *et* » *quod respicit;* sed alterum forte redundat, » aut *et*, aut *quod*. Hebraice *et* tantum legi- » tur, ut in duobus latinis scriptis; graece » *quod*, τὸ βλέπον, ut in pluribus scriptis, » quorum duo *quae* habent. » At cod. 75. hol- mesianus habet καὶ βλέπον; Bibl. Ordin. et Hugo de s. Vict. *et respicit*.

21. *Sehon* — Non paucae edd. minus apte praeferunt *Seon*, uti habet Vulgatus Ierem. XLVIII, 45.; Rupertus *Zeon;* it. infra v. 26.

22. *transire mihi*—Rabanus *mihi transire*. Pro *et vineas*, codd. B, H, Petrus Dam. CXLIV, 681. *et in vineas*. Mox cod. Urbinas tacet *aquas*. Pro *ex puteis*, Rupertus *de puteis;* Ra- banus *de puteis tuis;* item graecus et supra XX, 17.

23. *ut transiret* — Cod. E *transire;* Bibl.

Compl. et Reg. *ut transirent.* Pro *in desertum,* Rupertus *in deserto.* Pro *Iasa,* Petrus Dam. l. c. *Isaar,* at p. 684. *Issaar;* de hoc nomine conf. ad Deut. II, 32.

24. *usque Ieboc* — Codd. A, F, S *usque in Iebboc;* alii uti codd. H, N, U *usque Iebboc;* alii cum cod. T et Hugone interponunt *ad;* codd. C, V, Rabanus, Petrus Dam. l. c., Petrus Com. cum Augustino legunt *usque Iaboc;* item hebr. et graecus; cf. ad Gen. XXXII, 22. Pro *Ammonitarum,* codd. A, F, K *Ammanitarum;* cf. ad Gen. XIX, 38. et Holmes.

25. *Hesebon*—Non pauci libri mss. et edd. minus recte habent *Esebon,* de qua cf. Gesenii *Thes. p. 532.* et infra ad XXXII, 3.

26. *Sehon regis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, T, U, V, Bibl. Paris. 1566., Hugo de s. Vict. *regis Sehon* (vel *Seon;* conf. ad vers. 21.). Mox pro *fuerat,* cod. B *erat.*

27. *in proverbio* — Principem editionem Clementis VIII. sequimur, prae altera ex qua pleraeque edd. habent *in Proverbio;* codd. N, P, V *in proverbium;* codd. G, Cas. 1. *in proverbiis;* codd. B, Cas. 1. tacent *in;* margo Ord. interpretatur *ab iis qui proverbiis utuntur;* Augustinus ex graeco habet *aenigmatistae,* praeclareque notat: « *Aenigmatistae* sunt » quos *poetas* nos appellamus, eo quod poe- » tarum est consuetudo miscere carminibus » suis aenigmata fabularum. » Idque Gesenio probatur in *Thes. p. 828.* Pro *aedificetur, et construatur,* cod. F *aedificetur, et constituatur;* Hugo de s. Vict. praemittit *et,* Rabanus *ut;* item graecus, syrus et arabs.

28. *devoravit Ar* — Codd. F, G, R, S, V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Ord., Lugd. 1522., all., Rupertus, Hugo de s. Vict. *devoravit Arnon;* conf. supra ad vers. 15.; codd. Cas. 12. *devoravit Ernon;* samaritanus, syrus et nonnulli hebraici codices apud De-Rossi עד; indeque graecus ἕως, quae lectio, recte monente Steph. Morino *de ling. prim. p. 222.*, ipso sensu refellitur.

29. *Dedit*—Codd. C, D, T, U, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Complut., Reg., all. *Dedi;* haec autem lectio memoratur quoque in cod. O.

30. *Iugum ipsorum* — Cod. B *Iugum enim eorum;* hebr. וניורם; cl. Drach qui censuit legendum esse *Iugerum ipsorum,* vulgatamque lectionem vitio scriptorum mendosam putavit, animadvertere debuisset *iugum* recte apud latinos pro *iugerum* dici. Veteres omnes illud vocabulum hebraicum pro nomine habuerunt, etsi alii aliter interpretati sint. Margo Ordin. habet *regnum ipsorum,* quae interpretatio est Onkelosi et targum hierosolymitani, cui accedere videtur arabs; alexandrinus τὸ σπέρμα αὐτῶν; graecus ven. τὸ νέωμα σφῶν; syrus ܙܪܥܗ̇ܘܢ; at hodierna sacri textus lectio necessario accipienda est pro verbo; cf. De-Rossi *Suppl. ad Varr. Lectt.;* Maurerus in h. l., Gesenius in *Thes. p. 626.* aliique recentiores autumant illam vocem esse a ירה, redduntque *et iaculati sumus in eos;* Vulgatus illam derivavit ex נור, unde מנור, syr. ܢܘܪ, *iugum.*

Ibid. *disperiit* — Cod. G *dispersit;* Hugo de s. Vict. *deperiit.* Pro *in Nophe,* codd. A, C, D, T, U, Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1522., Reg., all., Hugo de s. Vict. *in Iophe;* cod. B *usque in Ophe;* codd. E, F, G, S *in Ophe;* cod. V *in Ioppe.* Pro *et usque,* cod. H notat hebr. legere *quae est contra;* sed cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* eiusque *Append.;* Bibl. Paris. 1566. et Rabanus tacent *et.* Pro *Medaba,* cod. B *Madeba;* Bibl. Ven. 1476. 1480., all., Hugo de s. Vict. *Madaba,* prout legit Vulgatus I Mach. IX, 36. 37.; conf. Gesenii *Thes. p. 775.;* quidam praemittebant particulam *ad,* quam cod. O refellit.

31. *Habitavit itaque* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugdun. 1535., all. *Habitavitque;* Rabanus *Habitavit autem,* uti graecus, sed cf. Holmes.

32. *Misitque* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1535., all. *Misit itaque.* Pro *Iazer,* Sixtus ex Bibl. Antuerp. 1583. habet *Iaser;* item Vulgatus ad Ios. XIII, 25. (omittimus Ios. XXI, 36. ubi aliud est nomen in hebr.), et graecus Complut. Ἰασήρ; cod. B *Iezer,* uti legit Vulgatus ad I Paral. VI, 81. et georg.; codd. T, U *Azer;* fortasse huc pertinet quod

habet Hieronymus III, 135. « *Azor*, sive *Ia-* » *zer*, terminus urbis Ammon, quae nunc » Philadelphia dicitur. » Conf. ibid. p. 230. Hodiernam lectionem, cui veteres codices, hebr. et graecus assentiuntur, sixtini, gregoriani et Toletus comprobarunt.

33. *Edrai* — Codd. B, K *Edraim;* cod. V *Edrain;* graecus Ἐδραείν, at cf. Hieronym. III, 202.

34. *tradidi illum* — Cod. E, Rabanus *tradidi eum.* Pro *faciesque illi*, Bibl. Reg. *faciesque ei;* uti Deut. III, 2. Mox codd. Cas. 2. tacent *fecisti.*

35. *universumque* — Bibl. Compl. et Reg. *et universum.* Pro *internecionem*, vetustissimi codd. *internicionem;* conf. ad XVII, 13. Pro *terram illius*, Rabanus *terram eius.*

Cap. XXII, 1. *Profectique* — Cod. O monet non esse addenda verba *filii Israel*, etsi legantur in hebr. et graeco, quia in latinis antiquis codd. non habentur. Pro *Iericho*, codd. E, K *Ierichus;* minus recte alii non pauci mss. et edd. libri *Hiericho.* Animadverte quosdam latinos codices hunc versiculum superiori capitulo adnectere, quibus favent hebraei qui Legis sectionem XL. a sequenti versiculo exordiuntur.

2. *Balac* — Rabanus, Miss. Moz. p. 334. *Balaac;* consonat graeca edit. Complut. Βαλαάκ; alii scribunt *Balach.* Pro *Sephor*, codd. C, D, H, U *Sepphor;* graec. Σεπφώρ.

4. *Madian* — Rabanus *Moab*, at mendose; Rabanus enim per haec capitula fere describit Origenis homilias in hunc librum, adeoque legit cum graecis *Et dixit Moab ad seniores Madian.* Ante *nostris* Bibl. Rob. Steph. 1545. omittunt *in.* Pro *Ipse erat*, Sixtus, codd. N*, S, V, Cas. 10., veteres edd. fere omnes *Ipse autem erat;* Rabanus *Ipse enim erat;* margo Ordin. *Ipse autem Balac erat;* item hebr. et vett. At verissime Toletus: « Non habent *autem* mss.; et utraque Con- » gregatio abstulit. » Nam sixtini et gregoriani cum codd. fere universis, Miss. Moz. l. c., Bibl. Parisiens. 1566. illam particulam abiecerunt.

5. *Beor ariolum; qui habitabat super flumen terrae filiorum Ammon* — Cod. H notat hebraeum legere *Behor, qui habitabat in Phethor super flumen terrae filiorum populi sui.* Duplex inde oritur difficultas; prior circa vocem פתורה, quam Vulgatus interpres et syrus heic interpretantur *hariolum*, quibus accedunt arabs 3. Holmesii et, ex eiusdem *Addend.*, duo codices armeni; reliqui autem veteres accipiunt pro nomine proprio loci; eisque ad Deut. XXIII, 4. Vulgatus ipse et syrus consentiunt; it. Hieronymus qui (III, 214.) scribit: « *Fathura* civitas trans Me- » sopotamiam, unde fuit Balaam hariolus. » Utramque sententiam quodammodo expressit Ionathanus, qui illam vocem interpretatur בפדן היא פתור על שמיה פתיר חלמיא, *in Padan, ea est Pethor de nomine eius interpretis somniorum.* Altera quaestio critica est de voce עמו, *populi sui*, pro qua Vulgatus interpres manifesto legebat עמון, *Ammon*, cui adstipulantur samaritanus textus, samaritana versio, syrus, quindecim codices hebraici, praeter nonnullos dubios, apud De-Rossi, versio arabico-samaritana apud Sacy, targum in cod. Kennic. 228. (cf. Bruns. in Repert. Or. XV, 170.); idque praeter Houbigantium, probarunt Kennicottus, Geddesius, aliiqui. At quum Pethoram non in Ammonitide, sed in Mesopotamia sitam fuisse constet, hodierni textus lectionem unice sequuntur Masius, Vaterus, Rosenmullerus, Gesenius, Maurerus, aliique plures. Pro *vocarent eum, et dicerent*, Miss. Moz. l. c. *vocaret eum et diceret;* graecus καλέσαι αὐτὸν, λέγων. Pro *ex Aegypto*, Rabanus *de Aegypto*, ut infra v. 11. Pro *superficiem*, cod. Cas. 1. *faciem.*

6. *quia fortior* — Codd. C, D, E, G, N, R, S, T, U, Cas. 8., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Lugd. 1513., all., Rabanus *qui fortior;* cod. N notat: « Antiqui habent *qui*, id est *quia ille;* » similiter Ios. XVII. (v. 1.) *pater Galaad,* » *qui fuit vir pugnator;* pro *qui*, hebraeus » habet *quia.* » Conf. ad Deut. XXI, 14. Pro *possim percutere et eiicere eum*, Rabanus, Miss. Moz. l. c. *possem percutere eum et eii-*

cere; item cod. H, excepto *possem.* Post *terra* Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535., all. tacent *mea,* quod cod. H notat hebraice non legi; nullusque veterum id habet, praeter arabem. Pro *in quem,* cod. E *in quo.*

7. *Perrexeruntque*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, K, R, S, T, U, Cas. 23., goth. leg., Bibl. Ordin., Lugd. 1535., Hugo, Miss. Moz. l. c. *Perrexerunt;* Rabanus *Venerunt enim.* Pro *maiores natu Madian,* Rabanus *seniores Madian.* Post *in manibus* cod. K addit *suis,* ut hebr. et vett. Pro *Cumque venissent,* cod. B, Miss. Moz. l. c. *Qui cum venissent.*

8. *hic nocte* — Codd. B, G, R, V, Cas. 4., Petrus Com., Miss. Moz. l. c. *hic hac nocte;* cf. vers. 19. Ad *respondebo* cod. K addit *vobis;* item hebr. et veteres. Pro *mihi dixerit,* cod. B *responderit mihi.* Post *Manentibus* Sixtus cum antiquis editionibus, quibus favent hebr. et veteres addit *autem;* at Toletus scribit: « Dele *autem;* sic mss. et utraque Con» gregatio. » Nam sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codicum illam particulam expungendam censuerunt. Pro *venit Deus,* codd. C, D, T, V *venit Dominus;* item duo graeci codd. holmesiani.

9. *Quid sibi volunt homines isti*—Cod. Cas. 1., margo Ord. *Qui sunt homines isti, qui sunt;* et ita legi in hebraeo notat codex H; at Vallarsius mendose habet *omnes* pro *homines.*

11. *maledic ei* — Codd. B, R, S, Cas. 3., Miss. Moz. l. c. *maledic eis;* cf. infra XXIII, 27. et arabs. Pro *possim pugnans,* Miss. Moz. l. c. *pugnans possim.* Pro *abigere,* codd. F, sangermanensis a Stephano et lovaniensibus excitatus, priores edd. Rob. Steph., all. *abiicere;* Rabanus ex graeco *eiicere.*

12. *Dixitque Deus* — Codd. B, C, F, G, V, Cas. 19., Petrus Com. *Dixitque Dominus;* Rabanus *Et dixit Dominus,* it. georg.; Miss. Moz. l. c. *Dixit Dominus.*

13. *me Dominus* — Codd. A, C, D, E, K, M, O, R, S, T, U, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Lugd. 1522., all. *me Deus,* ut graecus, paucis exceptis codd. Pro *venire,* Miss. Moz. l. c. *ire;* item graecus.

14. *Reversi*—Cod. V, Rabanus *Reversique;* favent hebr. et vett. Post *dixerunt* cod. B et Miss. Moz. l. c. tacent *ad.*

15. *multo plures* — Cod. B tacet *multo;* nec obstant hebr. et veteres.

16. *dixerunt* — Cod. K addit *ei,* ut hebr. et veteres, exceptis duobus codd. Kennic.

16. 17. *ad me: paratus sum* — Sixtini, gregoriani, codd. A, S, Cas. 4., Bibl. Ordin., Hugo, Petrus cantor CCV, 80. *ad me, paratum;* cod. E *ad nos, paratum;* codd. C, D, F, G, O, T, U, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1522., all., Petrus Dam. CXLV, 107. *ad me: paratum habeo;* hebr. et veteres particulam causalem interponunt; at clementini lectionem apud latinos magis receptam retinendam existimarunt.

17. *volueris dabo tibi* — Sixtini, codd. A, B, E, G, S, Cas. 10., gothic. leg., Miss. Moz. l. c., Bibl. Paris. 1566., Rabanus, Petrus cantor l. c. *volueris, dare;* codd. H, K, priores edd. Rob. Steph. *volueris dabo;* pronomen *tibi* hebr. et vett., excepto graeco (non tamen edit. Compl.), praetermittunt; gregorianis dubium fuit.

18. *plenam domum suam* — Codd. R, S, Bibl. Ordin., Petrus Com. *domum suam plenam;* cur Sixtus tum hoc loco, tum infra XXIV, 13. pronomen praetermiserit ratio nobis incomperta est; ei tamen accedit Petrus cantor l. c. et syrus: clementini illud restituerunt, unde Toletus: « Adde *suam;* sic » hebr., graecus, Compl., Reg., Ordin., Lov. » et alia impressa; Congregatio restituit. » Pro *argenti et auri,* Miss. Moz. l. c. *auri et argenti;* item slav. mosq., georg. et cod. 77. holmes. Pro *potero,* cod. K *potest.* Mox codd. Cas. 3. tacent *Dei;* item Augustinus. Pro *ut vel plus,* codd. C, D, T, U, V *ut plus.*

19. *et scire* — Codd. B, C, D, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Miss. Moz. l. c. *ut scire.*

20. *ergo Deus* — Codd. K, R, S, T, Miss. Moz. l. c. *ergo Dominus.* Pro *ait ei,* Miss. Moz. l. c. et Augustinus *ait illi;* codd. R, S, Bibl. Ordin. tacent pronomen, ut duo codd.

Kennic. Pro *venerunt*, Sixtus, codd. R, S, Bibl. Rob. Steph., Lovan., all. *venerint*; at merito scribit Toletus: « Lege *venerunt*; sic » hebr., graecus, Compl., Reg., Ord., mss. » et utraque Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codicum emendaverant. Pro *tibi praecepero*, cod. E *tibi praecipio*; codd. R, S, Bibl. Paris. 1566., Humbertus CXLIII, 1061., Petrus Com. *praecepero tibi*.

21. *Surrexit Balaam mane, et strata asina sua profectus est* — Non male Miss. Moz. l. c. *Surrexitque Balaam mane, et stravit asinam: profectusque est*; pronomen *sua* abiiciunt quoque sixtini, codd. A, B, E, F, G, K, Cas. 14., Bibl. Ven. 1476., priores edd. Rob. Steph., all., Petrus Com.

22. *Et iratus est Deus* — Codd. B, F, Miss. Moz. l. c., Petrus Com. *Et iratus est Dominus*; item samaritanus, duo codd. hebr. apud De-Rossi (in *Supplem.*), nonnulli graeci et armenus apud Holmes.; cod. H notat hebr. addere *eo quod pergeret*; margo Ordin. *quod pergeret ipse*. Pro *insidebat asinae*, codd. A, E, G, H, R, Cas. 12., gothic. leg., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., all. *sedebat asinae*; codd. C, D, F, I, K, O, T, U 1. m., Miss. Moz. l. c. *sedebat asinam*; cod. O praeterea notat: « An- » tiqui *asinam*; graecus *super asinam*; mo- » derni *asinae*. » Codd. U 2. m., Cas. 2. *sedebat super asinam*; Bibl. Lugd. 1535. *insidebat asinae suae*.

23. *Cernens* — Cod. K *Cernensque*; favent hebr. et vett. Post *angelum* codd. H, sangermanensis a Stephano et lovan. laudatus et margo Ordin. addunt *Domini*; item hebr. et vett., sed Augustinus cum graeco habet *Dei*. Pro *de itinere, et ibat per agrum*, cod. Cas. 1. *de via, et ibat per agros*. Miss. Moz. l. c. pergit *Cumque verberasset Balaam asinam*; cod. B consentit in verbo *verberasset*.

24. *angelus* — Cod. H rursum addit *Domini*, ut hebr. et vett.; eamdemque lectionem laudati testes praeferunt in seqq. verss. 26. 27. 31. 32. 35.

25. *verberabat eam* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, E, G, K, R, S, T, U, V, Cas. 12., goth. legion.; cod. F legit *eam verberabat*.

26. *nec ad dexteram, nec* — Miss. Moz. pag. 335. *neque ad dexteram, neque*. Pro *deviare* (quod editiones vaticanae retinent ex Bibl. Ant. in fol. 1583.), sixtini, fere omnes codd., praesertim antiquiores, uti A, B, C, D, E, K, R, S, U, Cas. 12., goth. leg., Miss. Moz. l. c., Petrus Com., itemque veteres editiones habent *deviari*; quae si, uti videtur, germana est lectio, novum huius verbi usum nobis testatur; nostris enim lexicographis hactenus ignotum erat verbum *deviare* activo sensu, non neutro, usurpatum; attamen Maius in *Scriptt. vett.* VI, 53. VII, 270. eiusdem verbi testes dedit. Codd. Cas. 2. *declinari*.

27. *concidit* — Codd. C, D, H, O, R, T, U, V 1. m., Cas. 8., Petrus Com., Hugo *cecidit*; cod. S *decidit*. Post *latera* codd. E, G, K, T, U tacent *eius*.

28. *Aperuitque* — Miss. Moz. l. c. *Aperuit*. Mox post *locuta est*, idem addit *asina*. Pro *feci tibi*, Bibl. Ven. 1480. 1498., Brix. 1496. *tibi feci*. Interrogationis nota post verba *percutis me*, supervacanea videtur, illamque praetermittere solent veteres editiones; neque nobis constat utrum ab ipsis romanis censoribus in Bibliis vaticanis adiecta fuerit. Pro *ecce iam tertio*, cod. D *iam iam tertio*; cod. Cas. 1. *etiam tertio*.

29. *commeruisti, et illusisti mihi* — Margo Ordin. expungit *commeruisti et*, quod cod. H notat hebraice non legi, fortasse heic duplicem habemus eiusdem verbi התעללת interpretationem: mire autem discrepant in illo verbo codices; nam cod. B legit *conteruisti*; goth. leg. *terruisti*; Cas. 8. *corruisti*; Cas. 1. *contrivisti*; K, U 1. m. *comminuisti*; altera autem interpretatio, nempe *illusisti mihi*, ad veterem italam pertinuisse videtur; legitur enim apud Augustinum. Pro *te percuterem*, codd. E, R, Petrus Com. *percuterem te*.

30. *Dixit* — Codd. F, G, R, S, V, Miss. Moz. l. c. *Dixitque*; item hebr. et vett. Pro *sedere*, Bibl. Lugd. 1535. *insidere*. Pro *consuevisti*,

cod. A, Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *consuesti;* conf. ad Ex. XXI, 7.; cod. K legit *consuisti a iuventute tua;* graecus enim interpretatur ἀπὸ νεότητός σου, syrus ܡܢ ܥܠܡܐ verbum hebraicum מעודך; item targum Ionathani et hierosol. מליותך. Post *dic* cod. F addit *mihi*. Post verba *fecerim tibi* Bibl. Ord., Reg., all. habent notam interrogationis. Mox cod. B tacet *ait*.

31. *evaginato gladio* — Codd. C, D, F, M, O, T, U, V, Cas. 6., Hugo *evaginatum gladium in manu tenentem;* cod. R *evaginatum in manu tenentem gladium;* accedunt hebr. et veteres; cod. E corrupte *in manu evaginato gladio tenentem;* cod. G *evaginato gladio manu tenentem*. Post *adoravitque* cod. B tacet *eum*, ut hebr. et vett., sed cf. Holmes. Mox cod. H notat hebraeum non legere *in terram;* at tamen duo codd. hebraici apud De-Rossi id legunt.

32. *verberas asinam tuam* — Codd. G, L, M, Q, V 2. m., Cas. 18., correctorium sorbonicum, Bibl. Rob. Steph. 1532., Ven. 1538., all., Miss. Moz. l. c., margo Ordin. *verberasti asinam tuam;* item hebr. et veteres; cod. B tacet pronomen, cui accedunt Ionathanus et armenus. Pro *Ego veni ut adversarer*, codd. Cas. 2. *Ecce veni ut adversarer;* hebr. quoque et vett. exprimunt *Ecce*.

33. *de via* — Cod. F *in via;* cod. V *a via*.

34. *Dixit* — Codd. R, S, V, Bibl. Ven. 1480., Lugdun. 1522. 1535., all. *Dixitque;* item hebr. et vett.

35. *et cave* — Codd. R, S, Cas. 4., Petrus Com. *sed cave;* Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1572., all. *et vide*. Post verba *aliud quam* cod. B, Bibl. Ordin. addunt *quod*. Pro *Ivit*, Miss. Moz. l. c. *Fuit*. Post *principibus* cod. K addit *Moab;* item cod. 106. Holmesii; hebr. et vett. habent *Balac*.

36. *audisset* — Cod. F *vidisset*.

37. *Dixitque ad Balaam* — Cod. B 1. m. *Dixitque Balac;* 2. m. scripsit *Dixitque Balac ad Balaam*, prout habetur in Miss. Moz. l. c., cui adstipulantur hebraeus et vett.; nam mendose reticetur *Balac* in latina versione samaritani. Pro *ut vocarem*, Sixtus, codd. C, D, F 1. m., V, Cas. plerique, veteres edd. *ut vocarent;* hanc lectionem perperam exhibet Vulgatus in polyglottis londinensibus; Toletus enim scripsit: « Lege *vocarem;* sic hebr., » graecus, mss. et utraque Congregatio. » Nimirum sixtini et gregoriani ad fidem plurimorum codicum emendarunt. Verumtamen ad hebraeum et graecum quod pertinet, ille legit לקרא לך, iste καλέσαι σέ, quod est *ad vocandum te, vocare te*. Pro *reddere nequeo*, cod. E *dare nequeo;* codd. C, D, N, P, T, U, Bibl. Ordin., Hugo *reddere non queo;* cod. O notat: « *nequeo;* alii legunt *non queo*. »

38. *loqui potero aliud* — Cod. H *potero loqui aliud;* cod. F *potero aliquid loqui;* codd. R, S, Bibl. Ordin. *aliud loqui potero*. Pro *posuerit*, cod. K *posuit*.

39. *in urbem, quae in extremis regni eius finibus erat* — Cod. H notat hebr. legere *in urbem Husoth;* nempe קרית חצות, quod urbis nomen esse videtur, quodque reddi potest *urbs platearum;* alexandrinus εἰς πόλεις ἐπαύλεων, graecus ven. πόλει Πλατειῶν; Vulgatus vocem חצות ab חצר derivavit, adeoque urbem expressit quae fines Moabitarum ab externorum finibus separaret.

40. *boves et oves* — Codd. G, N*, R, S, V, Miss. Moz. l. c. *oves et boves;* item graecus, cod. 84. Kennic., sed conf. Holmesius; hanc lectionem habet quoque latina versio Onkelosi, sed contra fidem sui textus; codd. N, O testantur veteres latinos receptam lectionem praeferre.

41. *excelsa Baal* — Scribendum videtur cum priori littera maiuscula; est enim במות בעל nomen proprium loci in finibus Moabitarum, de quo supra XXI, 19.; hoc idem hebraicum nomen retinet Vulgatus ad Ios. XIII, 17. ubi legit *Bamoth-baal;* item heic syrus et persa. Quidam veteres latini ab hoc versiculo caput XXIII. exordiuntur.

Cap. XXIII, 1. *Dixitque* — Miss. Mozar. pag. 335. *Dixit*. Mox codd. B, G tacent *hic*. Pro *para*, codd. G, Cas. 1. *praepara*. Pro *eiusdemque*, cod. A *eiusque*.

2. *Cumque fecisset* — Cod. Cas. 1. addit *Balac;* consentiunt hebr. et veteres.

3. *Dixitque* — Rabanus *Dixit itaque.* Mox idem Rabanus tacet *paulisper,* quod cod. H notat hebr. non legi. Pro *vadam,* codd. Cas. 3. *videam.* Pro *occurrat,* Miss. Moz. l. c. *occurrerit.* Post *quodcumque* addunt *mihi* Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugdun. 1535., Paris. 1566., all., quibus hebr. et vett. consentiunt.

4. *illi Deus*—Sixtini, gregoriani, codd. A, C 2. m., D, G, H, K, T, U, Miss. Moz. l. c., Bibl. Ord., Lugd. 1522., all. *ei Deus;* codd. C 1. m., R, S, V *ei Dominus.* Post *Locutusque* addunt *est* codd. B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 10., Miss. Moz. l. c., Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1535., all.

5. *loquéris* — Cod. Cas. 1. addit *ei;* conf. Holmes.

6. *stantem Balac* — Codd. R, S, Miss. Moz. l. c. *Balaac stantem.*

7. *Aram* — Quidam mendose *Haran,* vel *Aran;* alias Vulgatus de *Syria* interpretatur; conf. Deut. XXIII, 4. Pro *et maledic,* Brev. Goth. p. LXXXIII. *et maledicere;* cod. E tacet *et,* ut hebr. et vett., exceptis arabe et slav. ostrog. Ante *propera* Miss. Moz. l. c. addit *et,* consentientibus hebr. et vett.

8. *maledixit Deus* — Bibl. Ordin. *maledixerit Deus;* cod. F, Brev. Goth. l. c. *maledixit Dominus,* ut graecus, de quo tamen conf. Holmes.; Ambrosius *maledicit Dominus.* Brev. Goth. l. c. et Leo PP. IX. apud Hard. VI, 933. cum graeco addunt *Aut;* hebr. et reliqui nexum habent. Mox pro *Dominus,* codd. B, F, K, Brev. Goth., Miss. Moz. ll. cc. *Deus;* item graecus.

9. *considerabo illum* — Cod. E, Rupertus, Hugo de s. Vict. CLXXVII, 1139. *considerabo eum.* Pro *solus habitabit, et,* Brev. Goth. l. c. *enim solus habitabit;* codd. C 1. m., T, Rabanus, Miss. Moz. l. c. *solus habitavit, et;* codd. G, R tacent *et.*

10. *dinumerare* — Cod. A *denumerare.* Pro *possit,* codd. M, T, Cas. 1. *posset.* Pro *et nosse,* Brev. Goth. l. c., Hugo de s. Vict. l. c. p. 1141. *aut nosse;* item georg. Pro *stirpis,* Rupertus *stirpium;* margo Ordin. *quartam partem,* sic enim plures cum syro, Ephraemo I, 264. et chaldaeo interpretantur hebraeum רבע (conf. Gesenii *Thes. p. 1259.*), ex quo graecus ven. τὸν τεταγωνισμόν; at vero ex samaritano et Saadia Gesenius *(de Pentat. sam. p. 36.)* praefert *sobolem;* alexandrinus δήμους; ex his colligimus Hieronymi interpretationem optimam esse. Pro *iustorum,* cod. B *istorum,* quod correctoria nostra M, N, O diserte damnant; cf. Sabatier.

11. *inimicis meis*—Codd. A, E tacent *meis;* item armenus, et cod. 18. holmesianus. Post *benedicis eis* quidam codd. et edd. notam interrogationis habent.

13. *Dixit ergo* — Rabanus, Rupertus, quibus favent veteres, *Dixitque.* Post *Balac* codd. G, R, S, Cas. 8., Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., all. addunt *ad Balaam,* quae lectio in cod. M recentioribus adiudicatur; codd. M, N*, Cas. 2., Bibl. Lugdun. 1535. addunt *ad eum,* ut hebr. et veteres. Pro *partem Israel,* sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, aliique fere omnes, Bibl. Ordin., Rabanus, Rupertus, all. *partem Israelis;* cf. ad Ex. VI, 14. Ante *inde* addunt *et* codd. L 7., Q, Cas. 1., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all.; item hebr. et veteres. Pro *maledicito ei,* Rupertus *maledicito eis;* item coptus et pauci graeci codices; conf. vers. 27.

14. *impositis supra* — Codd. B, H, Cas. 1. *impositis desuper.* Pro *vitulo atque ariete,* codd. C, D, F, T, U et syrus *vitulos atque arietes;* Sixtus cum codd. H, R, S, V 2. m., antiquisque Vulgati edd. *vitulis atque arietibus;* item Rabanus, sed praemittit *septem;* Toletus vero: « Lege *vitulo atque ariete;* sic » hebr., graecus, mss. et utraque Congrega- » tio. » Nimirum sixtinis et gregorianis suffragantur codd. A, B, E, G, K, Cas. 12., gothic. legion., all.

15. *holocaustum tuum* — Cod. A 2. m. expungit *tuum.* Pro *obvius pergam,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, M, O, R, T, U, V, Bibl. Ordin. *pergam obvius;* cod. S *pergam obvius Domino;* codd. M, O notant non esse

addendum *Deo;* hoc additamentum est in graeco tantum.

16. *haec loquéris ei* — Cod. B omittit *haec;* codd. H, R tacent *ei,* quibus adstipulantur hebr. et veteres, excepto syro et arabe 3. holmesiano.

18. *At ille* — Cod. H *Et ille.* Pro *assumpta,* codd. E, F *sumpta.* Mox tacent *sua* codd. F, Cas. 4.; item duo codd. holmesiani.

19. *quasi homo* — Cod. E *ut homo;* Brev. Goth. l. c. et p. 76. cum Ambrosio legit *sicut homo.* Pro *ut mutetur,* Brev. Goth. p. 76. *ut immutetur.* Pro *locutus est,* Bibl. Ven. 1480. 1483. 1498., Brix. 1496., all. *locutusque est;* item hebr., at obstant samaritanus textus et graecus; Rupertus addit *Dominus.* Brev. Goth. l. c. pro *implebit,* legit *adimplebit.*

20. *Ad benedicendum adductus* — Codd. V et Urbinas *Ad benedicendum inductus;* Rabanus *Ab benedictionem adductus;* cod. H notat hebraeum legere *Ecce benedictiones accepi;* sensus est: Mihi demandatum est ut benedicerem; bene precari iussus sum.

21. *nec videtur* — Rupertus *non videtur.* Pro *Deus eius,* cod. T *Deus meus;* Rabanus tacet pronomen, ut cod. 16. holmesianus. Post *in illo* codd. S, Cas. 6. addunt *est,* quod cod. O expungit; codd. G, R, V addunt *est, Dominus;* nimirum isti cum georg. consentiunt.

22. *Deus eduxit illum* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, K, M, O, R, S, T, U, V, goth. leg., Brev. Goth. l. c., Bibl. Ordin., Rabanus, Bruno ast., all. *Deus eduxit eum;* Rupertus *Deus adduxit eum;* codd. F, Cas. 7., Bibl. Lugd. 1535. *Dominus eduxit eum.* Pro *rhinocerotis,* Brev. Goth. l. c. *rhinoceroti;* codd. R, S, V *rhinocerontis;* hinc cod. O notat scribendum « sine *n* in penultima syllaba, secundum » graecum, antiquos et Plinium. » Animadverte alibi Vulgatum pro ראם ponere *unicornis;* cf. Gesenii *Thes. p. 1249.* et Sabatier.

23. *in Iacob, nec divinatio in Israel* — Zacharias PP. apud Hard. III, 1883. *in Israel, nec observatio in domo Iacob;* legunt quoque לדבית יעקב tres targumim chald.; at vero ex sacro textu colligimus sensum esse: Nihil artes magicae, nihil praestigiae contra Israelitas efficiunt. Pro *Temporibus suis,* codd. P, Cas. 1. *In tempore;* « Alia littera, inquit Hugo » a s. Charo, habet *in tempore.* » Nempe sic legit vetus latinus Origenis interpres; codd. G, S, Cas. 3. praemittunt *Et,* quod cod. O expungi iubet. Cod. M habet hoc scholion: « Secundum Origenem *(homil. XVI. in Num.* » et *contra Cels. IV, 95.)* ita debet punctari: » quod *Iacob et Israeli,* qui non consuluit di- » vinos, *dicetur temporibus suis,* id est quan- » do expediet, *quid operatus sit,* vel, ut ha- » bet alia littera, *perficiat.* » Pro *Iacob et Israeli,* cod. D *in Iacob et Israel,* et ita legit latina versio targum Ionathani et hierosolymitani; cod. O notat duo illa nomina tertio casu posita esse; ceterum plures mss. et edd. libri habent *Israel,* de quo cf. ad Ex. VI, 14. Pro *operatus sit,* Brev. Goth. l. c. *operatus est,* in cod. H asseritur hebr. legere *operatur.*

24. *Ecce populus ut leaena consurget, et quasi leo erigetur* — Brev. Goth. l. c. *Populus ecce ut leaena consurgit, et quasi leo erigitur;* pro *erigetur,* Rabanus, Rupertus *orietur;* Hieronymus *exsultans.* Post *accubabit* codd. G, R, S, Cas. 4. addunt *leo,* quod in cod. O merito reiicitur. Pro *occisorum,* glossa interlinearis *vulneratorum,* ex graeco τραυματιῶν.

25. *Dixitque* — Apud Rabanum *Dixit itaque;* mox ibidem desiderantur verba *ei, nec benedicas;* Vallarsius perperam notat Vulgatum tacere *ei,* quod nonnisi in mendosa Calmeti edit. qua ille utebatur deest.

26. *Et ille ait: Nonne* — Sixtini, codd. A, B, E, F, G, K, Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all., Rabanus *Et ille: Nonne, ait;* Bibl. Complut. et Reg. *At ille: Nonne, ait;* cod. O, Bibl. Lugd. 1535. *At ille ait: Nonne.* Mox pro *Deus,* codd. F, H, L (seu Q), Cas. 4., Bibl. Compl., Reg., all., Hugo de s. Vict. l. c. *Dominus:* item hebr.; at samaritanus textus et graecus vulgatam lectionem tuentur, etsi in polyglottis londinens. utriusque latina versio efferat *Dominus.* Pro *imperaret,* cod. B *imperasset.*

27. *ad alium locum* — Cod. F *in alium locum*. Pro *placeat Deo*, codd. G, K *placeat Domino*. Pro *maledicas eis*, codd. G, H, R, Cas. 6. *maledicas ei*, ut hebr. et vett., exceptis armeno et slavon. ostrog.; conf. ad vers. 13. et XXII, 11.

28. *Cumque duxisset* — Cod. R, Rabanus *Cum eduxisset*. Pro *Phogor*, cod. H *Phohor*; codd. R, V *Phegor*; at cod. O notat: « Num- » quam dicitur *Phegor*, nisi in composito, » scilicet *Beel-Phegor*, et hoc secundum an- » tiquos. » Cf. ad XXV, 18. Ante *solitudinem* codd. F 1. m., G, V, addunt *in*.

29. *Aedifica mihi hic* — Cod. E, Rabanus et pauci graeci codd. tacent *hic*. Post verbum *arietes* codd. B 2. m., C, D, G, L 8., N, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. addunt *per singulas aras*, uti legitur in sequenti versiculo; id autem expungunt codd. M, O; at cod. N adnotat: « Quod quidam appunctave- » runt hoc *per singulas aras*, non assentio, » quia hebraeus habet *para hic*, quod exponi » videtur cum dicitur *per singulas aras*. »

30. *Balaam*—Princeps ed. Clementis VIII. ex mendo habet *Balam*; conf. Bukentopius p. 496. Pro *per singulas*, cod. A *super singulas*; graecus ἐπὶ τὸν βωμόν.

Cap. XXIV, 1. *ante* — Rupertus *antea*.

2. *elevans oculos* — Cod. A *levans oculos*; codd. R, S *erigens oculos*; Rabanus *levans oculos suos*; addunt quoque pronomen cod. Cas. 1. et Hugo de s. Vict. CLXXVII, 1146., item hebr. et veteres, etsi in latina versione Onkelosi desideretur. Post *tentoriis* cod. B addit *suis*, cui accedit Ionathanus. Pro *irruente*, Miss. Moz. p. 227. *introeunte*. Pro *Dei*, cod. B *Domini*, cui favent duo codices Kennic.

3. *parabola*—Rabanus, at non constanter, addit *sua*, ut hebr. et veteres. Pro *Dixit Balaam*, Rabanus et Miss. Moz. l. c. *Dixitque Balaam*. Pro *cuius*, Bibl. Paris. 1566. *cui*.

Ibid. *obturatus est oculus*—Miss. Moz. l. c., Beda II, 371. *obduratus est oculus*; posteriores edd. Rob. Steph. indeque Lovan. *obthuratus est oculus*, de qua scribendi ratione conf. Lexicon Forcellinii; Petrus Com. *obscuratus est oculus*; margo Ordin. sensu plane contrario habet *aperti sunt oculi*; nam plures autumant hebraica verba שתם העין significare *aperto oculo*; huic vero sententiae favere videntur graecus, syrus, targumim, persa, arabs uterque, talmudistae; hos sequuntur recentiores fere omnes, qui vel Hieronymum falsitatis arguunt, vel illum legisse autumant שתם, quam lectionem adhuc retinent nonnulli codices hebr. apud De-Rossi (*Append. ad Varr. Lectt.*), vel סתם; conf. Schulzius in h. l. et Rosenmullerus. Utramque lectionem conciliare nititur Petrus Com. scribens: « He- » braeus habet, et translatio Origenis *cuius* » *oculus revelatus est*; tamen idem est sen- » sus, quia dum dormiret, in somnis vidit » haec quae dicebat: unde et obturatus erat » oculus carnis, et revelatus oculus mentis. » His similia ex ipso Origene excerpsit Rabanus, et ex Petro Com. Hugo a s. Charo. At vero, ut mittamus quae fuse de hac disceptatione scripsit Oleaster, pro hieronymiana interpretatione stat Gesenius, qui in suo *Thesauro pag. 1488.* scribit: « שתם prob. i. q. » שתם, סתם *obturavit, occlusit*. Bis tantum » legitur in hac formula: שתם העין clausus » quoad oculum, vel *clauso oculo*, Num. XXIV, » 3. 15: *Effatum Bileami filii Beoris, effatum* » *viri cui clausus oculus est*, quod vel pro- » prio sensu de oculis prophetae somno clau- » sis accipiendum et ad visionem referen- » dum est, idque ego praefero, . . . vel ad » mentem Bileami antea obscuratam, scilicet » cui occlusae et incognitae essent res futu- » rae, donec Deus ei recluderet obtutum ani- » mi, ut fieret גלוי עינים talis cui aperti » essent oculi XXIV, 4. 16. » Praeter Hieronymum pro hac sententia alios testes proferre potuisset Gesenius, nempe 1°. samaritanum interpretem, qui habet ⱣⱠⰻⰼⰹⰼ ⱱⰻⰹⰼ, quod conferri potest cum arabe سدم, vel, uti censuit Castellus, cum صدم, unde مصدوم *percussus, male affectus est oculus* (conf. Castelli *Lex. col. 1018.* et *2474.*, eiusque *Observat. samarit.*); 2°. graecum venetum, qui interpretatur φησὶ Βιλάμης υἱεὺς αὐτοῦ

τοῦ Βεώρος, καὶ φησὶν ὁ ἀνὴρ ὁ πεφραγμένος τὸν ὀφθαλμόν. 3°. Ad hunc praeterea locum spectare haud dubitamus notam hexaplarem, quam Holmesius (in *Append.*) ex Procopio (in *Cat. Nic.*) profert ad vocem ἀποκεκαλυμμένοι, quae in sequenti versiculo legitur, nempe οἱ λοιποὶ ἐξέδωκαν· ἐμπεφραγμένοι. Item Syri in Bar-Hebraeo testimonium, quo docemur Symmachum interpretatum fuisse *clausi*. Omnia enim clamant hos testes ad hunc locum non vero ad sequentem periodum referendos esse. Hisce autem positis, vide quam praeclara aeque ac insperata testium corona hieronymianam interpretationem comitetur, fulciat atque tueatur. Igitur doctissimi scriptores, nostra aetate tantum non omnes, qui, reiecta Hieronymi doctrina, iudaeorum commenta sectati sunt, longe a veritate aberrarunt; hinc temere, ut alia non pauca, vulgatam interpretationem Isidorus Clarius refixit legens *apertus est oculus;* neque ferenda est Eugubini coniectura, qui negationis particulam ante verbum *obturatus* in nostris codicibus excidisse autumavit.

4. *Dei*—Codd. B, C 1. m., Miss. Moz. l. c. *Domini*. Pro *visionem*, cod. K *visiones*. Pro *cadit*, cod. B et Gregorius M. I, 492. IV. 114. *cadet*. Pro *aperiuntur*, codd. G, Cas. 4., Gregorius M. ll. cc., Bruno ast., Richardus vict. CXCVI, 1309. *aperientur;* cod. Cas. 1. *operiuntur;* codd. Cas. 5. legunt ut infra v. 16. *apertos habet oculos*.

6. *ut valles* — Bruno ast. *sicut valles;* margo Ord. *ut torrentes*, nam hebr. כנחלים, uti alias monuimus, utroque sensu accipi potest; sed Vulgati interpretatio ad contextum magis apta videtur. Post *nemorosae* cod. K addit *et;* item graecus, syrus et arabs. Pro *fluvios*, Miss. Moz. l. c. *fluvium*, item Ambrosius, cui consentiunt hebr. et vett.; sed multi graeci codd. habent ποταμῶν, itemque non pauci interpretes ex graeco apud Holmesium, quibus addes arabem de quo idem agit in *Praef. ad Pentat.*

Ibid. *ut tabernacula*—Rabanus, Miss. Moz. l. c. *et tabernacula;* graecus, syrus, arabs et vetus Itala utrumque exprimunt *et velut tabernacula*. Pro *fixit Dominus*, cod. F, Petrus Dam. CXLV, 250. *fixit Deus;* Miss. Moz. l. c. *finxit Dominus;* mendose Bibl. Lugd. 1569. *fecit Dominus;* hebr. legit נטע, *plantavit*, unde verbum quod praecedit כאהלים recentiores interpretes non *de tabernaculis*, sed de quodam odoriferae arboris genere, veluti de *aloe* intelligunt: at cum Vulgato faciunt veteres, excepto Onkeloso; immo samaritanus textus aperte legit נטה *tetendit;* cf. De-Rossi *Suppl. ad Varr. Lectt.* Pro *prope aquas*, sixtini, codd. A, C, D, E, H, O, T, U, Rabanus, Rupertus, Wolbero CXCV, 1275., Reinerus CCIV, 20. *propter aquas;* cf. ad Lev. I, 16.; Miss. Moz. l. c., Hugo de s. Vict. l. c. *iuxta aquas*.

7. *Fluet* — Cod. E *fluit;* ita quoque habet ex mendo Vulgatus in polyglottis londinensibus. Pro *de situla eius*, ex singulari vitio Miss. Moz. l. c. legit *distillata eius;* Beda l. c. *de stilla illius*. Pro *in aquas*, codd. L 3. *in gentes*, at recte monet Lucas Brugensis hanc esse verae lectionis expositionem. Pro *Tolletur*, cod. V *Extolletur et exaltabitur;* est eiusdem verbi duplex interpretatio; Cyprianus legit *Et exaltabitur*, quod magis graeco et hebraeo respondet; cod. G illud verbum praetermittit. Pro *propter Agag*, Hieronymus V, 450. *propterea Agag;* sed neutra lectio veterum auctoritate probari videtur; nam hebr. et vett. exprimunt *prae* (magis quam) *Agag*; conf. Holmes. Pro *regnum illius*, cod. E *regnum eius*.

8. *Deus eduxit* — Ita cum antiquis codd. et edd. sixtini; nam sola editio Ant. 1583. in fol., qua isti usi sunt, legit *Deus deduxit;* quae lectio etsi fortuito orta videatur, tamen consentit textui samaritano, qui legit צבא, et graeco ὡδήγησεν; cod. B *Dominus eduxit*, ut armenus 1. apud Holmes. Pro *illum*, cod. H, Rabanus, Hugo de s. Vict. l. c. *eum*. Pro *rhinocerotis*, Bruno ast. *rhinoceroti;* conf. ad XXIII, 22. Pro *ossaque*, cod. E *ossa*.

9. *dormivit ut leo*—Rabanus *dormit ut leo;* Miss. Moz. l. c. *dormivit sicut leo.* Rupertus *nemo* pro *nullus.* Pro *erit et ipse,* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, K, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Paris. 1566., Miss. Moz. l. c., Rabanus, Rupertus, Bruno ast. *erit ipse;* cod. G *ipse erit;* consentiunt veteres.

Ibid. *qui maledixerit* — Codd. Cas. 2., Rabanus, Rupertus, Hugo de s. Vict. l. c., Petrus cantor CCV, 80. itemque vetus itala praemittunt *et;* codd. C 1. m., F, H, L 4., Q, V, Cas. plerique, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Miss. Moz. l. c., Bruno ast., Rupertus, Hugo de s. Vict. l. c. addunt *tibi;* utrumque additamentum sacri textus ac veterum auctoritate firmatur. Pro *in maledictione,* codd. H, N*, R, S, Petrus cant. l. c. *in maledictionem;* cod. U *in maledictionibus.*

10. *vocavi te* — Cod. B *adduxi te;* conf. XXIII, 20.; sed hebr. et vett. cum Vulgato consentiunt, Onkelos quoque, licet eius latina versio habeat *duxi te.* Cod. E pergit *quibus contrario;* et mox Cas. 1. tacet *tertio.*

11. *revertere* — Cod. H notat hebr. legere *fuge,* et ita habet margo Ordin.

12. *Nonne* — Rabanus, ut cod. 14. Kennic., tacet.

13. *domum suam*—Sixtus rursum, ut XXII, 18., tacet pronomen; item cod. 75. Holmesii et arabs de quo idem Holmes. in *Praef. ad Pentat.;* gregoriani pronomen restituerunt; unde Toletus: « Adde *suam,* sic hebr., graecus, Compl., Reg., Ordin., Lovan., mss. et » Congregatio. » Mox Rabanus tacet *Domini;* cod. gothic. legion. omittit *mei;* cod. H notat hebr. non legere *Dei mei;* attamen non desunt codices hebraici qui cum Vulgato consentiunt; cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *boni quid, vel mali,* cod. G, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *boni, vel mali quid.* Pro *ex corde,* codd. F, G, V 2. m. *de corde;* cod. V 1. m. *de ore;* codd. R, S, Cas. 2. *ex ore;* at correctoria M, N, O notant veteres legere *ex corde.* Pro *Dominus dixerit,* Bibl. Ven. 1480. 1498., Brix. 1496. *dixerit Dominus.* In fine versiculi notam interrogationis abiecerant sixtini cum Bibl. Reg., all.

14. *Verumtamen pergens ad populum meum, dabo consilium* — Haec primo sixtini parenthesi incluserant; ratio nobis non constat. Post *dabo* codd. L 6., M, N*, R, S, veteres edd. ante stephanicam an. 1540., Petrus cantor l. c., primo sixtini addunt *tibi,* quod hebr. et veteres legunt. Pro *populo huic faciat,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, O, T, U, Petrus cantor l. c. *huic populo faciat;* cod. V, Rabanus *faciat huic populo;* codd. R, S, Rupertus II, 277. *huic populo faciet.* Animadverte hebraeum et veteres alium sensum fundere, nempe *quid facturus sit populus iste populo tuo.*

15. *parabola, rursum ait*—Miss. Moz. l. c. *rursum parabola, ait.* Post *Beor* cod. Cas. 1. tacet *dixit.* Margo Ord., ut supra ad vers. 3., iterum habet *apertus est oculus,* pro *obturatus est oculus;* Rupertus addit *eius.*

16. *Dei* — Cod. B *Domini;* cf. ad vers. 4. Ante *Altissimi* Miss. Moz. l. c. addit *Dei.* Pro *visiones,* Rabanus, Petrus Dam. CXLV, 106. *visionem,* ut vers. 4.; accedunt hebr. et veteres, exceptis targum hierosolymitano et arabe; conf. Holmesii *Praef. ad Pent.;* cod. B pergit *Omnipotens vidit.*

17. *intuebor illum* — Cod. F *intueor illum;* Aquila προσκοπῶ αὐτόν, Symmachus ὁρῶ αὐτόν; item latina versio Onkelosi; at chaldaicum סכיתיה reddere oportebat *prospexi illum;* cod. H notat hebraeum legere *considero illum,* at hebraicus textus אשורנו egregie redditur in Vulgati lectione; cf. Patritius *de interpr. Script. s. II, 127.;* minus recte graecus μακαρίζω. Pro *consurget,* codd. Cas. 9. *exurget,* ut alii plures apud Sabatier. Pro *de Israel,* cod. H, Miss. Moz. l. c., Beda II, 371., Hugo de s. Vict. l. c., Petrus Com. *ex Israel;* item plures latini patres veteres apud Sabatier. Pro *duces,* codd. Cas. 3. *omnes duces;* item arabs 3. holmesianus; margo Ord. *terminos;* nam hebraicam vocem פאתי plures interpretantur *utrumque latus,* nempe omnes fines regionis: ita samaritanus, Saadias,

Symmachus; conf. Gesenii *Thes. pag. 1086. 1138.* et *de Pent. samar. pag. 36.*; quamvis vero Hieronymi interpretatio minus probetur Patritio *op. cit. p. 135.* qui fuse de illa voce disserit, attamen Vulgato nostro suffragantur graecus, syrus, chaldaeus, persa; cf. Ephraemus I, 265.

18. *Et erit* — Cod. B tacet nexum. Ante *hereditas* Miss. Moz. l. c. addit *et*, ut hebr. et vett.; at mox idem Miss. mendose habet *ait* pro *aget*. Pro *cedet*, cod. E *recedet*.

19. *De Iacob* — Paschasius radb. CXX, 126. *De Iuda;* mendose.

20. *assumens parabolam* — Bruno ast. ut in vers. seq., *assumpta parabola;* cod. Cas. 1. addit *suam;* item hebr. et vett.

21. *assumpta parabola*—Cod. Cas. 1. addit *iterum*. Pro *quidem est habitaculum*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, U, V, Hugo de s. Vict. l. c. p. 1155. *est quidem habitaculum;* cod. T, Rupertus tacent *est;* Rabanus *quidem est tabernaculum*.

22. *Cin* — De recta huius nominis scriptione vetus fuit et famosa quaestio. Nos singulorum testium voces audire cogimur: ne tamen lectoris animum taedio afficiamus, brevitati studebimus. In primis ad hanc vocem Toletus adnotat: « Hebr. et mss. habent » *Cain;* at Complut., Reg., Ordin., Lovan. et » alia impressa *Cin*. Liranus dicit hunc fuisse filium Iethro, a quo *Cinaei* emanarunt. » Abulensis dicit ipsum Iethro dictum esse » *Cin*, quod etiam Liranus refert. Prior Congregatio legebat *Cain:* posterior reliquit » *Cin*, quae communior est lectio. » Re quidem vera sixtini et fere omnes antiquiores codices, itemque Bibl. Lugdun. 1535. habent *Cain;* mittimus alios paucos scribentes *Chain*, vel *Cayn*, vel *Chen;* vetustiores edd. praeferunt *Cyn;* Bibl. Lugdun. 1513. 1526., Ven. 1519. *Chan;* cod. H *Cinaei*, et ad marg. notat: « Librariorum errore vitium inolevit, ut » pro *Cinaeo* hic *Cain* scribatur. » Grotius quoque censuit hebraeos male legere *Kain* pro *Cin*. Cod. M notat: « Hebr. *Cyn*, sed pro» nunciatur *Chain;* Rabanus et Hieronymus » habent, *Ceni*. » Vulgatus habet *Ceni* ad I Reg. XXVII, 10. XXX, 29. ubi hebraeus legit קיני. Cod. N: « Hebr. et antiqui habent peni» tus idem nomen, quale fuit nomen *Cain* pri» mi filii Adam; pro quo multi multa posue» runt, alii *Cain*, alii *Cham*, alii *Chen*, alii » *Cin*. » Bene autem in cod. O adnotatur: « *Cain* dissyllabum, sicut filius Adae; sed » vitio scriptorum quidam *i* cum *n* iungunt » dicentes *Cam*. » Cf. et Lucas Brugens. Denique praetereunda non est Hugonis de s. Victore notatio (CLXXV, 85.): « *Caeni (Cain)* » in hoc loco non filius Adam, qui fratrem » suum interfecit, significatur, sed *Caeni*, » unde *Caeneus* dicitur populus; in prima syl» laba post *c ae* sequente; in ultima syllaba *n* » (mendose editi habent *enim*) praecedente, » et sequente *i*. Vel, ut alii, *Cham*, filius Noe. » In hebraeo autem pro toto quod dictum est » *si fueris electus de stirpe Caeni, quamdiu* » *poteris permanere?* hoc solum sonare vide» tur, ac si diceret: *Cinaeus destruetur;* ut » sic dicatur: *Sed si in petra posueris nidum* » *tuum, Cinaeus destruetur;* id est, tu, quam» vis ita securus et munitus esse videaris, » destrueris tamen: *Assur enim capiet te.* » Graecus interpretatur *νοσσιά*, quasi legisset קן; tres targumim ponunt שלמאה (quod nomen versio samaritana interserit ad Gen. XV, 19.), cuius interpretationis caussam habes I Paral. II, 54. 55., ubi Kenitae repetuntur a Salma filio Caleb. Vulgatus pro קין ad Iudic. IV, 11. ponit *Cinaeus* (quod alias respondet hebraeo קיני), ad Ios. XV, 57. legit *Accain*, hebraeus enim habet הקין cum articulo.

23. *Assumptaque parabola* — Guibertus CLVI, 515., Bruno ast., Rupertus *Assumpta parabola;* codd. R, S, Cas. 2., Rabanus addunt *sua*, ut hebr. et vett. Ex singulari mendo Miss. Moz. l. c. prosequitur *et iterum locutus est: En qui venturus est* etc. Mox pro *Deus*, codd. F, R, S *Dominus*.

24. *in trieribus* — Bibl. Ordin. et non paucae ex edd. hentenianis, Bruno ast. *in triremibus;* idem significat; hanc tamen lectionem Rosenmullerus Vulgato tribuere non debuis-

set; cod. G *in curribus.* Pro *vastabuntque,* Rabanus, Hugo de s. Vict. CLXXVII, 1155. *vastabunt.* Pro *et ad extremum etiam,* Rabanus *ad extremum autem;* Bibl. Paris. 1566. tacent *et.*

25. *reversus est . . . qua venerat, rediit* — Miss. Moz. l. c. *reversus . . . qua evenerat iterum rediit.* Pro *Balac quoque,* Rabanus cum Augustino *Et Balac.*

Cap. XXV, 1. *Settim* — Sixtus, vett. edd. et plures codd. scribunt *Setim,* alii *Sethim,* pauci *Setthim,* hebr. שטים; conf. ad Exod. XXV, 5. Hodiernam lectionem ex cod. A sixtini intulerunt, eamdemque, teste Angelo Rocca, gregoriani instaurarunt; at vero Sixti lectionem adhuc retinet Vulgatus ad Ios. II, 1. III, 1. Mich. VI, 5.; cod. B *Sathim;* Hieronymus III, 270. VI, 215. *Sattim,* graecus Σαττείν.

2. *adoraverunt* — Cod. E *biberunt.*

3. *Initiatusque est* — Cod. H notat hebraeum legere *Adiunctusque est;* margo Ord. *Coniunxitque se;* at cf. Gesenii *Thes. p. 1172.* Mox Bruno ast. tacet *Israel,* ut cod. 95. Kennicotti et pauci graeci apud Holmes. Pro *Beelphegor,* cod. H *Beelphehor:* « hunc nos *Priapum* appellare possumus, » inquit Hieronymus ad Hos. IV, 14. et IX, 10. et in Iovin. I, 12. conf. Gesenii *Thes. pag. 1119. 1190.* Antiquissimos Syriae numos huius idoli nomen litteris phoeniciis descriptum praeferentes edidit cl. De Luynes *(Essai sur la numism. des satrapies, p. 36., Pl. V. n. 1. 2. 3.).* Pro *Dominus,* cod. F *Deus;* Rabanus addit *Israel,* ut hebr. et vett., excepto arabe, qui pronomen suffecit.

4. *ait* — Bibl. Ordin. et Petrus Com. cum Augustino *dixit.* Pro *ut avertatur,* cod. B *ut auferatur;* Augustinus *et auferetur.* Rupertus *in Israel* pro *ab Israel.*

5. *Dixitque* — Codd. V, gothic. leg. *Dixit.* Pro *ad Iudices,* cod. B *ad principes et ad iudices,* quae duplex eiusdem verbi interpretatio esse videtur; Hugo de s. Vict. l. c. *ad cunctos iudices.*

6. *Et ecce* — Rabanus tacet nexum. Pro *Madianitidem,* sixtini, codd. A, E, F, H, K, T, goth. leg. *Madianitin,* ex graeco Μαδιανίτιν; unde Toletus: « Lege *Madianitin;* sic » mss. et prior Congregatio. » Cur haec lectio in clementinis editionibus posthabita fuerit ignoramus. Codd. C, D, G, O, R, S, U, V, Cas. 14., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1535. all., Rupertus II, 278. *Madianiten;* vel *Madianitem;* Rabanus *Madianitam.*

7. *Eleazari*—Cod. H *Eleazar;* it. ad v. 11. ubi cf. Sabatierius; graecus Ἐλεάζαρ.

8. *ingressus*—Rabanus *egressus.* Pro *Israelitem,* alii cum Bibl. Ord. *Israeliten,* alii cum Bibl. Rob. Steph. 1545. *Israelitam;* hoc autem apud Vulgatum fere usuvenit; attamen conf. ad Lev. XXIV, 10.

9. *viginti quattuor millia*—Cod. apud Thomas. I, 38., Honorius august. CLXXII, 846. *duodecim millia;* cod. E *viginti millia;* cod. F, Haymo CXVII, 561., Petrus Dam. CXLV, 65., Bruno ast. *viginti tria millia;* quae lectio ex I Cor. X, 8. orta videtur, ubi legimus *et ceciderunt una die viginti tria millia;* quae Paulli verba exponens Estius scribit: « Ceciderunt » interfecti a iudicibus Israel, quibus praeceperat Moyses dicens *Occidat unusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor;* quod erat idolum Madianitarum: cum » prius iussu Domini principes populi suspensi fuissent contra solem in patibulis. » Verum numerus occisorum convenire non » videtur. Nam in libro Numer. occisi leguntur *viginti quatuor millia hominum.* Caietanus putat errore scribarum factum, ut alterum numerum pro altero positum vel hic, » vel in Numeris habeamus. Quam solutionem etiam Aquinas suggerit. Oecumenius » referens ipsa veteris Scripturae verba, numerum exprimit eumdem quem Paullus; ac » subiungit: *Quidam autem veterum scriptorum posuerunt viginti quatuor millia.* Ex quo » apparet exemplaria graeca memorati loci » Scripturae quondam variasse, licet nunc » constanter habeant *viginti quatuor,* ut est » in hebraeo. Certe in verbis Paulli falsitas » esse non potest, cum minor numerus con-

» tineatur in maiore. Qua responsione multi » sunt contenti. Quamquam et illud dici po- » test, Moysi non fuisse propositum, ut nu- » merum occisorum exacte redderet; nec enim » id solent historici. Quum ergo numerus oc- » cisorum esset inter tria et quatuor millia » supra viginti, Moyses ulteriorem numerum » scripsit, Paullus citeriorem. Est et alia » conciliatio, quam adfert Catharinus. Urget » enim illud quod Paullus, non Moyses, scri- » psit *una die:* ut pridie quidem principes, » id est illustres ex populo viri circiter mille » fuerint interfecti; altera vero die e reli- » quo populo vigintitria millia. Hoc solum a » Paullo dictum; Moysen utrumque numerum » fuisse complexum. Mihi prima responsio, » quae est utriusque Thomae, suffragante Oe- » cumenio, plus caeteris probatur. » In lau- dato autem Apostoli testimonio haud desunt codices graeci et latini qui legunt *viginti qua- tuor millia;* sed de his suo loco. Correctoria nostra N, O adnotant veteres latinos omnes receptam lectionem prae se ferre, quam unice tuentur hebr. et veteres interpretes. Denique Petrus Com. mendose habet *triginta quatuor millia;* conf. ad Exod. XXXII, 28. Pro *homi- num,* codd. B, C, E, U *homines.* Animadverte sixtinos primo hunc versiculum parenthesi conclusisse.

11. *filii Aaron* — Haec primo deerant in cod. B; cf. Holmes. Mox pro *quia,* codd. N, O, P *qui.* Post *commotus* cod. F tacet *est.*

12. *loquere ad eum* — Sixtini, codd. A, C, D, F 1. m., K, T, U, goth. legion. *loquere ad eos;* gregoriani primo *loquere eis;* cod. H no- tat hebraeum tacere *ad eum;* hinc Toletus: « In hebr. et graeco non habetur; in quibus- » dam mss. legitur *ad eos;* sed Compl., Reg., » Ordin., Lovan. et alia impressa *ad eum;* » cf. Lucas Brugensis; ex antiquis interpreti- bus Saadias legit لهم *eis,* item georg.; arabs Holmesii et Ionathanus ליה *ei,* quod Onke- los tacet, licet in eius latina versione expri- matur. Pro *do ei pacem,* Rabanus *do ei pa- ctum;* sixtini cum hebr. et antiquis interpre- tibus praemittunt *ego;* cf. Sabatier.

13. *semini eius* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, goth. leg., Rabanus, Petrus Dam. CXLV, 382. 396. *semini illius.* Pro *sacerdotii sempiternum,* cod. F *sempiter- num sacerdotii;* cod. V interponit particulam *in;* accedit syrus; conf. Holmes. Ante *zelatus est* codd. G, L 4. praemittunt *zelo.*

14. *Zambri* — Cod. B *Iambri;* alii propius accedentes hebraeo legunt *Zamri,* et ita ha- bet Vulgatus ad I Paral. II, 6. VIII, 36. IX, 42. I Mach. II, 26.; at cod. N adnotat: « Sicut in » *Mambre* (cf. ad Gen. XXV, 9.) propter eu- » phoniam *b* interponitur, sic et in *Zambri*: » quod non advertentes, et nimis hebraeo » adhaerentes quidam de medio auferunt *b* » litteram. » Idem Vulgatus rursum cum grae- co legit *Zambri* III Reg. XVI, 9. seqq. IV Reg. IX, 31. Ier. XXV, 25. Pro *Salu,* codd. Cas. 3. *Salut;* cod. G *Sali;* codd. Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1513., poste- riores edd. Rob. Steph., all. *Salumi,* hebr. סלוא: corrupte in cod. V et apud Rabanum *Saul;* apud Petrum Dam. l. c. *Salai;* graecus Σαλμών, sed multi codd. Σαλώμ, alii Σα- λώ, huic postremae voci consonat Vulgatus I Paral. IX, 7. ubi legit *Salo;* Nehem. XI, 7. *Sellum;* Baruch I, 7. habet *Salom* pro Σαλώμ, quod I Mach. II, 26. redditur *Salomi;* hoc au- tem postremum in Vulgato ad Num. XXXIV, 27. respondet hebraeo שלמי; ex his magna seu interpretum, seu librariorum in quibus- dam nominibus efferendis inconstantia ma- nifesto apparet.

15. *Madianitis* — Codd. A 1. m., C, D, T, U *Madianitidis;* Rabanus *Madianites.* Pro *Cozbi,* plures codd. *Chozbi;* pauci corrupte *Chorbi* vel *Cobzi,* quos cod. N refutat.

18. *et decepére* — Codd. L 4. *ut deciperent;* codd. R, S, V, priores edd. Rob. Steph., all. *et deceperunt;* it. cod. K, qui praeterea addit *vos,* ut hebr. et veteres. Pro *Phogor,* cod. H *Phehor;* codd. F, R, T, U, V, Cas. 17., Hugo *Phegor;* conf. ad XXIII, 28.

Cap. XXVI, 1. *et Eleazarum* — Codd. B, K, R, S, V *et ad Eleazarum;* conf. Holmes. Pro *Aaron,* codd. A, F, H *Aaronis.*

2. *per domos et cognationes suas* — Rabanus praemittit *et;* cod. H notat hebr. legere *per domos patrum suorum.* Pro *cunctos,* codd. C, D, O, T, U, Cas. 1. *cunctosque.*

3. *Locuti sunt* — Cod. H notat hebr. legere *Numeraverunt,* quod quidem falsum est; at de huius loci gravi difficultate cf. De-Rossi in *Supplem. ad Varr. Lectt.* Pro *Iericho,* codd. C, D, F *Hierichum;* cf. ad XXII, 1.

4. *imperaverat*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, O, R, S, T, U, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. *imperarat;* cf. ad XIII, 4.

5. *Henoch* — Non pauci mss. et edd. libri *Enoch,* hinc *Enochitarum;* cf. ad Gen. IV, 17.

6. *Hesron* — Minus recte alii *Esron,* alii *Esrom,* ut non pauci graeci codices; sed cf. ad Gen. XLVI, 9.

7. *tria millia, et* — Codd. E, R, S tacent *et;* goth. leg. habet *quatuor millia, et.*

9. *Namuel* — Praeter ea quae de hoc nomine adnotavimus ad Gen. XLVI, 10. animadverte armenum heic legere *Iamuel;* item infra vers. 12. ubi accedit quoque syrus. Pro *Abiron;* sixtini et non pauci codices *Abiram,* alii *Abiran;* conf. ad XVI, 1. Mox cod. B tacet *principes populi.* Pro *adversus Dominum,* codd. F, H, K *contra Dominum;* alii *adversum Dominum.* Pro *rebellaverunt,* codd. A, F, H, all. *rebellarunt.*

10. *devoravit Core*—Cod. K *devoravit eos;* cod. H notat hebr. legere *deglutivit eos, et Core;* item margo Ord., cui consentiunt vett.

11. *filii illius*—Codd. M, R, S, Bibl. Paris. 1566. *filii eius.* Pro *perirent,* codd. G, Cas. 4., margo Ord. *perierunt,* et ita legere hebraeum asserit cod. H; cod. F *perissent;* codd. C, D, I, N, N* 2. m., O, P, T, U, V *morerentur* (nonnulli scribunt *morirentur*); hanc autem lectionem codices N, O antiquis codicibus diserte adscribunt.

12. *Namuel, ab hoc* — Cod. Cas. 1. *Namuel, a quo.* Ante *Iamin* Sixtus, veteres edd. fere universae addunt *et,* item arabs et slav. ostrog.; at sixtini et gregoriani hanc particulam, consentientibus codd., expunxerunt. De plerisque nominibus propriis, quae in hoc capite leguntur satis egimus ad Gen. XLVI. et Exod. VI., adeoque de illis hoc loco plura addere supersedemus.

14. *ducenti* — Ita sixtini, codices non pauci, veteres editiones ante stephanicam an. 1540. fere omnes; et recte quidem prout monuimus ad III, 22. At vero posteriores edd. Rob. Steph., Lov., all. consentientibus codd. A, C, D, E, N, O, P, T, U, Cas. 17., gothic. leg., legunt *ducentorum;* cod. N rursum adnotat: « Lege coniunctim sic *numerus fuit XXII.* » *millia,* simul exercitus *ducentorum;* et sub- » stantivatur ad hoc q. d. *virorum:* et sic de » aliis similibus infra. Require supra ad II. » (v. 4.). » Eadem enim lectionis varietas occurrit in verss. 18. 22. 25. 27. 34. 37. 41. 43. 47. 50. ad numeros *trecenti, quadringenti, quingenti, sexcenti, septingenti.* At neque codices, neque edd. ante clementinam omnino sibi in sequentibus cohaerent: exempli gratia laudatae editiones Rob. Steph. et Lovan. ad vers. 41. legunt *sexcenti;* in reliquis variam lectionem sequuntur: e contrario priores edd. Rob. Steph. ad vers. 37. habent *quingentorum;* in ceteris locis communem lectionem retinent: cod. F ad vers. 14. legit *ducenti,* in sequentibus variam lectionem exhibet: Hugo quoque modo unam, modo alteram positionem admittit. Hodiernae lectionis constantiam sixtinis acceptam referimus.

15. *Filii Gad* — Codd. F, K *Filii autem Gad;* item syrus, arabs, slav. ostrog. et cod. 54. apud Holmesium (v. 24.). Pro *Sephon,* mendose Vallarsius *Sephron.* Pro *Aggi* scribendum esse *Haggi* iam praescripsimus ad Gen. XLVI, 16.

16. *Her* — Recte sixtini, codd. A, B, F, G, H, K, L 4. (immo 5. ex Rob. Steph.), R, V, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *Heri;* cf. ad Gen. l. c.

17. *Arod* — Codd. B, K *Arodi;* item samaritanus, syrus, coptus, duo codd. hebr. apud De-Rossi; graecus (v. 26.) Ἀροαδί; sed cf. ad Gen. l. c. Pro *Ariel,* cod. F, Bibl. Reg., all. *Arihel,* hinc *Arihelitarum;* cod. H *Areli,* hinc *Arelitarum;* sed cf. ad Gen. l. c.

18. *istae sunt* — Cod. E tacet *sunt;* conf. ad verss. 27. 42. et 47. Pro *quarum*, cod. B *quorum*, nec male; nam de numero hominum, non vero familiarum sermonem esse constat ex hebr. et antiquis interpretibus; cf. vers. 50. et quae adnotamus ad vers. 27. et 37.; animadverte latinam versionem Onkelosi contra fidem sui textus legere *quarum*.

19. *Filii Iuda* — Codd. Cas. 9. *Filii Iudae;* conf. ad Gen. XXXV, 23. De *Onan* conf. ad Gen. XXXVIII, 4.

20. *Selaitarum* — Sixtini, codd. A, B, H *Selanitarum;* consonant hebr. שלני, graecus Σηλωνί (v. 16.). De *Zare* conf. ad Gen. XLVI, 12.

21. *Hesron . . . Hamul* — Alii minus recte *Esron*, vel *Esrom*, de quo supra ad vers. 6., et *Amul*.

22. *septuaginta sex millia* — Legunt *septuaginta millia* codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, Cas. 21., goth. leg., Bibl. Ord., Hugo; his accedit cod. 150. Kennic.; verum ut constet integra summa quae colligitur vers. 51., recepta lectio retinenda est.

23. *Tholaitarum* — Cod. B *Tholanitarum*. Mox alii *Phuatarum*, alii *Phuitarum*.

24. *Iasubitarum* — Sixtinorum diligentiam fugit mendum Bibl. Antuerp. in fol. 1583., nempe *Iabusitarum*, quod inde translatum est in editionem Sixti; at illud ipsemet Sixtus in suis Bibliis, superimposita chartula cum correctione, emendavit. Pro *Semran*, cod. H *Semron;* cod. F, Bibl. Reg., Lugd. 1535., all. *Semram;* graecus Σαμράμ (v. 20.); cf. ad Gen. XLVI, 13. In nomine gentilicio hinc derivato mire discrepant libri mss. et editi; codd. B, C *Semraitarum;* cod. H *Semronitarum;* cod. F *Semrenitarum;* cod. D, Bibl. Reg. *Semramitarum;* et haec sufficiant speciminis gratia.

26. *Sared* — Bibl. Ord., Rob. Steph. priores edd., all. *Saredi*. Pro *Elon*, vitiose alii *Helon*, aut *Helom*. Mox cod. B 1. m. tacet *familia*. Pro *Ialel*, cod. B *Iaelel*, unde *Iaelelitarum;* codd. F, G, V *Iahel*, inde *Iahelitarum*, item georg.; melius Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *Iahelel*, et *Iahelelitarum*, uti cum hebr. legit Vulgatus Gen. XLVI, 14.

27. *hae sunt* — Cod. A 1. m. tacet *sunt;* conf. ad vers. 18. Pro *quarum*, cod. F *quorum;* conf. ibid.

28. *Manasse* — Alias *Manasses;* conf. ad Gen. XLI, 51.

30. *Iezer* — Codd. D, G, H, R, S, U, V, Hugo *Hiezer;* De-Rossi in *Append. ad Varr. Lectt.* profert codices legentes אחיעזר, sed Venema *in Psal. t. I. p. 211.* coniectatur legendum אביעזר uti est Ios. XVII, 2. I Paral. VII, 18.; cf. Gesenii *Thes. p. 10.* Pro *Helec*, non pauci codd. et edd. *Elech*, indeque *Elechitarum;* alii *Elec*, alii *Helech;* codd. B et goth. leg. *Helectarum;* cod. A *Elecarum*.

31. *Asriel* — Nonnulli *Asrihel*. Pro *Sechem* cod. B *Sichem*, hinc *Sichemitarum;* graecus Συχέμ (v. 35.); hebr. ex שֶׁכֶם derivat patronymicum שִׁכְמִי.

32. *Semida* — Bibl. Ordin. *Semeda*, et mox *Semeditarum;* codd. A, B, D, F, G, all. *Semidatarum;* alii aliter. Pro *Hepher*, quidam codd. et edd. *Epher*, uti habet Vulgatus ad III Reg. IV, 10.; at Ios. XII, 17. IV Reg. XIV, 25. *Opher*.

33. *Hegla* — Codd. C, D, F, G, H, all., Bibl. Reg., all. *Egla;* accedit graecus, sed hebr. obstat. Pro *Thersa*, Sixtus ex mendo editionis Bibl. Ant. in fol. 1583. habet *Tersa*, quod recte sixtini et Angelus Rocca emendarunt.

35. *Suthalaitarum* — Codd. A, C, D, Hugo *Suthalitarum*. Pro *Becher*, cod. B *Bacher*, hinc *Bacheritarum;* conf. ad Gen. XLVI, 21. Cod. F et graecus tacent; conf. Holmes. Pro *Thehen*, cod. H *Thahan;* alios omittimus legentes *Theen*, aut *Tehen;* Vulgatus ad I Paral. VII, 25. *Thaan*.

36. *Suthala* — Bibl. Ord. *Sathala*. Mox Biblia Lugd. 1535., all. *Heren . . . Herenitarum*.

37. *quarum* — Codd. B, H *quorum;* cf. ad vers. 18. Post *numerus* tacent *fuit* sixtini, codd. A, B, C, D, O, T, goth. leg.; cf. verss. 34. 47. 50. et notatio ad vers. 41.

38. *Bela* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, K, M, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476.,

Reg., Lugd. 1522., all. *Bale*, ideoque *Baleitarum;* accedit graecus (v. 42.); cf. ad Gen. XXXVI, 32. Pro *Asbel*, codd. C, D, F, R, S, U, Bibl. Paris. 1566., all. *Azbel*, hinc *Azbelitarum;* mendose Vallarsius in ed. veron. *Absel . . . Abselitarum;* conf. ad Gen. XLVI, 21. Pro *Ahiram*, vett. edd. *Achiram*, et mox *Achiramitarum;* quod ad fidem codicum sixtini emendarunt. Scholiastes in cod. M animadvertit: « Non sunt isti principes cognationum Beniamin, qui in Gen. XLVI. leguntur; quia ibi » sunt X. et aliis nominibus; hic vero V.; ibi » dicitur *Bela*, hic *Bale;* ibi *Asbel*, hic *Achel:* » aliorum nomina in nullo conveniunt. »

39. *Supham* — Cod. H *Sephupham*, indeque *Sephuphamitarum;* cf. Houbigantius, De-Rossi *Varr. Lectt.* et Gesenii *Thes. p. 1468.* Pro *Hupham*, quaedam edd. minus apte *Upham*, et mox *Uphamitarum:* huius familiae nomen codd. F, U cum graeco (v. 43.) praetermittunt: at contra cod. K addit *Mophim, a quo familia Mophitarum: Hopphim, a quo familia Hopphimitarum;* cuius additamenti occasio ex laudato Gen. loco petita videtur.

40. *Bela* — Rursum sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. cum graeco *Bale*. Ex hoc versiculo cod. B legit tantum haec verba *et Noeman, a quo familia Noemanitarum;* cf. Holmesius (v. 44.). Pro *Hered*, cod. H *Ard*, hinc *Arditarum;* praeter ea quae de hoc nomine adnotavimus ad locum cit. Gen., cf. Holmesius et De-Rossi in *Suppl. ad Varr. Lectt.* Pro *Noeman . . . Noemanitarum*, cod. H *Naaman . . . Naamitarum;* de priori nomine conf. ad Gen. l. c.; pro altero, sixtini, codd. A, D, F, N, Bibl. Lugdun. 1513. 1535., all. *Noemitarum;* in cod. N adnotatur: « Secundum hebraeum » et antiquos *Noemitarum;* non enim a *Noe-* » *man* formatur nomen gentile sic *Noemani* » in hebr., sed sic *Noemi* (נעמי at samar. » תעמת), a quo latine sumitur quod dici- » tur *Noemita*. *Noemi* enim hebraice, *Noemita* » latine, ut fiat latina declinatio per unam » syllabam extenditur; unde non est ibi *Noe-* » *manitarum*. »

41. *numerus fuit* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, O, T, U, goth. leg., Bibl. Paris. 1566., all. tacent *fuit;* cf. ad vers. 37.

42. *Suham* — Cod. B mendose *Supham* (item cod. D 1. m.), et *Suphamitarum*, ut vers. 39.; Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Suhan*, et *Suhanitarum;* cf. ad Gen. XLVI, 23. Pro *hae sunt cognationes*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F 2. m., H, R, S, T, U, V, gothic. leg. *hae cognationes;* conf. vers. 47.

43. *Suhamitae* — Rursum codd. B, R *Suphamitae;* altera editio vaticana an. 1593. ex mendo habet *Suamitae*, quod perperam retinuerunt Bibl. Ant. 1603., Rom. 1671. 1768., all. Pro *erat sexaginta quattuor*, cod. B *est sexaginta tria;* cod. R *fuit LXIIII.;* cod. E legit *erat LIIII;* syrus in polyglottis praetermittit ولوحدا, at legitur in ed. Lond. 1823.

44. *Iemna* — Cod. F *Iemma;* cod. K *Iabne;* cod. G, Bibl. Paris. 1566. *Iamna*, eademque varietas in sequenti patronymico servatur (cf. ad Gen. XLVI, 17.); codex B *Iemnitarum*, cui favere videtur varia lectio sacri textus de qua De-Rossi in h. l. Post *Iessui, a quo* cod. B tacet *familia.* Pro *Brie, a quo familia Brieitarum*, cod. B *Beri, a quo Beritarum;* conf. Holmes.; pro *Brie*, cod. H, Bibl. Lugd. 1535. *Bria;* cod. K *Beria*, uti Gen. l. c.; in patronymico, praeter has varietates, codd. A, D, F, all. *Brietarum;* Bibl. Ven. 1480., all. *Brielitarum.*

45. *Filii Brie: Heber, a quo familia Heberitarum* — Haec in cod. B desiderantur; samaritanus textus, graecus (v. 29.) et tres codd. Kennic. tacent *Filii Brie.* Pro *Heber*, sixtini, codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugdun. 1522., all. *Haber* (indeque *Haberitarum*), prout est Iudic. IV, 11.; at in loco cit. Geneseos, ubi legitur *Heber*, nil adnotatum reperimus.

46. *Nomen autem* — Cod. B tacet *autem.* Pro *Sara*, cod. H cum hebraeo *Sarah;* cod. B *Sarath.*

47. *hae cognationes* — Codd. B, F, R, priores edd. Rob. Steph., all. *hae sunt cognationes.* Post *numerus eorum*, Bibl. Ord. addunt *fuit.*

48. *Iesiel*—Valde discrepant codd. et edd. in huius nominis scriptione: sixtini cum plerisque mss. et edd. *Iessiel*, alii *Iessihel*, alii *Iesihel*, alii *Iaseel*, vel *Ieseel*; eodemque pacto singuli testes in sequenti patronymico variant; cf. ad Gen. XLVI, 24. Ante *Gunitarum* cod. B rursum tacet *familia*.

49. *Ieser* — Codd. F, U, V, Bibl. Lugdun. 1535., all. *Iesser*; Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Iaser*; Bibl. Ven. 1480., all. *Iasser*. Pro *Sellem*, cod. B *Sallem*; conf. Gen. l. c.

50. *quorum* — Cod. S, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *quarum*, uti pluries in hac formula legitur in superioribus verss.

51. *est summa*—Cod. B 2. m. *est lex summa*.

52. *Locutusque* — Cod. S et Rabanus *Locutus*.

56. *accipiant* — Codd. F, H, Cas. 6., Rabanus *accipient*; non male.

57. *est numerus filiorum*—Cod. B tacet *est*; cod. H notat hebr. non legere *filiorum*. Pro *Caathitarum*, plures ex hentenianis edd. mendose *Caathitharum*; idque sixtinis exciderat.

58. *Lobni* — Cod. A *Lomni*; cod. B *Lobeni*, graecus Λοβενί; cf. ad Ex. VI, 17. De *Moholi* cf. ad Num. III, 20. et adde heic Bibl. Rob. Steph. 1545. legere *Maholi*. Pro *Musi*, cod. A *Mosi*. Pro *Core*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V *Cori*; veteres edd. pleraeque *Chori*, aut *Chore*; cf. ad Ex. VI, 21.

59. *Iochabed* — Praeter ea quae de hoc nomine adnotavimus ad Exod. VI, 20., conf. Thomas. I, 38. et Holmes. in h. l. et in *Addend.* Post *nata est* codd. S, Cas. 3. tacent *ei*. Pro *Amram viro suo*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Paris. 1566., all. *viro suo Amram*.

60. *orti sunt* — Codd. C, H *nati sunt*.

62. *quia non sunt*—Sixtus, codd. A, F, G, R, S, V et longe plures edd. veteres *qui non sunt*; at Toletus: « Lege *quia*; ita hebr., grae» cus, mss. et utraque Congregatio. » Hoc loco utriusque Congregationis nomine fortasse Toletus intelligit sixtinam et clementinam (nam de gregoriana nobis non constat), quae ad fidem plurimorum codd., Bibl. Ord. priorumque edd. Rob. Steph. emendarunt. Pro *data possessio est*, sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, T, U, V *est data possessio*; codd. G, R, S, Bibl. Ordin., Hugo *data est possessio*; cod. B tacet *est*.

63. *descripti sunt* — Petrus Dam. CXLV, 547. *descriptus est*.

64. *in deserto Sinai* — Cod. B et Petrus Dam. l. c. *in monte Sinai*; conf. supra ad IX, 5.; cod. R *in deserto Sin*.

Cap. XXVII, 1. *Noa*—Cod. B *Ona*; cod. 71. holmesianus Ουνά. Reliquorum nominum varietates iam praeoccupavimus, adeoque easdem hoc loco ultro praetermittimus.

2. *foederis* — Rabanus tacet; item cod. 83. Kennic.

3. *tollitur* — Cod. F cum hebr. *tolletur*. Mox Rabanus *nomen eius*. Pro *quia non habuit*, Sixtus, codd. D, E, T, U, veteres edd. fere omnes *quia non habet*; at Toletus: « Lege » *habuit*; sic mss. et utraque Congregatio. » Ita re vera sixtini et gregoriani, consentientibus codd. A, B, H, all., scripserunt; cod. F *qui non habuit*; Bibl. Paris. 1566. *qui non habet*; cf. Bukentopius p. 397. Pro *Date nobis*, cod. corbeiensis, teste Martianaeo, *Da nobis*; item hebr. et veteres, exceptis samaritano et graeco. Pro *possessionem inter cognatos*, cod. K *possessiones inter cognationes*; cod. H notat hebraeum pro *cognatos* legere *fratres*, et ita habet margo Ordin.; at vero אח aeque denotare potest *cognatum*, et *consanguineum*.

4. *Retulitque* — Codd. Cas. 2. *Retulit*. Pro *causam earum*, cod. F *causas earum*.

6. *in hereditatem* — Sixtini, codd. B, C, D, K, U, Cas. 4., priores edd. Rob. Steph., Rabanus, Hugo *in hereditate*; gregorianis dubium fuit.

8. *ad filiam* — Cod. K *ad familiam*.

10. *si et fratres* — Cod. F *si ei fratres*; codd. R, S, U, priores edd. Rob. Steph., all. *et si fratres*; codd. G, V tacent *et*. Pro *fuerint*, cod. E *habuerint*; codd. Cas. 2., goth. leg., Rabanus et in *Spec.* Augustinus *habue-*

rit; ut in superiori et in sequenti versiculo. Pro *dabitis*, cod. B *dabis*.

11. *dabitur hereditas* — Bibl. Ordin. *hereditas dabitur*. Ante *proximi* Bibl. Ven. 1480. 1498. tacent *ei*. Pro *sanctum lege perpetua*, cod. H notat hebr. legere *legitimum iudicii*, ex eodem fonte margo Ordin. habet *in statutum iudicii*. At praeclare omnino sacri textus sensum reddit Vulgatus, quemadmodum luculentissime demonstrat Eugubinus; qui, ut alias saepe, hoc loco miram Hieronymi absolutamque utriusque linguae peritiam summis laudibus extollit. Quae enim in hebraica lingua sunt compendiosissima, dura, intricata et, pro nostro loquendi usu, horrida, ille fecit apertissima, illustrissima nostraeque linguae maxime accommodata: quod quidem difficillimum esse irrita plurimorum conamina abunde confirmant. Nam qui ad litteram interpretati sunt vix intelligi possunt; qui vero sensum reddiderunt a hieronymiani stili maiestate venustateque longissime absunt. Codd. V, Cas. 7. legunt *praeceperat* pro *praecepit*.

12. *in montem* — Codd. R, S tacent *in;* Brev. Goth. p. 412. *ad montem*.

13. *et tu ad populum tuum* — Brev. Goth. l. c. *ad populum tu;* quidam codd. hebraici et graeci omittunt nexum; cf. Deut. XXXII, 50.

14. *offendistis*—Codd. A, G, R, S, T, U, V, Cas. 5., Brev. Goth. l. c., Rabanus *offendisti*. Pro *Sin*, Bibl. Paris. 1566. *Zin;* cf. ad XX, 1. Post *sanctificare* codd. B, E, Brev. Goth. l. c. tacent *me*, ut cod. VII. Holmesii. Mox codd. A, Cas. 3. *voluisti* pro *voluistis*. Pro *coram ea*, codd. H, Cas. 11., Brev. Goth. l. c., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus *coram eis;* item hebr. et vett. Pro *super aquas*, Brev. Goth. l. c. *super aquis;* ceterum conf. ad XX, 13.

Ibid. *in Cades deserti* — Codd. E, H, Cas. 1., sangermanensis a Stephano et Lov. excitatus, Brev. Goth. l. c. *in Cades in deserto;* codd. F, L *in Cades deserto;* Lucas Brugensis adnotat rectius legi *deserti*, quam *deserto* aut *in deserto;* attamen animadvertimus graecum habere ἐν Κάδης ἐν τῇ ἐρήμῳ, et cod. 5. Kennicotti במדבר, cui adstipulantur syrus et arabs.

16. *Dominus Deus* — Rabanus tacet *Dominus*, ut cod. 109. Kennic. et pauci graeci; cod. R, Brev. Goth. l. c., Petrus bles. CCVII, 546. tacent *Deus*.

17. *educere eos*—Sixtini, codd. A, C, D, E, G, R, S, T, V, Bibl. Ordin., Brev. Goth. l. c., Rabanus, Petrus alf. CLVII, 626. *educere illos;* cod. U *ducere illos*. Pro *vel introducere*, codd. B, R, Petrus cantor CCV, 172. *et introducere;* accedunt hebr. et vett. Mox Brev. Goth. l. c. praetermittit *sicut oves*, uti cod. 75. Kennic.

18. *ad eum* — Codd. C, D, L 8., T, U, V, Cas. 5., Bibl. Ord., Lugd. 1522. 1535., all. *ad Moysen;* item hebr. et veteres. Post *Spiritus* addunt *Dei* Sixtus, codd. B 2. m., C, D, E, N, O, R, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ord., posteriores edd. Rob. Steph., Lov., all., Rabanus, Petrus alfons. l. c., Hugo; item graeci codices non pauci et arabs apud Holmesium (qui addere debuisset Theodoretum *q. 48.*, et Origenis interpretem *hom. XXII.*), et hebr. cod. 16. derossianus; Onkelos et Ionathanus רוח נבואה: Rupertus II, 491., Petrus bles. l. c. addunt *Domini:* at Toletus: « Non legunt » *Dei* hebr., graecus, Compl., Reg., mss. et » utraque Congregatio. » Nempe sixtini et gregoriani, consentientibus codd. A, B 1. m., F, G, H, K, L 3. (seu Q), M, S 1. m., Cas. 1., goth. leg., illud additamentum expunxerunt. Variae olim de hac quaestione circumferebantur sententiae; nam cod. O notat: « *Spiri-* » *tus Dei;* Beda et graecus non habent *Dei*. » In cod. M scriptum legimus: « Hieronymus » ait: Ubicumque dicitur *Spiritus* sine addi- » tamento, intelligitur *bonus*, et *Spiritus Dei*, » excepto III Reg. XXII. (v. 21.) ubi dicitur: » *Egressus est spiritus, et stetit coram Do-* » *mino*. » Hieronymi sententia, ad quam laudatus auctor provocat, habetur VI, 461. 629. VII, 651. At contra hanc notulam scholiastes in cod. N diserte scribit: « Antiqui: *Spiritus* » *Dei;* quod quia dicitur non esse in he-

» braeo; et propter quasdam disputationes » Hieronymi, quae hic non habent locum, » deletur hic quod dicitur *Dei*, cum et anti- » qui et novi huc usque habuerint. Si enim » deleretur quidquid interpretes ob eviden- » tiam apposuerunt, translatio destrueretur. » Et mirum est cum eadem et fortior esset » ratio Lev. XXIIII. (v. 11.) cum ibi id dimi- » seris salvum, quare hic cancellasti? Graeci » etiam interpretes hic addiderunt nomen » *Dei*, ut latini. »

20. *ut audiat* — Codd. C, D, E, N, T, U, Cas. 2., Bibl. Ord., Lugd. 1522., all., Petrus alf. l. c. *et audiat;* cod. R *ut et audiat.*

21. *egredietur et ingredietur* — Brev. Goth. l. c. *ingredietur et egredietur*, ut arabs.

22. *Cumque tulisset* — Cod. B 2. m. addit *Moyses;* Brev. Goth. l. c. legit *Cum attulisset.*

Cap. XXVIII, 1. *Dixit quoque* — Bruno ast. *Dixitque.*

4. *ad vesperum* — Codd. A, C, D, G, H, T, U, V, Bibl. Ordin., Bruno ast. *ad vesperam*, ut vers. 8.

5. *ephi* — Cod. H *epha;* cf. ad Ex. XVI, 36. Post *partem hin* codd. F, V addunt *per agnos singulos*, quae petita videntur ex vers. 7.; alii, ut codd. R, S 2. m., addunt *vini*, quod in cod. O expungitur; attamen in Hexaplis Ἄλλος, εἷν οἴνου. Ἄλλος, εἷν μέτρου τοῦ οἴνου; cod. B tacet *hin*, uti cod. 53. holmesianus.

6. *suavissimum incensi Domini* — Codd. G, R, S, Cas. 5. *suavissimi incensi Domino;* legunt quoque *Domino* cod. M et margo Ord.; cod. O notat hanc lect. hebraeo et graeco non vero antiquis latinis codd. consentaneam esse.

7. *agnos singulos* — Rabanus, Bruno ast. *singulos agnos.* Pro *Domini*, Rabanus *Domino.*

8. *oblationem* — Codd. G, Cas. 11. praemittunt *in;* cod. B cum graeco tacet. Pro *Domino*, codd. B, E, Rabanus *Domini.*

9. *et liba* — Primo sixtini scripserant *et libamina;* cf. ad Lev. XXIII, 13. Num. IV, 7. XV, 10. 24.

10. *in holocaustum sempiternum* — Sixtini, codd. A, E, F, G, K, O *in holocausto sempiterno.* Recepta autem et vulgata est apud nostros opinio verba sacri textus hoc loco et infra ad vers. 15. reddenda esse *insuper* (ultra, praeter) *holocaustum sempiternum.*

11. *In calendis autem* — Veteres Vulgati codices et edd., Beda I, 354., Rabanus, Bruno ast. addunt *id est in mensium exordiis* (pauci tacent *in*), quod ab ipso interprete profectum videtur, quodque Sixtus veluti supervacaneum expungendum censuit, eiusque sententiam postremi censores non sine haesitatione sequuti sunt.

12. *in sacrificio* — Cod. V *et in sacrificio;* Bruno ast. tacet, eique accedunt graecus et arabs. Holmesius notat codicem alexandrinum addere θυσίαν sub asterisco. At quum nuper ad nostras manus demum pervenerit praeclarissima eiusdem codicis editio, quam curavit Henricus Herveius Baberus, Londin. 1816–1828., vehementer admirati sumus Holmesium non ipsum alexandrinum codicem contulisse (Proleg. Baberi, p. XXXII.), sed graecam Veteris Testamenti editionem grabianam, quae hexaplares notas quamplurimas editoris ingenio adiectas prae se fert, quarum in ipso alexandrino codice nullum vestigium reperitur.

Ibid. *per singulos arietes* — His qui legi volunt *per arietem* favere quidem videntur hebraeus et veteres, immo ipsemet Vulgatus ad verss. 14. 20. et in sequenti capitulo ad vers. 3. 9. seqq.; constat quoque ex superiori versiculo unicum arietem in calendis oblatum fuisse. At si animadvertas latinum interpretem in hisce capitulis plus semel posuisse *per singulos vitulos*, et *per agnos singulos* ubi hebraeus numerum singularem praefert, intelliges verba illa *per singulos arietes* accipienda esse de ariete qui singulis mensibus in calendis offerebatur; adeoque criticorum correctionem minus necessariam esse.

13. *ex oleo* — Codd. L 8., R, S 2. m., Cas. 12. addunt *conspersae;* cod. H monet hebraeum legere *oleo conspersae*, cui veteres adstipulantur: at vero Lucas Brugensis recte adnotavit illam vocem apud Vulgatum facile

subintelligi posse. Pro *incensi*, cod. B *incensum;* margo Ordin. *sacrificium*, ex hebr. Mox Rabanus tacet *est*.

14. *Libamenta autem* — Cod. F 1. m. cum graeco tacet *autem*. Pro *singulos vitulos*, sixtini, codd. A, C, D, F, K, T, U, V *vitulos singulos;* codd. K, R addunt *et;* item hebraeus et veteres. Pro *holocaustum per omnes*, cod. K *in holocaustum per singulos*.

15. *offeretur* — Codd. F, V, Bibl. Compl., Reg. *offertur*. Pro *peccatis*, codd. T, V, Bruno ast. *peccato*, uti habet Vulgatus ad vers. 22. et saepius in seq. capitulo; accedunt hebr. et veteres. Post *holocaustum* codd. Cas. 7. addunt *Domino*.

17. *sollemnitas* — Codd. B, K, R, S, V, Cas. 4., goth. leg. addunt *azymorum;* at codd. M, N, O diserte notant neque hebraeum, neque veteres latinos codices illud additamentum habere. Pro *vescentur azymis*, Humbertus Card. CXLIII, 934. *comedetis azyma;* accedunt samaritanus, graecus et cod. 9. Kennicotti; cod. K cum hebr. *vescetur azymis*.

18. *sancta erit* — Rabanus tacet *erit;* favet hebr.; at cf. De-Rossi *Suppl. ad Varr. Lectt.*

19. *incensum* — Humbertus Card. l. c. tacet; cod. E addit *in;* eamdem particulam praemittunt codd. A, C, D, R, S, T, U, Bibl. Ord., Rabanus, aliique laudati in cod. O. Ante *arietem unum* addunt *et* codd. C, D, R, S, T, U, hebr. et veteres, excepto graeco, de quo conf. Holmes. Eamdem particulam cod. S et Bibl. Ord. addunt ante *agnos*, ut hebr. (exceptis duobus codd. Kennic.) et vett., praeter graecum, de quo rursus cf. Holmesius; mendose reticetur in latina versione Ionathani. Denique ante *immaculatos* addunt *et* cod. A et Humbertus Card. l. c.

20. *ex simila* — Humbertus Card. l. c. *et similam;* Bibl. Ant. in fol. 1583. *ex similia*, quod mendum sixtini castigarunt. Pro *per arietem*, Bibl. Ven. 1480. 1498., Brix. 1496. *per arietes*.

21. *per septem* — Bibl. Compl., Reg., Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1526. 1535., all., Rabanus *septem*.

22. *Et hircum* — Bibl. Ord. *Hircum*. Pro *expietur*, cod. Cas. 1. *offeratur;* Rabanus *expiet*.

23. *offeretis* — Sixtini, codd. A, D, E, F, G, L 4. (seu Q), T, U *offertis;* neque obstant veteres.

24. *fomitem* — Mendose cod. B *fomitatem*. Pro *et de libationibus*, codd. R, S *et de oblationibus;* Rabanus *et victimis*.

25. *facietis* — Cod. B *faciatis*.

26. *offeretis* — Sixtini, codd. A, C 2. m., D, F, O, T, U, *offertis*.

27. *et agnos anniculos* — Tacent *et* codd. B, L, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus; item hebr. et graecus; at nonnulli codices hebr. apud Kennic. et De-Rossi habent ושבעה, quibus suffragantur syrus, arabs, et Onkelos in edd. Ant. et CPolitana, non vero in polyglottis londin., etsi in eiusdem latina versione ibidem exprimatur. Rabanus tacet *anniculos*.

28. *per arietes duas* — Cod. V, Bibl. Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. minus apte legunt *per arietes duos;* sensum exprimit margo Ord. ubi legitur *duas decimas per arietem*, seu, uti interpretatur scholiastes in codice O, *per singulos arietes duas decimas*.

29. *hircum quoque* — Addunt *unum* codd. H, L (seu Q), priores edd. Rob. Steph., all., margo Ordin.; concinunt hebr. et vett.

31. *offeretis* — Cod. A *offertis*.

Cap. XXIX, 1. *facietis in ea, quia dies* — Anonymus apud Hieron. III, 756., Rabanus III, 15. *facietis, dies;* item hebr. et veteres. Pro *clangoris est et tubarum*, cod. H notat hebr. legere *clangoris erit vobis;* sixtini 1. m. expunxerant *et*.

2. *arietem unum, et* — Haec desiderantur in cod. K; tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Anonymus apud Hieronym. l. c., Rabanus; quibus concinunt hebr., graecus, chaldaeus: contra praemittunt particulam *et* cod. R, Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all.; item syrus, arabs, slav. ostrog., nonnulli codd. hebr. et chald. apud De-Rossi, aliique graeci apud Holme-

*

sium; in cod. graeco vaticano καί superadditur, etsi id Maius in sua edit. adnotare praetermiserit.

4. *unam decimam* — Cod. B *unam et decimam*, atque secunda manus adiecit *decimae*; graecus Δέκατον δέκατον, de qua locutione conf. ad vers. 10.

5. *in expiationem* — Codd. G, R, S, Bibl. Ven. 1476., Reg., all.; Rabanus, Petrus ven. CLXXXIX, 574. *in expiatione*.

6. *solitis. eisdem* — Sixtini cum Bibl. Reg., all. *solitis, eisdem*; codd. E, F 1. m. *suis. eisdem*; cod. R habet utrumque *suis solitis. eisdem*.

7. *Decima quoque dies* — Codd. N, P *Decima quoque die*; cod. N adnotat: « Ita antiqui » legunt iuxta hebraeum. Vel de hoc quod » dicitur *die*, *dies* sumetur, vel *quae* sicut in- » fra (v. 12.) ponitur. Require Exod. XII. » (v. 16.). Alii pro *die* ponunt *dies*. »

8. *suavissimum* — Codd. F, U addunt *Domino*, ut graecus; sed cf. Holmes. Mox tacent *immaculatos* Rabanus et cod. 132. Kennic.

9. *per singulos vitulos* — Codd. A, D, F, K, T, U, V, Rabanus *per vitulos singulos*. Cod. K addit *et*; item samaritanus, graecus, syrus, arabs et non pauci codices hebraici apud De-Rossi.

10. *decimam decimae* — Margo Ordin. *singulas decimas*, hanc lect. ex hebraeo profert codex H; at hebraeus legit עשרון עשרון, unde Augustinus: « Quod autem ait *decimam* » *decimam* significavit quod repetendae sint » decimae per singulos agnos. » Pro *agni septem*, codd. B, C, D, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Compl., Reg., all., Rabanus *septem agni*.

11. *pro delicto solent in expiationem* — Cod. B *solent pro expiatione*; syrus quoque tacet *pro delicto*. Pro *holocaustum sempiternum*, Bibl. Ord., Rob. Steph. 1532. *holocausto sempiterno*; conf. sequens nota.

Ibid. *cum sacrificio* — Hanc lectionem invexit Sixtus, eamdemque comprobarunt gregoriani. Hinc Toletus scribit: « Compl., Reg., » mss. legunt *in sacrificio*; Ordin. et Lovan. » *et sacrificio*: praeterea Ord. legit *holocausto* » *sempiterno*, ceteri codd. *holocaustum sempi-* » *ternum*. In hebr. et graeco aliter habetur, » quibus magis quadrat *cum sacrificio*. Di- » cendum enim erat *et sacrificia et libamina* » *eorum*, vel ut est in textu (nempe in edit. » Sixti V.). Abulensis legit *in*, dicit tamen » positum esse pro *cum*, eamque significatio- » nem aliquando habere in sacra Scriptura; » uti cum dicitur *in baculo meo transivi Ior-* » *danem*, id est *cum baculo meo*. Posterior » Congregatio retinuit *cum*. » Item Martianaeus, sed utrum ad codicum fidem id expresserit compertum nobis non est. Nam sixtini, codices A, B, C, D, aliique fere omnes, antiquioresque edd. legunt *in sacrificio*; Rabanus *in sacrificiis*. Pro *libaminibus eorum*, cod. B *libaminibus singulorum*; codd. G, Cas. 13. *libationibus eorum*.

12. *sancta erit* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, K, R, S, T, U, V, Rabanus, Petrus Dam. CXLIV, 335., Bruno ast. *erit sancta*. Hoc loco animadvertendum ducimus in codice B ex librarii oscitantia bis descripta fuisse verba quae occurrunt a versiculo 8. ad 13.; id vero neque Christophorus Palomares, qui illius codicis collationem instituit, neque Iosephus Blanchinius, qui eamdem collationem edidit, intellexisse videntur; nam verba in codice repetita exhibent tamquam additamentum, eademque partim ad vers. 13., partim ad 17. referunt, unde magna oritur confusio, omnisque contextus turbatur. Post verba *atque venerabilis* cod. B 2. m. ex locis parallelis addit *et affligetis animas vestras*. Post *facietis* tacent *in ea* sixtini, codd. A, B, K; cod. H notat id hebraice non legi.

13. *holocaustum* — Rabanus tacet; cod. F addit *Domino*, cui accedunt tres codices Kennicotti. Pro *anniculos immaculatos quattuordecim*, sixtini, codd. A, C, D, H, R, S, T, U, Bruno ast. *anniculos quattuordecim immaculatos*; Rabanus *immaculatos anniculos quatuordecim*.

14. *et in libamentis* — Tacent nexum Bibl. Ordin., Hugo et graecus, sed conf. Holmes. Pro *et duas*, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501.

mendose habent *et tres;* Eugubinus his editionibus innixus perperam adnotavit unam decimam apud nos superfluere; nam apud nos tum codd. tum fere omnes edd. recte se habent. Mox cod. B omittit *decimas,* uti XXVIII, 28. Pro *arieti uno,* Bibl. Complut., Reg., Lugdun. 1535., all. *arieti uni;* item ex mendo habet Vulgatus in polyglottis londinensibus; codd. R, S, Cas. 1. post *arietibus duobus* addunt *arieti uno unam;* haec autem verba superioris sententiae interpretationem exhibent. At vero, collato hebraico textu, recte Mariana scribit: « Itaque duas decimas » offerebant pro singulis arietibus, non duas » pro utroque, ut Vulgati verba innuere vi» dentur. » Dein ex eo quod Vulgatus, ubi de vitulis sermo est, posuit *qui sunt simul vituli tredecim,* colligit verba illa *id est simul arietibus duobus* nil aliud significare nisi qui sunt simul arietes duo.

15. *sunt simul* — Codd. F, V *simul sunt.*

16. *libamine* — Cod. B *libamina;* item samaritanus et graecus; cf. ad vers. 22.

17. *offeretis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, K, O, T, U, Cas. 10., goth. legion. *offeres;* eamdem porro lectionis varietatem fere omnes (non enim semper codices secum constant) laudati testes exhibent in sequentibus versiculis 20. 23. 26. 29. 32. At vero huic lectioni neque sacer textus, neque veteres interpretes addicunt; immo cod. M notat: « Per » totum hoc capitulum pluraliter est scriben» dum *offeretis.* » Nam hebr. et vett., quamvis semel tantum, nempe ad vers. 13., hoc verbum exprimant, cum Vulgato consentiunt; in reliquis enim versiculis idem verbum subintelligitur. Ionathanus verbum repetit ad verss. 17. 20. 32.; Onkelos cum hebraeo reticet, etsi latinus eiusdem interpres verbum ponat ad verss. 17. 20. 23. 26.

18. *sacrificiaque* — Codd. S, Cas. 2. *sacrificia.* Pro *celebrabitis,* sixtini codd. A, B, C, E, F, K, O, T, Cas. 10., goth. leg. *celebrabis;* item sixtini et laudati codices in seqq. versiculis 21. 24. 27. 30. 33. 37. Rursum, uti in superiori adnotatione de verbo *offeretis* diximus, adnotandum est nonnullos codices non satis sibimet cohaerere: ita codd. D, U legunt quidem *celebrabitis* vers. 18., sed in sequentibus constanter habent *celebrabis.* Heic quoque cum Vulgato consentiunt hebr. et veteres, qui licet hoc loco verbum non exprimant, subintelligunt tamen ex orationis serie; hinc cod. M notat per hoc capitulum pluraliter scribendum esse *celebrabitis.*

19. *et libamine eius* — Sixtini, codd. A, B, E, F, K, R, S *eius et libamine,* uti habet Vulgatus in verss. 25. 28. 31. 34. 38.; hebr. et veteres pronomen utroque loco habent; cod. G *et libamina eius;* cf. ad vers. 22.

20. *Die tertio* — Codd. Cas. 7. *Die autem tertio;* item hebr. et vett., praeter graecum, de quo conf. Holmes.

21. *libamina singulorum* — Codd. Cas. 10. *libamina eorum.*

22. *sacrificioque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, G, T, U, V *et sacrificio,* ut v. 16.; cod. B *sacrificiaque,* cui favet graecus, ubi legitur αἱ θυσίαι αὐτῶν καὶ αἱ σπονδαὶ αὐτῶν, quae pendent a verbo προσάξατε. Pro *et libamine eius,* codd. F, K, O *eius, et libamine;* cf. ad vers. 19.; cod. B *eius, et libamina singulorum:* hebr. et veteres, excepto Ionathano, pronomen utroque loco praeferunt; samaritanus et graecus habent plurali num. *libamina:* in hac formula toties in hoc capitulo repetita hebraeus legit ונסכיהם tantum ad vers. 11. et 19.; sed non omnes codd. et interpretes consentiunt, uti videre est apud De-Rossi.

24. *sacrificiaque* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, T, U, V, Hugo addunt *eorum,* ut hebr. et vett.; cod. N adnotat: « Hic » ponitur *eorum,* et alibi non ponitur; nam » quod dicitur *singulorum* ad utrumque re» fertur. » In cod. O scholiastes habet: « Die » IIII. dicitur *sacrificiaque eorum et libamina* » *singulorum.* Die VIII. (v. 37.) *sacrificiaque* » *eius et libamina;* sed in aliis diebus dicitur » tantum *sacrificiaque et libamina singulorum* » sine *eius* vel *eorum.* » Attamen cod. B addit *eius.* Pro *singulorum,* cod. P *eorum.*

28. *sacrificioque* — Cod. F *sacrificiaque;* cf. dicta ad vers. 22.

29. *arietes duos* — Praemittunt *et* codd. C, D, F, T, U, V, syrus et arabs uterque.

31. *sacrificioque* — Cod. T *sacrificiaque;* conf. ad vers. 22.

32. *et arietes* — Expungunt copulam sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, S, U, V, goth. leg.; itemque hebr., graecus, chaldaeus et persa: in hac formula Vulgatus alias numquam praefert nexum: legitur tamen in syro, arabe utroque et slav. ostrog.

35. *non facietis* — Codd. F, V, Cas. 1., Petrus Dam. CXLIV, 335., Bruno ast. addunt *in eo;* accedit graecus, sed in Hexaplis obelus praefigebatur. Cod. O prae se fert sequens scholion: « *Die octavo*, seu decima quinta » dies mensis, *omne opus servile non facietis* » *in ea*. Hic non deberet esse *servile*, sicut » nec Lev. XXIII. ubi agitur de eadem die » (v. 28.): *Omne opus non facietis in tempore* » *diei huius;* et infra (v. 31.): *Nihil ergo ope-* » *ris facietis in eo.* »

36. *offerentes holocaustum* — Bruno ast. *offeretis holocaustum in eo*. Codd. F, R 1. m. tacent verba *arietem unum*, ut cod. 59. holmesianus; Bruno ast. praemittit *et;* item syrus et arabs uterque. Ante *immaculatos* cod. K praemittit *et;* conf. ad XXVIII, 19.

37. *sacrificiaque* — Codd. C, D, E, F, O, T, U, V, Bibl. Lugdun. 1522., priores edd. Rob. Steph., all., Hugo, Bruno ast. addunt *eius;* cf. ad vers. 24.; hebr. et vett. habent pronomen, sed plurali num. Pro *per vitulos et arietes*, Bruno ast. *per vitulum et arietem;* item hebr. et graecus; conf. ad XXVIII, 12.

38. *sacrificioque eius* — Cod. B tacet pronomen; item Ionathanus et cod. 44. Holmesii; conf. ad vers. 22.

39. *in sacrificio* — Cod. F *et in sacrificio eius et*, cui hebr. et veteres accedunt; at priori loco tacent nexum georg. et Augustinus; altero loco armenus et cod. 104. Kennicotti. Ante *in hostiis* cod. B particulam *et* omittit.

Cap. XXX, 1. *Narravitque* — Cod. N, Bruno ast. *Narravit;* cod. R *Narravit quoque*. Ad hunc versic. cod. N adnotat: « Epilogus est » eorum quae dicuntur in capitulis XXVIII. » et XXVIIII., et respondet prologo: *Praecipe* » *filiis Israel;* unde non potest hic incipere » capitulum, sed incipit a verbis *Et locutus* » *est ad principes.* » Hanc distinctionis rationem codices alii plures sequuntur: « Melius, » ait Houbigantius, athiana editio versum 1. » huius capitis facit esse ultimum capitis su- » perioris. » Pro *omnia quae ei*, cod. U *omnia quae eis;* cod. B *cuncta quae sibi;* cod. N tacet *ei;* hebr. et veteres, excepto arabe, pro *ei* habent *Moysi*. Pro *imperarat*, priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Bruno ast. *imperaverat;* conf. ad XXVI, 4.

3. *virorum* — Bruno ast. *vestrum*. Pro *Domino voverit*, cod. F, Petrus Dam. CXLV, 667. *voverit Domino;* Rupertus tacet *Domino*. Pro *constrinxerit iuramento*, cod. R *iuramento astrinxerit;* cod. S, Bibl. Ord. *iuramento constrinxerit*. Pro *faciet*, Bibl. Lugd. 1535. *faciat*. Pro *verbum suum*, cod. K *iuramentum suum;* cod. V et goth. legion. *votum suum;* Rabanus *verbum Dei;* Petrus Dam. l. c. tacet *suum*. Bruno ast. *adimplebit* pro *implebit*.

4. *et in aetate* — Cod. B *aetate;* nec hebr. nec ullus veterum nexum habet. Pro *puellari*, cod. E *pupillari*. Pro *quo obligavit*, codd. D 1. m., F, T, U, Rupertus *quod obligavit*. Mox pro *suam* Rupertus *eius*.

5. *quidquid pollicita est et iuravit* — Duo codices apud Martianaeum *quia iuravit;* Rabanus addit *etiam;* pro *pollicita*, cod. B *placita*.

6. *irrita erunt* — Rabanus *irrita sunt*. Pro *nec obnoxia tenebitur sponsioni*, cod. H notat hebraeum legere *Dominus quoque propitiabitur ei;* ex eodem fonte, ut videtur, sixtini primo scripserant *et Dominus remittet ei*. Cod. A *sponsionis* pro *sponsioni*.

7. *de ore eius verbum egrediens animam eius* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *verbum de ore eius egrediens animam illius*.

8. *reddetque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, K, O, T, U, V, goth. leg., Rupertus *reddet*.

9. *pollicitationes eius*—Codd. R, S, Cas. 1. praemittunt *omnes*, quod in cod. O expungi iubetur; at legit Augustinus cum graeco; Rupertus tacet pronomen. Pro *obstrinxerat*, cod. B *obstrinxerit;* cod. F *constrinxerat*. Pro *propitius erit ei*, codd. A, C, D, F, H, K, T, U, Rupertus *propitius ei erit*. Pro *Dominus*, codd. A, C, D, N, P, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *Deus;* item alii codices memorati in cod. O.

10. *Vidua* — Rabanus addit *autem*, cui veteres favere videntur.

11. *cum se voto constrinxerit et iuramento*, (v. 12.) *si audierit vir, et tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcumque promiserat.* (v. 13.) *sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, et Dominus ei propitius erit* — Omnia haec praetermittuntur in editione Sixti V.; gregoriani eadem reponenda censuere; Toletus scribit: « Haec restituenda » sunt. Sixtus abstulerat, et tamen sunt in » omnibus libris. » At vix dubitare possumus verba illa ex singulari typographi incuria, non autem iussu Sixti, omissa fuisse. Conf. Bukentopius p. 397.

12. *reddet* — Cod. C 2. m., Rabanus *reddat*. Pro *promiserat*, cod. F *promiserit*.

13. *extemplo contradixerit* — Rabanus *contradixerit extemplo;* cod. A 1. m. *extemplo contraxerit;* cod. O notat non esse scribendum *extimplo*, sic enim quidam olim scribere consueverant, sicque adhuc legunt non pauci ex antiquioribus codicibus (cf. ad Iudic. IV, 21.), quemadmodum *timpus* pro *tempus*. Mox pro *maritus contradixit*, cod. F, Bibl. Ordin., Rabanus *maritus contradixerit*.

14. *iuramento* — Cod. B *voto*. Pro *ut per ieiunium*, sixtini, codd. A, K, gothic. legion. *ut vel per ieiunium*. Pro *erit ut faciat*, veteres Vulgati editiones legunt aut *erit si faciat*, aut *erit sive faciat*, quod sixtini ad codicum fidem emendarunt; hinc Lucas Brugensis: « Scribendum est ex antiquis codd. » *ut*, non *sive*, tametsi sequatur *sive non* » *faciat*. »

15. *alteram diem* — Codd. B, G, V tacent *diem*. Pro *reddet*, cod. F *reddat*.

16. *autem contradixerit* — Cod. R *autem non contradixerit;* at codd. M, N, O monent nullam interponendam esse negationis particulam; cod. M laudat Augustini glossam quam hisce verbis recitat: « Ad peccatum viri » pertinet si prius permittit, et postea prohi- » bet: non tamen hic dicitur ut faciat mulier » quod voverat; sed nec iterum permittitur » votum istud contemnere, etiam si vir post- » quam rem sciverit prohibeat. » Pro *rescivit*, cod. V *rem scivit;* cod. S *res scivit*, quae lectio in cod. N diserte reprobatur.

17. *inter patrem* — Codd. K, R, S praemittunt *et;* item samaritanus, graecus, syrus, arabs et cod. 69. Kennic. idque Houbigantio probatur. Pro *in puellari adhuc aetate*, Rabanus *in aetate adhuc puellari*. Pro *manet in parentis domo*, cod. E *in parentis domo est;* codd. R, S *in domo parentis manet*.

Cap. XXXI, 1. *Locutusque est* — Cod. K, Rabanus *Locutus est;* cod. B tacet *est*.

2. *prius*—Tacent hanc vocem cod. E, Philippus de harv. CCIII, 677., Petrus Com.; cod. H notat hebraice non legi.

3. *ex vobis . . . Domini* — Haec tria verba in cod. I desiderantur; cod. G legit *Dei;* uti habent pauci graeci apud Holmes.

4. *eligantur ex Israel*—Sixtini primo scripserant *Israel eligantur;* codd. A, B, K particulam *ex* praetermittunt; quibus favent hebr. et vett., quos inter perspicue graecus ven. τοῦ Ἰσραέλου.

5. *Dederuntque* — Cod. Urbinas apud Vallarsium addit *ei*. Pro *de singulis tribubus*, legunt *de cunctis tribubus* sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, O, R, S, T, U, V, Cas. 18., goth. leg., Bibl. Ord., Rabanus, Philippus de harv. l. c.; hinc Toletus: « In mss. legitur *cunctis*, sed impressi » ut in textu (nempe in ed. Sixti V.). » Pro *millia*, cod. H *mille*.

6. *cum Phinees* — Codd. B, G *cum Phinee*. Pro *vasa quoque*, Sixtus et fere omnes veteres edd. *vasaque;* Bibl. Ordin. *vasa;* sixtini,

primo gregoriani, Toletus ad fidem antiquiorum omnium codd. hodiernam lectionem intulerunt. Cod. F post verba *ad clangendum* addit *buccina*. Mox pro *ei*, codd. D 1. m., R, S, Cas. 3., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Petrus Com. cum graeco *eis*.

7. *vicissent*—Cod. Urbinas *venissent*, quod vitiosum esse Vallarsius non inficiatur; attamen longius ab hebraeo Vulgatum abludere contendit.

8. *et reges*—Codd. Cas. 2. *et omnes reges;* accedunt slav. ostrog. et graeca ed. Aldi, ubi sub fine huius commatis pro πέντε legitur πάντες. Vulgatus pro *Evi* ad Ios. XIII, 21. legit *Hevaeum*. Ante *Recem* Rabanus tacet *et;* item duo codd. holmesiani. Ante *Sur* Hugo tacet *et;* item duo codd. holmesiani et quatuor Kennicotti. Utroque loco perperam omittitur copula in latina vers. Ionathani. Mittimus codd. et edd. mendose legentes *Ur* pro *Hur*. Pro *principes gentis*, cod. B *principes eorum;* codd. O, R, S, Cas. 3. *principes gentis eorum;* at cod. M adnotat: « Antiqui non ha» bent *eorum;* moderni habent; hebraeus le» git *principes Madian*. » Quae hebraici textus lectio, cui veteres omnes adstipulantur, memoratur et in cod. H, et in margine Ord. Pro *interfecerunt*, codd. Cas. 6. *occiderunt;* Augustinus cum Vulgato consentit.

9. *Ceperuntque . . . quidquid*—Rabanus *Ceperunt autem . . . et quidquid;* copulam addunt quoque hebr. et veteres. Pro *potuerant*, codd. G, H, R, S, Cas. 23., Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., Brix. 1496., Lugdun. 1513., all. *poterant;* cod. C *potuerunt*.

10. *viculos*—Codd. Cas. 10. *vicos*.

11. *iumentis*—Margo cod. H addit *et reliqua utensilia;* conf. sequens nota.

12. *et Eleazarum*—Codd. B, F, G, V, goth. leg., margo cod. H *et ad Eleazarum;* item hebr. et graecus. Mox cod. E et margo cod. H omittunt verba *reliqua autem utensilia portaverunt;* pro *autem*, codd. C, D, F, R, T, U, goth. leg., Cas. 2., Bibl. Ordin. *etiam;* codd. G, V, Cas. 10. *vero*. Pro *ad castra*, cod. F *in castra;* graecus εἰς τὴν παρεμβολήν.

13. *Egressi sunt autem*—Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Brix. 1496. *Egressi autem sunt*.

16. *vos fecerunt* — Codd. A, C, D, T, U, V, Bibl. Paris. 1566., all., Petrus Dam. CXLV, 411. *fecerunt vos;* sixtini primo, Bibl. Ordin., all. omittunt *vos*, ut hebr. et veteres. Pro *in Domino*, Sixtus, Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532. 1540. 1545., Lov. 1547., all. *in Dominum;* ad fidem antiquiorum omnium codd. sixtini, primo gregoriani, Toletus emendarunt.

17. *est generis*—Codd. F, R, Petrus Dam. CXLV, 822. *generis est;* Rabanus tacet *est*. Pro *in parvulis*, codd. C, D, F, N, O, P, R, T, U, V, Cas. 5., Rabanus, Petrus Dam. l. c. *parvulos*. Pro *noverunt viros in coitu*, sixtini cum cod. A *norunt viros;* cf. Isidorus VII, 415.

19. *et manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur* — Cod. H notat hebr. legere *Qui vero hominem occiderit, vel occisum tetigerit, maneat extra castra septem diebus, lustrabiturque;* at vero hebraicum textum Vulgatus longe pressius interpretatur.

20. *caprarum pellibus* — Bibl. Ordin. *pellibus caprarum*.

21. *mandavit Dominus*—Bibl. Ven. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., all. *mandavit Deus*.

22. *et plumbum, et stannum* — Sixtini codd. A, C, D, E, F, G, H, I, K, N, O, R, S, T, U, V, Rabanus, Bruno ast., Petrus cellens. CCII, 691. *et stannum, et plumbum;* ita recte Vulgatus hebraica verba reddit ad Ezech. XXII, 18. XXVII, 12. (at Ezech. XXII, 20. turbatus est ordo in Vulgato), ubi alexandrinus consentit legens κασσίτερος, καὶ μόλιβος; at vero hoc loco Num. alexandrinus ordinem inversum sequitur, excepto cod. sarraviano: graecus ven. τὸν κασσίτερον, καὶ τὸν μόλυβδον. Ad Vulgatum quod spectat animadvertimus nostros codices, praesertim antiquiores, legere *stagnum* pro *stannum;* quaedam edd. mendose habent *stamnum*.

23. *igne purgabitur* — Cod. H notat hebraeum addere *et aqua expiationis lustrabi-*

tur, quae verba Hieronymus praetermisisse videtur. « Hebraeus, ait Calmetus, Septua» ginta et versiones ceterae ferunt metalla » haec omnia per flammam traducta fuis» se, tum lota aqua expiationis. » Mox pro *ignem*, Rabanus *flammam*.

25. *Dixit quoque* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 20., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Petrus Com. *Dixitque*.

26. *Tollite*—Codd. E, L 4., M, N, Q, R, V, Cas. 3., Bibl. Ord., Ven. 1480., Rob. Steph. 1532., Paris. 1566., all., Petrus Com. *Tolle;* cod. O notat huic lectioni favere hebraeum et graecum; cod. M subdit: « Aliqui antiqui » *Tolle;* moderni et aliqui antiqui *Tollite.* » Pro Vulgati lectione stant slav. mosq. et cod. 128. Holmesii. Ante *principes* codd. E, G, M, S, V, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph., all., Conc. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1422. addunt *omnes;* at merito id expungitur in codd. N, O; nam neque antiquiores codices, neque hebr. et veteres illud legunt.

27. *egressique* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, R, S, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ord., Paris. 1566., all., Rabanus, Conc. Aquisgr. l. c. *et egressi*.

28. *separabis* — Vallarsium fefellit mendosa Calmeti editio ad cuius fidem adnotavit Vulgatum legere *separabitis;* huic tamen lectioni accedunt codd. G, S, graecus et syrus. Mox codd. Cas. 8. tacent *et fuerunt*.

29. *dabis eam* — Codd. A, U, Petrus Com. et Augustinus *dabis ea;* cod. B cum hebr. et graeco tacet pronomen. Syrus in polyglottis londin. mendosam lacunam heic habet.

30. *quinquagesimum* — Cod. B praeponit *et*. Post *boum* cod. F tacet *et;* item hebr., graecus ven., Onkelos; sed conf. De-Rossi. Mox clementinae Vulgati editiones habent *cunctorum*, quibus consentiunt quidem hebraeus, graecus ven., Onkelos (cuius latina versio in polyglottis mendose nexum addit) et persa: at vero non pauci codices hebraici et chaldaici apud De-Rossi, cum reliquis antiquis interpretibus legunt *cunctorumque;* hanc autem lectionem praeferunt latini codices et veteres editiones quotquot vidimus. neque romanorum censorum documenta, quae prae manibus habemus, aliam heic varietatem exhibent, praeter correctionem a sixtinis invectam, qui, ad fidem codd. A, C, D, E, K, all., scripserant *cunctarumque* (conf. ad Gen. VIII, 1.); hinc, ni vehementer fallimur, dubitare licet utrum fortuito, potius quam data opera, vaticanae editiones encliticam suppresserint. Pro *dabis ea*, cod. A 1. m. *dabit ea;* Rabanus *dabis eam*. Pro *excubant in custodiis tabernaculi*, codd. P, Cas. 1. *excubabant in tabernaculo*, ex versic. 47.

31. *Eleazar* — Codd. G, L 5., V, Cas. 3. addunt *sacerdos*, idque in hebr. legi monet cod. H, cui veteres omnes concinunt. Pro *Dominus*, Rabanus *Deus*.

35. *cognoverant* — Codd. F, G, R, Cas. 3., Bibl. Ord., Hugo *cognoverunt;* item ex graeco Augustinus; cf. Isidorus VII, 415.

36. *fuerant* — Codd. C, T *fuerunt*. In numero *triginta septem millia quingentae* varie errant codices; nam cod. E legit *XVII. millia quingenta;* cod. D *triginta quatuor millia quingenta;* cod. F *septem millia quingenti* (cod. quoque A legit *quingenti;* masculino enim genere latini quidam boni auctores extulerunt *oves;* cf. ad Lev. XIV, 10.); huic favent tres codd. Kennic. et quinque Holmesii. Scriptorum autem vitio tribuimus omnes in numeris varietates quae in hoc capitulo occurrunt; omnia enim ita secum conspirant atque cohaerent in communi receptaque lectione, ut nullum erroris indicium subesse possit. Ceterum mendose apud Liranum et Calmetum legimus *quinquagesimam* praedae portionem a militibus Eleazaro adtributam fuisse; nam scribendum erat *quingenam* vel *quingentesimam* partem.

38. *et duo*—Sixtini, codd. A, C, D, F, T, U particulam *et* praetermittunt.

39. *asini* — Cod. B *asinae*. Pro *sexaginta unus*, cod. A *sexaginta unum;* Bibl. Ordin., Hugo interponunt *et;* item hebr. et graecus.

41. *primitiarum Domini* — Codd. Cas. 5.

primitiarum coram Domino; accedit Onkelos. Mox pro *sicut,* pauci codd. cum Bibl. Ordin. *sicuti.* Pro *fuerat ei imperatum,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, O, R, S, T, U, V *ei fuerat imperatum;* margo Ordin. cum hebr. addit *a Domino.*

42. *separaverat his* — Cod. E *separaverat ab his;* nec obstant hebr. et vett.

43. *vero parte* — Cod. B *parte vero.* Mox cod. F *contigerant* pro *contigerat.* Pro *de ovibus,* codd. A, E, G, T *de ovium;* in cod. O adnotatum legimus: « Alii habent in genitivo » plurali *de ovium,* et mox *boum, asinorum,* » *hominum.* » Pro *septem,* cod. B *octo;* cod. H *et septem,* uti samaritanus, graecus, syrus, arabs, chaldaeus, persa et non pauci codd. hebraici apud De-Rossi.

44. *triginta sex* — Cod. E *XXX.;* cod. V *XXX. VII.*

45. *quingentis* — Tacet cod. B.

47. *tulit Moyses*—Cod. F tacet *Moyses.* Pro *excubabant,* sixtini, codd. A, C, D, H, N, R, S, T, U *excubant,* ut supra vers. 30.; cod. N habet hoc scholion: « *excubant,* id est quo- » rum interest excubare; *excubabant* secun- » dum alios. » Cod. O monet alios legere *excubant.*

50. *Ob hanc causam* — Codd. Cas. 3. *Ob quam causam.* Ante *Domini,* Conc. Aquis. l. c. addit *domus.* Cod. O notat alios pro *periscelides,* graecorum more praeferre *periscelidas.* De voc. *dextralia* cf. ad Ex. XXXV, 22. Vaticanae editiones hoc loco efferunt *muraenulas* cum diphthongo, quam non admittunt ad Cant. I, 11. et Isa. III, 20.; cf. Forcellinius ad v. *muraena.* Mox cod. E tacet *pro nobis.*

52. *pondo* — Id tacent Bibl. Compl., Reg., Lugdun. 1535., all., et cod. H monet in hebraeo non legi; codd. F, G, L 7., O, R, S, V, Cas. 18., aliique apud Martianaeum et Vallarsium, edd. seculi XV., all. *pondere sanctuarii;* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all., Concil. Aquisgr. l. c. *pondus sanctuarii;* Hugo *pondo sanctuarii.* Sixtini primo parenthesi clauserant verba *pondo sedecim millia, septingentos quinquaginta siclos.*

53. *in praeda* — Cod. K addit *sua.*

54. *monimentum*—Codd. A, G *monumento;* alii *monumentum;* cf. ad Ex. XIII, 9.

Cap. XXXII, 1. *erat illis* — Bibl. Ord. *erat eis;* glossa interlinearis monet alias legi *illis.* Pro *infinita substantia,* Hugo et margo Ord. *insignita turba;* notat autem idem Hugo: « Ali- » qui libri habent *infinita substantia.* » Pro *vidissent,* Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Brix. 1496. *vidisset.* Pro *aptas animalibus alendis,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, Rabanus *aptas alendis animalibus;* codd. Cas. 10. *loca apta alendis animalibus;* cod. V *aptas alendis pecoribus.* Eugubinus hoc loco elegantiam venustatemque Vulgatae versionis merito commendat. Pro *terras,* codd. B, F, G, V, goth. legion., Cas. 3. *regiones;* codd. E, K tacent.

2. *venerunt* — Bibl. Ven. 1480. praeponunt *et;* item hebr. et vett.; at latinae versionis ratio nexum excludit. Ante *Eleazarum* tacent *ad* Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus cum Augustino; cf. Holmes. E contrario ante *principes* addunt *ad* cod. K, Bibl. Rob. Steph. 1532., Ant. 1537., Ven. 1538., all.; item ex graeco Augustinus.

3. *Ataroth* — Codd. A, C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 19., antiquiores edd. fere omnes *Astaroth;* suffragantur sex graeci codices apud Holmesium: laudati latini testes eamdem lectionem prae se ferunt infra ad v. 34., ubi praeterea accedunt Bibl. Complut., Reg., all., necnon plures graeci codd. et interpres armenus. Sed profecto utrobique mendose; est enim עטרות, (Hieronymus III, 138. *Ataroth*), cuius nominis vim recte targumim interpretantur מכללתא, itemque Hieronymus III, 24. et Vulgatus I Paral. II, 54. *Coronae.* Pro *Dibon* (quae et *Debon,* inquit Hieronymus III, 195.), mendose cod. B *Bidon;* Bibl. Ven. 1480. 1498., all. *Disbon;* syrus ; item infra ad vers. 34. De *Iazer* vide ad XXI, 32. Pro *Nemra,* nonnulli codd., ut N, P, *Nembra,* itemque alii ex graecis, et armenus apud Holmesium; Bibl. Ordin. *Nemira;* infra ad vers. 36. vocatur *Bethnemra.* Pro

Hesebon, sixtini *Hesbon;* accedunt codd. A, C, D, G, N, P, R, U et codex memmianus, uti notat Martianaeus ad calcem suae editionis; at codices plerique adspirationem non habent; cod. N notat: « Quae supra XXI. » (v. 25.) et in multis aliis locis dicitur » *Esebon* (ita apud Hieronym. III, 27. 202.), » hic dicitur *Esbon* propter quoddam stricto» rium et soni expressivum, quod est sub lit» tera *sin*, quod si remittatur dicitur *Esbon*, » si intendatur dicitur *Esebon;* unde LXX. *Ma» sphat, Masephat*, et *Abner, Abener* transtu» lerunt. » Eusebius et Ptolemaeus Ἐσβοῦς, et ita in numo Caracallae apud Eckhelium III, 503. Praeterea particulam *et* praemittunt codd. B, F, K, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus; item hebr. et veteres. At contra ante *Eleale* tacent *et* cod. B et duo codices holmesiani.

Ibid. *Saban* — Sixtus cum cod. B *Saba*, item syrus; at Toletus: « Lege *Saban;* hebr., » Complut., Reg. et Congregatio. » Hanc lectionem praeferunt quidem veteres pleraeque edd., itemque Vallarsius Martianaeum deserens; at vero sixtini, gregoriani, antiquiores codices plerique, Bibl. Rob. Steph., Lovan., all. legunt *Sabam*, quae profecto hebraici textus lectio est שבם, cui accedit cod. F legens *Sebam;* samaritanus autem שבשׁ et graec. Σεβαμά, cod. K *Sabama;* hanc autem postremam lectionem sequitur cum hebr. textu Vulgatus infra ad vers. 38. itemque ad Ios. XIII, 19. Isa. XVI, 8. 9. Ier. XLVIII, 32. et Hieronymus III, 32. 270. Pro *Nebo*, cod. K *Nabo*, de quo conf. infra ad vers. 38. Quod sequitur *Beon*, hebr. בעון, idem esse videtur ac בעל מעון quod occurrit infra ad vers. 38. ubi Vulgatus habet *Baalmeon*, et Ios. XIII, 17. ubi Vulgatus *Baalmaon*, et I Paral. V, 8. Ezech. XXV, 9. ubi Vulgatus *Beelmeon*.

4. *terra, quam* — Codd. A, B, E, F, K, U *terram, quam;* graecus τὴν γῆν ἣν. Pro *Dominus*, Rabanus *Deus*. Pro *filiorum*, cod. H notat hebraeum legere *multitudinis;* at cum Vulgato faciunt graecus, syrus, arabs et unus aut alter cod. hebr. Kennicotti. Pro *regio uberrima est*, codd. A, E, K, R, S, T, V, veteres edd.; Gregorius M. I, 864. (non it. IV, 115.), Garnerius CXCIII, 86. aliique memorati in cod. O *regionis uberrimae est;* codd. B, goth. legion., Cas. 1., Rabanus *regiones uberrimae sunt;* cod. G *regiones sunt uberrimae;* at sixtini ad fidem aliorum codd., praesertim C, D, F, H, O, emendarunt. Pro *iumenta* Eugubinus suspicatur legendum *armenta;* at codices non addicunt.

5. *precamurque* — Cod. Cas. 1. *precamur*. Pro *nec facias*, Bibl. Paris. 1566. *ne facias;* accedunt hebr., graecus ven. et chald.; reliqui cum samaritano textu copulam exprimunt.

8. *Cadesbarne* — Cod. B *Cadesberne*.

9. *usque ad Vallem* — Codd. E, V, Cas. 9., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., all. tacent *usque;* item graecus et cod. 244. Kennic.; pro *Vallem*, alias Vulgatus habet *Torrentem;* cf. supra ad XIII, 25. Pro *lustrata*, cod. B *lustrati sunt*. Pro *cor*, codd. V, Cas. 3. *corda;* item armenus. Pro *fines*, margo Ord. *terram*, et ita legi in hebraeo notat cod. H; Bibl. Lugd. 1535. praeponunt *in*.

10. *Qui iratus* — Codd. F, G, V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugdun. 1522., all. *Quibus iratus*. Post *iuravit* cod. Cas. 1. addit *eis;* item tres codd. Holmesii.

12. *filium Iephone* — Cod. A *Iephonne filium;* conf. ad XIII, 7.

14. *Et ecce* — Cod. B *Ecce;* item graecus, de quo tamen conf. Holmes. Perperam cum margine Ord. quidam monent hebraeum legere *multitudo* pro eo quod Vulgatus habet *incrementa, et alumni;* nam duobus hisce verbis Hieronymus egregie reddidit hebr. תרבות; cf. Gesenii *Thes. p. 1257*.

15. *Quod* — Legunt *Qui* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, K, O, T, U, V, Cas. 19., codices omnes quibus usi sunt Martianaeus et Vallarsius, Bibl. Lugd. 1522. 1526., Hugo; cod. Cas. 1. *Quin*. Pro *in solitudine*, cod. A *in solitudinem*.

16. *parvulis quoque* — Gregorius M. I, 864. IV, 116. *parvulisque*.

17. *muratis* — Codd. G, L, N*, R, S, T,

Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Reg., Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *munitis;* at cod. N notat: « Antiqui habent *muratis*, licet he» braeus significet *in munitionem.* » Cf. Deut. I, 28. IX, 1.

18. *in domos nostras*—Cod. H notat hebr. legere *ad parvulos nostros;* fortasse auctor huius scholii legebat בניכו pro בתיכו. Pro *usque dum*, codd. A, B, E, F, G, K, Cas. 2., Hugo, Petrus Dam. CXLV, 444. *usquequo;* codd. T, U *usquequo dum.*

19. *quaeremus*—Codd. C, D, F, U, Cas. 6., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Hugo *quaerimus.* Pro *nostram possessionem*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Petrus Dam. l. c. *possessionem nostram;* cod. G *possessiones nostras*, graecus τοὺς κλήρους ἡμῶν. Mox codd. Cas. 10. tacent *eius.*

22. *apud Dominum*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, O, S, T, U, Cas. 12., goth. leg., Bibl. Ord., Hugo praemittunt *et;* codd. F, R, Bibl. Ven. 1476., aliaeque plures edd. *apud Deum.*

23. *dubium est* — Tacent verbum *est* sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, S, T, U, Cas. 17., Hugo. Pro *in Deum*, sixtini, primo gregoriani, codd. mox laudati, et praeterea codd. H, O, V, Bibl. Reg., Lugdun. 1535., all. *in Dominum;* cod. B *in Domino;* his favent hebr. et graecus.

24. *et stabula* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin. *ac stabula.* Pro *ovibus*, cod. E *ovium.*

25. *faciemus* — Cod. A *facimus.*

26. *relinquemus* — Bibl. Ven. 1480. *relinquimus;* Bibl. Ant. 1565. *relinquentes.*

28. *Praecepit ergo* — Bibl. Reg., Lugdun. 1535., all. *Praecepitque.* Ante *tribus* tacent *per* codd. L, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., quibus favent hebr. et vett.

29. *transierint* — Cod. D, et mendose Vulgatus in polyglottis Waltoni *transierunt.* Pro *Galaad*, cod. num. 1. sangermanensis *terram Galaad*, et cod. H notat ita legi in hebraeo textu, cui omnes veteres consentiunt.

30. *armati*—Hanc vocem expunxerunt sixtini; eamdemque praetermittunt codd. A, B, C, D, E, F, G, K, O, R, S, T, U, V, Cas. 16., Urbinas, Bibl. Ord., Reg., Ven. 1476., aliaeque quamplures edd.; at legunt hebr. et vett.

31. *filii Ruben* — Cod. K tacet *filii*, ut supra v. 25. Cod. B tacet *est* post *locutus.* Pro *servis suis*, cod. sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Lugd. 1533. 1542., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544. *servis tuis;* item hebr. et veteres (mendosa est enim latina versio syri in polyglottis), excepto graeco qui in vaticana ed. tacet pronomen, in cod. sarraviano addit σοῦ, sed in plerisque aliis codd. apud Holmesium, quibus addes Tischendorf. I, 132., legit αὐτοῦ, ut armenus, georg., slav.

32. *confitemur*—Codd. F, Cas. 1., Urbinas *confitebimur.* Pro *trans Iordanem*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, G, H, Cas. 2. *cis Iordanem:* « Ita, ait Martianaeus, legunt ms. Bi» blior. codex reg. num. 3563., corbeien. alter » num. 10. et unus sangerman. num. 7. Alii » cum editis *trans Iordanem*, sed incongruo » sensu. » Nam versic. 19. dixerant *nec quidquam quaeremus trans Iordanem*, quia iam obtigit nobis hereditas nostra cis Iordanem. Huc spectare videtur glossa edita ab Arevalo inter Opp. s. Isidori VII, 415. quae habet: « *Cis* mista ripa. » Hebraeus enim legit מעבר quod *e regione* reddi potest, atque usurpatur tam de ulteriore, quam de citeriore regione, uti patet ex laudato vers. 19.; conf. Gesenii *Thes. p. 986.;* eademque ratio locum habet in syro, arabe et chaldaeo, quippe qui hebraicae voci plane consonant; graecus ἐν τῷ πέραν, quod item interdum *ultra*, interdum *citra* significare bene admonet Flaminius Nobilius in h. l. et Schleusnerus in suo *Thesauro IV, 281.* Ad locutionis ambiguitatem vitandam codd. B, Cas. 1. *ante Iordanem*, graecus ven. πρόσθεν τοῦ Ἰαρδένου.

33. *et Ruben*—Cod. E *et filiis Ruben;* item hebr. et vett. Pro *filii Ioseph*, Bibl. Ordin., Hugo *filiis Ioseph;* graecus υἱῶν, sed conf.

Holmesius; cod. 152. Kennic. בני. Pro *Amorrhaei*, codd. Cas. 2. *Amorrhaeorum*. Ante *terram* tacent *et* codd. H, sangermanensis apud Steph. et lovanienses, priores edd. Roberti Steph., all.; quibus consentiunt hebr. et veteres. Mox cod. E omittit *per circuitum*.

34. *Ataroth* — Vide supra ad versic. 3.

35. *et Etroth*—Sixtus et veteres edd. paene omnes *et Roth;* hinc Toletus: « Lege *Etroth;* » sic mss.; et videtur error impressorum, » qui illud *et* diviserunt, ut videtur in Reg., » quasi esset coniunctio, cum sit pars huius » nominis. Utraque Congregatio sic censuit. » Sixtini enim et gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, goth. leg. habent *Etroth:* animadvertendum tamen est antiquiores quosdam codices eam scribendi rationem prae se ferre ex qua vix certo definiri possit utrum legant *et Roth*, an potius *Etroth*. Praeterea recte quidem Toletus adserit particulam *et* cum nomine *Roth*, ad quod pertinet, coniungendam esse; id enim ex hebr. et antiquis interpretibus (excepto alexandrino, in quo hoc nomen desideratur) manifestum est: at vero hebr. et veteres coniunctionis particulam eidem nomini praeponunt, unde merito Angelus Rocca scripsit *et Etroth*. Bukentopius quoque p. 397. adnotavit: « Occasione » praecedentis *et*, in multis latinis codicibus, » omissa est sequentis nominis prima sylla- » ba, nimirum *et*, scriptumque *et Roth*, pro » *et Etroth*. » Cod. H et Bibl. Lugdun. 1535. cum hebraeo *et Atroth;* cod. V *et Aroth*.

Ibid. *et Sophan* — Tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, goth. legion. Recte autem sixtini tum nexum, tum comma quod praecedit abiecerant; nam unius oppidi Gaditarum nomen esse videtur *Etroth-Sophan*, seu, uti scribitur in Bibl. Lugdun. 1535. *Atrothsophan*. Hinc nullus veterum copulam interponit; nec enim obstat graecus legens καὶ τὴν Σοφάρ; nam graecus, uti supra dictum est, praetermittit *Etroth*. Ceterum, missis aliis nominis *Sophan* varietatibus, Bibl. Compl., Reg., Rob. Steph. 1545., all. habent *Sopham*, quibus accedunt samaritanus et syrus. Sequitur *et Iazer, et Iegbaa;* utramque coniunctionis particulam expungunt sixtini; priori loco favet cod. K, altero loco codd. A, B, C, D, E, F, G, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. Pro *Iegbaa*, quidam codd. et edd. *Iecbaa;* alii cum Bibl. Compl., Reg. *Iechaa*.

36. *Betharan* — Quidam codd. et edd. *Betharam*, et ita legit hebr. ad Ios. XIII, 27.; cf. Gesenii *Thes. p. 194.*, Holmesius, Hieronymus III, 25. 38. 171. Pro *munitas*, cod. E *muratas;* conf. ad vers. 17. Pro *caulas*, Bibl. Lugd. 1535. *casas*. Mox cod. H monet hebr. non legere *suis*.

37. *Filii vero* — Cod. Cas. 1. *Filii quoque;* codd. E, G tacent *vero*.

38. *Nabo* — Codd. B, G cum hebr. *Nebo;* item Vulgatus ad vers. 3. et I Paral. V, 8.; conf. Deut. XXXII, 49. XXXIV, 1. ubi cognominis mons memoratur. Alias saepius in Vulgato legitur *Nabo*, item apud Hieronymum III, 251.; cf. Holmes. Pro *versis nominibus*, mendose codd. C, D, T, U *universis nominibus;* cod. H notat hebraeum legere *et Musaboth Sem*, quasi haec essent nomina propria; at egregie verba sacri textus latine reddita sunt in hieronymiana interpretatione. Pro *Sabama*, cod. B *Sebama;* cod. H ex hebr. *Sibama;* conf. supra ad vers. 3. Pro *extruxerant*, sixtini cum cod. A *extruxerunt*.

41. *Havoth Iair, id est Villas Iair*—Cod. H monet in hebr. non legi verba *id est, Villas Iair*, quae a latino interprete recte adiecta fuere; eadem desiderantur in Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569.; Vulgatus ad III Reg. IV, 13. cum Hieronymo III, 142. habet coniunctim *Avothiair;* at cf. Deut. III, 14. Ios. XIII, 30. Iudic. X, 4.; cod. B *Aahoth Iair*.

42. *Nobe*—Cod. B *Nohe;* cod. H cum hebr. *Noba*. Pro *Chanath*, mendose Bibl. Lugdun. 1522. 1535. all. *Cariath*.

Cap. XXXIII, 1. *egressi sunt* — Bibl. Ord. tacent *sunt*. Pro *de Aegypto*, cod. E *ex Aegypto;* Rupertus *de terra Aegypti*, ut hebr. et veteres.

2. *mutabant* — Cod. O notat quosdam legere *mutabantur*, et ita habent codd. G, R, S, Cas. 1. et Rabanus.

3. *Ramesse* — Cod. H *Ramesses;* alii cum Beda IV, 397. *Rameses;* conf. ad Ex. I, 11.; codd. B, V *Ramasse*, his consonat graecus codex palimpsestus editus a Tischendorfio I, 134. qui legit PAMACCH, itemque coptus. Vocis origo fere incerta; non enim ita facile illam derivare possumus, uti vult Gesenius in *Thes. pag. 1298.*, a Pharaonis ⲢⲎ-ⲘⲤⲤ nomine, qui recentior fuisse videtur. Quid vero si a vituli cultu illam ⲢⲀ-ⲘⲀⲤⲈ dictam existimemus? Mox tacent *mense primo* Beda II, 373. et Ceolfridus LXXXIX, 351., quibus accedunt coptus et syrus.

Ibid. *altera die Phase* — Sixtus, codd. B, C, D, G, I, N* 1. m., P, R, S 2. m., T, U, Cas. 11., Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., Lov. 1547. indeque fere omnes quae prodierunt edd. usque ad annum 1591. praemittunt *fecerunt;* codd. F, V, gothic. legion., Ceolfridus l. c. idem verbum interponunt legentes *altera die fecerunt Phase:* at merito Toletus: « He» braeus, graecus, Complut., Reg., Ordin., » mss., et multi impressi, et utraque Congre» gatio non legunt. » Nam illud verbum sixtini et gregoriani expunxerunt; quibus suffragantur codd. A, E, H, K, L 6., Q, Cas. 12., Bibliorum editiones ante annum 1540. paene omnes; hisce accedunt correctoria M, N, O, quorum prius notat: « *Altera die Paschae*, id » est in crastino Paschae, ut dicit Glossa; » unde non est ibi *fecerunt*, nec hebraeus » habet; sic enim construitur: Profecti altera » die Paschae castrametati sunt. » Secundum vero habet: « Non video bene quomodo sit » ibi *fecerunt;* antiqui non (Brugensis legit » *vero* pro *non*) interponunt quod dicitur *fe*» *cerunt;* sed et ipse Strabus habet *altera die* » *post Phase profecti sunt de Ramesse.* » Tertium autem notat: « *Profecti igitur de Rames*» *se mense primo, XV. die mensis primi, al*» *tera die Phase;* suspensiva est constructio » usque ibi (v. 5.) *castra metati sunt:* sic » enim debet construi: Profecti altera die » Phase, id est in crastino Paschae, castra » metati sunt. Et hoc consonat graeco, qui » habet *crastina Paschae* (τῇ ἐπαύριον τοῦ » πάσχα), supple *die*. Per hoc patet vitium » quorumdam qui habent *fecerunt altera die* » *Phase;* nam ante profectionem de Aegypto, » XIIII. die fecerunt Phase, et in crastino, » scilicet XV. die profecti sunt. » Nicolaus quoque de Lira probe animadvertit: « Aliqui » libri sic habent *altera die fecerunt;* sed *fe*» *cerunt* non est in hebraeo, nec in libris » correctis: nec mirum, quia non est de » textu, sed pervertit sententiam, vel saltem » obscurat eam. » Vulgatam lectionem propugnat Bellarminus in *Diss. pro ed. Vulg.*, qui tamen falso autumavit illud verbum in omnibus Vulgati editionibus legi. Denique Lucas Brugensis in eruditis suis *Notationibus* addit tres codices Hunnaei, alterum Plantini et alterum Bessarionis indicare superfluum esse τό *fecerunt;* et concludit: « Videri potest ab » indocto quopiam adiectum, quod neque » facile istud intelligeret, neque prolixioris » sententiae terminationem adverteret. » Cod. P, Isidorus V, 433., Beda IV, 397., Rabanus, Bibl. Colon. 1529., Lugd. 1535., omisso illo verbo, legunt *altera die post Phase* (vel *Pascha*); item Hieronymus I, 465.

5. *Soccoth* — Sixtus cum plerisque edd. *Socoth;* at bene Toletus: « Lege *Soccoth;* sic » mss. et utraque Congregatio; item in libro » Iudicum saepe. » Cf. Hieronym. III, 270. Recte quidem emendarunt sixtini et gregoriani ad codicum fidem; at non ubique eamdem lectionem retinuerunt; cf. dicta ad Gen. XXXIII, 17.

6. *Et de Soccoth* — Antiquiores omnes nostrae edd., codd. G, S tacent nexum. Pro *Etham*, minus recte pauci codd. et edd., Isidorus l. c., Beda II, 373. IV, 397., Bruno ast. *Ethan;* cf. notae Vallarsii ad Hieron. I, 468.; Petrus Dam. CXLV, 549. et Rabanus animadvertunt graecos legere *Buthan;* cf. Hieronym. III, 170. 210. et Sabatier. Mox cod. H notat hebr. non legere *finibus*, nec habetur apud Isidorum et Bedam ll. cc., qui cum Hiero-

nymo I, 468. legunt *quae est in extremo solitudinis.*

7. *contra Phihahiroth* — Cod. E tacet *contra;* in nomine autem *Phihahiroth* mirum quantum discrepent codices et interpretes. Iam adnotavimus ad Ex. XIV, 9. non paucos codices, omissa priori syllaba, legere *Ahiroth,* prout habet Hieronymus III, 24.; sed idem s. Doctor ibid. p. 230. ex graeco habet *Iroth;* ceterum germanam Hieronymi lectionem Martianaeus dedisse videtur, nimirum *Phi Ahiroth,* est enim hebr. פי החירת. Missis reliquis latinorum codd. vitiositatibus, pauca de graecis interpretibus proferemus. Alexandrinus in Ex. XIV, 2. 9. interpretatur ἀπέναντι τῆς ἐπαύλεως; in Num. h. l. τὸ στόμα Εἰρώθ (codex vat. 1. m. Ἐπιρώθ, quod neque Holmesius, neque Maius adnotarunt), at seq. vers. (ubi cf. De-Rossi *Varr. Lectt.*) ἀπέναντι Εἰρώθ, vetus itala utroque loco *Os Eroth;* apud Petrum Dam. l. c. corrupte legitur *Osiraath.* Graecus ven. h. l. et in Ex. ἐπὶ τοῦ στόματος τῶν Ἡρῶν, at in seq. vers. ἀπὸ προσώπου τῶν Ἡρῶν. Aquila, Symmachus et Theodotio Φιεθρώ (videtur legendum Φιερώθ), sed Symmachus ad Exod. l. c. ἐπὶ τοῦ στόματος τοῦ Ιερώθ; Bar-Hebr. tribuit Theodotioni *Pairoth.* Hieronymus I, 468. scribit: « Quarta » mansio est *Phiahiroth,* quae interpretatur » *os nobilium,* scribiturque per litteram *heth.* » Quidam male *Hiroth, villas* putant, error- » que manifestus, quod pro supradicto ele- » mento, *ai* litteram legant. » At qui interpretati sunt *villas* videntur potius legisse הַחֲוֹרֹת.

Ibid. *quae respicit* — Cod. E *quae respiciebat;* codd. Cas. 3. addunt *contra,* graecus ἀπέναντι. Pro *Magdalum,* codd. H, K *Magdolum;* Hieronymus I, 468. III, 242. *Magdol;* cf. ad Ex. XIV, 2.; Vulgatus hoc nomen interpretatur *turre* ad Ezech. XXIX, 10. XXX, 6.

8. *tribus diebus*—Beda II, 374., Rabanus, *viam trium dierum;* item Hieronymus l. c. ex hebr.; conf. Sabatier. Pro *Mara,* Isidorus l. c., Beda IV, 397., all. *Marah,* hebr. מרה.

9. *Elim* — Minus apte nonnulli codd. et antiquiores edd. habent *Helim.*

10. *fixerunt* — Sixtini, codd. C, D, F, H, O, R, T, U, V *fixere;* cod. B praemittit *venerunt in Depheca,* quae pertinent ad vers. 12. Mox pro *Profectique,* sixtini, codd. C, D, T, U, gothic. legion. *Profecti.*

11. *Sin* — Codd. Cas. 2., posteriores edd. Rob. Steph., all. *Sinai;* item cod. 84. Kenn. et cod. 59. Holmesii; Bibl. Paris. 1566. *Zin,* quasi esset צן, quod habet cod. 107. Kenn.; sed communis lectio est סין; cf. ad XX, 1.

12. *Daphca* — Sixtini, codd. A, C, D, E, K, U, V, Bibl. Reg., all., Hieronymus I, 471. *Dephca,* vel *Dephcha;* codd. B, G, S, Isidorus l. c., Bibl. Lugd. 1522., all. *Depheca;* cod. H *Dephaca;* antiquiores edd. plures *Deptha;* cod. F, Petrus Dam. CXLV, 551. *Depthca;* Petrus Dam. ibidem memorat alios legentes *Raphaca,* uti legunt graecus et syrus; de quibus Hieronymus I, 472. « Prudentem studio- » sumque lectorem rogatum velim, ut sciat » me vertere nomina iuxta hebraicam verita- » tem. Alioquin in graecis et latinis codici- » bus praeter pauca, omnia corrupta reperi- » mus . . . ut in praesenti pro *Dephca,* legant » *Rephca,* litteram ponentes pro littera, eo » quod *res,* et *daleth* parvo apice distinguan- » tur. » Alii aliter hoc nomen corrumpunt.

13. *Profectique* — Cod. E *Profecti;* item Hieronymus l. c., Beda II, 374. et armenus. Pro *Alus,* multi praeferunt *Halus,* minus recte; Bruno ast. *Alis,* uti samaritanus; conf. Holmes.

14. *Egressique* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, K, T, U *Egressi;* item armenus. Ante *Raphidim* tacent particulam *in* codd. A, B, C, D, E, F, G, K, O, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. plures. Pro *populo defuit aqua,* sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, T, U, Bibl. Ordin., Hugo *aqua populo defuit;* codd. E, G, R *populo aqua defuit;* cod. V *aqua defuit populo.*

16. *Sed et de* — Tacent *et* codd. Cas. 3., Bibl. Lugd. 1550. 1567., all. Mox vaticanae edd. Clementis VIII. ex typographi incuria

habent *sepulchra concupiscentiae;* cum enim sit loci nomen proprium recte ad XI, 34. et Deut. IX, 22. laudatae edd. habent *Sepulchra concupiscentiae*. Animadverte interpositam adspirationem in voce *sepulchrum*, minus necessariam videri.

17. *Profectique* — Bibl. Ven. 1476. 1482. 1483., all., Beda II, 375. et armenus *Profecti*. De *Haseroth* conf. ad XI, 34.

18. *Rethma* — Beda IV, 400. cum hebr. *Rithma*, unde graecus ven. ἐν Ῥιθμᾷ; mendose cod. B *Regma*, cod. K *Redhma*.

19. *Remmomphares*—Veteres codd. et edd. plures, adstipulantibus hebraeo et graeco, legunt *Remmon Phares;* item Hieronymus I, 478. III, 31. 259., Beda l. c., Petrus Dam. l. c.; alii *Remon Phares;* conf. Sabatier. et Holmes.

20. *Lebna* — Vulgatus pro לבנה posuit *Lebna* h. l. et Ios. X, 29. seqq.; *Labana* Ios. XV, 42.; *Lobna* Ios. XXI, 13. IV Reg. VIII, 22. XIX, 8. et alibi; apud Hieronymum III, 238. *Lebona*. Easdem fere varietates in suis codicibus prae se ferunt graeci.

21. *De Lebna* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *Et de Lebna;* item hebr. et veteres, excepto armeno.

22. *Egressique*—Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, K, R, T, U, Cas. 12., goth. leg., Bibl. Ordin., Hugo *Egressi;* item armenus. In nomine *Ceelatha* vehementer discrepant libri; Rupertus cum Hieronymo I, 479. *Caaltha;* Isidorus V, 447. *Caalatha;* Beda II, 376. et codd. nonnulli *Celatha;* Bibl. Reg. *Ceeletha;* alii aliter.

23. *Sepher* — Apud Petrum Dam. l. c. alii legunt *Sephar;* Rabanus cum Hieronymo l. c. *Sapher*, ut hebr.; at Hieron. III, 270. *Saphar*.

24. *Egressi* — Bibl. Lugd. 1535. *Egressique;* rursum accedunt hebr. et vett., praeter armenum. Princeps editio Clementis VIII. mox legit *Harada*, prout habent plures codd. et edd. veteres, quibus consentiunt hebr. et graecus; in altera vero editione clementina anno 1593. legitur *Arada*, quam lectionem dein reliquae edd. fere universae retinuerunt. At vix dubitare possumus quin genuina lectio sit illa quam prior editio Clementis exhibet; nam altera vitio typographorum adscribenda unice videtur. Miramur autem hanc aliasque non paucas lectionum varietates, quae primam inter et alteram Clementis editionem intercedunt, Bukentopii sollertiam effugisse.

25. *proficiscentes* — Codd. Cas. 2. *profecti*.

26. *Profectique*—Codd. T, U, Beda II, 376. et armenus *Profecti*. Pro *Thahath*, codd. et edd. plures minus apte *Thaath;* Petrus Dam. l. c. dicit alibi legi *Caath*, et ita habet cod. R; graecus Καταάθ.

28. *fixere* — Codd. C, D, F, M, R, T, U *fixerunt*. Pro *Methca*, Beda l. c. *Methica*, ut samaritanus; Petrus Dam. l. c. p. 555. notat: « *Methca*, vel, sicut alibi legitur *Maathica*. »

29. *Hesmona* — Bibl. Lugdun. 1535. cum hebr. *Hasmona;* Beda l. c. cum Hieronymo I, 481. *Asmona;* cf. Hieronym. III, 25. 134. 138.; pauci codd. et nonnullae edd. *Esmona*.

31. *Beneiaacan* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, K, O, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugdun. 1522., all., Isidorus V, 450., Hugo *Baneiacan;* item Hieronymus I, 482. III, 170.; cod. B *Baneiecan;* Vulgatus Deut. X, 6. interpretatur *filiorum Iacan*, uti Alius in Hexaplis h. l., graecus venetus ἐν υἱέσι Ἰαχᾶνος.

32. *Profectique* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, O, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ord., Hugo *Egressique*.

33. *Unde* — Cod. B *Inde*. Nomen *Ietebatha* quod sequitur aliter atque aliter in libris scribitur; cod. B *Hiethabatha* (sic, non autem ut habet Blanchinius); cod. H *Ietabatha* ut Hieronymus I, 483.; Beda II, 377. *Hietabatha;* cod. F *Gethbatha;* cod. V *Gethaebatha;* Petrus Dam. l. c. « Alibi legitur *Iatbatha*. » Cf. ad Deut. X, 7.

35. *Asiongaber* — Beda l. c. *Assion Gaber;* castigandus *Thesaur*. Gesenii, ubi p. 1057. Vulgato tribuitur *Asiongabar*.

36. *haec est Cades*—Cod. B *haec est in Ca-*

des; Cas. 1. *id est Cades;* Beda l. c., Petrus Dam. l. c. p. 556. *quae est Cades.*

37. *in monte* — Bibl. Lugdun. 1513. 1522. 1535., Rob. Steph. 1528. *in montem.* Mox cod. H notat hebr. non legere *finibus;* cf. ad vers. 6.; in cod. E omittitur *terrae;* revera alterutro facile carere possumus; quidam graeci neutrum legunt.

38. *sacerdos in montem* — Non legunt particulam *in* sixtini, codd. A, C, D, G, T, U, goth. legion., Rabanus; codd. B, L 3. tacent *sacerdos,* ut cod. 58. Holmesii. Pro *ibi mortuus est,* cod. H cum Hieronymo I, 485. *mortuus est ibi.* Cod. K tacet *egressionis.* Pro *ex Aegypto,* Bibl. Lugd. 1550. 1567. *in Aegypto.* Pro *prima,* Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *primo.*

39. *viginti trium* — Cod. E *trium.*

40. *Arad* — Quaedam vett. edd. *Araad;* minus apte Vulgatus legit *Hered* Ios. XII, 14. et *Arod* I Paral. VIII, 15. Pro *in terram,* sixtini, primo gregoriani, codd. A, F, H, R, S, T, V, Cas. 19., Bibl. Ven. 1480. 1492. 1494. 1497. 1498., Brix. 1496., all. *in terra;* sixtini censores interpunctionem posuerunt post *Chanaan,* quam Sixtus quoque habet, sed Rocca delevit. At tamen si hebraicum textum antiquosque interpretes contuleris, facile intelliges meliorem esse sixtinorum lectionem, nempe *qui habitabat ad meridiem in terra Chanaan, venisse filios Israel;* Hieronymus I, 486. *qui habitabat ad austrum in terra Chanaan, quod venissent filii Israel;* cf. Bukentopius pag. 153., Abulensis in h. l., De-Rossi *de praec. caus. p. 96.*

41. *Salmona* — Hieronymus l. c. et III, 270., Isidorus V, 453., Beda l. c., Rabanus cum graeco *Selmona.*

42. *Unde* — Codd. G, R, S, V, Cas. 4. *Inde;* conf. ad vers. 33. Pro *Phunon,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Hieronymus l. c., Rabanus, Petrus Dam. l. c. p. 557. *Phinon;* et ita legit Vulgatus ad Gen. XXXVI, 41. et I Paral. I, 52.; accedunt samaritanus, graecus et syrus; apud Beda l. c. mendose (ut alia multa vitio editorum) *Sinon.*

44. *Ieabarim* — Sixtus, plures codd. et edd. *Ieabarim,* de quo cf. ad XXI, 11.; cod. H *Hieabarim;* Petrus Dam. l. c. *Gebarim;* Toletus emendavit; conf. Bukentopius p. 397. et Lucas Brugensis. Cod. H monet hebr. non legere *quae est.*

45. *Dibongad* — Cod. B *Bidongad;* cf. ad XXXII, 3. Cod. H, et Hieronymus I, 488. monent hebraeum in hoc versiculo pro *Hieabarim* legere *Hiim;* hanc autem urbem perperam Vallarsius IX, 280. confundit cum *Hai* de qua Ierem. XLIX, 3.; conf. Gesenii *Thes. pag. 1000.*

46. *Helmondeblathaim* — Cod. B *Halmon Deblathaim;* Rabanus *Almon Deblathaiema;* hebr. עלמן דבלתימה; Hieronymus quoque I, 490. et Beda II, 378. habent *Almon;* item Vulgatus ad Ios. XXI, 18.

47. *Egressique* — Sixtini, codd. A, B (etsi Blanchinius taceat), C, D, F, K, S, T, U, V, gothic. leg., Hugo *Egressi;* his consentit armenus. Pro *ad montes,* Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1522., all. *ad montem;* item Ionathanus, armenus, georgianus et cod. 129. Kennic.; mendose numerum singul. exprimunt versiones latinae syri et Onkelosi; Isidorus V, 456. et Beda l. c. *in montibus;* item Hieronymus l. c. sed pro *venerunt* habet *castra metati sunt.*

48. *transierunt* — Codd. B, K, Cas. 8. *venerunt;* concinit itala apud Sabatierium. Pro *campestria,* cod. A vitiose *campestriam.* Pro *supra* multi codd. et edd. habent *super.*

49. *Bethsimoth* — Cod. H *Beth Isimoth,* hebr. בית הישמת; Rabanus *Bethiesimoth,* prout Vulgatus legit ad Ios. XIII, 20. Ezech. XXV, 9.; codd. C, D, F, G, R, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Bethsimon;* huic lectioni favent itala, syrus, Talmud babylon. et cod. 186. Kennic. Singularis est graecus ven. qui interpretatur ἀπ' οἴκου τῶν Φούδων, et mox pergit ἄχρι τοῦ πεδίου τῶν κιπαρίττων ἐν τοῖς ἐρήμοις Μωάβου. Pro *Abelsatim,* sixtini, codd. H, N *Abelsattim;* codd. plures et antiquiores edd. *Belsatim* vel *Belsattim,* de quo cf. Nobilius; Rabanus *Bethsit-*

tim, conf. Sabatier. et Holmes. Idem videtur ac *Settim*, de quo cf. ad XXV, 1.; apud Hieronym. III, 25. *Abelsettim*. Pro *in planioribus locis*, margo cod. H, Hieronymus I, 491., Isidorus l. c. *in planitie;* Bibl. Compl., Reg., all. tacent *in*.

50. *ad Moysen* — Cod. Cas. 1. et Rabanus addunt *dicens;* item hebr. et vett., excepto syro. Animadverte Holmesium et Maium non adnotasse, verbum λέγων in codice vat. prima manu non in fine versiculi post Ἰερειχώ conscriptum fuisse, sed post Μωϋσῆν.

51. *et dic* — Codd. K, V, Cas. 2., Rabanus cum Augustino *et dices*. Ante *terram* cod. F addit *in*. Ab hoc versiculo non pauci codices capitulum XXXIV. exordiuntur.

52. *terrae illius* — Cod. B 1. m. tacet pronomen ut hebr. et veteres; sixtini, primo gregoriani, codd. A, B 2. m., C, D, E, F, G, H, K, M, O, R, S, T, U, V, Cas. 19., goth. leg., Bibl. Ordin., Rabanus, Hugo *regionis illius;* Toletus quoque adnotavit hanc esse codicum lectionem. Mox Rabanus tacet *confringite*. Pro *titulos*, codd. C, D, F, P, R, S, T, U, V, Cas. 10., Bibl. Ordin., Paris. 1566., all., Hugo, Rabanus *vitulos;* at cod. O notat: « Lege *titu*» *los*, non *vitulos*. » Conf. ad Lev. XXVI, 1. Hebr. משכיות significat cippos cum imagine idoli. Ante *excelsa* tacent *omnia* Rabanus, cod. 80. Kennic., cod. 44. Holmesii et arabs.

54. *vobis sorte* — Cod. F *sorte vobis;* cod. V *vobis in sortem*. Pro *paucis*, Sixtus, codd. R, S, et quamplures veteres edd. *paucioribus;* sixtini censores et clementini, suffragantibus fere omnibus codd. et Bibl. Ordin., emendarunt. Pro *ita tribuetur hereditas*, cod. F *et attribuetur hereditas;* Rabanus *ita hereditas tribuetur*.

55. *nolueritis* — Cod. A *nolueris*.

56. *cogitaveram facere* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus *facere cogitaveram*. Pro *vobis, faciam*, Rabanus *faciam vobis*.

Cap. XXXIV, 1. *Locutusque* — Sixtini, codd. A, D, E, K, N, O, R, S, T, U, V, gothic. leg., Thomas. I, 43., Hugo *Locutus*. Mox tacent *dicens* sixtini, codd. A, B, C, D, E, K, T, U, V, Cas. 13., goth. leg., Thomas. l. c.

2. *et dices* — Cod. F *et dic*.

3. *a solitudine* — Cod. B *a deserto*. Pro *Sin*, Bibl. Paris. 1566. *Zin;* conf. ad XX, 1. Mox Hugo tacet *est*.

4. *circuibunt* — Plures codd. et Bibl. Ord. *circumibunt*. Pro *ascensum Scorpionis* (quam scribendi rationem praetulerunt gregoriani et Toletus), Sixtus cum aliis multis edd. habet *Ascensum scorpionis;* Bibl. Complut. et Reg. *ascensum Scorpionum;* omnes enim veteres legunt עקרבים cum terminatione pluralis Hoc autem nomen rursum occurrit Ios. XV, 3. Iudic. 1, 36. quibus locis Vulgatus legit *Ascensum Scorpionis*. Praeterea huius generis nomina propria ex מעלה composita, in nostris Vulgati editionibus modo per maiusculam efferuntur, uti Ios. XV, 7. XVIII, 18. II Reg. XV, 30., modo per minusculam, uti Ios. X, 10. IV Reg. IX, 27. II Paral. XX, 16. Ante *Senna* tacent *in* sixtini, codd. A, B, K, goth. leg., Rabanus III, 187.; hebr. habet צִנָּה, pro quo Vulgatus ad Ios. XV, 3. posuit *in Sina;* cod. H *in Sinna;* targum Ionathani et hierosolym. לציני; alii non pauci mss. et edd. *in Sennam*. Pro *perveniant*, Bibl. Compl. et Reg. *pervenient*.

Ibid. *a meridie* — Codd. A, C, D, O, S, T, U, V, Palatinus, codd. Martianaei, Beda II, 725., Rabanus *in meridiem;* cod. Urbinas *ad meridianam;* Sixtus, codd. B, F, G, K, R, goth. leg., veteres edd. *ad meridiem;* graecus πρὸς λίβα; hodiernam lectionem invexerunt sixtini et gregoriani, unde Toletus scribit: « Lege » *a meridie;* sic mss. et utraque Congregatio; » et convenit cum hebraeo. » Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 397. Pro *unde*, Bibl. Ord. *inde*. Mox cod. K *egrediuntur*. Pro *Adar*, codd. A, F, G, V *Addar*, uti habet Vulgatus ad Ios. XV, 3., item hebraeus. Ante *Asemona* tacent *ad* sixtini, codd. A, C, D, O, goth. leg., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Rabanus l. c.; codd. G, H, S legunt *ad Esemona;* codd. F, K, V *ad Semona;* cf. Holmes.

5. *Torrentem* — Codd. Cas. 11. *terminum*.

Pro *maris magni*, veteres edd. fere omnes *magni maris:* sixtini ad codicum fidem ordinem inverterunt; praeter slavon. et paucos graecos codd., nullus veterum legit *magni*.

6. *Plaga autem occidentalis a mari magno incipiet, et ipso fine claudetur* — Codd. C, D, G, O, T, U, V, Alfonsus Tostatus *Plagae autem occidentalis a mari magno termini incipient, et ipso fine claudentur;* cod. I addit quoque *termini*, sed post verbum *occidentalis*.

7. *plagam* — Codd. B, G, K, Cas. 1., Beda l. c., Rabanus *partem*. Pro *incipient, pervenientes*, cod. B legit tantum *accipient*. Cod. H notat pro *montem altissimum*, hebraeum legere *montem montium;* at sacri textus verba aptius reddi possunt *Hor montem*.

8. *venient* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, L 6., T, U, Rabanus *venies;* codd. E, K *veniens;* cod. V *venietis*. Animadvertendum autem est quasdam editiones hentenianas manifesto typorum vitio pro *venies* lovaniensibus codicibus tribuisse *veniet;* uti Bibl. Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ant. 1574. 1583., Ven. 1588.; quod quidem mendum Lucas Brugensis in suis editionibus et Waltonus in tom. VI. polyglottorum repetere atque instaurare non debuissent. Pro *Sedada*, cod. E *Sedadi;* cod. P, Hugo, all. *Sedaba*.

9. *usque ad Zephrona* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, K, O, S, T, U, V, goth. leg., Beda l. c. *usque Zephrona;* cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., posteriores edd. Rob. Steph., all. pro *Zephrona* legunt *Ebrona;* cod. R *Ephrona;* alii cum Bibl. Reg. *Hebrona;* graecus corrupte Δεφρωνά, at cod. vatic. 2. m. Ἐφρωνά, quod neque Holmesius, neque Maius adnotarunt. Pro *villam Enan*, hebr. חצר עינן, quod Vulgatus reddit *atrium Enan* Ezech. XLVIII, 1. seu *atrium Enon* ibid. XLVII, 17. (ubi hebr. עינון); cf. Hieronymus V, 598.; veteres edd. non paucae praeferunt *Henan*, de quo cf. ad Num. I, 15.

10. *usque Sephama* — Codd. R, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *usque ad Sephama*.

11. *descendent* — Rabanus *descendunt*. Pro *Rebla*, Sixtus cum codd. G, R, S, antiquisque edd. *Reblatha;* all. *Reblata;* at Toletus: « Lege » *Rebla;* ita hebr., mss. et Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani, consentientibus fere omnibus codd., emendarunt; item ad IV Reg. XXIII, 33. At Vulgatus rursum habet *Reblatha* ad IV Reg. XXV, 6. 20. 21. Ier. XXXIX, 5. 6. LII, 9. 10. 26. 27. Haec autem lectionis varietas ex hebraeo רבלתה et רבלה, quod idem est, derivata fuit; cf. Hieronymus (III, 69. 263. V, 599.), qui Antiochiam Syriae intelligebat; at nostrae aetatis geographi aliter opinantur; cf. Roedigeri *Addenda* ad Gesenii *Thes. p. 111*.

Ibid. *contra fontem Daphnim* — In primis pro *Daphnim*, cod. H *Daphin;* cod. K *Daphimin;* Bibl. Ven. 1479. *Dapni;* alii codd. et edd. nonnullae *Daphnin;* alii aliter hoc nomen corrumpunt; at vero illud omnino expungunt sixtini, neque enim legunt codd. A, D, E, T, Urbinas, quem sequitur Vallarsius, alius vetus codex a Martianaeo laudatus, Beda l. c., Rabanus III, 187. (at alibi legit), Bibl. Ven. in fol. 1482.; hisce suffragantur correctoria M, N, N*, O, quorum primum notat: « *Daphnem* glossa est; hebraeus et » antiqui non habent. » In postremo autem, excitatis Hieronymi (V, 599.) verbis: « Ut » scias *Reblam* hanc significare urbem *(Antiochiam)*, quae nunc in Syria Coele nobi» lissima est, sequitur *contra fontem*, quem » perspicuum est significare *Daphnem;* » auctor correctorii subiungit: « Per hoc patet » quod *Daphnem* non est de textu, et quod » hic *Rebla* est, non *Reblatha*. » Liranus quoque diserte scribit: « In aliquibus libris ad» ditur *Daphnem*, sed non est in hebraeo, » nec in libris correctis. » Horum autem sententiam nos ultro amplectimur; nec enim dubitare possumus quin ex laudatis Hieronymi verbis, quae et apud Bedam, Rabanum aliosque recitantur, illud glossema, quod in recentioribus codicibus legitur, petitum fuerit. At tamen audiamus Toletum: « *Daphnim*, alii » *Caphnim* (ita Bibl. Ven. 1588.). In hebr. » non legitur nomen huius fontis, sed tan-

» tum *fontem:* immo quidam putant esse no-
» men proprium *Ain* (עין); hoc enim apud
» hebraeos significat *fontem.* Quidam mss.
» non legunt *Daphnim,* sed impressi legunt.
» Abulensis affirmat positum esse a Hiero-
» nymo, quia sciebat illum fontem sic appel-
» lari; dicitque in aliquibus codd. haberi loco
» illius *Phen.* Censet tamen Hieronymum le-
» gisse *Dathnim.* Posterior Congregatio reti-
» nuit ut in textu (seu ut in edit. Sixti V.),
» quia communiter legitur. » Cod. H notat he-
braeum legere *ad orientem,* item margo Bibl.
Rob. Steph. 1532.; sed dubitari nequit refe-
rendum id esse ad vocem מקדם, pro qua
Vulgatus ponit *contra.* Graecus ven. ἀπ' ἀνα-
τολῶν εἰς Αἶν. Mox cod. Cas. 1. tacet *Orien-
tem ad.* Vallarsius mendose habet *a mare.*
Pro *Cenereth,* codd. B, E, H, K *Chenereth;* ad
Ios. XI, 2. XII, 3. legitur *Ceneroth,* III Reg.
XV, 20. *Cenneroth;* sed eadem fere varietas
in hebr. textu occurrit; seriori aetate hic dic-
tus fuit lacus *Genesareth.*

12. *usque ad Iordanem* — Sixtini, codd. A,
B, C, E, K, Bibl. Ven. 1476., Reg. all., Ra-
banus l. c. *usque Iordanem.*

13. *Haec erit* — Cod. H et veteres inter-
pretes *Haec est.* Pro *Dominus dari,* sixtini,
codd. A, C, D, E, G, T, U, Rabanus *dari Do-
minus;* Bibl. Ven. 1494. 1498., Brix. 1496.,
Lugd. 1535. *Dominus dare;* graecus Κύριος
δοῦναι αὐτήν.

14. *cognationum numerum* — Codd. R, S,
Cas. 2. *cognationem et numerum;* alii codd.
cognationem, numerum; Cas. 1. *cognationem
suam;* cod. V *cognationes numeratae sunt.* Pro
media quoque, Rabanus *mediaque.*

15. *id est, duae semis tribus* — Haec verba
sixtini primo expunxerant, aut saltem subno-
taverant, dein eadem restituerunt. Quidam
codd., uti R, S, post *duae* addunt *et;* immo
sunt qui hanc particulam omnino necessa-
riam existimant; at bene cod. N adnotat:
« Quod dicitur *duae semis* non recipit con-
» iunctionem *et.* » Conf. ad Ex. XXXVII, 1.
Pro *acceperunt partem suam,* codd. B, goth.
legion. *accipient partes suas;* graecus quoque
habet plurali num. τοὺς κλήρους αὐτῶν.
Pro *orientalem,* Rabanus *occidentalem.*

17. *vobis dividentur* — Bibl. Paris. 1566. *di-
vident vobis;* Philippus de harv. CCIII, 759.
sorte dividet.

18. *de tribubus singulis* — Codd. Cas. 3. *per
singulas tribus;* cod. T *singulis de tribubus;*
codd. R, S, V, Bibl. Ord. *de singulis tribubus.*

19. *Caleb* — Pauci codd. et plures edd.
hoc loco habent *Caleph,* ita Bibl. Rob. Steph.
1540. 1545., Lovan. 1547.; cf. ad XIII, 7.

20. *Ammiud* — Cod. B *Ammiod;* cf. ad I, 10.

21. *Elidad* — Cod. B *Eliad,* ut georg.;
codd. C, D, U, Hugo, all. *Halidad;* alii *Heli-
dad;* cf. ad XI, 26. et De-Rossi in *Suppl. ad
Varr. Lectt.* Pro *Chaselon,* cod. B cum graeco
Chaslon; cod. H accedit hebr. legens *Chi-
selon;* alii plures *Caselon,* graecus Complut.
Χασελών.

22. *Bocci* — Cod. H monet hebr. legere
Dux Bocci; et sic deinceps per singulas tri-
bus additur נשיא.

23. *Filiorum Ioseph* — Haec desiderantur
in cod. K. Pro *Hanniel,* Sixtus, posteriores
edd. Rob. Steph., Lovan. 1547., all. *Haniel,*
prout legit Vulgatus ad I Paral. VII, 39. et
graecus; Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Ban-
nihel,* all. *Banniel;* hodiernam lectionem ad
fidem plurimorum codd. invexerant sixtini,
Rocca instauravit. Pro *Ephod,* cod. B *Ebod;*
Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Ephot;* cod. F
Sephod; alii aliter.

24. *Camuel* — Quidam codd. et edd. *Ca-
muhel.* Pro *Sephthan,* quod recte posuerunt
sixtini, veteres edd. pleraeque aut *Septhan*
aut *Sephtan.*

25. *Pharnach* — Cod. B *Pharenach;* Bibl.
Ordin., Reg., all. *Pharnath.*

26. *Ozan* — Codd. B, H, Bibl. Lugd. 1535.
cum hebr. *Azan.*

27. *Ahiud* — Codd. C, D, F, all., Bibl. Ord.,
Reg., all. *Habiud* vel *Abiud;* cod. B *Aidod.*

28. *Phedael* — Cod. B cum graeco *Phadael;*
Bibl. Lugd. 1535. *Phadahel;* alii plures *Phe-
dahel.* Pro *Ammiud,* non pauci codd. et edd.
Amiud.

29. *praecepit* — Sixtus et quamplures veteres edd. *praeceperat;* sixtini et gregoriani ad fidem codicum fere omnium emendarunt.

Cap. XXXV, 1. *Haec quoque*—Cod. B *Haecque;* cod. H notat hebr. legere *Et.* Ante *Moysen* cod. B 1. m. tacet *ad.* Pro *supra,* plures codices *super;* it. in sequenti capitulo v. 13.

3. *in oppidis* — Cod. E *in urbes;* mox tacet *ac iumentis.*

4. *mille passuum spatio*—Cod. B *mille passuum per circuitum spatia;* Bruno ast. tacet *spatio.* Pro *tendentur,* codd. C, D, O, S, T, U, Bibl. Lugdun. 1522. 1535., all. *tenduntur;* cod. A 1. m. *tendetur.*

5. *duo millia erunt cubiti* — Cod. V, Bibl. Ordin. *erunt cubiti duo millia.* Post *similiter* tacent *erunt* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 6., goth. legion. Post *respicit* tacent *ad* sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, R, S, T, U, gothic. legion., Bibl. Ven. 1476., Ord., all. Post *mensura,* cod. F tacet *erit.*

6. *auxilia* — Bibl. Compl. et Reg. *auxilia.* Pro *fugiat ad ea qui fuderit,* cod. Cas. 1. *fugiant ad ea qui fuderint.* Ante *exceptis* codd. B, G, Cas. 6. tacent *et;* sed cod. O monet non esse praetermittendam hanc particulam.

8. *Ipsaeque* — Codd. K, V *Ipsae quoque;* Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1423. *Ipsae autem.* Pro *de possessionibus,* codd. F, R, Concil. Aquisgr. l. c. *ex possessionibus.*

10. *in terram* — Codd. F, G, R, Prudentius trec. CXV, 1092., Bruno ast. *in terra.*

11. *in praesidia* — Cod. B tacet *in.* Pro *fuderint,* codd. F, S *fuderunt.*

12. *cum fuerit profugus* — Sixtini, codd. A, E, G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *cum fugerit profugus;* Bruno ast. *cum profugus fuerit.* Pro *non poterit eum occidere,* codd. A, C, D, E, F, H, K, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus *eum non poterit occidere;* Bruno ast. *eum non poterit interficere;* Bibl. Paris. 1566., all. *eum occidere non poterit.* Pro *causa illius iudicetur,* cod. H notat hebr. legere *ad iudicium;* Augustinus ex graeco *in iudicium;* cod. B *causa illi iudicetur.* Hieronymianae interpretationis elegantiam Eugubinus hoc loco merito extollit.

13. *separantur* — Cod. E *praeparantur.*

14. *tres in terra* — Cod. H *tres erunt in terra;* favent hebr. et veteres.

16. *Si quis ferro percusserit, et mortuus fuerit qui percussus est: reus erit* — Codd. C 1. m., D, F, S, T, U, V 1. m., Cas. 2. *Si quis ferro percusserit, et mortuus fuerit; qui percusserit reus erit;* cod. Cas. 1. *Si quis ferro percussus et mortuus fuerit, qui percussor est reus erit.* Post *ferro* codd. S, Cas. 1. addunt *hominem.* Pro *morietur,* Bibl. Ord. *moriatur.*

17. *et ictus* — In cod. O adnotatum legimus: « *ictus,* id est percussus; moderni *ictu,* » id est percussione; » ita codd. R, S.

19. *statim ut apprehenderit eum, interficiet* — Bibl. Lugdun. 1522. praemittunt *et;* Bibl. Sixti V. praetermittunt verbum *interficiet,* his accedere videntur syrus et arabs. At recte Toletus: « Repone *interficiet.* Compl., Lovan., » Reg. legunt *interficietur;* mss. *percutiet;* alii » codd. *interficiet,* et sic censuit Congregatio. » Idem est sensus; et omnino legi debet sive » active, sive passive. Sixtus utrumque ab» stulit. In hebr. et graeco legitur active *oc*» *cidet eum* seu *interficiet.* » Pauca ad hanc Toleti notationem adiicienda sunt. Legunt *interficietur* Bibl. Ven. 1476. 1482. 1484. 1492., Brix. 1496., posteriores edd. Rob. Steph., all.; accedunt codd. P, Cas. 1. qui habent *percutietur;* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, I, K, N, O, T, U, V, Cas. 19., goth. leg., Bibl. Ordin., Paris. 1566., Hugo, all. *percutiet;* gregoriani primo ad Biblia Sixti notaverant addendum *interficiet* vel *percutiet;* dein hoc postremum expunxerunt, indeque hodierna lectio prodiit, quam confirmant codd. H, L 6., Q, R, S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1479. 1480. 1483. 1494. 1498., priores edd. Rob. Steph., all., itemque Augustinus. Conf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 398.

20. *iecerit* — Cod. B *iniecerit;* Bibl. Lugd. 1522. *eiecerit.*

21. *esset inimicus* — Cod. F *inimicus esset.*

Sixtini emendarunt editionem Antuerp. 1583. in qua legitur *ingulabit*.

22. *fortuitu* — Sixtini praetulerunt *fortuito*, quod habent codd. C, D, N, P, U, all.; Cas. 1. legit *fortuna*. Mox tacent nexum cod. H et sangermanensis a Stephano et Iovan. excitatus, quibus concinunt hebr. et veteres, excepto armeno; mendose autem exprimitur particula *et* in latina versione Onkelosi et Ionathani.

24. *ventilata* — Codd. B, G, R, S, V, goth. legion. *fuerit ventilata;* cod. O monet expungendum *fuerit*.

25. *moriatur* — Cod. C *morietur*.

27. *fuerit inventus* — Rabanus *inventus fuerit*. Cod. O adnotat quosdam legere *noxia* pro *noxa*, quod idem censetur.

28. *in urbe residere* — Codd. Cas. 2. praemittunt *sustinere et;* cod. V tacet *in urbe*.

34. *Atque ita* — Bibl. Paris. 1566. tacent *Atque*. Pro *emundabitur*, Rabanus *mundabitur*. Pro *me commorante*, cod. B *ne commorante;* cod. U, Bibl. Brix. 1496., Rabanus *me commemorante*.

Cap. XXXVI, 1. *et principes* — Codd. H, V tacent nexum; item hebr. et veteres. Pro *Galaad*, cod. A 1. m. *Gaad;* cod. E *Gad;* conf. Holmes. Mendose Vallarsius pro *Machir* legit *Macchir*. Pro *filiorum Ioseph*, cod. E *familiarum Ioseph*.

4. *iubileus* — Sixtini *iobeleus;* de hoc verbo conf. dicta ad Lev. XXV, 10.

6. *haec lex* — Cod. B *haec est lex*. Pro *promulgata est*, glossa inter opp. Isidori VII, 415. *promulgatur*. Post *tantum* tacent *ut* codd. N*, R, S, gothic. legion.; conf. nota quae sequitur.

7. *ne commisceatur* — Cod. N habet hoc scholion: « Si accipiatur *ne* pro *non*, prohi» beretur tantum in illo casu, ut tribus pos» sent commisceri; tamen alii corrigentes re» secant (v. 6.) quod dicitur *ut*. » Nam omnes fere interpretes, collato hebraico textu, consentiunt hanc legem eas tantum spectare feminas ad quas, ob defectum fratrum, hereditas paterna pervenerat. Cf. Natalis Alex. *Diss. 39.* et *40.* ad *sec. IV. Hist. Eccl.*, Calmetus, Cornelius a Lapide, Estius, Tirinus, Masius, Bukentopius p. 21., aliique plures. Pro *et cognatione*, cod. E *et de cognatione*.

8. *de eadem tribu maritos* — Primo sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *maritos de eadem tribu*.

10. *ut fuerat* — Codd. B, O, R, S, Cas. 12., Bibl. Ordin., Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., Rabanus *ut sibi fuerat*.

11. *Noa* — Codd. C, D, G *Noba;* codd. H, S, V *Noha;* de hoc aliisque nominibus conf. supra ad XXVI, 33. XXVII, 1.

12. *mansit* — Bibl. Lugdun. 1526. 1535. *remansit*.

13. *quae mandavit* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, L 3., Q, R, S, T, U, V, Cas. 23., goth. legion., Bibl. Ordin., Concil. Aquisgr. l. c. *quae praecepit*.

DEUTERONOMIUM

Liber Deuteronomii, hebraice Elle haddebarim — Hebraicarum vocum interpretationem, *id est, Haec sunt verba,* quam Lovanienses addiderant, sixtini de more expunxerunt. Sixtus posuit tantum *Liber Deuteronomii;* gregorianis placuit restituere verba *hebraice Elle haddebarim* sine ulla interpretatione. Cf. dicta ad titulos superiorum librorum.

Cap. I, 1. *ad omnem Israel* — Codd. Cas. 10. *ad filios Israel;* concinit arabs. Pro *trans Iordanem,* anonymus apud Hieronymum III, 743. *in transitu Iordanis,* et ita legi in hebraico adnotat cod. H; conf. supra ad Num. XXXII, 32. Eadem occurrit lectio ad vers. 5. Ante *campestri* addunt *in* laudatus anonymus, margo Ordin. et veteres omnes cum hebraeo, de quo rursum monet cod. H; hebr. בערבה significat *in regione arida* seu deserta; alii interpretantur *in planitie;* cf. ad III, 17.

Ibid. *contra Mare rubrum* — Hebraeus habet סוף מול, graecus ven. ἀντικρὺ φύκους, quod nomen ad mare rubrum retulit Hieronymus cum alexandrino (at antiquiores codices omnes tacent Θαλάσσης), Onkeloso, Aquila et Symmacho; at verius fortasse pro nomine loci in finibus Moabitarum siti accipi potest. Pro *Thophel,* alii mss. et edd. legunt *Tophel;* eademque ratione Vulgatus habet *Achitophel* II Reg. XV, 12. seqq. Pro *et Laban,* cod. B *et Lalan;* cod. F tacet *et.* De *Haseroth* conf. ad Num. XI, 34. Pro *ubi auri est plurimum,* cod. F *ubi auri plurimum est;* cod. V, Hugo *ubi est auri plurimum;* laudatus anonymus legit *et auri abundantiam;* cod. H notat hebr. legere *et abundantia auri;* sed Isidorus Clarius et margo Ordin. habent *et Dizaab* (ex hebr. ודי זהב) pro nomine proprio; Eusebius apud Hieronymum III, 183. « *Cata ta* » *chrysea* (κατὰ τὰ χρυσέα), sunt montes » auri fertiles in deserto, procul undecim » mansionibus a Choreb, iuxta quos Moses » Deuteronomium scripsisse perhibetur. »

2. *undecim diebus de Horeb per viam montis Seir usque ad Cadesbarne* — Anonymus apud Hieronymum III, 743., et ex hebr. codex H legunt *undecim dierum iter de Horeb ad montem Seir, usque Cades Barne,* alexandrinus ἕνδεκα ἡμερῶν ἐκ Χωρὴβ ὁδὸς ἐπ' ὄρος Σηεὶρ ἕως Κάδης Βαρνή; de nomine *Horeb* conf. ad Ex. III, 1.; post *usque* tacent quoque particulam *ad* sixtini, codd. A, C, D, H, K, T, U, Cas. 7., goth. legion., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1535., all.; cod. B habet *Cades-Berne;* cf. ad Num. XXXII, 8.

3. *prima die* — Vetustiores edd. *primo die;* cod. G *septimo die.* Pro *illi Dominus,* codd. Cas. 8. *illi Deus;* Rabanus *ei Dominus.*

4. *Sehon* — Plures vett. edd. paucique codd. *Seon;* cf. ad Num. XXI, 21. Lucas Brugensis testatur verba *qui habitabat in Hesebon* in quibusdam libris deesse; his accedit cod. 191. Kenn.; pro *habitabat,* Sixtus, plerique codd. et veteres edd. habent *habitavit;* at Toletus: « Lege *habitabat;* sic mss. et utraque Con- » gregatio. » Ita nempe sixtini, gregoriani, codd. A, E, F, Cas. 7., quibus favent hebraeus et vett. De iis qui scribunt *Esebon* conf. ad Num. XXI, 25.

Ibid. *Astaroth* — Vulgatus I Paral. VI, 71. habet *Astharoth;* codd. A, B, C, D, E, F, G, K,

N*, R, S, T, U, V, Cas. 24., Bibl. Ven. 1476., aliaeque edd. antiquiores *Aseroth;* at cod. V monet alias legi *Astaroth;* cod. N recte adnotat: « Plures libri, vitio scribentium in latino » hebraea nomina, habent *Aseroth* (cod. *As-* » *seroth*); sed quia hebraeus et graecus in » veteri translatione de antiquo hebraeo ha- » bent *Astaroth*, et quia saepe coniungitur » cum *Edrai*, non solum hic, sed etiam ali- » bi, ut Ios. XII. (v. 4.) et XIII. (v. 31.), » et quia *Astaroth* pertinet ad terram ultra » Iordanem (Num. XXXII. secundum hebr. » de *Aseroth* nihil dicitur ibi), *Astaroth* cer- » tum est hic esse. » Huic notationi consonat scholion quod habetur in cod. O, ubi legimus: « Quod hic debeat esse *Astaroth*, et » non *Aseroth*, sicut quidam habent, patet » per Ios. IX. (v. 10.) ubi sic dicitur: *et* » *duobus Amorrhaeorum regibus trans Iorda-* » *nen Seon regi Esebon et Og regi Basan, qui* » *erant in Astaroth;* et Ios. XII. et XIII. » Houbigantius, De Vence aliique perperam confundunt hoc nomen עשתרת cum *Atarоth* עטרות, de quo diximus ad Num. XXXII, 3.; neque id ferendum esset etsi codex samaritanus legeret עתרות, uti adfirmat Houbigantius; verumtamen nullum huius samaritanae lectionis vestigium apud Waltonum et Kennicottum reperimus. Probe autem duo illa nomina secernuntur a Hieronymo III, 24. 33. 135. 136.

5. *legem* — Cod. H monet hebr. addere *hanc*, quod et reliqui interpretes exprimunt, excepto georg., cui accedunt cod. 95. Kenn. et cod. 30. Holmesii.

6. *ad nos in* — Rupertus *nobis in;* cod. O notat non esse addendum *monte*.

7. *montem Amorrhaeorum* — Quidam legunt ut vers. 19. *montem Amorrhaei*. Pro *et humiliora*, cod. H *et ad humiliora*.

8. *tradidi vobis* — Cod. I, margo Ord. addunt *terram*, ut hebr. et vett. Pro *super qua*, codd. E, F, G, K, O, R, Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugdun. 1535., all. *super quam*. Pro *Abraham*, cod. B *Abrahae;* codd. A, C, D, E, F, G, K, T, V addunt *et;* item graecus, syrus et arabs, licet in latina horum versione non exprimatur.

9. *Dixique* — Codd. Cas. 4. *Dixi quoque;* cod. B *Dixit quoque;* codd. C 1. m., E, U, Bibl. Ven. 1476., all. mendose *Dixitque;* item Bibl. Rom. 1671. Pro *illo in tempore*, codd. F, S, Bibl. Ord., Rabanus, Concil. Paris. ed. Hard. IV, 1336. 1358. *in illo tempore;* codd. E, U, V, Cas. 10., gothic. leg., Petrus Com. *illo tempore;* cod. G *in tempore illo*.

10. *quia Dominus* — Concil. Paris. l. c. *quoniam Dominus*. Pro *Deus vester*, codd. G, V, Cas. 1. *Deus noster;* item armenus et pauci graeci codices. Pro *plurimi*, codd. A, B, F, U, V, Cas. 13., Concil. Paris. l. c. *plurimae*.

11. *et benedicat vobis* — Concil. Paris. l. c. *et faciat vobis*. Biblia clementina cum Stephano et lovaniensibus hunc versiculum parenthesi claudunt.

12. *negotia vestra sustinere* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rabanus, Concil. Paris. l. c. *vestra negotia sustinere*. Pro *ac iurgia*, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et iurgia*.

13. *ex vobis* — Codd. A, C, D, E, F, G, H, O, R, S, T, U, V, Concil. Paris. l. c. *e vobis*. Mox Rabanus tacet *viros*. Post *gnaros* omittunt *et* codd. G, R, S, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Reg.; posteriores edd. Rob. Steph., all. Pro *ut ponam*, codd. V, Cas. 9. *et ponam*, nec obstant veteres.

15. *Tulique . . . constitui* — Cod. E *Tulitque . . . constituit*. Ante *quinquagenarios* tacent *et* codd. B, G, Cas. 9.; item samaritanus textus, Ionathanus, plurimi hebr. codices et chaldaici apud De-Rossi, sex graeci codd. apud Holmesium. Pro *docerent vos*, cod. F *vos docerent*.

16. *Praecepique* — Codd. F, U, Bibl. Ven. 1501. 1511. 1519., Lugd. 1526. *Praecepitque*. Pro *civis*, codd. C, D, F *cives;* in *Capit. regum Francor.* CXXXVIII, 587. *dives*.

17. *personarum* — Cod. B mendose *peregrinarum*. Pro *audietis ut*, cod. K *auditis aut*. Pro *difficile vobis*, Petrus cantor CCV, 86. *difficilius vobis;* Bibl. Lugd. 1522. *vobis difficile*.

Pro *visum aliquid*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Hugo *aliquid visum*.

18. *Praecepique* — Bibl. Ven. 1511. 1519. Lugdun. 1526. *Praecepitque eis;* Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482. 1484., Brix. 1496., Rob. Steph. 1528., all. *Praecepi eis*, quae lectio ex vers. 16. petita videtur; Bibl. Rob. Steph. 1532., Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., margo Ordin. *Praecepique vobis;* item hebr. et veteres; cum hodierna Vulgati lectione faciunt latini codices paene omnes, Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494. 1498., Ord., Compl., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., all.; item cod. 129. Kennic. et cod. 57. Holmesii. Pro *deberetis*, cod. Cas. 1. *debeatis*.

19. *Profecti autem* — Cod. V, Bibl. Paris. 1566. *Profectique*. Post *et maximam* addunt *solitudinem* Sixtus, codd. C, D, F, N, O, T, U, V, Thomas. I, 50., veteres edd. fere omnes; at cod. O notat: « Hebraeus et graecus » non habent *solitudinem*, nec est necesse » habere; eremus enim et solitudo idem est; » nam eremus graece, desertum vel solitudo » latine sonat. » Hinc Toletus scribit: « Dele » *solitudinem;* sic hebr., graecus, mss., Ord. » et utraque Congregatio; est enim super- » fluum; nam eremus est solitudo; et sic in- » terpretatur Glossa interlinearis *eremum*, id » est *solitudinem*. » Re vera sixtinis et gregorianis consentiunt codd. A, B, E, G, H, K, L 8., M, N*, Q, R, S, Cas. 15., gothic. legion., correctorium sorbonicum, Bibl. Rob. Steph. 1532., aliaeque paucae edd. ex eisdem petitae; conf. Lucas Brugensis et Bukentopius pag. 398. Pro *praeceperat*, codd. Cas. 2. *praecepit*.

Ibid. *Dominus Deus noster nobis* — Cod. F *nobis Dominus Deus noster;* pro *nobis*, codd. B, R, Cas. 1. *vobis*, ut duo codd. holmesiani. Pro *venissemus*, codd. A, B, G, K, R, V, Cas. 3., Beda V, 700. *venissetis;* at codd. N, O, V diserte notant hebraeum et antiquos legere *venissemus*, « non ut quidam corrumpentes fe- » cerunt *venissetis*. » Cod. B addit *usque*.

20. *noster daturus est nobis* — « Quidam » mss., ait Toletus, legunt *vester daturus est* » *vobis;* at Compl., Reg., Ordin., Lov., hebr. » et graecus ut in textu (seu ed. Sixti V.). » Verum ad graecum quod pertinet fallitur Toletus; nam fere omnes graeci codd. cum graeca editione sixtina legunt ἡμῶν δίδωσιν ὑμῖν, item graecus venetus; editio autem graeca Complut. et sex codices holmesiani habent ὑμῶν δίδωσιν ὑμῖν; unicus cod. alexandrinus praefert ἡμῶν δίδωσιν ἡμῖν. Eadem lectionis varietas in latinis codd. occurrit; nam codd. B, L, V, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., aliaeque antiquiores omnes edd., itemque posteriores Roberti Steph. (lovanienses addunt Rabanum et graecum) habent *vester daturus est vobis;* codd. Cas. 10., Bibl. Rob. Steph. 1528., Lugd. 1533. 1542., Ven. 1533., all. *noster daturus est vobis;* cod. G tacet *noster;* reliqui magno numero receptam lectionem sequuntur.

21. *Vide terram, quam Dominus Deus tuus* — Codd. B, V *Videte terram quam Dominus Deus vester;* accedunt graecus, syrus, Ionathanus et Lucifer calar.; Bibl. Lugdun. 1569. tacent *Deus*. Pro *dat*, codd. B, F, G, K, R, S, V, Cas. 16., Bibl. Ord., Reg., Rob. Steph. et vetustiores omnes edd. *dabit;* hodiernam lectionem ad plurimorum codicum fidem admiserunt Bibl. Lugd. 1522. 1526. 1550.; eademque inde in Bibliis hentenianis recepta fuit; cod. O monet hebraeum pro *dat* legere *dedit*. Ante verbum *ascende* codd. E, G addunt *et;* mox cod. V. pergit hac ratione *dabit vobis: ascendite et possidete eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus nostris: nolite metuere nec quidquam paveatis;* graecus, syrus, Ionathanus, Lucifer calar. quoad numerum pluralem consentiunt; Beda quoque II, 382. legit *nolite*, et *paveatis*.

Ibid. *locutus est Dominus Deus noster patribus tuis* — Cod. H *locutus est tibi Dominus Deus patrum tuorum;* item Isidorus Clarius, hebr., Onkelos, graecus ven., arabs et persa; cum hebraeo consentit samaritanus textus; at latinus eius interpres accepit לְךָ *(tibi)* pro verbo, adeoque reddidit *ito;* alexandri-

nus vero, syrus et Ionathanus habent *vobis*, legunt enim *locutus est Dominus Deus patrum vestrorum vobis;* at tamen pro ὑμῖν, sex codd. graeci ἡμῖν, item Lucifer calar. Praeterea tum latini, tum graeci codices alias hoc loco prae se ferunt varietates; nam pro *Deus noster*, cod. F, Beda II, 382. et duo codices Kennicotti habent *Deus tuus;* codd. Cas. 3. et Ionathanus *Deus vester;* codd. B, K, Cas. 11., goth. legion., Palatinus aliique apud Martianaeum pronomen praetermittunt, quod neque in hebraeo, neque in reliquis versionibus legitur; Lucifer calar. tacet quoque *Deus;* pro *patribus tuis*, quidam codices Martianaei (it. cod. V, ut supra diximus) *patribus nostris;* graecus cod. vaticanus aliique sex codices holmesiani, armenus et Lucifer calar. *patrum nostrorum;* duo graeci codd. τοῖς πατράσιν ὑμῶν. Pro *timere*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, O, S, T, U, V, Cas. 15., goth. leg., Bibl. Ord., Beda l. c. *metuere*. Pro *quidquam*, cod. B *quemquam;* hebr. et veteres tacent.

22. *ad me omnes* — Cod. B tacet *omnes;* item georg.; conf. Sabatier. Pro *Mittamus*, Beda V, 700. *Mitte;* cf. Num. XIII, 3.; quidam graeci codd. cum armeno et georg. legunt ἀποστείλατε. Post *viros* cod. H monet hebraeum addere *ante conspectum nostrum*, margo Ordin. *ante nos;* idque legunt veteres omnes, excepto syro in polyglottis londinensibus, ubi desideratur ܩܕܡܝ, quod legitur tum apud Ephraemum I, 270., tum in edit. Lee. Pro *pergere civitates*, Rabanus *civitates pergere*.

23. *ex vobis* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, T, U, V, Bibl. Ordin. *e vobis;* cod. K *de vobis*. Pro *de tribubus suis*, cod. Cas. 1., Rabanus *de tribubus singulis*.

24. *et ascendissent* — Bibl. Compl. et Reg., all. tacent. Cod. H notat hebraeum pro *Vallem* legere *Torrentem;* re quidem vera Aquila et graecus venetus habent hoc loco χειμάρρου, sed cf. dicta ad Num. XIII, 25.

25. *de fructibus eius* — Cod. Cas. 1. *de fructibus terrae;* et post *ubertatem* idem cod. addit *eius*. Bibl. Lov., aliaeque plures edd. habent *hubertatem*, quod recte sixtini hoc loco emendarunt; cf. ad Gen. XLI, 26.

26. *Domini Dei nostri* — Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all. tacent *Domini;* item duo codices Holmesii, et, ex mendo, Vulgati editio Sabatierii. Insuper pro *nostri*, codd. L 6., O, Bibl. Lugd. 1535., all. *vestri;* Toletus animadvertit: « Hebraeus, Compl., Reg. » et quidam mss. habent *vestri;* sed Ordin., » Lov., alii mss. et impressi habent *nostri*, » et sic reliquit utraque Congregatio. » Pro hac postrema lectione faciunt fere omnes latini codices, syrus, graecus venetus et alexandrinus, sed conf. Holmesius; reliqui cum hebraeo consentiunt.

27. *murmurastis* — Sixtini, codd. A, C, D, H, K, O, T, U, Cas. 12., Thomas. I, 50., Hugo, all. *murmurati estis;* sed cf. ad Num. XIV, 2. Post *traderet* tacent repetitum pronomen *nos* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, K, T, U, V, Cas. 8., goth. legion., Bibl. Ordin., Ven. 1480., all. Pro *in manu*, Bibl. Ordin. *in manum;* Rabanus *in manus*, item ex graeco Lucifer calar. et arabs.

28. *Quo ascendemus* — Codd. G, Cas. 4. *Quomodo ascendemus*. Pro *nuncii*, margo Ord. et Lucifer calar. *fratres nostri*, et ita legi in hebraeo monet cod. H. Ante *statura* addunt *in* codd. C, D, E, K, N, O, P, T, U, Cas. 4., Hugo; scholiastes in cod. N animadvertit: « Si ibi non esset praepositio *in*, duo abla» tivi ancipitis regiminis sequerentur. » Ante *ad caelum* tacent *et* cod. B, slav. ostrog. Pro *munitae*, codd. L, N*, R, S, V, Cas. 5., Bibl. Ord., Lugd. 1535., Hugo, all. *muratae;* item ex graeco Lucifer calar.; cod. E *munitatae;* cod. N adnotat: « *munitae*, item hebr. quod » proprie munitionem sonat, licet interpretes » ad varie dicendum ponant pro muratione; » require Num. XIII. (v. 29.) et XXXII. » (v. 17.). » Pro *Enacim*, plures codd. et veteres edd. *Enachim;* conf. ad Num. XIII, 23.; alexandrinus hoc loco interpretatur γιγάντων.

29. *Et dixi* — Codd. U, Cas. 3. *Et dixit*.

30. *Dominus Deus* — Cod. F addit *noster*,

ut sex codd. holmesiani, graeca ed. Compl., armenus, slav. et itala; reliqui cum hebr. addunt *vester*, excepto georg. qui cum Vulgato tacet. Pro *ductor est vester*, codd. B, C, D, F, O, T, U, V, Cas. 5., Palatinus, Thomas. l. c., Bibl. Ven. 1476., 1480., Paris. 1566., all. *ductor est noster*. Mox codd. F, R *pro nobis*. Pro *cunctis videntibus*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Hugo *videntibus cunctis*. Animadvertendum sixtinos et Toletum post haec verba punctum posuisse, uti est in Bibl. Reg. et in posterioribus Rob. Steph.; Sixtum vero cum plerisque edd. hentenianis duo puncta; alios denique aut nullam aut minorem interpunctionis notam adhibuisse. Ratio ex sequenti adnotatione patet.

31. *Et in solitudine (ipse vidisti) portavit te* — Cod. G *et in solitudine sicut ipsi vidistis. Portavit te;* Sixtus *et in solitudine (ipsi vidistis:) Portavit te;* Toletus notat: « Lege sic: » *Et in solitudine (ipse vidisti) portavit te.* » Sic habent mss. et impressa emendatiora; » et consonat hebr. et graecus; et utraque » Congregatio censuit. » Quae Toleti sententia profecto pertinet ad interpunctionem ab utraque Congregatione ablatam post verbum *vidistis*, atque adiectam ante laudata verba, prout in edit. Rob. Steph. anno 1545., aliisque paucis ex eadem derivatis factum conspicitur; nam si ad reliquam lectionem, quae re vera a sixtinis et gregorianis, collato cod. A, invecta fuit, referretur, minus vera esset. Nulla enim ex antiquis emendatissimisque editionibus habet *ipse vidisti*, sed consentientibus codicibus omnes legunt *ipsi vidistis*, nulla ante Sixtum parenthesim adhibet: ad graecum vero quod spectat, is cum syro et arabe legit εἴδετε, vel, ut pauci codd. cum edit. Complut., ἴδετε; unicus codex 71. legit εἶδες. Denique adnotamus codd. Cas. 10. et gregorianos particulam *Et* praetermittere. Mox cod. H notat hebraeum non legere *parvulum;* codd. Cas. 2. tacent *filium*. Pro *ambulastis*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, E, F, G, K, T, U, V, Cas. 9. *ambulasti*. Pro *veniretis*, codd. Cas. 9. *venires*.

32. *Et nec* — Sixtini, codd. A, D, T, U *Et ne*. Mox cod. E tacet *quidem*. Pro *vestro*, codd. Cas. 3. *nostro*, uti graecus, sed conf. Holmes.

33. *praecessit vos* — Codd. Cas. 2. *praecessit nos;* item cod. 56. Holmesii et graeca ed. Complut.; cod. F *vos praecessit*. Cod. H monet hebr. legere *castra* pro *tentoria*. Pro *per ignem*, cod. B mendose *per diem*.

34. *Cumque audisset* — Cod. F *Cum audisset;* item georg. Pro *iuravit*, cod. A *iuratus*.

35. *sub iuramento* — Codd. N, P, Cas. 1., Bibl. Reg., Lugd. 1535., all. tacent *sub*.

36. *Caleb filium Iephone* — De iis qui scribunt *Caleph filium Iephonne* conf. ad Num. XIII, 7.; cod. N heic notat: « Scribe *Iephonne* » secundum antiquos et hebraeum, qui pun- » ctat *nun* litteram in ventre. » In margine codicis V legimus: « Hebraeus et antiqui ha- » bent *Iephonne*. » Pro *quia secutus*, cod. E *qui secutus*.

37. *iratus Dominus* — Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *iratus Deus*.

38. *intrabit* — Cod. Cas. 1. *ingredietur*. Pro *sorte terram*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *terram sorte*. Pro *dividet*, sixtini, codd. A, C, E, F, G, K, N, O, R, T, U, V, Cas. fere omnes, Hugo *dividat;* cod. D *dividit*.

39. *ac mali* — Codd. K, S, Cas. 10. *aut mali;* graecus ἢ κακόν; cf. ad Num. XIV, 23.

40. *revertimini* — Cod. D *revertemini*. Pro *in solitudinem*, cod. B *per solitudinem*.

41. *ascendemus* — Codd. A, E, K *ascendimus*. Pro *et pugnabimus*, sixtini, codd. C, D, E, F, G, H, K, R, U, V, goth. leg., Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Hugo *atque pugnabimus;* codd. Cas. 14. cum graeco tacent *et*. Post verbum *praecepit* cod. F addit *nobis*, ut hebr. et veteres. Post *pergeretis* cod. Cas. 1. addit *in pugnam*. Mox Bibl. Lugdun. 1535. legunt *ad montem*.

44. *egressus Amorrhaeus* — Rabanus *Amorrhaeus egressus;* cod. B addit *et*. Pro *habitabat in montibus*, cod. F *in montibus habitabat;* cod. H notat hebr. legere *habitabat in*

monte, et ita legit Vulgatus ad Num. XIV, 45.; conf. supra verss. 7. 19. 20. Pro *solent*, cod. B *volens;* cod. F addit *vos*. Pro *cecidit*, codd. Cas. 10., Rabanus *cecidistis;* cod. P et Hugo *concidit;* Bibl. Lugd. 1535. addunt *vos;* cod. N adnotat: « *cecidit* a *caedo*, quod est » *scindo*, quia hebraeus habet *percussit*. » Cf. Bukentopius p. 22.

Cap. II, 1. *sicut mihi dixerat* — Cod. E tacet *mihi*.

3. *circuire* — Cod. Cas. 1. *circuisse*. Sixtinis cum Bibl. Reg. et Rob. Steph. 1545. placuit scribere *Aquilonem* cum priori littera maiuscula.

4. 5. *et timebunt vos. Videte ergo diligenter ne moveamini* — Collato hebraico textu et graeco, Rob. Stephanus in Bibl. an. 1545. aliter haec distinxit, nempe *et timebunt vos, videte ergo diligenter. Ne moveamini;* at latini interpretis verba hanc interpunctionis rationem aegre admittunt; pro *timebunt*, Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. *timebit*.

6. *aquam emptam* — Cod. B praemittit *et;* item hebr. et veteres, excepto slav. ostrog.

7. *novit* — Cod. B *qui novit;* nonnulli alii codices praemittunt *et*, ut syrus et arabs; at cod. O monet nullam esse copulam.

8. *habitabant in Seir* — Codd. B, F *in Seir habitant;* codd. G, K, Cas. 14. *habitant in Seir;* neque obstant veteres. Nomen *Elath* varia ratione effertur in codicibus; immo Vulgatus ipse habet *Aelath* IV Reg. XIV, 22.; *Ailath* III Reg. IX, 26. II Paral. VIII, 17. XXVI, 2.; *Aila* IV Reg. XVI, 6.; codd. Cas. 11. *Eleath*.

9. *Lot* — Iam monuimus ad Gen. XI, 27. vaticanas editiones, aliasque plures hoc loco et infra ad vers. 19. mendose praeferre *Loth*, quod ex edit. Antuerp. 1583. derivatum fuit. Pro *tradidi Ar in possessionem*, codd. F, U, V, Cas. 13., Bibl. Ven. 1476. 1479. aliaeque plures ex antiquioribus edd. cum syro *tradidi eam in possessionem;* codd. G, Cas. 1. *tradidi in possessionem*.

10. *Emim primi* — Rabanus *Emim in primis;* cod. F *Etenim primi*. Ante *populus magnus* cod. B addit *et*.

12. *Horraei* — Vulgatarum editionum in hoc nomine inconstantiam ad Gen. XXXVI, 22. satis demonstravimus; sixtini hoc loco nonnullique codd. et edd. habent *Horrhaei*, prout est in altera et tertia edit. vaticana Clementis VIII., quas multo plures ex recentioribus edd. sequuntur; at vero Sixtus et princeps editio eiusdem Clementis cum aliis non paucis mss. et edd. libris legunt *Horraei;* codd. C, D, E, G, H, K, N, O, T, U, V, Rabanus *Horim;* codd. Cas. 14., posteriores edd. Rob. Steph., Lovan., glossa interlinearis *Horrim;* codd. M et O notant: « Moderni ha» bent *Horraei*, hebraeus *Horim* (חרים), » glossa *Horrei* vel *Horim*. » Samaritanus textus et duo codd. Kennicotti חרי. Conf. Lucas Brugensis. Pro *filii Esau*, cod. E *filii eius*. Pro *in terra*, codd. C, D, S, U, V *in terram*. Pro *dedit illi*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, K, S, T, U, V, Bibl. Ord., Hugo *dedit ei;* codd. F, Cas. 11. *dedit eis;* uti hebr. et veteres, excepto arabe.

13. *Surgentes ergo* — Sixtini, codd. A, Cas. 11. *Surgentes autem*. Pro *Zared*, pauci codd. et edd. *Zareth;* graecus Ζαρέτ, at cf. Holmesius et Num. XXI, 12.; Vulgatus Waltoni mendose *Zarad*.

14. *quo ambulavimus* — Cod. B *quod ambulavimus*. Pro *ad transitum torrentis*, cod. K *ad torrentem;* cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. tacent *torrentis*. Ante *octo* tacent *et* codd. A, C, D, E, F, T, U, Bibl. Lugd. 1535., Beda V, 700., Rabanus, item cod. 44. holmesianus et graecus Complut. Pro *generatio*, Bibl. Ven. 1476., Reg., plures edd. Rob. Steph., all. *congregatio*.

15. *adversum* — Alii plures *adversus*. Pro *castrorum medio*, cod. V et Rabanus *medio castrorum*.

16. *Postquam autem* — Codd. G, Cas. 3., Bibl. Ven. 1480. tacent *autem*. Pro *ceciderunt*, cod. A *ceciderant*.

17. *Dominus ad me* — Codd. Cas. 2. *Dominus ad Moysen;* concinunt duo codices

hebr. apud Kennicottum et tres graeci holmesiani.

18. *Tu transibis hodie* — Cod. F *Transibis hodie tu.*

19. *et accedens* — Quidam codd. apud Lucam Brugensem *et ascendens;* cod. B *ut accedas;* codd. G, Cas. 3., Bibl. Paris. 1566., Rupertus II, 275. *et accedes,* hebraeus וקרבת, item reliqui, praeter graecum et Ionathanum qui legunt *et accedetis;* codd. U 2. m., V *et ne accedas;* singularis est lectio in cod. F *et ne accedas in vicinam filiorum Ammon, quia filiis Lot* etc., reliqua intermedia praetermittuntur, Rupertus quoque l. c. habet *in vicinam;* codd. V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Reg., Lugd. 1535., Rob. Steph. 1540., all. *in vicinia.* Pro *de terra,* codd. S, Cas. 9. *terram.*

20. *habitaverunt* — Cod. F *habitaverant.* Pro *Ammonitae,* cod. A *Ammanitae,* graecus Ἀμμανῖται; cod. B *Amanitae;* Vulgatus alias pluries habet *Ammanites;* conf. Gesenii *Thes. pag. 1044.* et ad Num. XXI, 24. Pro *Zomzommim,* cod. B *Zozoim;* codd. F, R, S, Bibl. Reg., Lugd. 1535., all. *Zomim;* codd. C, D, L, U, V, Cas. 10., Bibl. Ven. 1476., Rob. Steph. 1540., all. *Zommim,* quod in cod. O reiicitur; cod. M notat: « Aliqui anti- » qui habent *Zommim;* moderni et plures » antiqui *Zomzommim;* hebraeus pronunciat » *Zamzumim* (זַמְזֻמִּים). » Toletus vero scribit: « In graeco, Reg., Compl. et quibusdam » mss. habetur *Zomim;* sed in Ordin. et Lov. » et aliis mss. et impressis ut in textu (seu » edit. Sixti V.); et sic legitur in hebr., et » utraque Congregatio reliquit. » Toletus ut solet laudat graecum Complutens.; nam sixtina edit. habet Ζοχομμίν.

21. *magnus, et multus* — Sixtus cum Bibl. Rob. Steph., Lovan., all. tacet *et multus;* at bene Toletus: « Adde *et multus;* sic hebr., » graecus, Complut., Reg., mss. et utraque » Congregatio. » Re quidem vera sixtini et gregoriani ad codicum fidem illud addiderunt. Ante *Enacim* codd. Cas. 11. addunt *et,* ut graecus, sed conf. Holmes.

22. *habitant* — Codd. G, K, O, Cas. 12., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo *habitabant;* cf. vers. seq. Pro *Horrhaeos* (de quo vide ad vers. 12.), codd. B, V, Cas. 10. *Amorrhaeos;* codd. T, U et Hugo *eos.*

23. *Hevaeos quoque* — Codd. Cas. 10. *Hevaeos autem.* Pro *habitabant,* codd. E, F, G, K, R, V, Cas. 1. *habitant,* ut in superiori versiculo; hebraeus utrobique הישבים. Pro *in Haserim,* minus apte alii scribunt *in Aserim;* est enim בחצרים; Hieronymus III, 134. scribit: « Habitaverunt quondam Evaei in *Ase-* » *roth* usque Gazam. Verum haec loca non » *Aseroth,* sed *Aserim* appellari hebraei pu- » tant. » Hieronymus ibi legisse videtur cum graecis codicibus Ἀσηρώθ, de quo conf. Holmes. et ad Num. XI, 34.; syrus cum hebraeo consentit: samaritanus interpres, graecus ven., persa habent *in villis* (id enim significat hebraica vox); item Onkelos in polyglottis Reg., at apud Waltonum habet בדפיח (unde corrupte Saadias رفح) *in Dephiah;* Ionathanus utrumque connectit legens בכופרנייא דדפיע *in villis Dephia.* Pro *Gazan,* plures codd. et vett. edd. habent *Gazam,* prout est in Vulgato ad Gen. X, 19. et alibi.

Ibid. *Cappadoces expulerunt: qui egressi de Cappadocia deleverunt eos* — Cod. K legit tantum *Cappadoces deleverunt eos;* cod. H notat hebr. legere *Cappadoces, qui habitabant in Cappadocia deleverunt;* de Cappadocia cf. ad Gen. X, 14.; codd. C, D, O, T, U, V, Cas. 3., Hugo post *expulerunt* addunt *eos;* pro *egressi,* Bibl. Lugd. 1535. *ingressi.*

24. *ecce tradidi* — Cod. F praemittit *et.* Pro *in manu tua,* codd. A, E, K cum Augustino et graeco *in manus tuas;* codd. G, Cas. 7. *in manum tuam.* Pro *Amorrhaeum,* codd. D, G, K, R, U, Cas. 6., Bibl. Ven. 1492. 1497., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *Amorrhaeorum* (vel *Amorraeorum,* conf. ad Gen. X, 16.); his favet graeca edit. Aldi. Pro *adversus,* multi *adversum.*

25. *formidinem* — Cod. F mendose *fortitudinem.* Pro *audito nomine tuo,* cod. Cas. 1. *audientes de nomine tuo;* cod. H notat hebr.

legere *audita fama tua.* Mox pro *et in morem parturientium contremiscant, et dolore teneantur,* priorem nexum omittunt codd. Cas. 10.; cod. H monet hebr. legere *contremescant in conspectu tuo;* margo Ordin. ex eodem fonte *timeant a facie tua.*

26. *Misi ergo* — Cod. Cas. 1. tacet *ergo.* Pro *Cademoth,* sixtini cum cod. A *Cedemoth;* hebr. קדמות; Vulgatus ad Ios. XIII, 18. legit *Cedimoth,* sed rursum *Cademoth* I Paral. VI, 79.; codd. Cas. 10. *Cadesmoth.*

27. *Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via: non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram.* (v. 28.) *Alimenta pretio vende nobis, ut vescamur: aquam pecunia tribue, et sic bibemus. Tantum est ut nobis concedas transitum.* (v. 29.) . . . *donec veniamus ad Iordanem, et transeamus* — Codd. H et sangerman. a Stephano et Lovan. excitatus legunt *Transibo per terram tuam, publica gradiar via: non declinabo neque ad dexteram, neque ad sinistram. Alimenta pretio vende mihi, ut vescar: aquam pecunia tribue, et sic bibam. Tantum est ut mihi concedas transitum. . . . donec veniam ad Iordanem, et transeam;* huic autem lectioni suffragantur hebraeus et veteres, excepto syro; quod enim graecus Complut. legit παρελεύσομεν, et chaldaeus Complut. נסטי, graecis et chaldaeis codicibus adversatur: attamen Lucas Brugensis scribit: « Non sunt nomina verba- » que pluralis numeri, quae his tribus ver- » sibus continentur, mutanda in singularia » ad hoc ut hebraeo respondeant, quod qui- » dam faciunt. » Cod. K legit *aquam pro pecunia tribue.*

29. *habitant in Seir* — Codd. Cas. 9. *habitabant in Seir;* cod. F *in Seir habitant.* Pro *morantur,* codd. F, G *morabantur;* codd. R, S, Bibl. Paris. 1566. *habitant.* Pro *ad terram,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, O, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *in terram.*

30. *Noluitque* — Cod. S, Bibl. Parisiens. 1566. *Noluit.* Post *cor illius* addunt *ita* codd. R, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all.

31. *tibi tradere Sehon* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, T, U, Hugo *tradere tibi Sehon;* Bibl. Ordin. *tibi Sehon tradere.*

32. *obviam nobis* — Codd. Cas. 3. *obviam vobis.* Pro *Iasa,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, N, O, T, U, V, Cas. 7., Hugo *Iesa;* cod. S *Iessa;* codd. Cas. 10. *Gesa;* cod. P *Iassa,* et ita legit Vulgatus Ios. XIII, 18. I Paral. VI, 78., graecus Ἰασσά, Eusebius Ἰεσσά; alibi saepius Vulgatus habet *Iasa* uti Num. XXI, 23. Iud. XI, 20.; in loco dubio Ios. XXI, 36. cum graeco legit *Iaser.*

33. *eum cum filiis suis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, O, T, U, V, Cas. 9., Bibl. Ord., Ven. 1480., all., Rabanus tacent *suis;* Bibl. Ordin. omittunt quoque *eum.*

34. *interfectis* — Cod. B *interfectisque;* favent hebr. et veteres; codd. F, Cas. 2. addunt *cunctis.*

34. 35. *quidquam. Absque* — Bibl. Ordin., all. nullam interpunctionem habent. Pro *in partem,* Rabanus *in partes.*

35. 36. *cepimus ab Aroer* — Posteriores edd. Rob. Steph., all. *cepimus. Ab Aroer.*

36. *quae est* — Codd. Cas. 2. *quae sita est.* Ante *oppido* addunt *et* codd. H et sangermanensis apud Stephanum et Lov., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all.; item hebr. et vett. Mox post *usque* Bibl. Lugdun. 1535. addunt *ad.* Pro *et civitas,* codd. Cas. 4., Bibl. Ven. 1480. 1482., all. *vel civitas;* Rabanus *atque civitas.* Pro *effugeret,* codd. A 1. m., R, V, Cas. 3. *effugerit.*

37. *Ieboc* — Alii *Iebboc,* alii *Iaboc;* cf. ad Gen. XXXII, 22. et Num. XXI, 24. Pro *urbibus,* cod. E *turribus.*

Cap. III, 1. *ascendimus per iter* — Codd. F, S, Cas. 5., Bibl. Lugd. 1535. *ascendimus pariter;* at mendose uti patet ex Num. XXI, 33. Pro *occursum nobis,* cod. F *occursum vobis.* Pro *cum populo,* codd. Cas. 3. uti Num. l. c. *cum omni populo,* et ita legi in hebr. adnotat cod. H; at codd. M, O monent apud latinos illud *omni* non legi.

2. *omni populo* — Codd. A, Cas. 11. addunt *suo;* item hebr. et veteres. Post *faciesque* Ra-

banus tacet *ei*. Pro *habitavit*, codd. Cas. 6. *habitabat;* cod. C 1. m. et Cas. 1. *habitat*.

3. *Deus noster* — Cod. B *Deus vester*. Pro *percussimusque*, cod. F *percussimus;* cf. Holmesius. Rabanus mox tacet *usque*. Antiquiores plerique codd. *internicionem;* cf. ad Num. XVII, 13.

4. *uno tempore*—Cod. H notat hebr. legere *in illo tempore*. Post verba *non fuit* Rabanus addit *autem;* item syrus, arabs, armenus, slav. ostr. et cod. 69. et 384. Kennic. Pro *effugeret*, cod. F *effugerit*. Post *sexaginta* codd. V, Cas. 11. addunt *cepimus*, ut arabs 3. Holmesii. Pro *omnem regionem*, cod. B *omnemque regionem;* codd. F, N*, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *et omnem regionem;* it. georg. et cod. XI. Holmesii; at nostri codd. M, O notant expungendum esse nexum.

5. *non habebant*—Cod. F *non habent*. Egregie Hieronymus alexandrinum deseruit, qui pro הפרזי, minus apte posuit τῶν Φερεζαίων; at Reliqui in hexaplis τῶν ἀτειχίστων, graecus ven. τοῦ ἀτειχίστου.

8. *illo in tempore*—Cod. E tacet *in;* cod. K addit *et*, ut cod. 95. Kennic. Pro *trans Iordanem*, cod. H monet hebr. hoc loco et infra IV, 41. 46. legere *in transitu Iordanis;* conf. ad Num. XXXII, 32.

9. *Sidonii* — Codd. K, Cas. 8. *Sidones*. Pro *Sarion*, cod. B *Sacrion*. Post *vocant* cod. A tacet *et*.

10. *usque ad Selcha* — Tacent particulam *ad* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, O, S, T, U, V, Cas. 15., Bibl. Ordin., Hugo. Pro *Og in Basan*, codd. B, E *Og et Basan*.

11. *Monstratur*—Codd. G, R, S, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all. *Et monstratur;* his favent arabs, georg. et non pauci codices hebr. apud Kennic. Pro *Rabbath*, codd. G, R, S, Cas. 11. *Rebbath;* Vulgatus ad Ios. XV, 60. *Arebba;* alii *Rabba*, unde scholiastes in cod. O notat: « Secun» dum hebr. dicitur *Rabbath* quandocumque » sequitur *filiorum Ammon;* sed quando non » additur *filiorum Ammon*, scribitur *Rabba*. » Conf. Hieronymus III, 263. et Gesenii *Thes. pag. 1255*.

12. *tempore illo* — Particulam *in* praeponunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus.

13. *mediae tribui* — Codd. E, F, H, U, Rabanus *dimidiae tribui*. Post *Manasse* cod. Cas. 1. addit *et;* item graecus. Pro *cunctaque*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, O, R, S, T, U, Cas. 16., Bibl. Paris. 1566., all. *cuncta;* item hebr., sed cf. De-Rossi. Pro *vocatur*, codd. F, G, L, R, S, V 2. m., Cas. 4., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *vocabatur*.

14. *possedit* — Codd. K, Cas. 10. *possidet;* codd. G, R, S, Cas. 4. *possederat*. Pro *regionem*, cod. B *terram*. Pro *Gessuri*, codd. D, H, all. cum hebr. *Gesuri*. Pro *id est, Villas Iair*, codd. G, Cas. 11. *id est, Villa Iair;* cod. H notat id non legi in hebraeo; sixtini primo istud interpretamentum expunxerant; cf. ad Num. XXXII, 41.; mendose cod. B *Iacir*.

15. *Machir quoque* — Cod. B *Et Machir*.

16. *dedi de terra* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Cas. 21., Urbinas apud Vallarsium, Bibl. Ordin., Lugdun. 1522., Hugo *dedi terram;* cod. H monet hebraice non legi *terra*. Post *Arnon* cod. B addit *et;* item syrus et arabs. Pro *confinium*, codd. A, B, C, D, E, F, K, N, O, T, U, Cas. 14., Palatinus, aliique apud Martianaeum *finium;* cod. N habet hoc scholion: « Antiqui » secundum hebr. *medium torrentis, et fi*» *nium* etc.; sed posuerunt *confinium* quia » hebr. habet in singulari. Sed cum hic cito » post (v. 17.) dicatur *terminos Cenereth*, » licet hebraeus habeat in singulari, tamen » omnes habent *terminos*. *Torrens* autem sae» pius pro *valle* accipitur propter locum ad » quem aquae defluunt. » Huius periodi sensum sat implexum ita evolvit Gesenius: *usque ad rivum Arnonis*, usque ad *medium rivi*, qui *simul terminus* est, *et usque ad Ieboc torrentem* etc.; cf. Thes. p. 394. De *Ieboc* conf. supra ad II, 37.

17. *planitiem solitudinis* — Cod. H monet hebr. legere *solitudinem;* margo Ord. expungit *solitudinis;* hebr. ערבה de quo cf. supra ad I, 1. et Gesenii *Thes. p. 1066.* Pro *atque Iordanem,* cod. Cas. 1. *usque Iordanem.* Pro *ad radices,* codd. Cas. 13. *et radices;* codd. G, O, Cas. 2., Bibl. Compl., Reg., Ven. 1480., all. *ad radicem.* Animadverte vocis hebraicae אשדות veram interpretationem Hieronymum exhibuisse (prout fatetur Gesenius in *Thes. pag. 158.*) tum hoc loco tum infra IV, 49., quod sane eius doctrinam commendat; nam reliqui veteres aut hebraicam ipsam vocem retinuerunt, uti alexandrinus, syrus, graecus venetus, aut minus commode illam reddiderunt. Ceterum Vulgatus quoque ad Ios. X, 40. XII, 3. 8. XIII, 20. habet *Asedoth;* cf. Hieronymus III, 142. 143.

18. *in tempore illo* — Cod. B tacet *in.* Pro *vester dat vobis,* cod. B *noster dat vobis;* codd. F, Cas. 1. *noster dabit vobis;* cod. V *vester dabit vobis;* cod. R *noster dat nobis;* legunt ἡμῶν decem codices holmesiani et graeca ed. Compl., it. armenus; graecis codicibus holmesianis addendus vetustissimus vaticanus a Maio editus; praeterea quatuor ex laudatis codd. habent quoque ἡμῖν. Pro *expediti,* codd. Cas. 4. *expedite.*

19. *atque iumentis* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *ac iumentis;* cod. B *vel iumentis.*

20. *ipsi etiam* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V *etiam ipsi.* Pro *daturus est,* cod. E *daturus sum;* codd. Cas. 10. *traditurus est.*

21. *in tempore illo praecepi*—Cod. F *praecepi in tempore illo;* idem ordo apud hebr. et graecum. Pro *fecit,* codd. Cas. 2. *fecerit.* Pro *Deus vester,* codd. G, S, Bibl. Ven. 1476. 1480., Paris. 1566., all. *Deus noster,* ut graecus et arabs, sed conf. Holmes.; Ionathanus et armenus *Deus tuus.* Post *his regibus,* cod. Cas. 1. addit *Seon regi Hesebon, et Og regi Basan;* huius autem additamenti nullum vestigium alibi nobis occurrit. Pro *regnis, ad quae transiturus es,* cod. K *his regnis, ad quae transituri estis;* accedunt syrus et arabs 3. Holmesii.

22. *Ne timeas* — Cod. H notat hebraeum legere *Ne timeatis;* perperam exprimitur numerus sing. in latina versione samaritani et Onkelosi in polyglottis; at pro Vulgato stant arabs et graecus ven. (si tamen sana est eius lectio Μὴ δείσῃς τε σφᾶς), immo et vetustissimus graecus cod. vaticanus qui a prima manu habet φοβήσῃ, quod neque Holmesius, neque Maius animadvertunt. Mox codd. N, Cas. 10. tacent *enim.*

24. *Domine Deus* — Cod. H notat hebr. legere *Domine, Domine,* nempe est אדני יהוה; mendose Bibl. Ant. 1565., Ven. 1576. 1578., all. *Dominus Deus.* Pro *servo tuo,* codex Thomasii I, 50. *populo tuo.* Post *alius Deus,* cod. Cas. 1. tacet *vel;* item hebr. et veteres.

25. *et Libanum* — Codd. S, Cas. 9. tacent *et;* Hugo de s. Charo animadvertit particulam *et* heic poni pro *id est.*

26. *Dominus mihi* — Codd. C, F, K, R, U, Bibl. Paris. 1566., all. *mihi Dominus.*

27. *et ad aquilonem* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, O, T, Cas. 16., Bibl. Lugdun. 1522., Rob. Steph. 1528. 1532., all. *et aquilonem;* codd. E, G, U tacent *et.* Cod. E pro *austrumque* habet *austrum;* it. nonnulli codd. hebr. apud De-Rossi. Sixtini primo scripserant *ad Occidentem, et Aquilonem, Austrumque et Orientem.*

28. *dividet eis* — Codd. B, F, G, Cas. 2. *dividet ei;* refertur enim ad populum.

29. *fanum* — Ita recte scripserunt sixtini et gregoriani; nam veteres fere omnes edd., et Sixtus mendose praeferunt *phanum;* item infra IV, 46. Multi pro *Phogor* scribunt *Phegor;* conf. ad Num. XXV, 18.

Cap. IV, 1. *Et nunc Israel audi praecepta et iudicia, quae ego doceo* — Cod. F *Et nunc audi Israel praecepta atque iudicia. Doceo.* Pro *ut faciens ea,* codd. Cas. 2. *ut facias ea et.* Pro *ingrediens,* cod. Cas. 1. *ingressus.* Pro *patrum vestrorum,* codd. B, G, R *patrum nostrorum,* ut armenus, slavon. ostrog. et multi graeci codices.

2. *quod vobis loquor* — Codd. Cas. 2. *quod loquor*, ut cod. 16. Kennicotti; cod. H notat hebr. legere *quod ego praecipio vobis;* et ita habet margo Ordin. Pro *nec auferetis*, codd. A, C, D, F, H, K, U, Rabanus *neque auferetis*. Mox cod. B tacet *Domini*.

4. *qui adhaeretis* — Cod. Cas. 1. *quia adhaeretis*.

5. *atque iustitias, sicut mandavit* — Cod. Cas. 1. *atque iudicia et iustitias, sicut mandavit;* cod. H notat hebr. legere *atque iudicia sicut praecepit*. Pro *mihi Dominus Deus meus*, cod. F *Dominus Deus meus mihi;* codd. B, U, Cas. 1. tacent *meus;* consentiunt syrus, Ionathanus; graecus et cod. 109. Kennicotti omittunt *Deus meus*, sed cf. Holmes. Pro *sic facietis ea in terra*, cod. R, Bibl. Ant. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *sic facietis in terra ea;* cod. H notat hebraeum legere *ut faciatis ea in terra;* at vero hebr. habet לעשות כן בקרב הארץ. Hunc versiculum ex Itala recitat Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. XLVIII. *Ecce ostendi vobis iudicia et iustitias, sicut mandavit mihi Dominus facere sic, in terra in qua vos introibitis ibi possidere eam;* quae cum alexandrino ad litteram consentiunt.

6. *observabitis et implebitis* — Cod. H ex hebr. vult reddi *observetis et impleatis*. Pro *coram populis*, cod. Cas. 1. *coram omnibus;* graecus ἐναντίον πάντων τῶν ἐθνῶν, item cod. 225. Kenn. Mox pro *audientes universa*, Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, K, R, S, T, Cas. 19., edd. veteres *audientes universi;* at recte sixtini, gregoriani et Toletus emendarunt, quibus suffragantur codd. A, H, U, V, Cas. 4., hebr. et veteres. Cod. B, ut duo codd. Kennic., tacet *gens;* cod. H notat hebr. addere *haec*.

7. *alia natio*—Codd. Cas. 2. *alia generatio*. Pro *deos appropinquantes*, codd. V, Cas. 6. *Deum appropinquantem;* graecus quoque aliique singularem numerum praeferunt. Ante *Deus noster*, addunt *Dominus* codd. B, F, H, K, L 3. (seu Q), Cas. 16., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus; item hebr. et veteres. Pro *obsecrationibus nostris*, codd. F, G, S, Cas. 6. *obsecrationibus vestris*.

8. *Quae est enim*—Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *Quae enim est*. Pro *et universam*, cod. H notat hebr. legere *iuxta universam*.

9. *viderunt oculi tui* — Cod. F *oculi tui viderunt*. Pro *excidant*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, N, O, P, T, U, V, Cas. 11. *excedant;* Alvarus cordub. CXXI, 491. *descendant*, sed mendose, nam infra legit *excedant;* cod. N notat: « Iuxta quod dicitur in libro Deriva» tionum *excedere*, secundum primam signi» ficationem est *exire* et *extra cedere*, sic et » hic; unde hebr. habet *non recedant*. Hic au» tem idem est *cedere* quod *recedere*, unde » graeci habent ἀποστήτωσαν, id est, *rece» dant*. » Cod. O testatur modernos tantum, non autem veteres legere *excidant*. Pro *Docebis*, sixtini, codd. A, Cas. 10. *Et docebis;* cod. G *Docebisque;* item hebr. et veteres.

10. *a die in quo* — Hanc lectionem nullibi ante Sixtum reperimus; Angelus Rocca illam tamquam dubiam subnotavit: reliqua romanorum censorum documenta quae habemus silent. Veteres codices fere omnes et edd. post stephanicas, seu ab anno 1528. habent *diem in quo;* Bibl. Lugdun. 1522. *diem quo;* codd. Cas. 2. et veteres editiones ante stephanicas *die quo;* codd. Cas. 10. *die in quo;* Bibl. Ven. 1533. *in die quo*. Qui legunt *diem*, id referunt ad verbum *docebis;* et ita cum graecis Hieronymum interpretatum fuisse censemus: qui vero praeferunt *die*, id referri volunt ad verbum *viderunt*. Hebraeus textus ad utramque interpretationem trahi potest. Conf. Rosenmullerus in h. l.; attamen prior sententia multo probabilior videtur. Mox post *populum* codd. Cas. 5. addunt *Israel*.

Ibid. *ut audiant sermones meos, et discant timere me omni tempore quo vivunt in terra, doceantque filios suos* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, O, R, S, T, U, V, Cas. 12. *ut audiat sermones meos, et discat timere me omni tempore, quo vivit in terra, doceatque filios suos;* at nonnulli ex laudatis codicibus retinent *doceantque;* Hugo habet *audiat*.

discat, in reliquis cum vulgata lect. consentit; Bibl. Ordin. cum Cypriano legunt *vivent;* ante *omni* Bibl. Reg., Ven. 1519., all. addunt *in*.

11. *ad radices*—Codd. B, G, K, R, Cas. 11. *ad radicem;* cf. ad Ex. XIX, 17. XXXII, 19.; cod. H. notat hebraeum praemittere *et stetistis*. Ante *ardebat* cod. Cas. 1. addit *totus*. Ante *nubes* tacent *et* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, T, U, Cas. 16.; item hebr. et graecus, sed conf. Holmes.

12. *ad vos* — Codd. F, V 1. m. *ad nos*. Post *formam* cod. Cas. 1. addit *eius;* cod. E addit *et*.

13. *Et ostendit* — Cod. H notat hebr. legere *Et annuntiavit*. Pro *faceretis*, cod. B *doceretis;* et cod. H notat hebr. non legere particulam *et* quae sequitur. Post *scripsit* cod. K addit *vobis*.

14. *ceremonias* — Cod. F *et cerimonias*.

15. *Non vidistis* — Rabanus *Numquid vidistis*. Pro *vobis Dominus*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, S, T, U, V, Thomas. I, 50., Bibl. Ordin., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Agobardus CIV, 199. *Dominus vobis;* cod. R tacet *vobis*.

16. *sculptam* — Cod. A *scalptam*. Pro *aut imaginem*, cod. H notat hebr. legere *idoli, imaginem;* Aquila quoque habet εἰδώλου.

16. 17. *vel feminae, similitudinem omnium* — Bibl. Reg., all. *vel feminae similitudinem. Omnium;* pro *vel*, Rabanus *aut;* pro *similitudinem*, codd. K, Cas. 1. *similitudinemque;* conf. Holmes.

18. *in terra* — Codd. Cas. 11. *super terram;* item cum graeco Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. XLIV. Pro *sub terra*, Petrus alf. CLVII, 554. *subter*. Pro *morantur*, cod. T, Petrus ven. CLXXXIX, 624. *moventur*.

19. *ne forte*—Bene notat cod. H hebraeum praemittere *et;* item veteres interpretes. Pro *elevatis oculis*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Agobardus et Petrus ven. ll. cc. *oculis elevatis;* Bibl. Lugd. 1535. *levatis oculis*. Pro *videas*, cod. K *videns;* item cum graeco itala apud Sabatier. Post *adores* Augustinus in *Spec.* tacet *ea*.

Ibid. *quae creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus* — Cod. H notat hebr. legere *quae divisit Dominus Deus tuus cunctis gentibus;* Augustinus *Quaest. VI. in Deut.* cum graeco habet *quae distribuit Dominus Deus ea* (mendose apud Sabatierium legitur *ex*) *omnibus gentibus;* eadem ex Augustino habet Rabanus, qui tamen pro *quae*, legit *quia:* hinc Glossa interlinearis monet alias legi *distribuit*, et margo Ordin. expungit *in ministerium*, quod desideratur quoque apud Petrum alfons. l. c.; at cod. K, et Petrus ven. l. c. habent *in ministerio*. Ceterum pro hebr. חלק scite Hieronymus posuit *creavit in ministerium;* etsi enim illius verbi notionem alexandrinus expresserit per ἀπένειμε, et graecus ven. per ἐμέρισεν, tamen Aquila, Symmachus et Theodotio posuerunt διεκόσμησε; ad haec conferri potest arabs خلق *creavit;* conf. Gesenii *Thes. p. 483*. et Freytagii *Lex. arab. I, 520*.

20. *populum hereditarium* — Bibl. Lugd. 1535. praemittunt *te;* cod. Cas. 1. tacet *hereditarium*.

21. *Iratusque est* — Codd. B, P *Iratus est;* conf. Sabatierius; codd. D, E, N, V, Cas. 10. tacent *est;* hinc ante *iuravit* tacent *et* codd. N, P, Cas. 10. Pro *ut non transirem*, codd. G, Cas. 12. *quod non transirem;* graecus ἵνα μὴ διαβῶ; cod. Thomasii l. c. *ut non transirent*. Post verba *daturus est vobis* margo Ord. addit *in hereditatem*, quod in hebraeo legi notat cod. H.

22. *Ecce morior* — Sixtus, codd. C 1. m., S, T, Cas. 7., Bibl. Ven. 1484. 1492., Reg., Lovan., all. *Ecce moriar;* item coptus; at Toletus: « Lege *morior;* sic graecus, Ord., mss. » et utraque Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani ad fidem longe plurimorum codicum, multarumque edd. emendarunt; cod. Cas. 1. *En moriar;* cod. F *Ecce enim morior;* hebr. et veteres *Ego enim morior*. Pro *transibo*, cod. B *transivi*. Ante *transibitis* cod. E addit *autem*, ut hebr. et veteres.

23. *ne quando*—Rabanus *ne aliquando*. Pro *Dei tui*, Rabanus *Dei nostri;* item graecus, sed Augustinus et reliqui cum hebr. *Dei vestri;* conf. Holmes. Pro *pepigit*, codd. R, S, Cas. 1. *pepigi*. Pro *et facias*, codd. D, U *et facies;* cod. V, Bibl. Lugdun. 1535. *ut facias*. Pro *fieri*, codd. R, S, Cas. 2. *facere;* at cod. O notat: « Lege *fieri*, non *facere*. » Pro *Dominus*, codd. F, Cas. 14. *Deus;* item Vigilius taps. apud Sabatierium; at Augustinus et reliqui veteres cum hebraeo utrumque legunt, nempe *Dominus Deus*.

24. *Deus tuus*—Paullus ad Hebr. XII, 29. *Deus noster;* cf. Holmes. et Sabatier.

25. *Si genueritis*—Cod. H notat hebr. legere *Quum genueritis;* at hebr. כי תוליד; samaritanus vero ⵣⵙⵎⵍⵣⵔ ⵎⵣ, cui accedunt syrus, arabs, chaldaeus.

27. *pauci*—Cod. H addit *numero;* favent hebr. et veteres.

28. *diis, qui hominum manu fabricati sunt*—Cod. F *diis alienis, qui hominum fabricati sunt manu;* graecus quoque et pauci codd. hebr. apud De-Rossi addunt *alienis*. Pro *nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, N, O, P, S, T, U, Cas. 12., goth. legion., Hugo, Bibl. Paris. 1566., all. *non audiunt, non comedunt, non odorantur;* pro *odorantur*, Sixtus, Bibl. Brix. 1496., Lugd. 1522. 1526. 1535. *odorant;* at Toletus scribit: « Lege *odorantur*, sic Compl., » Reg., Ord., Lov. et ceteri, et Congregatio. » Gregoriani nempe recte emendarunt; Bibl. Ven. 1492. 1498. mendose *adorantur*.

29. 30. *invenies eum: si tamen toto corde quaesieris, et tota tribulatione animae tuae. Postquam te invenerint omnia quae praedicta sunt, novissimo tempore revertéris*—In primis Bibl. Reg., all. legunt *invenies eum, si tamen toto corde quaesieris; Et tota tribulatione animae tuae, postquam te invenerint omnia quae praedicta sunt. Novissimo autem tempore reverteris;* Sixtus quoque, codd. C, D, G, R, S, T, U, V, Cas. 8. aliaeque plures ex antiquioribus edd. et Rabanus addunt *autem;* sed Toletus adnotavit: « Dele *autem;* sic hebr., graecus, mss. et utraque Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani cum plerisque codd. illam particulam expulerunt. Ex eo enim quod hebr. et veteres addant nexum ante verbum *reverteris*, patet verba *novissimo tempore* referenda esse ad praecedentia, non vero copulanda cum iis quae sequuntur. Praeterea post *toto corde* cod. G addit *tuo*, ut hebr. et veteres; cod. H notat hebraeum addere *et animo*, margo Ord. *et tota anima;* at melius adnotassent Vulgatum habere *et tota tribulatione animae tuae* pro eo quod hebr. et veteres legunt *et tota anima tua in tribulatione tua;* sed graecus haec postrema ad vers. 29. refert, reliqui vero ad sequentem. Post *invenerint omnia* codd. F, G, U 2. m., V, Cas. 3., gothic. leg. addunt *mala*. Post *praedicta sunt* cod. S addit *tibi*. Animadverte Hieronymum posuisse *omnia quae praedicta sunt*, pro eo quod hebr. et veteres habent *omnia verba ista*. Mox pro *et audies*, cod. Cas. 1. *ut audias;* Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482., all. *et audias*.

31. *Deus misericors Dominus Deus tuus est*—Codd. F, Cas. 1. tacent *est*, ut hebr. et veteres; Rabanus legit *misericors Deus et Dominus tuus est;* codd. B, K, S *Dominus misericors Dominus Deus tuus est;* conf. Holmes. Pro *dimittet*, codd. C 1. m., D *demittet*, item ex mendo Bibl. Rom. 1671. Pro *in quo iuravit*, cod. H monet ex hebr. legendum *quod iuravit*. Pro *patribus tuis*, cod. F *patribus vestris;* consentiunt syrus et Ionathanus.

32. *de diebus*—Cod. A 1. m. tacet *de*. Pro *die quo*, Rabanus cum Augustino *die qua*. Pro *creavit Deus*, cod. F *creavit Dominus;* Bibl. Ven. 1476., Reg., Roberti Steph., all. *creavit Dominus Deus;* codd. R, S, V 2. m., Cas. 6. *creavit Dominus Deus tuus;* at correctoria nostra et sorbonicum vulgatam lectionem tuentur. Pro *a summo caelo*, codd. B, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 18., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482., all., Rabanus *a summo caeli;* it. Augustinus; hanc lectionem Nobilius Flaminius Vulgato tribuit; cf. Marci XIII, 27.

33. *Dei loquentis*—Codd. B, F, K, Cas. 5.,

Bibl. Paris. 1566., Rabanus *Domini loquentis*, ut cod. 59. Holmesii; cod. G, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *Domini Dei loquentis;* accedit Ionathanus, itemque Flaminius Nobilius in latina versione ex graeco. Ante *audisti* tacent *tu* codd. E, F et cod. 84. Kennic. Pro *vixisti*, Sixtus, codd. C, D, E, F, G, N*, R, S, U, V, Cas. 16., quamplures ex antiquioribus edd. cum posterioribus Rob. Steph. et Lovan. *vidisti;* ita habet quoque Rabani textus, sed ex eius Commentario vulgatam lectionem retinuisse videtur. Bene autem Toletus scribit: « Lege *vixisti;* sic hebr., graecus, » Ord., Compl., Reg., mss. et utraque Con» gregatio. » Nam sixtini et gregoriani cum codd. A, B, H, L 6., M, N, O, Q, Cas. 6., recte emendarunt; « Male quidam codices, » ait Estius, *vidisti;* nam hebraice est *et vi*» *xit*. Sensus enim est: Numquid auditum » est aliquando ut populus audiret vocem » Dei ad se loquentis de medio ignis, sicut » tu audisti, et vivus remansit, sicut tu au» dita Dei voce non es mortuus, sed super» vixisti? » Cf. Lucas Brugensis, Steuchus Eugubinus et Bukentopius p. 153.; cod. Cas. 1. *dixisti;* cod. H notat hebraeum legere *vixit*.

34. *tolleret* — Cod. B *tollat*. Pro *tentationes, signa*, cod. F *tentationum signa;* codd. S, Cas. 2. addunt *et prodigia*, quod recte in cod. O expungitur. Mox post *fecit* cod. B tacet *pro*, cui favent hebr. et veteres. Pro *vobis*, cod. L, Bibl. Ven. 1476., Lugd. 1522., posteriores edd. Rob. Steph., all. *nobis;* conf. Holmes. Pro *Deus vester*, codd. F, G, L, et edd. mox laudatae *Deus noster*, item graecus; at Augustinus, nonnulli graeci codd., hebr. et reliqui cum Vulgato consentiunt. Pro *oculis tuis*, cod. Cas. 1. *oculis vestris;* favent samaritanus textus, syrus, arabs, Onkelos (edit. Waltoni), Ionathanus et cod. 225. Kennic.

35. *ut scires* — Cod. K addit *autem;* cod. Cas. 1. legit *ut sciretis;* accedit syrus. Pro *praeter eum*, codd. A, C, D, F, H, K, N, R, S 1. m., T, U, Cas. 12., antiquiores edd. et Lov. *praeter unum;* emendarunt sixtini, quibus adstipulantur codd. B, E, G, L 4., M, O, Q, V, Cas. 12., correctorium sorbon., codices Martianaei, Bibl. Ord., Reg., Roberti Steph. 1532., all.; it. hebr. et veteres; cod. S 2. m. *praeter illum;* conf. Tob. XIII, 4. Marci XII, 32., Lucas Brug. et Bukentopius l. c.; cod. M notat: « Aliqui antiqui et hebr. *eum;* aliqui » antiqui et moderni *unum*. » Cod. O: « Hebr., » graecus, antiqui *eum;* alii *unum*. » Cod. H: « Hebraeus *praeter eum*. »

36. *doceret te* — Bibl. Ordin. ed. Lugdun. 1590. et Ant. 1634 tacent *te*. Sixti ed. habet *audisti, verba illius;* at recte Angelus Rocca interiectum comma expunxit.

38. *ut deleret nationes* — Cod. Cas. 1. *ut deleret generationes;* cod. K praeponit *et;* it. slav. ostr., georg. et graecus cod. vaticanus 1. m.; nam secunda manus expunxit καί. Post *fortiores* cod. K tacet *te*. Pro *et introduceret*, codd. Cas. 2. *ut introduceret*. Pro *earum*, codd. B, F, S, V *eorum*.

39. *et cogitato* — Codd. C, D, E, F, G, P, R, S, T, U, V, Cas. 8., Petrus alfons. CLVII, 611., Petrus bles. CCVII, 832. *et cogita;* cod. Cas. 1. *et excogitato*. Pro *ipse sit*, Sixtus, codd. C, D, E, F, K, R, S, T, U, V, Cas. 11., gothic. leg., veteres edd., Petrus alfons. l. c. *ipse est;* at Toletus: « Lege *sit;* mss. et utra» que Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani ad fidem in primis codd. A, B, all. emendarunt. Pro *in caelo*, codd. D, T, V *in caelum*. Pro *et non sit*, Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1535., priores edd. Rob. Steph., all. *et non est;* item ex graeco Hieronymus apud Sabatier.

40. *Custodi* — Cod. Cas. 1. addit *igitur;* item hebr. et veteres. Post *praecipio tibi*, cod. H monet hebraeum subdere *hodie*. Mox codd. A, Cas. 1. post *Deus* tacent *tuus*.

41. *separavit Moyses* — Cod. K tacet *Moyses*.

42. *nec sibi fuerit inimicus* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Cas. 19., goth. leg., Bibl. Ordin., Hugo, all. *nec fuerit inimicus;* cod. H *nec fuerit ei inimicus;* Bibl. Ven. 1476. 1482., all. *nec fuerit sibi inimicus*. Pro *et ad harum*, codd. B, C, S *ut ad harum*.

43. *quae est in tribu Gad* — Cod. E *quae sita est in tribu Gad;* pro *Gad*, cod. A *Gaad*. Pro *Golan*, nonnulli codd. et edd. minus recte praeferunt *Golam;* apud Petrum bles. CCVII, 656. *Golam et Gaulon;* cod. O notat: « *Golan*, » graece *Gaulon*. » Vulgatus legit *Gaulon* Ios. XX, 8. XXI, 27. I Paral. VI, 71.; cf. Gesenii *Thes. p. 285.* et Holmes.

44. *coram filiis* — Cod. B. *contra filios;* graecus vaticanus pro ἐνώπιον, habet 1. m. ἔναντι, quod Holmesius et Maius non adnotarunt.

45. *de Aegypto* — Cod. A *de terra Aegypti;* graecus ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

46. *habitavit* — Codd. F, V, Cas. 2. *habitabat;* graecus κατῴκει. Pro *Filii quoque*, codd. E, F, H, K *Filiique*. Pro *ex Aegypto*, codd. F, K, R, S *de Aegypto;* post hanc vocem Bibl. Rob. Steph. 1545. periodum claudunt. Martianaeus animadvertit: « Alius est » sensus et interpunctio in editis, atque in » mss. codicibus. Solus canon hebraicae ve» ritatis (nempe cod. memmianus) isto in » loco, velut in aliis sexcentis, fontis sui » sensum fideliter reddit. » Legit enim *quem percussit Moyses, filiique Israel egressi ex Aegypto. Possederuntque* etc.

47. *ad solis ortum* — Codd. Cas. 3. *a solis ortu;* quaedam veteres editiones post haec nullam admittunt interpunctionem.

48. *quae sita* — « In quibusdam Bibliis, ait » Toletus, quasi sit una dictio legitur *quae*» *sita*, ut in Lovan.; tamen in Compl., Reg. » Ordin. et aliis dividitur ut in textu (seu » in ed. Sixti). » Error de quo in hisce verbis agit Toletus non extat in Bibl. Lovan. 1547., neque in reliquis edd. hentenianis, excepta ed. Antuerp. in fol. 1583., qua usi sunt sixtini, qui illud mendum correxerunt. Ex antiquis edd. legere videntur *quaesita* Bibl. Ven. 1497. 1501. De eodem mendo agendum erit ad Ios. XIII, 9. Montis *Sion* (hebr. שִׂיאֹן) nomen, quod hoc loco memoratur, alias non occurrit; quapropter varie in antiquis libris corruptum legitur; nam vetustiores omnes Vulgati editiones habent *Sanir*, unde Syrus posuit ܫܢܝܪ, de quo cf. Deut. III, 9.; sixtini prima manu, codd. C, D, O, P, R, S, T, V, Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1535. 1550. cum graeco (Σηών) scribunt *Seon* vel *Sehon;* cod. G *Seir*. Hodiernam autem lectionem, cui hebraicus textus suffragatur, ad fidem plurimorum codicum admiserunt Bibl. Ord., Rob. Steph. ab anno 1532. et Lovan.

Ibid. *et Hermon* — Sixtini, codd. A, B, F, G, K, R, S, V, Cas. 16., gothic. legion., Bibl. Ord., Ven. 1498. tacent *et;* Toletus ipse adnotat: « In mss. non habetur *et;* est tamen in » impressis, et idem est sensus, nempe: qui » etiam dicitur Hermon. » Bibl. Ven. 1519., Lugd. 1526. *in Hermon.*

Cap. V, 1. *Vocavitque* — Codd. D, S 1. m. *Vocavit*, ut georg. Pro *Israelem*, nonnulli scribunt *Israel;* cf. ad Ex. VI, 14. Pro *ad eum*, cod. H notat hebr. legere *ad eos;* item reliqui veteres, excepto syro. Mox cod. K tacet *Israel;* ut arabs. Pro *loquor*, codd. Cas. 10. *loquar*. Mendose apud Rabanum legitur *ore* pro *opere*.

2. *Deus noster pepigit nobiscum* — Codd. K, V, Cas. 1. *Deus vester pepigit vobiscum;* ex graeco Augustinus *Deus vester disposuit ad vos;* cod. S *Deus noster pepigit vobiscum;* conf. Holmes.

3. *patribus nostris* — Codd. F, G, R, V *patribus vestris;* it. Augustinus ex graeco, non excepto codice alexandrino, cui perperam Holmesius tribuit ἡμῶν. Post *pactum* margo Ordin. addit *istud;* cod. H notat hebr. legere *pactum hoc*. Mox legimus *in praesentiarum* prout sixtini scripserunt; item Gen. L, 20. At alibi nil adnotarunt sixtini; unde nostrae editiones retinent *impraesentiarum*, uti Ex. XXII, 15. Lev. VIII, 34. II Paral. XVIII, 4.; utraque autem scribendi ratio suos habet testes.

4. *est nobis* — Codd. G, S, Bibl. Lugdun. 1535. *est vobis;* Sixtini primo *est vobis Dominus;* Rabanus ex Augustino *est Dominus ad vos;* accedunt hebr. et veteres. Pro *in monte de medio*, Rabanus *de monte in medio;* sed conf. vers. 22. et IX, 10. X, 4.

5. *inter Dominum*—Codd. G, K, T, V, Cas. 16., Bibl. Ven. 1476. 1479., Ordin., Hugo, all. *inter Deum.*

6. *Ego Dominus* — Codd. F, V, Rabanus *Ego sum Dominus;* it. Augustinus ex graeco (sed cf. Holmes.) et locus parallelus Exod. XX, 2. Ante verba *de domo servitutis* cod. B addit *et;* cf. infra VI, 13. et ad Ex. XIII, 3. XX, 2.

8. *nec similitudinem* — Cod. H notat hebraeum tacere *nec;* at vero plures hebraici codd. et chaldaici apud De-Rossi, samaritanus, graecus, syrus, arabs, Ionathanus habent nexum. Post verba *in aquis* cod. A omittit *sub terra.*

9. *ea, et non coles* — Cod. B et in *Spec.* Augustinus *ea, neque coles,* uti Ex. XX, 5.; Lucifer calar. *illa, neque servies;* singularis est Rabanus qui legit *deos alienos;* cod. T *ea, et coles.* Pro *Deus tuus: Deus,* cod. F *Deus* tantum; codd. E, R, U, Cas. 1. *Deus tuus.* Post *aemulator,* cod. G addit *vel vindicans.* Pro *super filios,* codd. G, Cas. 12. et in *Spec.* Augustinus *in filios,* uti Ex. l. c.

10. *in multa millia* — Cod. H notat hebraeum tacere *multa,* nec legitur Ex. XX, 6. Pro *praecepta,* codd. G, Cas. 1. *mandata.*

11. *Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra* — Cod. H notat hebr. legere *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum;* et ita habet Vulgatus ad Exod. XX, 7.; codd. K, Cas. 1., Bibl. Ven. 1492. 1519., Reg., Rob. Steph. 1540., all. tacent *Domini;* mendose reticetur in latina versione samaritani textus; cf. ad Ex. l. c. Pro *super re vana,* codd. R, S, V, Cas. 5., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., Hugo, all. *super rem vanam.*

12. *praecepit tibi*—Codd. F, S, U, Rabanus tacent pronomen; item persa et graecus ven.

14. *id est, requies* — Margo Ord. haec expungit, cod. H notat hebraice non legi: ex antiquis Ionathanus et coptus hoc interpretamentum exhibent: sixtini, codd. A, F *id est, requiei;* et ita legisse videntur gregoriani. Post *et filia* codd. F, V addunt *tua,* ut hebr. et veteres, item Vulgatus ad Exod. XX, 10.; cod. T addit *et;* item hebr. et veteres, excepto samaritano, alexandrino et cod. 226. Kennic.; conf. ad Ex. l. c. Ante *bos* tacent *et* sixtini, codd. A, B, F, G, L, Cas. 16., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all.; accedunt samaritanus, graecus (sed cf. Holmes.) et cod. 95. Kennic. Post verba *requiescat servus,* tacent *tuus* sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, O, T, U, V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Rupertus IV, 589.

15. *et ipse servieris* — Cod. E *et tu servieris;* cod. F *et ipsi servieritis;* cod. S, Bibl. Paris. 1566. tacent *et,* quibus hebr. et vett. favent. Pro *praecepit,* cod. K *praecipit.* Pro *ut observares,* codd. B, V *ut observes,* item ex graeco Augustinus; cod. U, Bibl. Reg., Ven. 1519., Lugd. 1522., all. *ut servares;* cod. H notat hebraeum praemittere *Dominus Deus tuus;* item omnes veteres, excepto arabe.

16. *et matrem*—Codd. F, M, N*, R, Cas. 4., Rabanus addunt *tuam,* item hebr. et veteres, et locus parallelus Ex. XX, 12.; at correctoria N, O notant illud pronomen in antiquis codd. non legi. Post *praecepit* codd. K, V tacent *tibi,* quod primo deerat in vaticano graeco codice; conf. Holmes.

18. *Neque moechaberis* — Codd. D, G, V, Cas. 12., Thomas. I, 51., Rabanus *Non moechaberis,* uti Ex. XX, 14.; item Augustinus in *Spec.* edit. Maii, c. XLV., samaritanus, graecus, syrus, Ionathanus paucique codices hebr. et chaldaici apud De-Rossi (v. 17.).

19. *Furtumque*—Cod. E, Bibl. Lugd. 1522. 1535., priores edd. Rob. Steph., all. *Furtum;* item samaritanus, graecus, syrus, Ionathanus, pauci codd. hebr. et chaldaici apud De-Rossi (v. 17.) et Ex. XX, 15.

20. *Nec loquéris* — Cod. D *Ne loqueris;* Bibl. Reg., Lugdun. 1525., all. *Nec loquaris;* Agobardus CIV, 246. *Non loquaris;* codd. R, S, U, Cas. 13., Rabanus *Non loqueris,* uti Ex. XX, 16., samaritanus, syrus, graecus, Ionathanus et tres codd. Kennic. totidemque derossiani.

21. *Non concupisces uxorem* — Cod. vati-

canus apud Thomasium l. c. *Non concupisces rem;* cod. B *Nec concupisces uxorem*, item hebr., sed cf. De-Rossi (v. 18.).

22. *Haec verba* — Cod. Cas. 1. *Haec sunt verba quae.* Mox pro *vestram*, codd. B, R, S *nostram.* Pro *de medio*, Rabanus *in medio.* Cod. Cas. 1. tacet *et nubis.* Pro *in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi*, Rabanus *tabulis duabus lapideis, quas tradidit mihi Deus;* plures graeci codices addunt Κύριος, cod. 190. Kennic. addit יהוה.

24. *vocem eius*—Sixtus et veteres edd. *vocem enim eius;* de hac lectione gregoriani dubitarunt; Toletus vero notat: « Dele *enim;* sic » hebr., graecus, mss. et prior Congregatio. » Re vera sixtini et codices antiquiores omnes tacent *enim;* at hebr., graecus et reliqui veteres aperte habent *et vocem eius;* cf. Bukentopius p. 394. Pro *Deo*, codd. F, S *Domino.*

25. *Cur ergo moriemur* — Codd. A, C 1. m., D, E, K, N, O, P, U, Cas. 14. *Cur ergo morimur.* Mox pro *ultra vocem*, cod. E *ultra verbum.*

26. *Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei*—Cod. H notat hebraeum legere *Quae est omnis caro, quae audivit vocem Domini;* sed hebraeus, itemque graecus, habet *Dei;* codd. E, G, Cas. 17. legunt utrumque, nempe *Domini Dei*, ut cod. 151. Kennic.

27. *Tu magis* — Cod. B *Tu autem;* veteres cum hebr. legunt tantum *Tu.* Pro *loquérisque*, codd. Cas. 2. *loqueris.*

28. *Audivi vocem* — Codd. B, E, F, G, S, T, V, Cas. 11., Rabanus *Audi vocem;* at cod. O adnotat: « Lege *audivi*, non *audi;* non enim » praeciperet ei Dominus audire quae locuti » sunt, sed potius quae locuturi essent. » Post verba *quae locuti sunt*, codd. Cas. 8. tacent *tibi.* Pro *omnia sunt locuti*, cod. E *omnia locuti sunt tibi;* Rabanus *omnia sunt tibi locuti;* georg. quoque addit *tibi;* codd. U, V, Bibl. Ordin., Hugo *omnia locuti sunt.*

29. *universa mandata*—Cod. F *omnia mandata.* Cod. H notat hebr. legere *cunctis diebus* pro *in omni tempore.* Rabanus addit *usque* ante *in sempiternum*, item coptus. Animadverte sixtinos in fine huius commatis pro interrogationis nota suffecisse punctum quod vocant admirationis, prout in Bibl. Reg., all. conspicitur.

30. *Vade et dic* — Codd. G, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all. etiam ex hentenianis *Vade ergo, et dic;* cod. E *Vade, dic;* item hebr. et veteres; sed multi graeci codices cum Vulgato faciunt.

31. *et loquar* — Codd. Cas. 12. *ut loquar.* Post *mandata* tacent *mea* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, I, K, R, S, T, U, V, Cas. 13., gothic. leg., Bibl. Ordin., Ven. 1482., Lugd. 1522., all., Petrus Dam. CXLIV, 384. CXLV, 645. 694.; item hebr. et veteres, exceptis syro et paucis graecis codd. Pro *docebis*, codd. V, Cas. 1. *docebo.* Post *faciant* tacent *ea* codd. Cas. 17., Bibl. Lugd. 1522. 1535.; priores edd. Rob. Steph.; item hebr. et veteres, at duo codd. Kennic. addunt אתם; conf. IV, 1. 5. VI, 1. ubi rursum Vulgatus addit pronomen. Nota mendosam esse samaritani textus latinam versionem in polyglottis.

32. *facite quae* — Codd. R, S, Bibl. Ord., Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph., all. *facite ea, quae;* cod. O notat expungendum *ea.* Post *declinabitis* cod. F tacet *neque;* favent hebr. et graecus; conf. Sabatier.

33. *quam praecepit* — Cod. V, Bibl. Lugd. 1522. addunt *vobis;* idem pronomen addunt codd. Cas. 3. post *Deus vester;* item hebr. et veteres, at graecus legit ἐνετείλατό σοι Κύριος ὁ Θεός σου; cod. F et tres codd. holmesiani *Deus noster.* Pro *protelentur*, cod. T *prolongentur;* alii codd. apud Bukentopium pag. 22. *proteletis;* ita hebr. et veteres. Post *dies* addunt *vestri* codd. G, L, N*, O, R, S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all.; istud pronomen mendose exprimitur in latina versione Onkelosi; cod. N recte notat: « Hebraeus et antiqui non interpo- » nunt *vestri.* » Item cod. M et correctorium sorbonicum.

Cap. VI, 1. *et faciatis* — Cod. L, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all., margo Ordin. *ut faciatis;* accedunt hebr. et veteres. Pro *ad*

quam transgredimini, sixtini primo *quam ingredimini*, uti graecus; codd. D, O, T, Bibl. Ven. 1482. *ad quam transgrediemini.*

2. *ut prolongentur* — Cod. T *et prolongentur;* hebr., chald., graecus venetus utrumque habent *et ut prolongentur.* Bibl. Ant. in fol. 1583. mendose *prologentur*, quod emendarunt sixtini.

3. *ut facias* — Cod. P *et facias.* Mox verba *quae praecepit tibi Dominus* praetermittunt sixtini, codd. A, B (quem minus accurate expressit Blanchinius), C, E, F, H, K, L 7., M, N, N*, Q, T, Cas. 6., gothic. leg., correctorium sorbonicum, novem ex codd. florentinis collatis iussu Pii V., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all.; Sirletus quoque (in cod. vatic. 7093.) animadvertit illa deesse in antiquioribus mss., et Martianaeus notat eadem nonnisi in recentioribus legi, hebraeum autem et veteres interpretes hoc additamentum ignorare; cf. Mariana in h. l. At nos Toletus docet cur ex vulgata editione illa expulsa non fuerint: « Haec non habentur in hebr., » graeco, Ord., et aliquibus mss. Tamen sunt » in Complut., Reg. et fere omnibus impres- » sis; et Congregatio ea retinuit. » Nimirum gregoriani, quos tamen hoc loco haesitantes deprehendimus, receptam pervulgatamque lectionem perstare passi sunt. Praeter veteres, quas laudat Toletus, Vulgati editiones, accedunt codd. D, O, R, S, U, V, Cas. plures aliique apud Vallarsium; Cas. 2. tacent *tibi;* denique cod. G legit *quae praecepit* (2. m. *praecepi*) *tibi et multiplices amplius sicut* etc. Pro *et bene sit*, codd. Cas. 4. *ut bene sit;* idque egregie respondet hebraeo et graeco.

Ibid. *tibi terram lacte et melle manantem* — Codd. N*, Cas. 8., Urbinas praemittunt *dare*, uti graecus, syrus, chaldaeus; at cod. O notat hoc verbum esse expungendum: codd. H, M legunt *tibi in terra lacte et melle manante;* Houbigantius alterutram lectionem necessario admittendam esse contendit, nempe vel *dare tibi terram*, aut *tibi in terra* etc. Cod. B addit *Haec autem sunt praecepta, et iustitiae, et iudicia, quae praecepit Moyses filiis Israel in eremo, cum exiissent de terra Aegypti;* Alexandrinus quoque habet καὶ ταῦτα τὰ δικαιώματα καὶ τὰ κρίματα, ὅσα ἐνετείλατο Κύριος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου. In latino additamento, ut vides, legitur *praecepta et iustitiae* pro τὰ δικαιώματα; et pro Κύριος, *Moyses;* sed alii quoque plures graeci codices, cum graeca edit. Complut. et armeno, habent Μωϋσῆς; quae lectio confirmatur ex IV, 45. unde hoc additamentum a graecis petitum fuit; eadem enim plane ad litteram ibi leguntur, excepto verbo ἐλάλησε, pro ἐνετείλατο; immo ne hoc quidem verbum in multis codd. ibidem desideratur. Praeterea lectio nostri cod. B confirmat verba ἐν τῇ ἐρήμῳ quae in plerisque graecis codd. adduntur ad IV, 45., quaeque ad VI, 3. primo deerant non tantum in codice VII°. Holmesii, sed et in vetustissimo vaticano, quod Holmesius adnotare praetermisit. Obiter animadvertat lector, nostrorum codicum auctoritatem magnos usus afferre ad ipsius alexandrini interpretis inquirendam firmandamque veram lectionem.

4. *Deus noster* — Cod. V, Bibl. Ven. 1480. 1483. 1484., Lugd. 1522., all., Hugo, Brev. Goth. p. 79. *Deus vester;* codd. R, S, Cas. 2., Bibl. Ven. 1492., Brix. 1496., all. *Deus tuus;* Augustinus in *Spec.* edit. Maii, cap. IV. legit *Deus noster*, sed cap. I. *Deus tuus;* item in *nova pp. biblioth. I, 410. 412.;* pro hac lectione praeter graecos patres et latinos quos longo ordine recitant Holmesius et Sabatierius, alios innumeros proferre possemus ex latinis qui hanc sententiam saepissime excitant; at quum eadem lectio in Vulgato occurrat ad Marci XII, 29. ad hunc locum, quem illos maxime ob oculos habuisse verisimile est, praesentem quaestionem amandamus. Pro *Dominus unus*, Sixtus, codd. B, E, F, G, H, K, R, S, T, V, plerique codd. Martianaei, veteres edd. fere omnes *Deus unus*, item Vulgatus ad Marci l. c.; hinc rursus frequentissimi sunt latini patres pro hac lectione, quorum loca alibi proferentur; Toletus scribit:

« Lege *Dominus;* sic hebr., graecus, Com- » plut., Reg., mss. et Congregatio. Aliqui ve- » ro codices latini impressi cum Ord. legunt » *Deus.* » Hodiernam enim lectionem praetulerunt sixtini, primo gregoriani, quibus suffragantur codd. A, C, D, aliique plures apud Stephanum, Martianaeum, Vallarsium, Thomasium.

5. *Diliges*—Codd. H, sangermanensis apud Stephanum et lovanienses, Thomasius I, 44., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532. 1545., all. *Et diliges;* item hebr. et veteres, excepto syro; accedit Marc. XII, 30.; Bibl. Antuerp. 1565., Lugdun. 1569., all. *Dilige.* Brev. Goth. l. c. tacet *et ex tota anima tua;* hisce e contrario Petrus Com. addit *et ex tota mente tua;* uti habetur Marci l. c.; cod. Cas. 1. subdit *et ex omni fortitudine tua, et ex tota virtute;* ex locis parallelis haec postrema petita sunt. Rupertus III, 111. in hunc locum scribit: « Lit- » tera ista secundum septuaginta interpretes, » sicut et pleraque Scripturae verba varian- » tur, quorum translationem apostoli et evan- » gelistae interdum pro necessitate temporis » assumpserunt, ut testatur beatus Hierony- » mus. Et hinc reor apud Lucam evangeli- » stam scripta esse quatuor haec: *Diliges Do- » minum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex » tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, » et ex tota mente tua* (Luc. X, 27.). Nam » secundum hebraicam veritatem tantummo- » do tria sunt haec: *Diliges Dominum Deum » tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima » tua, et ex tota fortitudine tua.* »

6. *hodie, in corde tuo*—Rabanus *in corde tuo hodie.*

7. *meditaberis in eis*—Latini codices fere omnes, et veteres edd. tacent *in eis,* quod sixtini, collato cod. A et glossa interlineari, addiderunt; eisque favent hebraeus et veteres omnes; Angelus Rocca scribit: « *in eis* est » additio, admissa a sacra Bibliorum Congre- » gatione; et ita legitur in translatione Se- » ptuaginta interpretum. » Mox Vulgatus habet *dormiens,* at pro hebr. ובשכבך, idem Vulgatus infra ad XI, 19. aptissime posuit *quando accubueris;* non enim sermo est de somno, sed de accubitu.

8. *quasi signum in manu tua, eruntque et movebuntur* — Cod. H notat hebraeum legere *ut signum super manum tuam, eruntque phylacteria;* re vera טוטפות significat *taenias* seu ligamenta precatoria iudaeorum, quae seriori aetate תפלין, graece φυλακτήρια (Matth. XXIII, 5.) dicta sunt; graecus ven. interpretatur προμετωπίδια, Isidorus Clarius ex Sancte Pagnino *frontalia;* et Vulgatus ad Exod. XIII, 16. *quasi appensum quid.* At vero quum alexandrinus, cui consonant Symmachus et Theodotio (cf. Montfauc. ad Ex. l. c.), posuerit ἀσάλευτον, Alius in hexaplis ἀσάλευτα, dubitavit Grotius an latinus interpres scripserit *et non movebuntur;* hanc autem coniecturam longe ante Grotium secuti fuerant quidam librarii qui temere particulam *non* interiecerant, prout est in nostris codd. S, V, quos scholiastes in cod. O refellit. Ob eamdem rationem codd. Cas. 9. pro *et movebuntur,* legunt *immota,* uti habet ex graeco Hieronymus VII, 183., et ex Hieronymo Rabanus I, 1066., Paschasius radb. CXX, 766., Anselmus laud. CLXII, 1443., Zacharias chrysopol. CLXXXVI, 448. Verum hieronymianae interpretationes non ita inter se pugnant ut prima fronte videtur; neque eas recte conciliare dicendi sunt, qui easdem labefactant. Expendantur Hieronymi verba l. c. « *Ligabis ea in manu tua, et erunt immota ante » oculos tuos.* Et est sensus: Praecepta mea » sint in manu tua, ut opere compleantur; » sint ante oculos tuos, ut die ac nocte me- » diteris in eis. Hoc Pharisaei male interpre- » tantes, scribebant in membranulis deca- » logum Moysi, id est decem verba Legis, » complicantes ea, et ligantes in fronte, et » quasi coronam capitis facientes, ut semper » ante oculos moverentur. » Item V, 280. « Aiunt hebraei hucusque babylonios magi- » stros, Legis praecepta servantes, decalo- » gum scriptum in membranulis circumdare » capiti suo, et haec esse quae iubeantur » ante oculos et in fronte pendere, ut sem-

» per videant quae praecepta sunt. » Itaque membranulae illae ligatae seu fixae et *immotae* in fronte erant, etsi ante oculos *moverentur* et *penderent*. Haec fortasse aliam quoque lectionis varietatem componere et explanare possunt. Apud Sabatierium monemur in codicibus Ambrosii pro *immobilia* legi *monilia;* ubi Holmesius rectissime adnotavit legendum *mobilia*, quemadmodum alii nonnulli testes apud eumdem Holmesium habent. Hanc vero lectionem nunc confirmat nobilissimus ille codex sessorianus ex quo Augustini *Speculum* edidit Maius; nam ibidem cap. IV. et LXX. legimus *et erunt mobilia ante oculos tuos:* quae, etsi certissime ex Italae codicibus derivata sint, nemo non videt eo longius ab alexandrino recedere, quo magis cum Vulgato consentiunt. Pro *inter oculos*, codd. F, G, R, S, V, Cas. 12. *ante oculos*, item ex graeco itala; sed obstant correctoria N, O; cf. ad Ex. XIII, 16.; cod. E *in oculos*.

9. *in limine, et ostiis domus tuae* — Cod. H notat hebr. legere *super postes domus tuae, et in ianuis tuis;* Augustinus in *Spec.* edit. Maii, l. c. *super limina domus tuae, et in ianuis tuis;* codd. S, Cas. 11. *in limine, et postibus domus tuae;* ante *ostiis* codd. B, E addunt *in*.

11. *cunctarum opum* — Codd. G, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. St., all. *multarum opum*. Pro *extruxisti, cisternas, quas non fodisti, vineta et oliveta, quae non plantasti*, codd. E, K *extruxistis, cisternas, quas non fodistis, vineta et oliveta quae non plantastis;* praeterea pro *extruxisti*, cod. G *eduxisti;* cod. H notat hebr. legere *implesti*, uti habet margo Ordin.; pro *fodisti*, Bibl. Paris. 1566. *effodisti;* pro *vineta*, codd. R, Cas. 11. *vineas*.

12. *et comederis* — Codd. F, S, V, Cas. 11. *et cum comederis;* graecus haec a superioribus divulsa cum sequentibus connectit; cf. Sabatier. Pro *fueris*, cod. K *eris*.

13. *ne obliviscaris Domini* — Codd. C, D, F, K, S, T, U, Cas. 1., Augustinus in *Spec.* edit. Maii l. c., Brev. Goth. p. 79., Rupertus III, 112. *ne obliviscaris Dominum;* codd. A, G, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., all. addunt *Dei tui;* it. samaritanus, graecus, syrus, arabs, Ionathanus, quamplures codd. hebr. et chald. apud De-Rossi (*Varr. Lect. in h. l.* et in *Append.*) et Brunsium, (*Repert. Orient. XV, 170.*); conf. Sabatier. et Houbigantius. Errat hoc loco De-Rossi dum pro hac varia lectione protulit graecum ven. cui tribuit τὸν ὄντω τὸν θεὸν σοῦ (sic); nam graecus ven. pro *ne obliviscaris Domini*, legit μήπως ἐπιλάθῃ τοῦ ὄντωτοῦ; nec nisi in sequenti periodo habet cum hebr. et reliquis τὸν ὄντωτὴν. τὸν θεόν σου. Excusandus tamen De-Rossi qui ineditam versionem ex aliorum fide excitabat, non item Iahnius qui post evulgatam eamdem versionem, errorem repetere in suis Bibliis hebr. (Vien. 1806. I, 423.) non debuisset. Ante verba *de domo* addunt *et* codd. B, V, Bibl. Reg., Ven. 1519., all., Brev. Goth. l. c.; Tertullianus habet *et domo;* conf. ad V, 6.

Ibid. *illi soli servies* — Sixtini, primo gregoriani, codd. A, E, H, K, L 4., N*, Q, Cas. 1., goth. legion., antiquiores codd. apud Martianaeum et Sirletum l. c., Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., Brev. Goth. l. c., Rabanus legunt *ipsi servies;* margo Ord. *ipsum coles;* codd. D, F, G, M, N, O, P, R, S, U, V, Cas. 16., Thomas l. c., alii apud Martianaeum et Vallarsium, Bibl. Ord., Hugo, Augustinus in *Spec.*, Rupertus l. c. *ipsi soli servies;* conf. Sabatier.; cod. M notat: « Hebraeus non habet *soli*, quamvis sit in » Evangelio. » Scholiastes in cod. N adnotavit: « Si dicitur quod hebraeus habet *soli*, » habet quidem sententia, non voce; quia » hoc servitium latriae est quod Deo soli debetur. Veritas etiam hoc dixit scriptum uti» que; et quis ausus fuisset hoc aliter trans» ferre? » Antequam nostram de hac quaestione proferamus sententiam, audienda sunt Toleti verba: « Illud *soli* non habetur in qui» busdam mss.; est tamen in impressis fere » omnibus. Bibl. Ord. legunt *ipsi soli:* Septua» ginta etiam legunt illud *soli:* et legendum

» esse Scriptura docet. Nam Matth. IV., 10. » (adde Luc. IV, 8.) citatur hic locus, ubi le» gitur *et illi soli servies*. Repetuntur haec ea» dem verba infra X, 20. et in hebraeo etiam » non habetur *soli*, sed sicut in hoc loco. Se» ptuaginta vero etiam ibi legunt *soli*. Existi» mari potest quod nunc in hebraeo desit, » fuerit autem olim haec dictio in codicibus » hebraicis; et manuscriptis in hoc loco non » est habenda plena fides. » At in primis animadvertimus cum hebraeo et samaritano textu omnes veteres interpretes, excepto alexandrino, consentire; immo de ipso alexandrino dubitare licet; nam decem graeci codices holmesiani et vetustissimus vaticanus codex hoc loco tacent illud μόνῳ; perperam enim in sua editione Card. Maius expressit hoc verbum perinde ac si in codice legeretur, in quo re vera nullum eius exstat vestigium: idque dolemus nos non animadvertisse in tabella qua adnotavimus ea quae in maiana editione castiganda vel supplenda videbantur. Hisce accedit quoque armenus interpres alexandrinum referens, et graecus codex quem contulit auctor correctorii in nostro cod. O, ubi legitur: «Hebraeus et graecus non habent *soli*.» Frustra vero Toletus provocat ad X, 20.; nam ibidem vaticana editio, quam ipse potissimum consulere debuisset, atque quamplures graeci codices praetermittunt μόνῳ; sed de hoc loco infra disserendum erit. Ad Matthaeum quod pertinet et Lucam, nil aliud ex illorum verbis colligi potest, nisi graecos codices quibus illi utebantur fortasse verbum illud controversum prae se tulisse: at numquam inde conficies aliquid e sacro textu excidisse. Nil enim absonum si dicamus alexandrinum interpretem ipsa hebraica verba, quae nunc in sacro textu leguntur, reddidisse cum illa vocula declarationis gratia inserta. Nos igitur, ad Vulgatum quod spectat, censemus vocem *soli* ex Itala, aut certe ex novo Test., recentioribus nostris codicibus ingestam fuisse. Pro *per nomen illius iurabis*, Bibl. Lugdun. 1522. legunt *per nomen illius non iurabis;* ita legebat Caietanus, qui sollicite adnotavit hebraicum textum exhibere praeceptum affirmativum.

14. *ibitis* — Cod. B *ibis;* cui favet arabs; conf. Holmesius.

15. *quoniam Deus aemulator Dominus Deus tuus in medio tui* — Haec verba intra parenthesim clauserant sixtini; codd. Cas. 10. addunt *est;* cod. F, Brev. Goth. l. c. tacent *tuus*, uti armenus et georg.; Tertullianus tacet *Deus tuus*. Pro *de superficie*, Brev. Goth. l. c. *de super faciem*.

16. *Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis* — Cod. H notat hebraeum legere *Non tentabitis Dominum Deum vestrum, sicut tentastis in tentationibus;* in priori membro graecus quoque cum Vulgato numerum sing. habet; sed reliqui cum hebraeo consentiunt. Notandum postremam vocem esse loci proprium nomen, proindeque alias recte cum priori littera maiuscula scribi; conf. ad Ex. XVII, 7.

17. *quas praecepit* — Bibl. Compl. et Reg. *quas praecepi;* graecus cod. 30. et margo cod. 85. ἐντέλλομαι, it. Alius in hexaplis.

18. *in conspectu Domini* — Cod. F addit *Dei;* codd. G, V, Cas. 12. addunt *Dei tui*, uti habent samaritanus, graecus et syrus. Rursum graeci codicis vaticani lectio minus accurate exhibetur ab Holmesio et Maio; nam 1. m. habet τοῦ θεοῦ ἡμῶν ... τοῖς πατράσιν ἡμῶν: 2. m. σοῦ utroque loco. Pro *de qua iuravit*, Brev. Goth. l. c. *quam iuravit;* item Lucifer calar. Mox codd. B, C, Cas. 1., Petrus Abael. CLXXVIII, 1621. tacent *Dominus*, ut slavon. ostrog. et cod. 17. Kennic.

19. *locutus est* — Cod. B addit *tibi*, ut arabs et cod. 53. Holmesii.

20. *Cumque interrogaverit* — Codices fere omnes et veteres edd. *Cum interrogaverit;* item hebr. et chaldaeus; hodiernam lectionem sixtinis debemus, quibus favent codd. A, E, R, S, V, Cas. 1., samaritanus textus, et veteres reliqui interpretes, immo et hebraicus cod. 419. derossianus, et cod. 9. Kennicotti. Post *filius* cod. F tacet *tuus*. Pro *testimonia*, cod. E *omnia*. Pro *noster nobis*, codd. H,

sangermanensis apud Stephanum et lovanienses, Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., all. *noster vobis;* item hebr. et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmesius; at is perperam codici alexandrino tribuit ὑμῖν; qui cum vaticano legit ἡμῶν ἡμῖν. Cod. Cas. 1. habet *vester vobis.*

21. *Dominus de Aegypto*—Cod. T *de Aegypto Dominus.*

22. *fecitque... in conspectu nostro*—Cod. H otiose notat hebr. legere *deditque... ante oculos nostros.*

23. *super qua* — Codd. B, Cas. 1. *pro qua;* codd. G, K, S, V, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513., all. *super quam.*

24. *nobis Dominus*—Tacent *Dominus* Bibl. Reg., Ven. 1511. 1519., all.; item arabs, cod. 69. Kennic. et cod. 18. Holmes.; mendose reticetur in latina versione Onkelosi. Pro *ut bene sit,* sixtini, codd. B, C, D, F, T, U, V, Cas. 2., Petrus Abael. l. c. *et bene sit;* accedit syrus.

25. *Eritque nostri* — Cod. Cas. 1. *Erit quoque nostri;* codd. B 1. m., F tacent *nostri,* ut georg. Pro *praecepta eius,* cod. H notat hebr. legere *praecepta haec;* item veteres omnes. Post *mandavit* cod. F addit *Dominus;* item coptus et multi graeci codices.

Cap. VII, 1. *Cum introduxerit* — Cod. S, Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., Rob. Steph., all. *Cum vero introduxerit;* Augustinus ex graeco *Et erit cum induxerit;* accedunt syrus et arabs; at perperam nexus in latina versione Onkelosi exprimitur. Lovanienses ad fidem codicum paene omnium particulam *vero* expunxerunt. Pro *ingrederis,* quod item a lovaniensibus invectum fuit, legunt *ingredieris* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Thomas. I, 51., antiquiores editiones, Cassianus XLIX, 581. 632., Eutropius LXXX, 13., Beda IV, 414., Rabanus, Petrus Dam. CXLIV, 920., Rupertus III, 114. aliique; cf. nota ad Isidori V, 469. Vulgatus enim in hoc libro pro hebraico verbo בּא (quod graecus reddere solet εἰσπορεύη) habet *ingredieris* IX, 5. XII, 29. XXIII, 20. XXVIII, 21. 63. XXX, 16.; *ingrederis* XI, 10. Mox romanae Vulgati editiones, ex lovaniensibus aliisque antiquioribus non paucis, praeferunt *Gergezaeum,* at multo melius alibi perpetuo legunt *Gergesaeum,* quod hebraeo et graeco consonat, quodque optimae notae codd. exhibent; cf. Lorinus in h. l. Ante *Chananaeum* praemittunt *et* codd. G, T, U, Bibl. Ven. 1476, Ordin., Reg., all., Cassianus et Beda ll. cc., Isidorus V, 470., quibus accedunt hebr. et veteres omnes; mendose nexus reticetur in latina versione syri et Ionathani. Pro *maioris numeri,* cod. B *maiores sunt numero;* codd. T, Cas. 11., Beda l. c., Rufinus episc. CL, 1619. *maiores numero;* quidam legunt *maiores numeri.*

2. *Deus tuus* — Haec desunt apud Cassianum, Eutropium, Isidorum, Bedam ll. cc. et Martinum legion. CCVIII, 720.; codd. B, R, Cas. 2., Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., all. tacent *tuus;* item georg. et tres codd. holmesiani; codd. Cas. 6. omittunt *Deus,* ut armenus. Pro *percuties,* codd. F, R, Eutropius l. c. *percutiesque;* Augustinus *et percuties;* concinunt hebr. et veteres (excepto armeno); nam mendosa est latina versio Onkelosi quae tacet nexum. Parum accurate Montfauconius in hexaplis adnotavit Vulgatum legere *percuties* pro eo quod Hebraeus habet תחרים; nam in sacro textu illi verbo respondet והכיתם. Pro *inibis,* cod. D, Beda II, 384. *ibis.* Pro *misereberis,* cod. K cum Augustino *miserearis;* huic autem lectioni non pauci codices holmesiani suffragantur.

3. *coniugia* — Rufinus Episc. l. c. et Beda II, 83. *connubia:* non male; nam idem verbum in sacro textu occurrit Gen. XXXIV, 9. Ios. XXIII, 12. ubi Vulgatus interpretatur *iungere* vel *miscere connubia.* Pro *illius accipies,* cod. B *eius accipias;* cod. S, Rufinus Episc. l. c. et Hugo de s. Vict. CLXXVI, 1214, *eius accipies;* Bibl. Lugd. 1535., all. *ipsius accipies;* conf. Sabatier.

5. *facietis eis* — Cod. E *facietis, et;* Bibl. Lugdun. 1535. tacent *eis,* ut syrus. Ante *confringite* tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F,

H, K, O, P, R, S, T, U, V, Cas. plerique, Rupertus l. c.; item georg. et cod. 9. Kennic. Post *sculptilia* codd. Cas. 12. addunt *eorum;* item Itala apud Sabatier. et Augustinus in *Spec.* c. XLIV. edit. Maii; concinunt hebr. et veteres.

6. *sanctus es* — Bibl. Ven. 1511. 1519., Complut., Reg., all. *es sanctus.*

7. *vobis iunctus est* — Brev. Goth. p. 438. *vobis vinctus est;* mox tacet *populis;* conf. ad Num. XVI, 9.

8. *iuramentum* — Codd. R, S, Cas. 2. et margo Bibl. Ordin. *testamentum.* Pro *eduxitque vos,* Cas. 1. *eduxitque te.* Pro *in manu forti,* cod. F *de manu forti;* cod. G *de domo forti.* Pro *de domo,* Brev. Goth. l. c. *de manu.*

9. *Et scies* — Codd. G, S *Et scietis;* Alius in hexaplis γνώσεσθε; immo ita habet a prima manu graecus cod. vaticanus. Bibl. Lugd. 1522., all., Brev. Goth. l. c. *Et scias;* cod. Cas. 1. *Ut scias.* Verba *ipse est Deus* desunt in cod. F; cod. E legit *ipse est Dominus.* Ante *custodiens* codd. F, G addunt *et.*

10. *ita ut disperdat* — Codd. B, C, D 1. m. *ita ut disperdet;* cod. G, Brev. Goth. l. c. tacent *ita,* et mox pro *restituens* legit *reddens.*

11. *mando* — Codd. Cas. 2., Bibl. Reg., Lugd. 1522., posteriores edd. Rob. Steph., all. *mandabo.*

12. *custodieris* — Cod. F, Brev. Goth. l. c. cum hebr., graeco et reliquis praemittunt *et.* Pro *custodiet et Dominus,* codd. G, N*, O, R, S, T, V, Bibl. Ven. 1476., 1480. 1482., all., Prudentius trec. CV, 1427. *custodiet Dominus;* codd. Cas. 17. tacent *et Dominus;* hebr. et graecus legunt *et custodiet Dominus.* Pro *pactum tibi,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, N, O, R, S, T, U, Bibl. Paris. 1566., all., Brev. Goth. l. c., Prudentius trec. et Petrus Abael. ll. cc. *tibi pactum.*

13. *ac multiplicabit* — Codd. N, O, P addunt *te,* ut hebr. et veteres; cod. H notat hebraeum praemittere *benedicet;* nonnulli codd., Bibl. Reg., all. legunt *et multiplicabit.* Post *benedicetque* cod. K et Brev. Goth. l. c. addunt *Deus;* graecus cod. vaticanus primo addit Κύριος post ἀγαπήσει σε. Post *ventris tui* Brev. Goth. l. c. tacet *et fructui.* Pro *oleo, et armentis, gregibus,* cod. K *et oleo, armentis, et gregibus;* favent hebr. et graecus; Waltonus mendose tacet *et* ante *armentis;* cod. Cas. 1. *oleo, et armentis gregum.* Post *daret* Brev. Goth. l. c. tacet *eam,* ut hebr. et veteres, praeter armenum; mendose exprimitur in latina versione Onkelosi.

14. *Benedictus* — Codd. Cas. 9. *Et benedictus;* item arabs, slav., georg. et non pauci graeci codd. Pro *in gregibus tuis,* Prudentius trec. l. c. *in iumentis;* hebr. ובבהמתך.

15. *Dominus a te* — Codd. G, K, R, V *a te Dominus;* Brev. Goth. l. c. *a te Deus;* graecus utrumque habet Κύριος ὁ Θεὸς ἀπὸ σοῦ. Mox ante *infirmitates* quidam, uti codd. R, S, cum hebraeo et antiquis interpretibus addebant *omnes;* at cod. N monet: « Ante *infirmi-* » *tates* non scribitur *omnes,* sed subintelli- » gitur. » Pro *novisti,* cod. A *vidisti;* alexandrinus utrumque verbum exprimit ἃς ἑώρακας, καὶ ὅσα ἔγνως; at certe, ait Nobilius, videntur duae interpretationes. Ex singulari corruptione in Brev. Goth. l. c. legitur *sed cuncti hostes tui deforabunt omnes* etc.

16. *Devorabis* — Codd. N*, R, Cas. 2. *Devorabisque;* nexum exprimunt hebr. et veteres; cod. N *Devorabitis;* cod. P *Devorabit.* Pro *ruinam tui,* Bibl. Lugd. 1535. et Brev. Goth. l. c. *ruinam tibi;* conf. Ex. XXXIV, 12.

17. *quam ego* — Brev. Goth. l. c. non legit haec verba; item duo codd. arabici apud Holmes. Pro *delere,* cod. H notat hebr. legere *eiicere;* margo Ordin. *expellere;* at graecus ἐξολοθρεῦσαι accedit magis Vulgato.

18. *metuere* — Rabanus *timere;* mox post *Deus* omittit pronomen *tuus,* ut cod. S.

19. *plagas* — Cod. H notat hebr. legere *tentationes,* et ita habet margo Ord.; at hoc nomine, ait Rosenmullerus, veniunt miracula in Aegypto patrata, quibus Deus periculum fecit utrum hebraeos Pharao dimitteret: ergo *plagas* dicere potuit Hieronymus. Pro *maximas,* cod. K *pessimas.* Pro *portenta,* Brev. Goth. l. c. mendose *potentiam.* Pro *extentum*

brachium, Bibl. Ord., Rabanus *brachium extentum*. Ante *cunctis* cod. Cas. 1. addit *in*.

20. *et crabrones*—Bibl. Lugd. 1522. tacent *et;* de iis qui scribunt *scabrones* aut *scrabrones* vide ad Exod. XXIII, 28.; nota codicis Cas. dicit hanc postremam vocem esse langobardam; alii corrupte legunt *cabrones*. Mox cod. E omittit *Deus;* cod. M tacet *tuus*, ut georg. Pro *latere potuerint*, Brev. Goth. l. c. *latere potuerunt;* cod. R, Bibl. Ven. 1482., Reg., all. *latere poterint;* codd. S, Cas. 4., Bibl. Rob. Steph. 1528., Paris. 1566., all. *latere non potuerint;* cod. V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Ordin., Hugo, all. *latere non poterint;* cod. G *poterint non latere*. Ex sacro textu patet sensum esse: *sed etiam vespam iis immittet Dominus Deus tuus, donec pereant coram te superstites et qui absconderunt se*. Cf. Ios. XXIV, 12. et Sap. XII, 8.

21. *et terribilis*—Rabanus *atque terribilis*.

22. *eas delere*—Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, Bibl. Ordin., Cassianus XLIX, 631. *delere eas;* cod. V, Brev. Goth. pag. 82. *delere eos*. Cod. H notat hebr. legere *bestiae agri* pro *bestiae terrae;* et ita habet Vulgatus Exod. XXIII, 11. Lev. XXVI, 22.; conf. Holmes.

23. *Dabitque eos*—Cod. Cas. 1. tacet pronomen ut armenus; cod. C et Rabanus *Dabitque eas*. Pro *deleantur*, Brev. Goth. l. c. *delebis eos*, uti legit syrus; de graeco conf. Holmesius cui addes graecum cod. vaticanum, qui a prima manu (quod non adnotavit Maius) legit ἐξολεθρεύσῃ.

24. *Tradetque*—Encliticam abiiciunt sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, N, O, P, T, U, V, Cas. fere omnes, goth. leg., Rupertus l. c., Brev. Goth. l. c. Pro *in manus*, cod. N *in manibus*. Pro *disperdes nomina*, codd. B, F, K, S, U *disperdet nomina;* sunt et graeci codices legentes ἀπολεῖται, vel ἀπολεῖ; Brev. Goth. l. c. *disperdas memoriam;* Bibl. Ven. 1511. 1519. *disperdas nomina*. Ante verba *sub caelo* Bibl. Lugd. 1535. addunt *de;* cf. infra ad IX, 14. Pro *nullus*, Rupertus l. c. *nullusque;* item syrus, arabs, slavon. ostrog. et cod. 389 B. Kennicotti. Cod. H notat hebraeum pro *resistere tibi*, legere *resistere in conspectu tuo*.

25. *Sculptilia*—Cod. H notat hebr. addere *deorum;* Augustinus quoque in *Spec.* c. XLIV. ed. Maii, legit *Sculptilia deorum;* item hebr. et veteres. Pro *concupisces*, codd. C, D, U *concupiscens*. Pro *facta sunt*, cod. Cas. 1. *fabricata sunt*. Pro *assumes ex eis*, codd. B, F *assumas ex eis;* cod. K, Brev. Goth. l. c. *adsumas de his*. Mox tacent *tibi* codd. C, Cas. 1. Pro *ne offendas*, Brev. Goth. l. c. *ne forte offendas*, cui favet hebr.

26. *Nec inferes*—Codd. N, P, V *Ne inferes;* cod. S, Brev. Goth. l. c. *Ne inferas;* cod. Cas. 1. *Non inferes*. Pro *abominationi*, cod. B *abominationes;* codd. R, S, Cas. 1. *abominationis*.

Cap. VIII, 1. *ego praecipio*—Brev. Goth. pag. 82. tacet *ego* ut georg. Pro *cave*, Sixtus habet *attende*, quod undenam hauserit ignoramus: veterem lectionem gregoriani restituerunt, unde Toletus: « Lege *cave;* sic Compl., » Reg., Ord. et alii codices et Congregatio. »

2. *quadraginta*—Cod. H notat hebr. praemittere *ecce;* margo Ordin. *iam;* hebr. praeponit זה, quod Vulgatus infra vers. 4. interpretatur *en*. Pro *in tuo animo*, Rabanus *in animo tuo;* cod. F tacet *in*. Pro *mandata illius*, cod. B, Bibl. Ant. 1563. 1565. 1572., Franc. ad M. 1566., Ven. 1578., all. *illius mandata*.

3. *te penuria, et*—Brev. Goth. l. c. tacet *et;* cod. H notat hebr. legere *te, et esurire te fecit, et;* accedit Isidorus Clarius. Pro *Manna, quod*, sixtini, codd. A, B, C, D, K, N, O, P, T, U, Cas. 18., Rabanus, Rupertus II, 117. *Manna, quem;* at quum *manna* apud Vulgatum sit nomen indeclinabile et neutri generis, scholiastes cod. N adnotandum censuit: « An- » tiqui legunt *manna, quem:* sicut infra (v. 16.) » facit relativum referri ad *manna*, cum ait » *manna in solitudine, quod nescierunt*, ita » heic relativum *quem* ad *cibum* refertur. » Eadem fere in cod. O adnotantur ad vers. 16. « Heic, inquit, est *quod*, quia refertur ad

» *manna*, quod est neutri generis; supra » (v. 3.) est *quem*, quia refertur ad *cibum*, » non ad *manna*. » Vetus quoque Irenaei interpres habet *manna, quod;* at Augustinus in *Spec.* c. IV. edit. Maii legit *mannam, quam.* Hoc autem loco vaticanae edd. istud nomen cum priori littera maiuscula efferunt prout placuit sixtinis, qui hac in re posteriores edd. Rob. Steph. et Biblia Lovan. 1547. imitati sunt.

Ibid. *vivat* — Codd. F, G, K, L, N*, R, S, U, V, Cas. 7., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Petrus Com. *vivit,* item vetus Itala, et Vulgatus ad Matth. IV, 4. et Luc. IV. 4.; cod. B, Brev. Goth. l. c. *vivet,* quod propius accedit hebr. et graeco. Pro *egreditur,* codd. A, D, F, M, O, T, U, V, Brev. Goth. l. c. *egredietur;* Rabanus et Petrus Com. *procedit*, ut Matth. l. c.; cf. Sabatier., sed Augustinus in *Spec.* l. c. *exierit.* Pro *de ore,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, M, N*, O, R, S, T, U, V, Cas. 15., goth. leg., Urbinas, Bibl. Ordin., Rupertus l. c., Brev. Goth. l. c. *ex ore;* cf. Sabatier. Pro *Dei,* codd. et editiones fere omnes legunt *Domini;* item hebraeus; cod. R habet *in omni verbo Dei, quod egreditur ex ore Domini;* hodiernam lectionem praetulit Sixtus, cui favent codd. C, P, V, Cas. 3., Urbinas, Bibl. Ord., Brev. Goth. l. c., et graecus quem sequitur Itala; attamen in *Spec.* Augustini, ed. Maii, utraque lectio occurrit, nempe c. CXXV. *Domini,* et c. IV. *Dei;* huic consonant Matthaeus et Lucas ll. cc.; scholiastes in cod. N scribit: « Heic est tetragrammaton, quod interpres » Matthaei interpretatus est *Dei,* et forte me» lius: quia illud est quasi proprium nomen » Dei. Ex. XV. (v. 3.) *Omnipotens,* ibi est il» lud ineffabile, *nomen eius;* tum *Dominus* » saepius pro *Adonai* ponitur. »

4. *Vestimentum tuum* — Cod. goth. legion. tacet *tuum.*

5. *filium suum homo* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Petrus Dam. CXLIV, 381. *homo filium suum;* Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugd. 1533., Ven. 1538., all. *filium homo.* Mox cod. T tacet *Deus;* it. duo codd. holmesiani.

6. *timeas eum* — Bibl. Lugd. 1535. *timeas Deum;* mendose.

7. *et fontium* — Cod. F tacet *et;* item hebraeus, chald., graecus cod. sarravianus et primo vaticanus, etsi taceat Holmesius.

8. *ac vinearum* — Codd. E, K tacent *ac;* it. samaritanus textus, graecus et tres codd. hebr. apud De-Rossi, praeter unum chaldaicum; cod. A legit *et vinearum.* Pro *malogranata,* plures codd. et edd. *mala granata;* conf. ad Ex. XXXIX, 23. Num. XX, 5. Mox in cod. B deerat *et oliveta.*

9. *ulla penuria* — Cod. B *nulla penuria;* cod. V. tacet *ulla;* nec obstant veteres; cod. H notat hebr. legere *egestate.* Pro *comedes,* cod. K *comedas;* et pro *perfrueris,* codd. B, K *perfruaris.*

10. *satiatus* — Codd. G, K, N*, O, R, Cas. plures *saturatus;* item infra v. 12.; at cod. N adnotat: « Utrobique *satiatus* secundum anti» quos. » Mox cod. F tacet *Domino.*

11. *Observa, et cave* — Cod. Cas. 1. tacet *et;* hebr. et veteres legunt tantum *Cave tibi.* Pro *nequando,* cod. B *ne;* item Ambrosius.

12. *fueris, domos* — Codd. G, V, Cas. 11. interponunt *et;* his accedunt hebr. et veteres.

13. *armenta boum et ovium* — Toletus in hunc locum scribit: « Illud *boum* habetur in » hebr. et graeco, et omnibus impressis. In » quibusdam vero mss. non habetur, sed sunt » mendosa : nec intelligi potest sub voce » *armenta,* cum armentum sit non tantum » boum, sed equorum et camelorum. Prior » Congregatio abstulerat. » At, ni vehementer fallimur, parum accurate haec protulit Toletus. Nam in primis antiquiores codices omnes cum sixtinis illam vocem praetermittunt, veluti codd. A, B, C, D, E, F, K, O, R, T, U, Cas. 17., gothic. leg., quibus accedunt Augustinus in *Spec.,* Cassianus XLIX, 631., Eutropius LXXX, 13.; gregoriani quoque sixtinorum lectionem instaurare cogitaverant, sed haeserunt. Dein probe animadvertendum latine *armenta* saepe de solis bobus dici;

immo Varro L. L. IV, 19. boves *armenta* vocari voluit, quasi *aramenta*, tertia littera sublata, quod eorum praecipue opera in arandis agris utamur. Hinc Toletus frustra provocare videtur ad testimonium hebraici textus et graeci interpretis; nam quum apud utrumque unica vox habeatur, cui respondent hodierni Vulgati verba *armenta boum*, nempe in hebr. בקר, in graeco τῶν βοῶν, si latine *armenta* de boum grege dicitur, iam patet nil superesse in hebr. et graeco quod suffragari possit controversae voci *boum*, quam neuter admittit. Haec denique ex eo confirmantur quod alias Vulgatus saepissime praeferat *armenta*, absque alio additamento, pro hebr. בקר, cuius vocis etymon apud hebr. et arabes mire cum iis quae ex Varrone recitavimus consentit; cf. Gesenii *Thesaur. p. 253*. At, dices, ea quae sequuntur, nempe *et ovium greges*, aperte denotant interpretem praemisisse *armenta boum*. Hoc argumentum facile refellitur si certissima alia hieronymianae interpretationis loca contuleris; sic exempli gratia Gen. XIII, 5. eadem prorsus verba, licet ordine inverso, occurrunt in sacro textu, nempe צאן ובקר; Hieronymus vero interpretatur *greges ovium, et armenta*. Potuit igitur hoc quoque loco scribere *armenta, et ovium greges*. Sed de his satis. Pro *argenti et auri*, cod. K *argentum et aurum;* cod. V et Cassianus l. c. *auri et argenti;* cf. Sabatier.

14. *Domini Dei* — Bibl. Ordin. tacent *Dei*.

15. *dipsas* — Primo, ut videtur, sixtini *dipsa;* ex antiquis edd. non paucae mendose legunt *dispas*. Latine *dipsas* est viperae genus, cuius morsu icti siti perire dicuntur, quod ipsa quoque semper sitire creditur; id enim innuit graecum etymon quod habet a δίψα; at apud graecos διψάς tum *dipsadem* significat ut apud latinos, tum *siticulosam, aridam*, puta regionem. Haec autem postrema notio inest hebraicae voci צמאון, quam in sacro textu heic legimus, prout ex ipso Vulgato, ut reliquos mittamus, constat ad Psal. CVI, 33. et Isa. XXXV, 7. Hinc plerique interpretes Mosem hac voce non dipsades, sed siticulosam regionem τὴν διψῶσαν γῆν (uti habet graecus ad Isa. l. c.) designasse existimant. Pro *rivos*, cod. H notat hebr. legere *aquam;* margo Ordin. *tibi aquam*.

16. *ac probavit* — Codd. R, S, Hugo a s. Charo *ac roboravit te;* at cod. O, expuncto pronomine *te*, notat: « Lege *probavit*, non *ro-* » *boravit*. » Legunt *ac probavit te* codd. M, Cas. 10., duo sangermanenses a Stephano et lovaniensibus excitati, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all.; item hebr. et veteres; Petrus Dam. CXLIV, 923. *te Dominus, et probavit*.

18. *recorderis* — Bibl. Ven. 1482. *recordaberis;* hebr. et veteres consentiunt. Mox cod. Cas. 1. tacet *Dei tui*. Pro *vires tibi*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, S, T, U, V, Bibl. Ord., Augustinus in *Spec.*, Prudentius trec. et Petrus Dam. ll. cc. *tibi vires*. Pro *pactum suum*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *pactum tuum*. Nil ad hunc locum ex graeco vaticano adnotat Holmesius; Maius vero in sua editione praetermittit αὐτοῦ; ne porro quis inter utrumque ambigat, monere iuvat vaticanum codicem prae se ferre illud pronomen in margine suppletum. Pro *super quo*, codd. C, D, G, K, R, T, U, V *super quod*. Priorem tantum huius versiculi partem ex itala dedit Sabatierius; reliquam habere possumus in App. ad Fulgentii Opp. LXV, 818. ubi legimus: *sed memoraberis Domini Dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem, facere virtutem, ut statuat testamentum suum, quod iuravit patribus vestris*. Idem opus exstat in App. ad tom. X. Augustini p. 54.

19. *oblitus Domini Dei tui, secutus fueris* — Cod. B *oblitus fueris Domini Dei tui secutus*. Pro *deos alienos*, codd. A, C, D, E, G, K, R, S, T, U, Hugo *alienos deos*. Pro *illos*, codd. F, V *eos;* cod. R tacet.

20. *delevit* — Codd. A, D, O, T, U 1. m., Cas. 6. *delebit;* Augustinus in *Spec.* c. XLIV. edit. Maii *perditurus est*, etsi graecus legit ἀπολλύει, unicus autem cod. sarravianus ἀπολεῖ. Pro *Dei vestri*, cod. B, Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *Dei*

tui; Onkelos in Bibl. Compl. et Reg. אלהך, sed in ceteris edd. cum hebr. et reliquis consentit.

Cap. IX, 1. *transgredieris* — Codd. H, sangermanensis apud Stephanum et lovanienses *transgrederis;* accedunt hebr. et veteres; cod. G *transibis*. Ante *muratas* cod. E tacet *usque*.

2. *ipse vidisti, et audisti, quibus nullus potest ex adverso resistere* — Cod. H notat hebr. legere *tu novisti, et audisti: Quis stabit coram filiis Enac?* Bukentopius p. 23. 153. 526. autumat duo puncta in Vulgato adponenda esse post verbum *audisti;* nam ea quae sequuntur censet ipsa esse exploratorum dicta de quibus Num. XIII, 29–34. At hieronymianae interpretationis sensum subtili hac ratione cum sacro textu contendere absonum nobis videtur; quin immo, ait Eugubinus, praeclare Hieronymus interrogationem in negationem convertit, periodumque latine absolvit.

3. *devorans atque consumens* — Cod. H notat expungendum *atque consumens;* margo Ord. expungit *devorans atque;* fortasse unius eiusdemque vocis hebr. אכלה duplicem interpretationem hoc loco tenemus.

4. *cum deleverit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo* — Cod. H notat hebr. legere *cum expulerit eos Dominus Deus tuus ante conspectum tuum;* margo quoque Ordin. legit *expulerit;* pro *eos,* Cassianus et Eutropius l. c. *eas*. Pro *me Dominus,* codd. C, D, E, T, U, Cas. 5., Bibl. Ordin., Hugo *me Deus*. Pro *deletae sint,* codd. R, U, V, Bibl. Ven. 1511. 1519., Reg., all. *deletae sunt*.

5. *ingredieris* — Codd. A, H, Q *ingrederis;* cf. ad VII, 1. Pro *terras earum,* codd. A, C, D, F, K, T, U, V, Cas. 1., Rupertus II, 136. *terras eorum;* codd. G, Cas. 16., Eutropius l. c., Franco afflig. CLXVI, 736. *terram eorum;* item ex graeco Hieronymus apud Sabatier.; codd. B, R *terram earum*. Pro *egerunt impie,* codd. C 1. m., D, F, N, O, P, T, U, V, Cas. 6., Rupertus l. c. *egerunt impietatem;* cod. N addit scholion: « Hebr. et antiqui le» gunt *impietatem.* » Pro *introeunte te,* sixtini, codd. A, C, E, F, G, K, Eutropius l. c., Rupertus I, 387. *te introeunte*. Hoc loco Italae veteris interpretationem apud Sabatierium supplere possumus ex Fulgentii App. l. c., ubi legimus: *Non propter iustitiam tuam, neque propter sanctitatem cordis tui intras hereditare terram eorum, sed propter iniquitatem gentium istarum Dominus disperdet eas a facie tua*. Post *Abraham* cod. B addit *et,* consentientibus graeco, syro, arabe et cod. 9. Kennic.

6. *scito ergo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, O, T, U, goth. leg., Bibl. Ordin., all., Rabanus, Rupertus, Franco afflig. l. c. *scito igitur*. Pro *iustitias tuas,* cod. B *iustitiam tuam;* favent hebr. et veteres, praeter graecum, de quo cf. Holmesius; at Ionathanus בזכותכון. Ante *possessionem* Rabanus tacet *in*. Pro *durissimae,* Franco l. c. *durae;* item ex graeco Hieronymus II, 735. et Fulgentius l. c.

7. *Ex eo die* — Codd. G, V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph. aliaeque plures *Et ex eo die,* his favet arabs; at cod. O diserte monet expungendum nexum. Pro *egressus es,* sixtini, codd. A, C, D, E, H, K, S, T, U *es egressus*. Mox codd. S, V, Bibl. Ord. *de Aegypto* pro *ex Aegypto;* et tacent *locum,* unde verba *usque ad istum* referuntur ad *diem*. Post *adversum Dominum* codd. Cas. 3. addunt *Deum tuum;* codd. D, V addunt *Deum tuum in solitudine,* ut in superiori membro legitur.

8. *Nam et in* — Cod. E tacet *et*. Mox in cod. F deest *te*.

9. *ut acciperem* — Addunt *duas* codd. R, S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all.; item tres codices Kennicotti, totidemque Holmesii; latinus interpres Onkelosi e suo adiecit *duas*. Pro *tabulas lapideas, tabulas pacti,* Sixtus et fere omnes veteres editiones legunt *tabulas lapideas pacti;* verum Toletus: « Adde *tabulas;* ita hebr., » graecus, Ordin. et aliquot mss.; et sic cen» suit Congregatio. » Nempe sixtini et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd.

emendarunt. Pro *vobiscum Dominus*, Sixtus cum plerisque edd. *vobiscum Deus;* at Toletus: « Lege *Dominus;* sic hebr., Compl., Reg. » et Congregatio. In graeco nec *Deus*, nec » *Dominus* habetur. » Nam rursus ad fidem veterum codicum recte emendarunt sixtini et gregoriani; ad graecum vero quod pertinet fallitur Toletus, qui perperam neglecta praeclarissima sixtina editione, quae cum omnibus graecis codd. habet Κύριος, adiit Biblia Complut. in quibus hoc verbum re vera desideratur, etsi id Holmesius adnotare praetermiserit. Pro *perseveravi*, cod. H notat hebr. legere *sedi.*

10. *mihi Dominus* — Cod. Cas. 1. addit *Deus;* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. tacent *Dominus.* Post *scriptas* codd. R, Cas. 3. addunt *utrasque*, quod in cod. O expungitur. Ante *continentes* tacent *et* Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Francof. ad M. 1566., Lugd. 1569.; item cod. 82. holmesianus. Pro *locutus est in monte*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, T, U, Rabanus *in monte locutus est.* Post *concio* verbum *populi* omnino redundare videtur; nam *concio* est coetus populi ad oratorem audiendum; cf. XVIII, 16. et II Esdr. V, 7.; attamen latini codd. illud verbum retinent.

11. *tabulas lapideas, tabulas foederis* — Codd. B, G, N legunt tantum *tabulas foederis*, ut samaritanus textus; Rabanus *tabulas legis;* alii apud Holmes. *tabulas lapideas foederis.*

12. *et descende* — Codd. G, Cas. 11. tacent *et;* cf. Ex. XXXII, 7. item hebr. et veteres, at cf. Holmes. Cod. Thomasii I, 52. omittit *cito.* Pro *tuus, quem eduxisti*, codd. A, B, E, K, Cas. 7. *tuus, quos eduxisti;* graecus habet οὓς, sed conf. Holmes.; Rabanus tacet *tuus;* mox habet *viam velociter.* Pro *demonstrasti eis*, cod. H notat hebr. legere *praecepisti eis;* verum masoreticus textus habet צִוִּיתָם (multi codd. Kennic. צויתים) *praecepi eis;* item chaldaeus, persa, slavon. ostrog., atque haec lectio confirmatur ex vers. 16., eademque ab iis qui florentinos codices iussu Pii V. contulerunt praehabita fuit. Attamen cum Hieronymo legunt צִוִּיתָם *praecepisti eis* alexandrinus, syrus, samaritanus interpres, graecus ven. et targum in cod. 265. derossiano. Eadem lectionis varietas occurrit ad Exod. XXXII, 8. tum in hebr. tum in Vulgato. Pro *conflatile*, codd. G, R, S, Cas. 3., Rabanus *vitulum conflatilem;* item samaritanus textus et tres codd. Kennic. et Exod. l. c.; at cod. O notat: « Non est hic *vitulum conflatilem*, sed » infra (v. 16.). »

14. *de sub caelo*—Tacent *de* sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, N, O, P, R, S, U, V, Cas. fere omnes, goth. leg., Bibl. Paris. 1566., all.; cod. O notat: « Hebr. » habet *de sub caelo*, sed antiqui (latini » codd.) non habent *de.* » Eadem copiosius exponit cod. N, ubi legitur: « Antiqui *nomen* » *eius sub caelo;* non est ibi *de*, licet he» braeus habeat, cum et idem habeat he» braeus Exod. XVII. (v. 14.) Deut. XXIX. » (v. 20.) et IV Reg XIV (v. 27.). » Praeter haec loca cf. ad Deut. VII, 24. XXV, 19. Pro *constituam te super*, cod. H notat hebr. legere *faciam te in*, uti habet Vulgatus in loco parallelo Ex. XXXII, 10.; cf. ad Num. XIV, 12.

15. *descenderem* — Cod. A 1. m. *descenderim.*

16. *vos peccasse*—Cod. R, Bibl. Ven. 1476., Compl., Reg., all. *peccasse vos.* Pro *fecisse vobis*, cod. Cas. 1. *fecisse vos.* Mox Bibl. Ven. 1511. 1519., all. tacent *velociter;* item graecus (quamquam plurimi graeci codices legunt) et quatuor codices Kennicotti. Cod. H notat hebr. legere *praeceperat* pro *ostenderat;* Miss. Moz. p. 301. *ostenderam;* cf. ad v. 12. Glossa interlinearis addit *per me.*

18. *et noctibus* — Codd. G, R, S, Cas. 6., Thomas. I, 45., Bibl. Ordin., Miss. Moz. l. c. *et quadraginta noctibus;* item hebr. et veteres omnes; conf. vers. 11. Post *peccata* codd. F, Cas. 1., Miss. Moz. l. c. tacent *vestra.* Pro *gessistis*, codd. R, Cas. 2. *egistis;* at cod. O notat: « Lege *gessistis*, non *egistis.* »

19. *indignationem et iram illius*—Cod. E *indignationem illius et iram.* Mox pro *qua*, codd. F, U *quia.* Cod. F tacet *Et* ante *exaudivit.*

20. *vehementer iratus*—Cod. F *iratus vehementer*. Pro *eum conterere*, cod. K *conterere eum*. Cod. H notat hebr. addere *in illo tempore* post *deprecatus sum*.

21. *omninoque* — Cod. G, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *omnino quoque;* cod. F *omnino*, nec veteres obstant.

22. *In incendio quoque et in tentatione* — Haec sunt nomina locorum propria, quae proinde cum priori littera maiuscula scribenda forent, prout scripserant sixtini cum Bibl. Lov. 1547.; atque ita prius nomen scribitur in nostris edd. ad Num. XI, 3.; de altero nomine cf. dicta ad Ex. XVII, 7.

23. *quando misit*—Codd. R, Cas. 11. *quando misi;* sed cod. O notat antiquos legere *misit*. Ante *possidete* codd. N, Cas. 3. tacent *et*. Pro *dedi*, codd. A, F *dedit*. Codd. R 2. m., Cas. 10. tacent *et* ante *contempsistis*, ut syrus, arabs, georg. et armenus. Pro *vocem eius*, codd. C, F, K, goth. leg. *vocem illius*.

25. *coram Domino* — Codd. Cas. 11. *ante Dominum;* item Itala apud Sabatier. Ante *noctibus* codd. G, R, S, Cas. 6. addunt *quadraginta*, quod etsi legitur in hebr. et antiquis interpretibus, tamen in cod. O expungitur.

26. *dixi: Domine Deus* — Cod. H notat hebraeum legere *ad Dominum dixi: Domine, Domine;* cf. Holmes. Mox tacent *de Aegypto* Bibl. Reg., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526.; cod. Cas. 1. legit *de terra Aegypti*, uti ex graeco habet vetus Itala, et cod. 111. Kennic.

27. *duritiam populi huius, et impietatem* — Cod. B *in duritia populi huius et impietates;* graecus ἐπὶ τὴν σκληρότητα τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τὰ ἀσεβήματα; post *populi* codd. V, Cas. 1. addunt *tui*.

28. *eduxisti nos*—Codd. F, V *eduxisti eos;* it. syrus et persa; cod. 95. Kennic. הוצאתם. Post *introducere* cod. F tacet *eos*. Post *eduxit* Brev. Goth. p. LXXXVIII. addit *eos*, uti hebr. et veteres, excepto slav. mosq.

29. *magna, et in brachio tuo extento* — Cod. B omittit *magna*, ut cod. 9. Kennic.; cod. F et Brev. Goth. p. 103. tacent *in;* codd. B, F 1. m., Bibl. Ordin., Hugo non habent *tuo;* item slav. ostrog. et armenus.

Cap. X, 1. *ascende* — Cod. K *ascendes*. Rabanus ordine inverso *in montem ad me*. Post *faciesque* codd. S, Cas. 7. addunt *tibi;* item hebr. et veteres, at cod. O testatur apud veteres latinos Vulgati codices non legi.

2. *confregisti* — Cod. E mendose *confregistis*. Pro *eas in arca*, codd. R, Cas. 12. *eas in arcam*, uti legit Vulgatus infra vers. 5., ubi eadem phrasis occurrit; codd. C 1. m., U *ea in arca*, uti habent quatuor codices holmesiani, quibus addes graecum vaticanum.

3. *settim* — Hanc lectionem praeferunt hoc loco omnes edd. vaticanae Clementis VIII., et Bibl. Rom. 1671., eamdemque ex optimis codd. hauserant sixtini, et Angelus Rocca comprobavit: Aquila quoque legit σεττίμ. At vero reliquae editiones romanae, aliaeque plures ex recentioribus instaurarunt lectionem quam Sixtus expresserat, nempe *setim*, de qua conf. dicta ad Ex. XXV, 5. et Num. XXV, 1. Pro *tabulas lapideas instar*, cod. V *tabulas lapideas ad instar;* codd. C, D, E, P, T, U, Cas. 1. *tabulas lapideas, tabulas instar;* cod. N adnotat: « Cum supra IX. omnes bis » habeant quod dicitur *tabulas* geminatum, » antiqui (codd. latini) hic similiter habeant, » probabile est quod antiqui hebraei (codi- » ces) similiter habuerint, vel habeant: sed » e contrario quod antiqui hebraei non ha- » buerint videtur per hoc, quod graeci non » geminant hic; nisi forte interpres hic ge- » minet ad decorem. »

4. *Scripsitque* — Bibl. Lugd. 1535. *Scripsique;* fortasse haec lectio ideo invecta fuit, quia Exod. XXXIV, 27. 28. legimus ab ipso Mose secundas tabulas scriptas fuisse: at ipsemet Augustinus, qui de hac difficultate diserte agit in *Quaest. XV. in Deut.*, recte adnotat: « Non ait *scripsi*, sed *scripsit*, hoc » est Deus. » Non una est ratio quam docti interpretes in hisce componendis locis ineunt. Diversas autem illorum congerere aut explanare opiniones nostri instituti non est. Hoc unum monuisse sufficiat nullam esse er-

*

roris suspicionem in sacro textu, quem proinde vexare nemini licet. Pro *quae locutus*, cod. B *quod locutus*. Pro *in monte de medio*, cod. K *de monte in medio;* conf. ad V, 4. Pro *quando populus congregatus est: et dedit eas mihi*, cod. H notat hebr. legere *in die congregationis: et dedit eas Dominus mihi;* omnesque veteres, excepto arabe, addunt *Dominus*, quod tamen in Vulgato facile subintelligitur.

5. *in arcam* — Codd. K, Cas. 5., aliique memorati in cod. O *in arca*, cf. vers. 2. Pro *mihi praecepit*, codd. Cas. 2. *mihi praeceperat;* codd. F, S, V *praecepit mihi*.

6. *moverunt castra* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Paris. 1566., all., Rabanus *castra moverunt*. In nomine *Iacan* variant veteres codd. et edd. alii enim legunt *Iaacan*, alii *Iahacan*, alii *Iachan;* cf. ad Num. XXXIII, 31. Pro *Mosera*, codd. A, Cas. 12. *Musera;* Rabanus *Musra;* codd. C, D, T, U, Cas. 2. *Mosura;* cod. G *Moserath;* idem est ac *Moseroth* quod occurrit Num. l. c. Pro *ubi Aaron mortuus ac sepultus est*, cod. V, Rabanus *ubi mortuus est Aaron ac sepultus;* veteres editiones legunt *et sepultus*, quod ad fidem codicum mutarunt sixtini; Bibl. Lovan. 1547. ex mendo *et est sepultus*. Pro *Eleazar filius eius*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Paris. 1566., Rabanus *filius eius Eleazar*. Multae gravesque difficultates, quae ex hoc et sequenti versiculo oriuntur, eruditorum ingenia diu vexarunt; nec quae critici et interpretes producunt apte nodum dissolvere videntur, uti ait De-Rossi. Nostri instituti ratio, quae ad Vulgatum in primis spectat, nos sinit ab hisce salebris abstinere, quae ad sacrum textum potius quam ad latinum interpretem pertinent. Neque tamen absurdam esse censemus opinionem illorum, qui aperte fatentur remotissimis temporibus hoc loco in sacro textu orationis ordinem nonnihil turbatum fuisse. Ceterum nos certissimam Augustini doctrinam tenemus edocentis *(contra Faustum XI, 5.):* «Non licet dicere: Auctor huius » libri non tenuit veritatem; sed, aut codex » mendosus est, aut interpres erravit, aut tu » non intelligis. »

7. *in Gadgad* — Cod. H notat hebr. legere *in Gudgod;* cod. B tacet *in;* codd. G, R, S, V *in Galgad;* codd. Cas. 2. mendose *in Galaad*. Mire variant libri in nomine *Ietebatha;* nam sixtini, codd. A, C, D, F, H, all., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. legunt *Ietabatha;* aliae plures edd. *Iethabatha;* codd. Cas. 14., Bibl. Lugd. 1535., Rabanus *Iothabatha;* codd. G, R, S, V *Gethabatha;* Bibl. Rob. Steph. 1545. *Getebatha;* cod. B *Thebatha*, cui unicus cod. graecus vaticanus consonat legens Ταιβαθᾶ; alii aliter: hodierna lectio a lovaniensibus recepta fuit ex Bibl. Rob. Steph. 1540.; cf. ad Num. XXXIII, 33. Pro *in terra aquarum atque torrentium*, cod. H. notat hebr. legere *in terra torrentium aquarum;* Rabanus tacet *in*, cui favent hebr. et veteres.

8. *Eo tempore* — Codd. F, V *Eo autem tempore*, ut cod. 59. Holmesii. Pro *separavit*, codd. R, T 2. m., U 2. m., Cas. plures, Bibl. Ordin., Reg. et veteres omnes edd. ante stephanicas legunt *separavi;* at antiquiores codd. obstant; immo cod. H monet hebraeum legere *separavit Dominus*, et ita legunt Bibl. Lugdun. 1535., margo Ordin. et Agobardus CIV, 134.; et cod. O notat: « *separavit*, sup- » ple *Dominus*. » Pro *coram eo*, codd. F, V *coram Domino*, ut hebr. et veteres, secluso arabe. Mox pro *usque in*, Bibl. Ven. 1482. *usque ad*. Cod. V pro *praesentem diem*, mendose legit *sempiternum diem*.

9. *fratribus* — Quis divinare posset cur doctissimus Vallarsius sollicite adnotandum duxerit Vulgatum legere *fructibus*, nisi hanc ipsam lectionem sollemni mendo receptam videremus in Calmeti editione? hanc enim unice inspiciebat Vallarsius, quin unquam de eius falsitate suspicaretur. Scimus alios quoque eruditos viros quandoque aliud agentes in errorem inductos ex falsis librorum lectionibus; idque facile ignoscimus et excusamus, immo veniam damus petimusque vicissim: at qui studiis criticis circa Vulgatam editionem Bibliorum vacabat, eruditisque

Martianaei laboribus manum admoverat, eosque superare contendebat, is profecto veram Vulgati lectionem perpetuo ignorare non debuisset. Pro *promisit ei*, cod. H notat hebr. legere *locutus est ei;* Bibl. Ven. 1533., Lugd. 1542., all. habent *promisit eis*, ut arabs, armenus, slav., et non pauci graeci codices; codd. B, K, Rabanus tacent *ei;* sed conf. De-Rossi *Suppl. ad Varr. Lectt.* Mox cod. B tacet *Deus.*

10. *in monte* — Codd. A, K *in montem.* Ante *noctibus* cod. Cas. 1. addit *quadraginta;* item hebraeus et veteres. Mox cod. E tacet *etiam*, ut armenus, slav. ostr. aliique apud Holmes. Pro *noluit*, cod. B *voluit.*

11. *ingrediatur, et possideat* — Cod. H *ingrediantur, et possideant*, ut hebr. et veteres. Pro *traderem*, codd. F, Cas. 1. *darem.*

12. *Deus tuus* — Brev. Goth. p. 410. tacet pronomen; cf. Holmesius et Sabatier. cui addes Augustini *Spec.* ed. Maii, c. IV. Pro *petit*, Haymo CXVII, 162., Petrus Dam. CXLIV, 687. *quaerit;* item Hieronymus VI, 506. Mox Brev. Goth. l. c. tacet *Deum tuum.*

13. *Domini* — Codd. G, R, S, V, Cas. 3. cum samaritano textu, graeco, syro et duobus mss. chaldaicis apud De-Rossi addunt *Dei tui*, quod in cod. O expungi iubetur, et in Hexaplis veru confodiebatur: at contra cod. A et Smaragdus CII, 601. tacent *Domini*, ut arabs. Post verbum *praecipio* omittunt *tibi* sixtini, codd. B 2. m., C, D, F, G, K, O, T, U, V, Cas. 2., gothic. legion., Brev. Goth. l. c., Bibl. Ven. 1480. 1482., all.

14. *Dei tui* — Cod. Cas. 1. tacet *Dei.* Pro *terra*, Brev. Gothic. l. c. *terraque*, ut syrus, graecus venetus, arabs et cod. 186. Kennic. Pro *quae in ea*, codd. S, U 2. m., Cas. 2., Rupertus, Brev. Gothic. l. c. *quae in eis*, ut arabs aliique apud Holmesium; conf. Psal. CXLV, 6.

15. *et tamen* — Bibl. Lugd. 1535. *et tantum*; non male, nam hebr. legit רק, graecus πλήν; margo Ordin. *tantummodo.* Mox codd. Cas. 6. tacent *et amavit eos.* Pro *elegitque*, Brev. Goth. l. c. *et elegit.*

16. *praeputium* — Brev. Goth. l. c., Gregorius M. I, 898. IV, 119., Odo CXXXIII, 430., Garnerius CXCIII, 138. *praeputia;* cf. Ierem. IV, 4. Sensus est: affectus animi divinis legibus contrarios exuite, nec amplius Deo contumaciter refragemini; cf. Rom. II, 29.

17. *est Deus deorum* — Cod. F *Deus deorum est.* Pro *dominantium*, Rabanus *dominorum*, graecus τῶν κυρίων. Ante *potens* cod. B tacet *et;* item hebr., chaldaeus, graecus ven., arabs et nonnulli codices holmesiani; at reliqui cum samaritano textu et cod. 17. derossiano copulam exprimunt. Bibl. Lugd. 1522., Rabanus tacent *et* ante *terribilis;* cf. Holmes.

18. *Facit* — Prudentius trec. CXV, 1428. *Et facit;* consentit syrus. Pro *viduae*, cod. Cas. 1. *advenae.* Cod. H notat hebr. legere *ut det* pro *et dat.* Pro *vestitum*, codd. F, Cas. 12. *vestimentum;* conf. Sabatier.

19. *vos ergo* — Brev. Goth. l. c. *vos vero.* Cod. H notat hebr. legere *peregrini* pro *advenae.*

20. *ei soli servies* — Hanc prae se ferunt lectionem codd. R, S, veteres Vulgati editiones usque ad annum 1547.; his accedunt viginti graeci codices (quos inter ex antiquioribus solus alexandrinus censetur), Cat. Niceph., Philo, Cyrillus alex., Damascenus, graeca ed. Compl., slav. mosq., duo codices armeni (cf. Holmes. in *Addend.*), Ambrosius qui cum Brev. Goth. l. c. legit *ipsi soli servies*, et cod. Thomas. I, 46. qui habet *illi soli servies.* At vero Biblia Lovan. 1547. praetulerunt *ei servies*, indeque innumerae editiones hanc lectionem sequutae sunt, eidemque favent codd. A, B, C, D, E, F, G, H, M, N, O, Q, T, U, V, Cas. 16.; hisce accedunt codd. K, goth. legion. qui habent *ipsi servies.* Lovaniensium autem lectionem comprobarunt sixtini, eamdemque instaurarunt gregoriani. Verum Sixtus censuit restituendum verbum *soli;* itemque Toletus, cuius haec sunt verba: « Supra ad VI, 13. notavimus legendam esse » hanc dictionem *soli*, quae habetur in grae» co, licet non sit nunc in hebraeo; et habe» tur Matth. IV, 10. Quod si auferatur ex hoc

» loco, tollenda est etiam ex superiore; nam » in hebr. eodem modo legitur utrobique; » nec remaneret testimonium sicuti a Christo » Domino citatur. » Haec Toleti sententia eadem fere admittit exceptiones quas superius ad VI, 13. protulimus. Nam in primis non tantum hebraicus textus et samaritanus excludit verbum *soli*, sed etiam quae ex fonte manarunt priscae versiones omnes, ne graeca quidem, ut videtur, excepta; illud enim additamentum ignorat graeca vaticana editio, cui fere omnes antiquiores codices et versiones ex graeco petitae consentiunt. Praeterea etsi admitteretur illud verbum ad VI, 13., non tamen inde recte colligeres hoc quoque loco recipiendum esse. Qua de re audiendus est Lucas Brugensis: « Epanorthotes (idem est » ac noster cod. N) sexto capite legendum » docet *soli*, decimo tollendum: neque alia » ex causa de locis his diversimode censere » videtur, quam ex probatiorum latinorum » exemplarium auctoritate. Nam et nos inve- » nimus exemplaribus nostris correctioribus, » atque etiam Tostato, sexto capite addi, de- » cimo tolli τό *soli*; ut interpres hic verba » transtulisse, ibi sensum videri possit: sen- » sum autem quem Dominus reddidit, cum » tentatori obiecit *Dominum Deum tuum ado- » rabis, et illi soli servies*. Significatur enim » ita serviendum Deo, ut non alteri; hoc est, » soli ipsi divinos honores, qui λάτρεια » nuncupantur, exhibendos. » Postrema haec Lucae Brugensis animadversio, cui ultro subscribimus, satis declarat quanam ratione aeque potuerit vel graecus vel latinus interpres, vel ipsemet evangelii scriptor, integro servato sensu, laudati textus litteram deserere; adeoque Matthaei testimonium urgendum non esse.

Ibid. *ipsi adhaerebis* — Codd. G, R, S, V *ipsique adhaerebis*; item hebr. et veteres; at cod. O notat antiquos latinos codices omittere *que*. Pro *nomine illius*, cod. E *nomine eius*.

21. *Ipse est laus* — Codd. Cas. 8. *Ipse est salus*. Post *fecit* codd. Cas. 7. tacent *tibi*; Brev. Gothic. l. c. omittit *haec*; ut syrus, georg., armenus et cod. 109. Kennic.

22. *septuaginta* — Cod. Thomas. I, 46. addit *quinque*; testes pro hac lectione vide sis apud Holmesium et Sabatierium; de eadem varietate egimus ad Gen. XLVI, 27. et ad Ex. I, 5.; Hieronymus III, 370. « Manifestum est, » ait, omnes animas, quae ingressae sunt » Aegyptum de femoribus Iacob, fuisse se- » ptuaginta . . . Hanc rem, ne cui videamur » adversum Scripturae auctoritatem loqui, » etiam Septuaginta interpretes in Deutero- » nomio (X, 22.) transtulerunt quod in se- » ptuaginta animabus ingressus sit Iacob in » Aegyptum. » Pro *patres tui*, Thomas. l. c., Brev. Goth. l. c. *patres vestri*; item Hieronymus, Ionathanus, georg.

Cap. XI, 1. *ceremonias, iudicia* — Codd. A, K, S, goth. leg. interponunt *et*; cod. Cas. 1. interponit *eius*; utrumque habent margo Ordin., hebr. et veteres.

2. *Cognoscite hodie quae ignorant filii vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia eius* — Bibl. Roberti Steph. 1545. aliaque intra parenthesim claudunt verba *quae ignorant filii vestri, qui non viderunt*, ac proinde verbum *Cognoscite* referunt ad *disciplinam*; hanc autem interpretationem alii non pauci admittunt; at recepta Vulgati interpungendi ratio obstat; cod. H notat hebr. legere *Cognoscite hodie quia non loquor haec filiis vestris, qui non cognoverunt et non viderunt* etc.; margo Ordin. *quia non cum filiis vestris qui non cognoverunt* etc. Re quidem vera hebraeus non habet verbum *loquor*, sed omnino subintelligendum videtur; conf. De-Rossi *Varr. Lectt.* et Rosenmulleri *Schol. in h. l.*; Maurerus quoque hunc locum ita expediendum censuit *Cognoscite hodie — neque enim cum filiis vestris* loquor, *qui non noverunt et qui non viderunt Iovae, Dei vestri, disciplinam, — eius magnitudinem* etc. Cod. R pro *viderunt*, mendose legit *audierunt*. Mox ante *robustam* cod. H monet hebr. non legere *et*, sed cf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

3. *signa et opera* — Codd. Cas. 11. *signa*

et prodigia; Cas. 1. *signa et portenta;* graecus καὶ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ; codd. G, V *signa atque opera.*

4. *operuerint eos aquae* — Codd. E, F, R, S, Cas. 16. *operuerunt eos aquae;* Hugo *operuerit eos aqua;* favet graecus. Pro *maris rubri,* sixtini codd. A, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ord. *rubri maris.* Pro *deleverit,* codd. U, Cas. 1. *delevit.*

5. *vobisque* — Cod. A *vobis.* Pro *ad hunc locum,* sixtini cum cod. A *in hunc locum.*

6. *Abiron* — Sixtini et plures ex antiquioribus codd. *Abiram;* conf. ad Num. XVI, 1. XXVI, 9. Pro *qui fuit filius Ruben,* codd. G, V, Cas. 2. *qui fuit de filiis Ruben;* cod. H notat hebr. legere *filii Ruben.* Pro *absorbuit,* cod. H notat hebr. legere *deglutivit;* conf. ad Num. XVI, 32. XXVI, 10. Pro *domibus et tabernaculis,* cod. F *tabernaculis et domibus;* Augustinus in libro *Locut.* quaerit cur post *domos,* addiderit *tabernacula,* quasi alias in eremo haberent domos nisi tabernacula. « Sed » nimirum, inquit, domus intelligi voluit ho» mines ad eos pertinentes, sicut ipsi populo » dicitur *Et nunc tu, domus Iacob* (Is. II, 5.). » Nec ista locutio aliena est a latina lingua: » nam et romani dicti sunt domus Assaraci » (Aeneid. I, 284.), quod ex Assaraco troiano » originem ducerent. » Pro *et universa,* cod. A *universaque.* Mox cod. B tacet *eorum;* conf. Holmes. Pro *Israel,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, O, S, U, V, Cas. 17., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *Israelis;* conf. ad Exod. VI, 14.

7. *Oculi* — Cod. H notat hebr. legere *Oculi autem;* nimirum כי עיניכם; Augustinus cum graeco *Quoniam oculi.*

8. *ut custodiatis* — Cod. H notat hebr. legere *custodite ergo.* Pro *et possitis,* codd. B, F, H, U, V, Cas. 15., sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, Bibl. Basil. 1500. *ut possitis;* accedit hebraeus. Pro *ingredimini,* Sixtus, codd. D, O, R, T, U, Bibl. Ven. 1482. *ingrediemini;* gregoriani communem lectionem restituerunt.

10. *ingrederis* — Sixtini, Sixtus, codd. A, C, D, E, F, G, O, R, S, T, U, veteres editiones ante lovanienses hentenianas, Rabanus, Rupertus I, 234., Radulfus in Lev. lib. XIV. c. 3. *ingredieris;* at Toletus scribit: « Lege *in*» *grederis;* sic hebr., graecus, Lovan., mss. » et Congregatio. In Compl. autem, Reg. et » quibusdam mss. legitur in futuro. » Hodiernam enim lectionem sequuntur gregoriani, codd. B, H, Q, V, Cas. 1. et omnes edd. hentenianae; conf. ad VII, 1. Vallarsium fefellit mendosa Calmeti editio, ex qua adnotavit clementinas editiones legere *ingredieris.* Pro *existi,* sixtini, codd. A, Cas. 12., Beda III, 398. *existis;* it. hebr. et veteres, praeter arabem. Pro *in hortorum morem aquae ducuntur irriguae,* Rabanus *et in hortorum more aquam ducunt irriguam.*

11. *montuosa* — Plures veteres edd. *montosa,* quod idem est. Pro *expectans,* cod. A *spectans.* Pro *pluvias,* codd. V, Cas. 1., Rabanus, Radulfus l. c., Petrus Com. *pluviam.*

12. *invisit* — Montfauconius in *Append.* ad hexapla tribuit Vulgato *visitat;* nota Vulgati verbum praesentis temporis esse. Pro *oculi illius,* cod. V, Rabanus et Radulfus l. c. *oculi eius.*

13. *ego hodie* — Codd. A, C, D, F, T, U, V, Cas. 3., goth. legion., Thomas. I, 52. tacent *ego;* cod. S, Bibl. Ord., et tres codd. Kennic. omittunt *hodie.* Pro *serviatis ei,* cod. E *ei serviatis.*

14. *dabit* — Codd. B, goth. legion., margo Ordin., Hieronymus III, 483. VI, 62., Isidorus VI, 105., Beda II, 988. *dabo;* item hebr., chald., syrus, graecus ven., persa; cf. Lev. XXVI, 3. At cum Vulgato praeter Augustinum consentiunt samaritanus textus, graecus et arabs, quos sequitur Houbigantius. Pro *temporaneam,* cod. A *temporibam;* codd. C, D, E, T, U, Cas. 8. *temporivam;* codd. K, N, O, P *temporinam,* de qua voce conf. Du Cangius; cod. O notat modernos tantum codices legere *temporaneam;* animadverte hanc vocem latinis lexicis iure adiectam fuisse a Furlanetto, quippequae non modo a Hieronymo et Augustino, sed etiam ab auctore veteris Italae

usurpatur. Ceterum *temporanea* dicitur in Bibliis pluvia prima seu autumnalis (ab autumno enim anni periodum hebraeos occepisse constat), quae terram ad semen recipiendum praeparat: *serotina* autem est pluvia verna; neque audiendus Calmetus qui harum vocum notionem praevertere nititur. Post *frumentum* tacent *et* sixtini, codd. A, B, S, Petrus Abael. CLXXVIII, 1621.; accedunt samaritanus textus, Ionathanus et nonnulli codd. hebraici et chaldaici apud De-Rossi, quibus adiicere possumus vetus fragmentum Machazor ms. in fol., quod apud Aloisium Cipelli parmensem vidimus; latina versio syri in polyglottis perperam nexum omittit.

15. *foenumque* — Codd. C, D, E, F, H, K, R, S, T, U, Cas. 6., goth. leg., Petrus Abael. l. c. *foenum*. Pro *et ut ipsi*, sixtini primo, codd. A, S, Bibl. Paris. 1566. *ut et ipsi*. Pro *ac saturemini*, codd. A, R *et saturemini*.

16. *a Domino* — In *Spec.* Augustinus addit *Deo;* hebr. et vett. neutrum legunt.

17. *descendant* — Codd. C, U *descendent;* cod. H notat hebr. legere *sint*. Pro *Dominus daturus*, cod. B *Dominus Deus daturus;* favent syrus et cod. 58. holmesianus.

18. *verba mea* — Codd. G, K, Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. tacent *mea;* item graecus, syrus et latinus interpres samaritani textus, sed conf. Holmes. Pro *suspendite ea pro signo in manibus, et inter oculos vestros collocate*, cod. H notat hebr. legere *ligate ea pro signo super manum vestram, et erunt ut phylacteria inter oculos vestros;* de quibus conf. supra ad VI, 8.; pro *oculos vestros;* codd. C, D, F, G, K, T, U, V, Hugo, Ionas aurel. CVI, 192., Prudentius trec. CXV, 1428. *vestros oculos;* post *manibus* codd. R, V addunt *vestris;* pronomen exprimunt hebr. et veteres.

19. *ambulaveris in via* — Codd. Cas. 10. addunt *tua*, uti arabs.

20. *Scribes* — Codd. Cas. 2. *Scribe*. Pro *et ianuas domus tuae*, Rabanus *et ianuas in domo tua;* cod. H notat hebr. legere *domus tuae, et in ianuis tuis;* conf. ad VI, 9.

21. *in terra* — Codd. F, U, V, Miss. Moz. p. 393. *in terram;* hebr. et veteres *super terram*. Post *daret* Miss. Moz. l. c. tacet *eis*. Pro *caelum imminet terrae*, cod. E *caelum imminet vobis;* cod. R, Bibl. Paris. 1566. *imminet caelum terrae;* Bibl. Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph., all. *caelum immineret terrae*.

22. *in omnibus viis* — Tacent *omnibus* Miss. Moz. l. c., armenus, cod. 191. Kennic. et, contra fidem sui textus, latina versio Onkelosi in polyglottis londinensibus; at in edit. Antuerp. revera deest בכל.

23. *et fortiores vobis sunt* — Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., all. *sunt et fortiores vobis;* cod. G *et fortiores sunt vobis*.

24. *et a Libano* — Legunt *et Libano* sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, O, S, T, U, V, Cas. 18., goth. leg., Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., all., Miss. Moz. l. c., Miss. Rom. (edit. vatic. 1609.) in sabbato post Dom. I. Quadr., Petrus Com., Petrus cellens. CCII, 1117.; favent autem hebr. et veteres. Pro *a flumine*, codd. C, D, F, K, O, R, S, T, U, V, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476., Ord., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Petrus Com., Petrus cell. l. c., Henricus Card. CCIV, 256. *et flumine;* codd. Cas. 2. *et a flumine;* his accedunt samaritanus, graecus, syrus, arabs, paucique codices hebr. et chaldaici apud De-Rossi. Pro *flumine magno*, cod. H notat hebr. legere *flumine flumine;* sed conf. De-Rossi *Varr. Lectt. in h. l.* et in *Supplem.*

Ibid. *Euphrate* — Ita alias perpetuo scribitur hoc nomen in clementinis editionibus; unde non dubitamus Bibl. vaticana 1592. 1593., Rom. 1671. 1768. hoc loco nonnisi ex typorum mendo habere *Eufrate*, quod perperam alii plures post editores antuerpienses retinuerunt (conf. Lorini *Comm.* in h. l.); id porro emendatum fuit in romanis editionibus anno 1598. 1618. 1624. 1765. 1784.; codd. A, K *Euphraten*.

25. *Nullus* — Codd. Cas. 2. *Nullusque;* it. syrus, arabs, armenus et cod. 152. Kennic. Pro *et formidinem*, Bibl. Paris. 1566. *atque formidinem;* cod. V *et fortitudinem;* conf. ad II, 25.

26. *En propono* — Cod. H notat hebr. legere *Vide, en ego propono;* at vero *Vide, en* est duplex interpretatio eiusdem verbi ראה. Pro *in conspectu vestro hodie,* codd. F, K, Miss. Moz. l. c. *hodie in conspectu vestro;* cod. R tacet *hodie.*

27. *quae ego hodie* — Tacent *hodie* sixtini, codd. A, F, K, V, Cas. 12.; codd. D, T, U legunt *quae hodie ego;* cod. N *quod hodie ego;* Miss. Moz. l. c. *quia ego hodie;* cod. R tacet *ego.*

28. *obedieritis mandatis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 16., Bibl. Ord., Miss. Moz. l. c., Agobardus CIV, 98., Rupertus II, 459. *audieritis mandata;* hebraeus utramque interpretationem patitur; graecus ἀκούσητε, sed non pauci codd. εἰσακούσητε. Mox tacent *Domini* Agobardus l. c. et Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1423. Pro *ostendo,* codd. B, Cas. 9., Miss. Moz. l. c. *ostendi;* Tertullianus cum graeco *mandavi.*

29. *Cum vero* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, N, O, T, U, Cas. 13., gothic. leg., Miss. Moz. l. c., Agobardus l. c. tacent *vero;* cod. Cas. 1. habet *Cum ergo.* Vallarsius mendose pro *pones* legit *ponens,* quod recens editio parisiensis non emendavit. Pro *montem Garizim,* codd. Cas. 2. *montes Garizim.*

30. *quae vergit* — Cod. Cas. 1. *quae ducit.* Pro *occubitum,* cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all. *occasum.* Pro *in terra,* Miss. Moz. l. c. *in terram.* Pro *habitat,* cod. A *habitant,* ut syrus et slavon. ostrog.; codd. F, G *habitabat.*

Ibid. *vallem tendentem et intrantem procul* — Primo sixtini *vallem intrantem et tendentem procul.* Hieronymianae versionis testes nos certiores facere videntur nullum librariorum mendum in hisce Vulgati verbis delitescere. Licet autem huius interpretationis rationem investigare valde operosum sit, tamen omnino e re nostra esse putamus ea depromere, quae, ni fallimur, satis declarant interpretis mentem, immo Vulgati sensum ab omni criminatione plane vindicant. In sacro textu duo tantum posita sunt verba, quae his respondent, quae ex Vulgato recitavimus, nempe אלוני מרה, quorum alterum loci proprium nomen esse censetur, de quo mentionem fecimus ad Gen. XXII, 2. Ipsum proinde hebraicum nomen hoc loco retinent Onkelos, Saadias, persa et graecus venetus; item syrus, qui tamen illud confundit cum ܡܡܪܐ: alexandrinus vero habet τῆς ὑψηλῆς, cui Vulgatus accedit ad Gen. XII, 6. ubi legit *illustrem,* et Iudic. VII, 1. ubi interpretatur *excelsum.* Haud longe ab hac interpretatione recedunt. Reliqui in hexaplis (cf. Montfauc. *Append.*), qui habent καταφανοῦς (quod perperam Holmesius refert ad Γολγόλ); hisque consentiunt samaritanus interpres, Ionathanus, targum hierosolym. et scholiastes qui in nostro codice H adnotavit hebraeum legere *apparentem;* margo cod. goth. leg. ex alexandrino, ut videtur, habet *altissimum.* Porro isti verbum מרה derivabant a ראה (quod et Vulgatus fecit ad Gen. XXII, 2.), quibus suffragari videtur samaritanus textus qui legit ܡܨܪܐ. Ad alterum vero quod spectat hebraicum nomen, nempe אלוני, pro exploratissimo habetur *quercum* denotare; ita enim alias saepissime istud vocabulum ipsemet Hieronymus (Gen. XXXV, 8. Iudic. IX, 6. 37. I Reg. X, 3. Isa. VI, 13. et alibi), praeter reliquos, interpretatur; et ita hoc loco reddunt alexandrinus, syrus et graecus venetus; item scholiastes in cod. H adnotans hebraeum legere *quercum.* At alibi Vulgatus pro illo vocabulo habet *convallem* (cf. Gen. XII, 6. XIII, 18. XIV, 13. XVIII, 1.), cui interpretationi hoc loco favent Onkelos, interpres samaritanus et arabs. In hexaplis οἱ λοιποί posuerunt αὐλῶνος, quod, si graecum esset, *vallem* denotaret: at dubitandum non est istos hebraicam ipsam vocem graecis litteris expressam retinuisse (quod et in persica versione factum videmus), uti perspicue docet Hieronymus in libro *de situ et nominibus hebraicorum locorum* (III, 139.); cuius verba aperte huc faciunt; quod quum neque Vallarsius qui Martianaeum castigat, neque Martianaeus qui Clericum confutat, neque Clericus qui Hieronymum redarguit,

intellexissent, perperam s. Doctorem vel tuentur vel criminantur. Itaque Hieronymus l. c. scribit: « *Aulon* non graecum, ut quidam putant, sed hebraeum vocabulum est: appellatur autem vallis grandis atque campestris in immensam longitudinem se extendens, quae circumdatur ex utraque parte montibus sibi invicem succedentibus et cohaerentibus, qui incipientes a Libano et ultra, usque ad desertum Pharan perveniunt. Suntque in ipso *Aulone*, id est, in valle campestri urbes nobiles, Scythopolis, Tiberias stagnumque propter eam: sed et Iericho, mare Mortuum, et regiones in circuitu: per quas medius Iordanis fluit, oriens de fontibus Paneadis, et in mare Mortuum interiens. » Cf. Hieronym. I, 444. III, 10. 34. Quorsum vero haec spectat tam longa oratio? Nempe si cum hac *Aulonis* descriptione Vulgatum contuleris facile perspicies quid sibi velint verba *vallem tendentem et intrantem procul*, quae hactenus inextricabilia atque a sacro textu aliena visa sunt; immo intelliges Hieronymum ad Gen. XII, 6. *Aulonem* recte dixisse *convallem illustrem*, quam nempe tot praeclarissimae urbes nobilitabant. Hoc pacto secum ipse Hieronymus conciliatur, eiusque interpretatio nedum ab adversariorum obiectis vindicatur, sed etiam nova luce illustrata emicare videtur.

31. *Vos enim*—Codd. Cas. 3., Bibl. Mogunt. 1462. *Vos autem*. Cod. Cas. 1. mox tacet *Deus vester*, ut cod. 9. Kennic. Pro *ut habeatis et possideatis illam*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, K, R, S, T, U, Cas. 17., Miss. Moz. l. c., Hugo *et habeatis ac possideatis illam;* pro *ut*, codices quoque B, H habent *et*, quibus favent hebr. et veteres.

32. *ponam* — Sixtinorum correctionem sequutus Sixtus, cum codd. A, Cas. 1. legit *proponam*, uti est ad vers. 26. ubi idem verbum in hebr. et graeco occurrit: gregoriani vero antiquam lectionem *ponam* restituerunt; unde Toletus: « Lege *ponam;* sic Complut., Reg., Ordin. et alii codd. et Congregatio. »

Cap. XII, 1. *Haec sunt praecepta* — Cod. K *Haec sunt verba*. Pro *debetis*, codd. C, D, R, U, Cas. 8., Thomas. I, 53., Hugo *debeatis*. Pro *in terra*, codd. A, U *in terram*. Pro *patrum tuorum*, codd. R, Cas. 8. *patrum vestrorum;* item graecus et syrus. Pro *possideas*, codd. R, Cas. 2. *possideatis*.

2. *deos suos* — Codd. Cas. 5. tacent *suos;* item georgian. et Tertullianus; mendose reticetur pronomen in latina vers. samaritani. Pro *subter*, cod. F, quidam codd. in *Spec.* Augustini *super;* his favet Tertullianus.

3. *aras eorum* — Sixtus, codd. C 2. m., H, N*, O, R, V 2. m., Cas. 8., veteres edd., Tertullianus *aras earum;* sixtini, primo gregoriani et Toletus ad fidem plurimorum codicum emendarunt; cod. N notat: « Quod dicitur *eorum*, ad nomen non refertur secundum antiquos, sed ad rem nominis, quia in gente viri et feminae intelliguntur: item infra XXIX. (v. 17.) *idola eorum*. Alii habent *earum*. » Mox post *statuas* Bibl. Ven. 1533., Lugd. 1542. addunt *et;* quibus favent hebr. et veteres. Pro *nomina eorum*, Sixtus, codd. E, Cas. 2., posteriores edd. Rob. Steph., indeque edd. hentenianae, all. *nomina earum;* Toletus scribit: « In Compl., Reg., Ordin. legitur *aras earum*, et *nomina eorum;* sed in multis impressis utroque loco habetur *earum;* in mss. vero *eorum* utroque loco; et sic legit prior Congregatio. Ratio diversitatis est quia nomina *deos*, et *gentes* in hebr. et graeco sunt generis masculini, et relativum ad utrumque referri potest: magis tamen referri videtur hoc loco ad *deos*, ut est in mss. » Re vera sixtini, gregoriani et fere omnes codices habent *nomina eorum;* Tertullianus *nomen eorum;* cf. Lucas Brugensis et Bukentopius p. 398. Pro *de locis illis*, codd. B, F *de locis illius*.

5. *Deus vester*—Tacent *vester* Ionas aurel. CVI, 144., Concil. Parisiense edit. Hard. IV, 1346. et cod. 15. holmesianus. Pro *venietis*, Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1424. *convenietis;* animadverte quosdam maiorem interpunctionem non post hoc verbum, sed ante ponere.

6. *in loco illo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, S, T, U, Bibl. Ordin., Prudentius trecen. CXV, 1428., Concil. Paris. l. c. *in illo loco;* cod. V *in eo loco;* Concil. Aquisgr. l. c. tacet *loco*. Ante *vota* Miss. Moz. p. 782. tacet *et*, ut cod. 181. Kennic. et latina versio syri, sed contra fidem sui textus.

7. *Domini Dei*—Cod. Cas. 1. tacet *Domini*. Pro *ac laetabimini*, sixtini cum cod. A *et laetabimini*. Pro *benedixerit*, Bibl. Paris. 1566. *benedixit*. Pro *vobis*, cod. K *vos*.

8. *facimus* — Cod. B *faciemus*.

9. *usque*—In cod. B non legitur. Ante *possessionem* cod. F addit *ad*. Pro *Deus vester*, codd. S, Cas. 6. cum hebraeo *Deus tuus;* tacent pronomen sixtini, codd. A, C, D, F, G, K, R, U, V, Cas. 11., goth. leg., Bibl. Ordin., Ven. 1480., all.; item tres codd. holmesiani.

10. *in terra* — Codd. A, F, G, K, Cas. 1. *in terram*. Mox cod. E tacet *Deus*. Post *hostibus* addunt *vestris* Bibl. Rob. Steph. 1532., Antuerp. 1537., Ven. 1538., all.; item hebr. et veteres; at cf. Holmes. Post verbum *habitetis* nulla est interpunctionis nota in Bibliis clementinis; at Bibl. Rob. Steph. 1545., all. periodum ibidem absolvunt; cf. notula quae sequitur.

11. *in loco, quem*—Ab hisce verbis periodum exordiuntur Bibl. Rob. Steph. 1545., all.; cod. H *Et in locum, quem;* accedunt hebr. et veteres; cod. Cas. 1. *in terra, quam;* hinc mox legit *in ea* pro *in eo*. Pro *elegerit*, cod. B *elegit*. Post *praecipio* cod. Cas. 1. addit *vobis;* concinunt hebraeus et veteres. Pro *conferetis*, cod. A *conferitis;* cod. E *confertis;* Concil. Aquisgr. l. c. *offeretis;* Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. LIX. *adferetis*. Ad *holocausta* cod. sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, Bibl. Lugdun. 1550. 1567. addunt *vestra*, ut hebr. et veteres.

Ibid. *et hostias, ac decimas* — Cod. B tacet *et;* Ionas aurel. CVI, 206. legit *et hostias, ac victimas, decimas*. Pro *vovebitis*, Sixtus, codices fere omnes, veteres edd., Ionas aurel., Prudentius trecens., Concil. Aquisgr. ll. cc., Concil. Trosleian. ed. Hard. VI, 521. *vovistis;* ms. floriac. apud Sabatierium *voveritis;* (item Maius in priori edit. *Speculi* s. August. in *tom. IX. Spicil. rom.;* at in altera edit. in *tom. I. novae biblioth. patrum*, habet *voverit.*) Toletus autem scribit: « Lege *vovebitis;* sic » hebr., graecus, mss. et utraque Congre- » gatio. » Hoc loco utriusque Congregationis nomine accipienda est sixtina et clementina; nam, teste codice columnensi, qui gregorianas correctiones servat, gregoriani primo scripserant *vovebitis*, mox expunxerunt. Ad mss. vero quod pertinet, incompertum nobis est quosnam codices excitaverit Toletus: immo etsi hanc lectionem praeferat Martianaeus, utrum illam ex codicibus hauserit vehementer dubitamus; noster cod. A legit *vobitis* (sic); cod. R *vovisti;* reliqui cum Sixto conveniunt. Cf. Lucas Brugensis et Bukentopius l. c.

12. *epulabimini* — Codd. K, S, Cas. 6. *epulamini*. Ante *filii* tacent *et* codd. C, D, E, F, K, T, U. Pro *ac filiae*, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et filiae*. Post *famulae* codd. S, Cas. 4. addunt *vestrae*, quod in cod. O expungitur; cod. R legit *familiae vestrae;* pronomen legunt hebr. et veteres. Pro *Levites*, codd. A, B, R, T *Levitae;* accedunt syrus et coptus. Pro *in urbibus vestris*, codd. A, C, D, E, F, G, K, O, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Hugo, *in vestris urbibus;* Bibl. Ordin. *vestris in urbibus;* cod. B *in vestris finibus;* cod. H notat hebraeum legere *intra portas vestras;* Vulgato consentiunt syrus, chaldaeus, interpres samaritanus et quidam graeci apud Montfauconium et Holmesium.

Ibid. *commoratur* — Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Reg., Rob. Steph., Lovan., all. *commorantur;* at Toletus: « Lege *commoratur:* hebr., grae- » cus, sex mss. et utraque Congregatio legunt » in singulari. » Nimirum singularem numerum praeferunt sixtini, gregoriani, codd. H, L 6., O, Q, Bibl. Mogunt. 1462., Ven. 1476., Paris. 1566., all.; cf. Lucas Brugensis et Bukentopius l. c. Pro *habet aliam*, codd. R, Cas. 3. *habent aliam* (conf. Holmes.); cod. Cas. 1. *habet aliquam*.

*

13. *Cave ne* — Harduini ed. Concil. I, 65. II, 1092. IV, 915. *Vide ne;* ibid. IV, 1324. *Non.* Pro *holocausta tua,* Concil. Paris. l. c. *holocaustum tuum;* item slavon. ostrog., duo codd. holmes. et cod. 226. Kennicotti; Fulbertus carnut. CXLI, 308. *hostiam tuam;* Rabanus tacet pronomen.

14. *sed in eo* — Cod. G tacet *eo;* Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *sed in omni loco;* Concil. ed. Hard. I, 65. IV, 915. 1324. *sed in loco;* item hebr. et veteres. Post verba *elegerit Dominus,* Concil. l. c. addunt *Deus tuus;* item graecus (de quo tamen cf. Holmes.) et cod. 479. derossianus.

15. *Sin autem* — Ita sixtini ad fidem codicum, et Toletus; Sixtus vero cum plerisque editionibus *Si autem.* Cod. B *esu,* pro *esus.*

Ibid. *Domini Dei tui, quam dedit tibi in urbibus tuis: sive immundum fuerit, hoc est, maculatum et debile: sive mundum, hoc est, integrum et sine macula, quod offerri licet, sicut capream et cervum, comedes* — Cod. Cas. 1. tacet *Domini,* ut samaritanus cod. 127. Kennicotti; cod. H notat hebraeum legere *Domini, quam dedit tibi in omnibus portis tuis. Tam mundus, quam immundus vescentur ex eis: sicut caprea et cervo;* at vero tum hebr. tum veteres legunt *Dei tui,* quod laudatus scholiastes praetermittit; dein cum Vulgato hebraeus et veteres, excepto arabe, prius ponunt *immundum,* et postea *mundum,* contra ac facit idem scholiastes, quem perperam imitatur latinus interpres Onkelosi; sed cf. ad versic. 22. Sixtini, collato hebraico textu, primo scripserant *Domini Dei tui, quam dedit tibi in urbibus tuis: sive immundus fuerit, sive mundus, sicut capream et cervum comedes;* gregoriani haeserunt; Toletus scholion quod sequitur adscripsit: « Verba haec in » hebr. et graeco sic leguntur: *sive immun-* » *dus fuerit, sive mundus, sicut capream et* » *cervum comedes;* cetera intermedia non ha- » bentur, sed omnes codices mss. et impressi » ea habent ut in textu (seu in ed. Sixti V.); » et utraque Congregatio sic reliquit. Infe- » rius hoc eodem capite, vers. 22. habentur » ut dictum est ex hebr. et graeco. Advertendum tamen est in hebraeo verba esse aequivoca, nempe *sive immundum sive mundum,* aut *sive immundus sive mundus:* graeci masculino genere utuntur: Vulgatus autem interpres neutro; Abulensis exponit ut in textu. Pro huius loci declaratione advertendum est duplex esse immundum: unum ratione oblationis, alterum ratione comestionis. Non enim licebat offerre omnia animalia, quibus vesci licebat, ut cervus et caprea; et dicebantur immunda oblatione, licet non comestione. Similiter clauda et manca etiam in ovibus erant immunda oblatione, munda tamen comestione. Porcus et alia prohibita, erant immunda etiam comestione. Vulgatus ergo interpres interpretatur illud immundum quo vesci licebat, nempe immundum oblatione, quale erat maculatum, debile etc. etiam in animalibus, quae offerebantur, quibus vesci licebat, sicuti etiam in animalibus immundis specie, quantum ad oblationem, ut caprea et cervus. De immundis autem comestione ac prohibitis ad vescendum non agitur hoc loco. Vulgatus autem interpres praedicta verba interposuit explicationis caussa. » Pro *sicut capream et cervum,* cod. F *sicut cervum et capream;* codd. G, R, S, Cas. 2. praemittunt *et.* Animadverte Bibl. Ordin., all. maiorem interpunctionem ponere post *cervum,* verbum autem *comedes* cum sequentibus connectere; at Cornelius a Lapide monet voces *sicut capream et cervum* non ad verbum *offerri,* sed ad *comedes* referenda esse, prout ex hebraeo patet.

16. *sanguinis, quem* — Codd. A, C, E, K, T *sanguinis quod;* iam vidimus ad Ex. XXX, 10. aliud exemplum in Vulgato, ubi occurrit *sanguen* neutri generis. Pro *effundes,* cod. Cas. 1. *fundes,* ut infra vers. 24.

17. *in oppidis tuis* — Cod. Cas. 1. cum hebraeo *in portis tuis;* margo Ordin. *intra portas tuas;* Rabanus tacet *tuis.* Post *frumenti* codd. G, R, S, U, V, Cas. 3. tacent *et;* item samaritanus textus, Ionathanus et pauci co-

dices hebr. et chaldaici apud De-Rossi. Pro *quae voveris*, cod. T cum graeco *quaecumque voveris*. Mox apud Rabanum desunt verba *et sponte offerre volueris*; Bibl. Compl. et Reg. pro *volueris* legunt *volueritis*, graecus quoque, syrus et Ionathanus numerum pluralem exprimunt.

18. *tu et filius* — Rabanus *et tu et filius*. Pro *et filia*, codd. fere omnes *ac filia*. Mox tacent *tua* codd. B, C, D, F, G, K, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph., all. Ante *servus* tacent *et* codd. A, B, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus; his concinunt samaritanus textus, graecus, sed cf. Holmes.; mendose nexus reticetur in latina versione syri. Pro *famula*, codd. Cas. 3. *familia*; cod. V *ancilla*. Pro *Levites*, cod. B *Levita*. Pro *manet*, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1522., edd. Rob. Steph., all. *manent*; accedit Ionathanus. In cod. Cas. 1. deest *et reficieris*; cod. D omittit *coram*; Bibl. Ven. 1492. 1497., all. tacent *Deo*.

19. *Levitem* — Sixtini, multi codd. et edd. *Leviten*; cod. B *Levitam*. Ante *omni* tacent *in* codd. A 2. m., B, E, F, G, H, K, Cas. 16., Bibl. Lugd. 1522., all.

20. *Deus tuus* — Tacent pronomen Bibl. Ven. 1492., Brix. 1496., all.; item samaritanus textus (etsi in eius latina versione pronomen exprimatur), at cf. Kennic. Pro *et volueris vesci carnibus, quas desiderat anima tua*, Rabanus *et si volueris carnibus vesci, quas desiderat anima vestra*.

21. *si procul fuerit* — Petrus alfons. CLVII, 668. tacet particulam *si*, quam Lucas Brugensis existimat superfluam esse, immo, illa abiecta, clariorem fluere sensum. Post *pecoribus* codd. R, Cas. 1. addunt *tuis*, quod in cod. O expungitur; at legunt hebr. et veteres. Pro *praecepi tibi*, codd. A, C, D, F, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 20., antiquiores edd. quamplures, Rabanus, Petrus alfons. l. c. *praecepit tibi*; item syrus et pauci codices graeci; ita legit quoque latina versio Onkelosi, sed mendose. Pro *placet*, plures ex edd. hentenianis (non tamen princeps ed. Lovan. 1547.) habent *placeat*.

22. *et mundus et immundus in commune vescentur* — Hebr. et veteres hoc loco, ut supra vers. 15., immundum praeponunt mundo; perperam enim latina versio Onkelosi et Saadiae praeposterum ordinem exhibent. Toletus hoc habet scholion: « Longe aliud est » hoc ab eo quod superius explicatum est. » Hic enim loquitur de personis mundis et » immundis, quibus conceditur usus immun- » dorum oblatione, ut capreae, cervi, macu- » lati, debilis etc., quae sunt munda come- » stione, ut supra diximus. Mundis autem » oblatione vesci non licebat personis immun- » dis. In superiori sententia mundum et im- » mundum referuntur ad animalia; in hac » posteriori ad personas. Et haec est vera in- » telligentia horum locorum; et Vulgati inter- » pretatio est legitima. » At cf. Calmetus. Pro *vescentur*, cod. A *vescuntur*; cod. Cas. 1. *vescetur*, item hebr. et graecus.

23. 24. *debes animam comedere cum carnibus: sed super terram fundes quasi* — Haec deerant in cod. B, in quo, erasa una voce, suppleta fuerunt recentiori manu. Pro *fundes*, codd. C, D, S, T, U, V, Cas. 3., Prudentius trec. l. c. *funde*.

25. *ut bene sit tibi* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Rabanus, Prudentius trecens. l. c. *ut sit tibi bene*. Pro *placet*, cod. R, Bibl. Lugd. 1522. all. *placeat*.

26. *Quae autem* — Codd. G, R, S, Cas. 2. *Quod autem*.

27. *carnem* — Codd. G, S, V, Cas. 4. ut graecus *carnes*. Post *hostiarum* addunt *tuarum* codd. H, sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Ven. 1538., Lugd. 1550., all., margo Ordin., Pseudo-Hieronym. III, 762.; item hebr. et veteres. Pro *fundes in altari*, codd. A, C *fundes in altare*; conf. ad Gen. XXII, 9.; codd. N, V *fundens in altari*.

28. *omnia quae ego* — Cod. H *omnia verba, quae ego*; item hebr. et veteres; Vallarsius errat dum monet Vulgatum non legere *ego*;

quod tamen in cod. S deest. Pro *in sempiternum*, sixtini *usque in sempiternum*, uti hebraeus; suspicamur hanc esse lectionem codicis A, sed in nostris schedis nil adnotatum reperimus. Pro *cum feceris*, cod. E *cumque feceris*.

29. *disperdiderit*—Cod. B *disperserit;* codd. C, D, F, G, T, V *disperderit;* cod. Cas. 1. *disperdet*. Pro *ingrediéris*, codd. B, E, H, Q, Bibl. Lov. 1547., all. *ingrederis*, quibus favent hebr. et veteres; sed cf. ad VII, 1. Ad fidem plurimorum codicum et antiquiorum editionum sixtini emendarunt. Ex hentenianis edd. aliae sequuntur principem editionem Hentenii Lovan. 1547., uti Bibl. Ant. 1561. 1574. 1583., Ven. 1588.; aliae hodiernam Vulgati lectionem, uti Bibl. Antuerp. 1572., Ven. 1572. 1576. 1578. 1583.; aliae legunt *egrederis*, uti Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569.; aliae *egredieris*, uti Bibl. Ven. 1579.

Ibid. *possederis eas, atque habitaveris in terra earum* — Cod. K, Brev. Goth. pag. 448. *possederis, atque habitaveris in terra eorum;* legunt quoque *eorum* codd. F, V, aliique memorati in cod. O, et Augustinus; cod. G tacet *eas*.

30. *te fuerint* — Sixtini, codd. A, G, H, S, Brev. Goth. l. c. *fuerint, te*. Pro *ceremonias earum*, cod. V, Brev. Goth. l. c. *ceremonias eorum;* cod. H notat hebr. legere *deos earum*, et ita habet margo Ordin.; Augustinus *deos eorum*, Tertullianus *deos illarum*. Pro *ita et ego*, cod. B *ita ego*.

31. *Non facies* — Cod. A *Nec facies;* accedunt syrus et arabs. Pro *abominationes*, cod. B *aversiones;* Augustinus *abominamenta*. Post *filios* addunt *suos* codd. E, Cas. 6., ut hebr. et veteres. Post *filias* cod. B addit *suas*, ut hebr. et vett., excepto armeno. Mox codd. Cas. 10. tacent *et* ante *comburentes;* favent hebr. et veteres. Pro *igni*, cod. A, all. *igne;* cod. E *in ignem;* item hebr. et graecus, sed cf. Holmesius; Bibl. Paris. 1566. *eos igni*.

32. *Domino* — Hanc vocem primo sixtini expunxerant; nec hebr. nec ullus veterum illam legit. Pro *minuas*, cod. B *minues;* huic autem lectioni favent veteres.

Cap. XIII, 1. *aut qui somnium* — Codd. Cas. 2. *aut qui somnia;* accedit syrus; mendosissime Gualterus CCIX, 441. *aut qui Deum omnium*.

3. *non audies*—Cod. A, Bibl. Lugd. 1522., Cassianus XLIX, 937. 992., Rabanus, Ioh. saresber. CXCIX, 473., Petrus bles. CCVII, 193. *non audias;* Tertullianus *ne audiatis;* at Augustinus et Lucifer calar. cum graeco *non audietis*. Pro *Deus vester*, cod. F, et duo codd. holmesiani *Deus noster;* Rabanus tacet *Deus*.

Ibid. *ut palam fiat utrum diligatis* — Cod. U, libri Carolini XCVIII, 1171. et Rabanus *ut palam faciat utrum diligatis;* codd. M, N*, R, Cas. 4. *ut palam sciat utrum diligatis;* cod. M notat: « Glossa: id est, faciat vos scire. » Augustinus *Quaest. XIII. in Deut.* scribit: « *ut* » *sciat si diligitis eum;* intelligitur enim po- » situm esse *ut sciat*, pro eo quod est *ut sciri* » *faciat*. » Cf. VIII, 2. et Rabanus II, 869.; rursum Augustinus *Quaest. XIX.* legit *scire an diligatis*, et subdit: « Quidam interpretes » latini non ita posuerunt *scire an diligatis;* » sed *ut sciat an diligatis*. Quamvis eadem » sententia videatur, verumtamen illud quod » dictum est *scire*, facilius ad illos refertur, » ut sic accipiamus *tentat vos scire*, ac si di- » ceretur *tentando vos facit scire*. » Gregorius M. I, 610. haec habet: « Usitata sacri eloquii » locutione videre Deus dicitur, videre nos » facere; . . . sic Israelitae praemonentur: » *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si* » *diligitis eum*, id est, ut scire vos faciat. » Eamdem lectionem sequitur idem Gregorius I, 898.; indeque Taio LXXX, 773., Beda III, 563. et II, 647. ubi scribit: « Figura locutio- » nis Scripturis sanctis usitatissima, graece » a grammaticis metonymia, id est, trans- » nominatio dicitur, dum per efficientem id » quod efficitur constat intelligendum; sicut » et illud legislatoris: *Tentat vos Dominus* » *Deus vester, ut sciat si diligitis eum an* » *non;* id est, ut sciri faciat. » Eadem fere habet Alcuinus II, 31., qui tamen legit *ut*

sciat si diligatis; item I, 544. (at II, 1268. *diligitis*), Radulfus Glaber CXLII, 673., Garnerius CXCIII, 170. Hanc autem lectionem ex Italae codicibus fluxisse tum ex laudato Augustini testimonio, tum ex aliis apud Sabatierium manifestum est: illamque proinde merito reiiciunt codices N, O, quorum prior notat: « Quia hebraeus habet *ad sciendum* » (לדעת), quidam pro *fiat* male ponunt » *sciat*, quod illud hebraeus habeat: sed si » volunt adhaerere hebraeo, tunc removebunt » quod dicitur *palam*, quod hebr. non habet. » Sed quod dicitur *ad sciendum* interpretatur » impersonaliter, scilicet *ut sciatur*, quod non » est aliud quam hoc *ut palam fiat*. Quod si » etiam personaliter exponeretur de Domino, » cum ipsum Dominum temporale quidquam » scire non sit aliud quam nos docere, ad- » huc bene diceretur *ut palam fiat:* quod si » nolunt dicere nisi de Deo, suppleant quod » dicitur *Domino*, dum tamen littera remaneat » approbata *ut palam fiat.* » His prope simillima sunt quae in altero codice adnotantur, quaeque proferre supersedemus. Post verba *in toto corde* addunt *vestro* cod. B, Rabanus et libri Carolini l. c.; item hebr. et veteres, conf. Sabatier.

4. *et mandata* — Tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, F, K, O, R, S, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Ord., Lugd. 1522., all., Rabanus, Prudentius trec. l. c., Brev. Goth. pag. 448. et cod. 190. Kennic.; cf. Holmes.; latina versio syri perperam tacet nexum. Pro *vocem eius: ipsi*, Bibl. Ven. 1479. 1482. *verba eius: ipsi;* Brev. Goth. l. c. tacet *eius;* cod. B 2. m. addit *soli*, quod additamentum hoc loco nullus veterum agnoscit, atque ex VI, 13. X, 20. derivatum videtur.

5. *fictor somniorum* — Cod. H notat hebr. legere *somniator*, et ita habet Tertullianus: at hebr. חלם החלום, Cyprianus quoque et Lucifer calar. cum graeco *somnium somnians.* Mox post *redemit* tacent *vos* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, O, T, U, V, Cas. 19., goth. leg., Bibl. Ordin., Augustinus in *Spec.;* veteres plerique interpretes cum hebraeo legunt *redemit te.* Pro *tibi praecepit*, Augustinus in *Spec.* legit *tibi praeceperat;* Bibl. Ven. 1533., Lugdun. 1542. tacent *tibi.* Pro *de medio tui*, cod. F et Thomas aquin. *in Ioh. XI. Lect. 7. de medio populi tui.*

6. *vel filia*—Codd. G, N*, R, S, V, Cas. 5. addunt *tua;* quod in codd. N, O expungitur, at hebr. et veteres, excepto graeco, de quo conf. Holmesius, illud legunt. Pro *est in sinu tuo*, cod. A *in sinu tuo est.* Post *amicus* cod. Cas. 1. addit *tuus*, ut hebr. et veteres, praeter graecum, de quo cf. Holmes. Pro *serviamus diis alienis, quos ignoras tu*, Augustinus in *Spec.* habet *sequamur deos alienos, quos tu ignoras;* conf. vers. 2. Si ad hunc locum respexit Bonizo apud Maium (*Biblioth. patrum t. VII. par. 3. p. 24.*), profecto singularem habuisse lectionem dicendus est; haec enim verba recitat *Si pater tuus et mater tua et uxor quae cubat in sinu tuo voluerint te avertere a veritate, sit manus tua super eos, et interfice eos.* Verum enimvero neque hoc loco neque alibi in sacra Scriptura exstat huiusmodi sententia quoad patrem et matrem: hanc autem quaestionem erudite pertractat Lorinus in *Comm.* ad h. l.

7. *in circuitu*—Cod. Cas. 1. *per circuitum.* Pro *vel procul*, cod. Cas. 1. *vel quae procul.* Pro *usque ad finem*, cod. S, Augustinus in *Spec.* et armenus *usque ad fines;* Vulgatus in hac locutione fere semper pluralem numerum usurpat; cod. Cas. 1. praemittit *et.*

8. *nec audias*—Augustinus in *Spec.*, Bibl. Lugd. 1535. *neque audias.* Pro *ut miserearis*, cod. E *ac miserearis.*

9. *interficies* — Codd. R, S, Cas. 1. addunt *eum*, quod in cod. O expungitur, etsi hebr. et veteres illud legant. Pro *sit primum*, Augustinus in *Spec.*, codd. G, V, Cas. 12. *sit prius;* codd. Cas. 5. *sed primum.*

Ibid. *et postea* — Legunt *et post te* Sixtus, veteres editiones et plerique codices; item Augustinus in *Spec.* et Concil. Lateran. edit. Hard. III, 791. At Toletus scribit: « Lege *po-* » *stea;* sic habetur in mss., et consonat hebr. » et graecus, ubi dicitur *populus mittat ma-*

» *num in ultimo*: sic censuit prior Congre- » gatio. » Nimirum sixtini, primo gregoriani ad fidem paucorum optimae notae codicum emendarunt; ita enim habent codd. A, E, U; et Vulgatus ipse hanc correctionem confirmat ad XVII, 7. ubi eadem phrasis in hebraeo legitur, quam ille interpretatur *manus reliqui populi extrema mittetur;* cod. B, omisso nexu, legit tantum *post te.*

10. *quia voluit te* — Codd. K, Cas. 1. *qui voluit te;* Augustinus in *Spec.* legit *quia te voluit.*

11. *ut omnis* — Cod. Cas. 1., Bibl. Ven. 1498. *et omnis;* accedunt hebr. et veteres; Bibl. Ord., Reg. et fere omnes edd. seculi XV. *ut et omnis.* Pro *audiens,* cod. A *videns.* Pro *faciat quippiam,* cod. U *fiat quippiam;* cod. Cas. 1. *faciat quispiam;* Bibl. Ven. 1476. 1480., all. *faciet quippiam.* Cod. H notat hebr. addere *in medio tui* post *simile;* illud tamen deest in cod. 9. Kennic.

12. *quas Dominus* — Codd. C, D, N, O, S, U, Thomas. I, 53., Bibl. Lugd. 1522., Hugo *quam Dominus.* Cod. H notat hebr. pro *dicentes aliquos,* legere *dicens;* nempe est לאמר.

13. *filii Belial* — Sixtus cum Rob. Steph. et lovanien. *filii belial,* fortasse ut innueret hoc nomen adiectivum esse; nam recte pro בליעל alexandrinus posuit *παράνομοι*, graecus ven. *φαυλότητος*; Vulgatus quoque interpretatur *iniquus* I Reg. XXV, 25. XXX, 22. Prov. XIX, 28.; *apostata* (Aquila *ἀποστάτης*) Prov. VI, 12.; *impius* Prov. XVI, 27.; *filii diaboli* III Reg. XXI, 13.; denique Iudic. XIX, 22. habet *Belial (id est, absque iugo);* conf. Hieronymus VII, 629. et Bukentopius p. 23. Pro *averterunt,* cod. B *everterunt;* Bruno ast. *averterint.*

Ibid. *urbis suae* — Sixtini primo, codd. B, C, D, E, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 17., antiquiores edd. *urbis tuae;* at cod. H monet hebr. legere *suae;* cod. F, Bruno ast. *urbis terrae tuae;* graecus *τὴν γῆν αὐτῶν* (at cf. Holmes.), cui accedit cod. 111. Kenn. Pro *dixerunt,* Bruno ast. *dixerint.* Pro *et serviamus,* Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *ut serviamus.* Pro *quos ignoratis,* codd. B, goth. leg. *quos ignorasti;* cod. V *quos ignoras;* Cyprianus *quos non nosti,* at Iulius Firmic. cum graeco *quos non nostis;* Bruno ast. tacet.

14. *diligenter, rei* — Vulgati edd. veteres nullam interponunt notam distinctionis, ita ut *diligenter* ad ea quae sequuntur referatur, prout habet Vulgatus in polyglottis londin.; at vero Clementis editiones imitatae sunt Sixtum, qui interpunctionem apposuit. Cod. H notat hebr. addere *in medio tui* post *perpetratam,* quod ii quoque adnotarunt qui florentinos codices iussu Pii V contulerunt.

15. *eam ac omnia, quae in illa* — Haec lectio ab editione Sixti ortum duxit; Bibl. Ven. 1479. habent *ea omnia quae in ea;* reliquae autem quas habemus veteres editiones, et fere omnes codices legunt *eam omniaque quae in illa;* codd. A, F (uterque 1. m.), aliique pauci *eam omnia quaeque in illa;* cod. G *eam. Omnia quae in illa;* cod. S *eam et omnia, quae in illa;* Bruno ast. *eam, omnia quoque quae in illa* (et reliqua omittens pergit) *sunt congregabis in medio* etc.

16. *in medio* — Codd. G, Cas. 1. *in medium.* Post *consumas* Cas. 1. addit *coram;* accedunt graecus, chaldaeus et syrus. Pro *et sit tumulus,* cod. A, Bruno ast. *ut sit tumulus.*

18. *custodiens* — Codd. B, K, Cas. 12. *custodies;* cod. Cas. 1. et Brev. Goth. l. c. *custodias;* cod. Cas. 1. *custodieris.* Pro *facias,* Bibl. Paris. 1566. *scias.*

Cap. XIV, 1. *Filii estote Domini Dei vestri* — Brev. Goth. p. 448. *Fideles estote Domino Deo vestro;* cod. H notat hebr. legere *Filii estis vos Domini Dei vestri;* huc pertinent ea quae habet Augustinus in *Spec.* edit. Maii, c. XLIV. *Si fili* (ita cod.) *estis Dei non timebitis.* Animadverte graecum cod. vaticanum in margine praeferre *οὐ φοιβήσεις*, uti recte adnotavit Nobilius Flaminius, non vero *φοβηθήσεις*, quod dedit Holmesius; maiana enim editio silet. Pro *nec facietis,* cod. F *neque facietis;* Prudentius trec. l. c. *non facietis.* Pro *super mortuo,* codd. Cas. 9., Beda II, 386. *super mortuum.*

2. *sanctus es* — Cod. H *sanctus tu es;* item armenus; hebr. קדוש אתה. Ante *elegit* tacent *te* codd. D, S 1. m., Brev. Goth. l. c. et duo codd. holmesiani. Pro *de cunctis*, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496. *in cunctis.*

3. *Ne comedatis* — Rabanus *Non comedatis;* et ita legere hebraeum adnotat cod. H, qui praeterea pro *quae immunda sunt*, notat legi in hebraeo *omne quod abominatum est.*

4. *Bovem, et ovem* — Cod. A *ovem, et bovem;* cf. ad Ex. IX, 3. XXII, 1. Lev. VII, 23.

5. *cervum et capream* — Codd. Cas. 12. praemittunt *et;* ut syrus et arabs: contra vero tacent nexum interpositum codd. B, C, D, F, G, H, R, T, U, V, goth. legion., Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1535., all., quibus accedunt duo codd. Kenn. Ante *bubalum* addunt *et* sixtini, codd. A, B, hebraeus et veteres, sed cf. Holmes. Pro *tragelaphum*, Bibl. Lugdun. 1522. 1535., all. mendose *tragephalum.* Ad rem criticam haud supervacaneum erit adnotasse codicem gothicum legionensem ad marginem prae se ferre latinam alteram ex graeco huius versiculi interpretationem, quae sic se habet *cervum, et dorcadem, et bubalum, oviferum* (nota vocem a Forcell. expulsam), *et phigargoum, origem, et camelum pardalum;* inde enim illorum confirmatur lectio qui cum codice alexandrino addunt καὶ βούβαλον, καὶ τραγέλαφον. Pro *pygargum*, codd. B, C, F, G, H, O, S, U, V, Cas. 11., goth. leg. *pygargon;* alii *phigargum;* Bibl. Ord. mendose *pygarum.* Pro *camelopardalum*, cod. B, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1513., Reg., all. *camelopardum*, et ita habet Isidorus IV, 55.; Rabanus vero *camelopardalim*, cui suffragatur cod. O in quo adnotatur: « Graecus *came-* » *lopardalis* tertiae declinationis, et sic uti- » tur Plinius. » Codd. R, S 2. m., V *cameleon pardalum;* codd. C, U *camelum pardalum.*

6. *findit ungulam* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, S, T, U, V, Rabanus *ungulam findit;* cod. E *ungulas findit.*

7. *comedere non debetis, ut camelum* — Codices fere omnes et veteres editiones legunt *haec comedere non debetis, camelum*, quod hebraeo et priscis interpretibus magis respondere videtur: sixtini cum cod. A pronomen *haec* expunxerunt; Sixtus particulam *ut* adiecit; gregoriani, etsi haesitaverint, nil immutarunt. Pro *camelum, leporem*, codd. F, V *leporem, camelum.* Ante *choerogryllum* Bibl. Lugd. 1535. addunt *et*, consentientibus hebr. et antiquis interpretibus; de hoc autem nomine, praeter ea quae ad Levit. XI, 5. praescripsimus, animadverte codicem A mendose legere *corcodillum* (de quo conf. ad Lev. XI, 29.), alios vero plures *cirogryllum.* Etsi porro Vulgatus interpretetur *herinaceus* Psal. CIII, 18., et *lepusculus* Prov. XXX, 26., recentiores tamen interpretes eam praeferunt versionem, quam hoc loco Hieronymus exhibet; cf. Gesenii *Thes. p. 1467.*

Ibid. *haec quia ruminant* — Veteres codices et editiones tacent pronomen *haec*, quod Sixtus adiecit et clementini retinuerunt, nec male; Rabanus *quae quia ruminant;* conf. Holmes.

8. *dividit ungulam, et non ruminat, immunda erit* — Cod. A 1. m. *dividunt ungulam, et non ruminant, immunda erint* (sic); codd. E, F, G *immundus;* nam refertur ad *sus* quod utriusque generis est; conf. ad Levit. XI, 7.

9. *comedetis ex omnibus* — Cod. B *comedetis ex ea;* cod. E *comeditis ex omnibus.* Pro *morantur*, sixtini, codd. A, S, Cas. 10. *moventur;* cf. Lev. XI, 10. Toletus scribit: « In mss. » habetur *moventur.* » Pro *pinnulas*, codd. C, D, F, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 19., Thomas. l. c., veteres edd. fere omnes, Rabanus *pennulas;* cod. O notat: « Lege *pennulas*, num- » quam *pinnulas*, secundum antiquos. » Cf. ad Lev. XI, 9. Pro *squamas*, nonnulli scribunt *squammas*, quod plerisque minus probatur.

10. *ne comedatis* — Codd. A, F *non comedatis;* codd. C, U *nec comedatis.*

12. *Immundas* — Cod. K praemittit *et;* cui hebraeus et veteres favent. De eo quod sequitur nomine *gryphem* cf. ad Lev. XI, 13.; quum autem heic Moses de quadam aquilae specie loquatur, profecto eidem aptari ne-

queunt ea quae de grypho tradit Origenes *de princip. IV, 17.*

Ibid. *haliaeetum* — Ita latine hoc nomen esse scribendum dubitari nequit; eique consonat graecum ἁλιαιετόν; et ita habent vaticanae editiones ad Levit. XI, 13. Hinc suadente Luca Brugensi plantiniani editores hanc scribendi rationem sequuti sunt, etsi in clementinis Bibliis hoc loco legatur *haliaetum*, quod tum Angelus Rocca, tum auctor schedae adnexae codici vaticano 6879. inter typographi vaticani menda adnumerarunt. Istud autem mendum protulit Sixti editio, ex qua ad reliquas vaticanas editiones propagatum fuit; illudque retinuerunt Bibl. Rom. 1618. 1624. 1671. 1768., aliaque non pauca alibi typis expressa.

13. *ixion* — Biblia vatic. hanc lectionem ex ed. Antuerp. 1583. hauserunt; utrum autem eadem praehabenda sit dubitamus. Plures enim ex antiquis editionibus, et nostri codices fere omnes legunt *ixon*, quod profecto graecorum more pro quarto casu apte scribitur, a recto *ixos*. At vero Isidorus, Rabanus, aliique veteres qui diserte agunt de volucribus hoc capite memoratis, utrumque ignorant: item Cangius et Maius in latinis glossariis. Bochartus quoque testatur se nullibi hoc nomen apud romanos aut graecos scriptores reperisse (*Hieroz. par. II. lib. VI. c. 3.*), atque adeo mavult legere *oxyn*, at id nullo testium praesidio confirmatur. Forcellinius inter barbaras voces reiecit *ixion;* at eiusdem Lexici editores lipsienses ex Vulgati auctoritate addiderunt inter latinas voces *ixos*. Hugutio in libro *Derivationum* (apud nos ms.) habet: « *ixion*, avis de genere vul» turis, alba et minor quam vultur. » Eadem habent Papias (ed. Ven. 1485.), Nicolaus a Lira et auctor Mamotrecti (ed. Ven. 1479.), qui tamen scribit *ixon;* Hugo a s. Charo notat: « *ixion* avis ignota nobis sub hoc nomine. » In scheda adnexa codici vatic. 6879. legitur: « *ixon* legunt veteres codices; sed *ixion* de» fendi potest ex graeco. » Quanam vero ratione *ixion* ex graeco recte tueri velit ignoramus. At undenam Vulgatus hoc vocabulum deprompsit? Nos censemus Hieronymum hoc loco imitatum fuisse Aquilam, qui posuit ἴξον (cf. Montf. *App. ad hexapla*), vel, uti quidam codices holmesiani scribunt, ἴεξον. Huius autem graecae vocis rationem et vim aliis investigandam permittimus: nobis enim satis est hieronymianae versionis fontem demonstrasse. Schleusnerus in suo *Lex. V. T.* profert quoque ἰξίων, at unde id duxerit neque ipse significat, nec nos divinare possumus; interim animadvertimus Schleusnerum ibidem III, p. 101. Vulgato tribuisse *ixion*, et p. 113. *ixon*.

14. *et omne* — Cod. A *et omni;* cod. E *et omnis*. Ea quae in hoc versiculo Vulgatus cum hebraeo legit, in graeco desiderantur: sunt tamen graeci codices non pauci qui eadem supplent; his vero adstipulatur margo codicis gothici legionensis, ubi vel Italae veteris, vel alterius cuiusvis latinae ex graeco versionis fragmentum nobis servatum fuit, quod haud incommode hoc loco proferendum existimamus: *Et omnem corvum, et similia ei; et passerem, et glaucam* (καὶ στρουθὸν, καὶ γλαῦκα), *et similia ei; et laron, et arodion, et cycnum, et ibin, et ossifragum, et acceptorem* (*acceptor* pro *accipiter* est Lucilii apud Charis. I. p. 76.; adde exemplum Augustini in *nova patrum biblioth. I, 87.*), *et similia ei; et upupam, et necticoracen, et pelecana, et caladrionem* (edit. Compl. καὶ πελεκάνα, καὶ χαλάδριον), *et similia ei; et porphyrionem, et vespertilionem.*

15. *et struthionem* — Expungunt particulam *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, S, T, U, V, Cas. 12., gothic. legion., Rabanus et cod. 44. Holmesii. Pro *ac noctuam*, Rabanus *et noctuam*. De *laro* praeter ea, quae diximus ad Lev. XI, 16., cf. Rabanus II, 886. et V, 254.

16. *herodium*—Ad ea quae de hoc nomine adnotavimus ad Lev. XI, 19. adde Isidorum (IV, 93.) testari graecos dixisse ἐρωδίους aves diomedeas. Pro *ac cygnum*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V,

gothic. legion., Rabanus *et cygnum*, ut Lev. XI, 18.

17. *mergulum* — Hanc vocem lexicis addendam probavimus ad Lev. XI, 17. Sequitur *nycticoracem*, quod perperam inter voces expulsas Forcellinius posuit; Furlanettus autem non tantum Hieronymi et Isidori testimoniis illam confirmare debuisset, sed veteris quoque Italae (ad Psal. CI, 7.), uti ex Ambrosio, Augustino aliisque constat.

18. *onocrotalum* — Codd. F, K praeponunt *et*, uti hebr. et veteres. Ante *charadrium* tacent *et* Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., all.; praeterea non paucae ex antiquioribus edd. legunt *charadrion*, de quo cf. ad Lev. XI, 19. Pro *upupam quoque*, cod. B *upupamque*.

19. *pennulas* — Sixtini, Sixtus, codd. A, B, E, Bibl. Ord. *pinnulas;* cf. ad Lev. XI, 9. Pro *et non comedetur*, codd. A, B, C, D, F, G, H, K, O, S, T, U, V, Cas. 9., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus *nec comedetur*.

20. *comedite* — Cod. E *comeditur*.

21. *Quidquid autem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, K, O, S, T, U, V, Cas. 10., goth. legion., Rabanus tacent *autem;* item hebr., chaldaeus, graecus; cf. Holmes. Pro *morticinum*, Bibl. Compl. et Reg. *morticinium;* conf. ad Lev. XXII, 8. Pro *ne vescamini*, codd. C, D, F, T, U, V *ne vescemini;* Prudentius trec. l. c. *non vescemini*. Pro *vende ei*, cod. H notat hebr. legere *vende externo;* Rabanus tacet *ei*. Pro *Domini Dei tui es*, Bibl. Ordin. et, ex mendo, Vulgatus in polyglottis Waltoni *Domini Dei tu es;* Brev. Goth. l. c. *es Domini Dei tui;* cod. V *Dei tui es*.

22. *de cunctis fructibus* — Rabanus *a cunctis frugibus;* legunt quoque *frugibus* codd. C, F (uterque 2. m.), G, P, R, Cas. 13., goth. leg., Bibl. Ord., Ven. 1480. 1482., all., Ionas aurel. CVI, 206., Concil. Troslei. edit. Hard. VI, 521.; item alii memorati in cod. O; cf. ad Gen. XLIII, 11. Pro *qui nascuntur*, legunt *quae nascuntur* codd. A, B, C, D, F, G, N, P, T, U, V, Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Rob. Steph., Lovan., all., Ionas aurel., Rabanus, Concil. Troslei. l. c.; in cod. N adnotatum legimus: « Quod dicitur *quae* refertur ad hoc » q. d. *eorum* subauditum; sicut in illo: *ge-* » *nuisti qui te fecit*, ubi *qui* refertur ad id » q. d. *eum* subintellectum. Hebraeus enim » habet *quae*, quia habet *fructum seminis* » *quod nascitur;* semen autem de terra magis » proprie nascitur, quam fructus. » At sixtinis placuit legere *qui*, uti alii codices et quamplures edd. habent; cf. Lucas Brugensis. Mox Rabanus tacet *in terra*.

23. *et comedes* — Cod. U *et comedetis;* Ionas aurel. l. c. addit *eam;* accedunt samaritanus textus et graecus; Rabanus tacet. Post *frumenti* cod. S, Concil. Troslei. l. c., Rabanus tacent *tui*. Ante *vini* codd. R, S, Rabanus omittunt *et;* item hebr., chald., graecus ven.; conf. Holmes. Item post *olei* Rabanus tacet *et*, cui consentit graecus, sed conf. Holmesius; cod. E addit *tui*, ut hebr. et veteres.

Ibid. *et ovibus tuis* — Codd. K, O, Rabanus *et de ovibus tuis;* codd. L 4., R, S, V 2. m., Cas. 2. addunt *offeres:* « Simile quid, inquit » Lucas Brugensis, adiiciunt graeci: *Eo feres* » *decimam frumenti tui . . . . et primogenita* » *boum et ovium tuarum*. Verum latini codi- » ces emendatiores vocem *offeres* confodiunt, » neque ullum verbum addunt, conformiter » Rabano, et hebraeo textui, atque chaldaeo; » subaudiendum autem ex praecedentibus re- » linquunt *separabis et comedes in conspectu* » *Domini*. Qui enim prius generatim dixerat » decimam partem cunctorum, quae ex terra » nascuntur separandam, et in loco, quem » elegerit Dominus, comedendam; iam illa » enumerat, decimam frumenti et vini et olei, » atque adiicit armentorum et gregum pri- » mogenita. » Post *Deum tuum* addunt *in* codd. B, S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Reg., priores edd. Rob. Steph., all., Rabanus. Hunc locum profert Augustinus in *Spec.* c. LIX. ed. Maii, et Sabatierius ex cod. Floriac. n. 10. *Afferes* (Sabatier. *Offeres*) *decimas tritici tui, et vini tui, et olei tui, et primitiva boum tuarum* (Sabat. *tuorum*), *et ovium tuarum; ut*

*

discas timere Dominum Deum tuum omnibus diebus vitae tuae.

24. *Cum autem*—Cod. K *Si autem;* it. Augustinus ex graeco. Pro *nec potueris,* cod. A, Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., all. *nec poteris.*

25. *vendes* — Codd. Cas. 9. *vende.* Pro *rediges,* Rabanus *redigens.* Additamentum quod ex aliis codicibus hoc loco protulit Holmesius, nempe ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ, legitur quoque in margine codicis vaticani, quod neque Maius adnotavit.

26. *ex armentis*—Cod. Cas. 1. *ex armento.*

27. *Levites* — Ita graecorum more sixtini cum cod. A aliisque paucis ex antiquioribus; item supra XII, 12. 18.; at plerique codd. et veteres edd. hoc loco habent *Levita.* Pro *est,* cod. B *sunt.* Pro *derelinquas,* sixtini, codd. A, goth. legion. *relinquas;* graecus tacet, sed cf. Holmes. Vallarsius de more fallitur dum notat Vulgatum pro *quia non habet,* legere *qui non habet.*

28. *Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quae nascuntur tibi eo tempore* — Cod. Cas. 1. praemittit *in;* cod. H notat hebr. legere *In fine anni tertii separabis omnem decimam fructuum tuorum, ex omnibus quae nascuntur tibi eo anno.* At cum Vulgato consentit Augustinus, qui *(Quaest. XX. in Deut.)* hunc et sequentem versiculum ex hieronymiana versione profert, quam magis apertam et planam esse asserit. Pro *intra ianuas,* cod. Cas. 1. *intra portas,* ut supra vers. 21.; Bruno ast. utroque loco habet *inter* pro *intra.*

29. *ac pupillus et vidua* — Sixtini, codd. A, G, H, K, S, goth. legion., Rabanus, Bruno ast., all. *et pupillus ac vidua.*

Cap. XV, 2. *Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit* — Bibl. Ordin., all. *Cui debetur aliquid, ab amico vel proximo ac fratre suo repetere non poterit;* nec obstant veteres; pro *ac fratre,* cod. F *aut a fratre;* Bruno ast. *aut fratre.*

3. *A peregrino et advena* — Margo Ordin. expungit *et advena;* cod. H ex hebraeo legi vult *Ab externo autem.* Pro *civem et propinquum,* Rabanus *a propinquo;* cod. H notat hebr. legere *civem et fratrem,* at hebraeus habet tantum את אחיך. Pro *habebis,* codd. B, C, D, E, F, K, R, S, T, U, V, Cas. 13., omnes codices Martianaei et Vallarsii, Bruno ast., Hugo *habes;* cod. Cas. 1. *habeas;* Bibl. Ord. *habens;* cod. A *habet;* accedit hebraeus.

4. *et mendicus non erit inter vos* — Brev. Goth. pag. 448. *mendicus inter vos non erit.* Pro *ut benedicat,* cod. E *et benedicat.* Mox tacent *Deus tuus* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, L 13., O, Q, T, U, V, Cas. 17., goth. legion., Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., Brev. Goth. l. c., Rabanus; hinc ipsemet Toletus scribit: « Non habentur haec in hebr., » nec in aliquot mss., sed tantum in graeco » et in latinis impressis. » Immo ea leguntur in samaritano textu, syro et nonnullis hebraicis et chald. codd. apud De-Rossi; eadem ex graeco habet Tertullianus; cod. G omittit *tuus.* Animadvertat lector, Vulgati editiones seculi XV. eam sequi lectionem, quam vix pauci recentioresque latini codices tuentur. Pro *traditurus,* codd. G, T *daturus,* ut infra vers. 7.

5. *vocem Domini Dei tui, et custodieris* — Haec desunt in codd. C, T, Cas. 1.; Prudentius trec. CXV, 1428. tacet *Dei tui,* ut duo codices Kennic. Pro *quae iussit, et,* cod. V *quae iusserit, et;* Brev. Goth. l. c. *quae eius sunt.* Pro *hodie praecipio tibi,* sixtini, cod. A, Brev. Goth. l. c. *praecipio tibi hodie;* codd. G, S tacent *hodie.* Pro *benedicet tibi, ut pollicitus est,* Brev. Goth. l. c. *ut pollicitus es;* animadverte in Bibliis Complut. et Reg. haec cum sequentibus connecti, non vero cum superioribus.

6. *Foenerabis gentibus multis, et ipse a nullo accipies mutuum* — Haec in cod. B deerant. Pro *tui,* Bibl. Ven. 1533. *tibi;* conf. ad Gen. III, 16.

7. *morantur*—Codd. A, B, G, Cas. 9., Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1579., Augustinus in *Spec.,* Petrus Dam. CXLV, 215. *moratur;* hoc verbum in hebr. et graeco non legitur, sed a latino

interprete suppletum fuit. Post *Deus* tacent *tuus* Bibl. Ven. 1476. 1480. 1482., all.; item tres codices holmesiani. Pro *venerit,* Sixtus et fere omnes veteres edd. *devenerit;* at Toletus notat: « Lege *venerit;* sic Ord., mss. et utra- » que Congregatio. » Sixtini enim et gregoriani ad fidem antiquiorum omnium codd. emendarunt. Post *manum* codd. E, G, U, Cas. 1. addunt *tuam,* ut hebr. et veteres.

8. *et dabis* — Concil. Paris. edit. Hard. IV, 1329. addit *ei,* cui favent hebr. et vett. Pro *quo eum,* codd. C 1. m., D, F, K, T *quod eum.*

9. *ne forte subrepat tibi*—Codd. C, D, E, F, G, K, N, O, P, T, U, V, Cas. 13., Ionas aurel. CVI, 254. *ne forte subripiat tibi;* conf. Dan. VI, 6.; immo codd. N, O, V notant verbum *subrepat* legi in modernis tantum codicibus; cod. A *ne forte obripiat tibi,* nota verbum *obripio* hactenus ignotum; Bibl. Paris. 1566. tacent *forte,* ut graecus. Pro *et dicas,* cod. F *ut dicas;* hebr. לאמר. Post *oculos* tacent *tuos* codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 15., goth. leg., Bibl. Paris. 1566., Augustinus in *Spec.,* Ionas aurel. l. c., Rabanus. Pro *mutuum commodare,* cod. E *mutuum dare;* optima lectio, pro qua aliorum quoque codicum suffragium optaremus; nam utrum latine *mutuum commodare* recte dici possit dubitamus. Pro *et fiat,* codd. N, O, P *et fiet;* Augustinus *et erit.*

10. *nec ages* — Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *non ages;* Ionas aurel. l. c. *nec agas;* Prudentius trec. l. c. *non neges.* Pro *necessitatibus,* cod. B mendose *iniquitatibus.* Pro *in omni tempore,* Bibl. Compl., Reg., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1526. 1535., all. *in omni opere;* margo Ordin. *in omnibus operibus tuis,* ut hebr. et veteres; at apud De-Rossi plures codd. hebraici habent numerum sing. *in omni opere.* Pro *et in cunctis,* cod. A *et cunctis;* Brev. Goth. l. c. tacet *et.*

11. *in terra* — Cod. A *in terram.* Mox cod. Cas. 1. *habitationis vestrae,* pro *habitationis tuae.* Ante *praecipio* tacent *ego* cod. F, Petrus Dam. l. c., Concil. Paris. l. c.; item georg. et cod. 44. Holmesii. Post *tibi* cod. T addit *hodie;* it. arabs et quatuor codices holmesiani; accedit et latinus interpres Onkelosi in polyglottis Compl., sed contra fidem sui textus: illud autem verbum ex vers. 5. derivatum videtur. Pro *fratri tuo egeno,* codd. C, D, F, G, S, U, V, Cas. 4. *fratri tuo et egeno;* item Ionathanus et quatuor codd. Kennicotti: hebr. et plerique veteres habent *fratri tuo, egeno tuo;* perperam interponitur nexus in versione interlineari in polyglottis londin. Pro *versatur,* sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 11., Bibl. Ordin., Ionas aurel. l. c. *versantur;* hebr. et veteres tacent verbum. Hunc versiculum Sabatierio deficientem habes in *Spec.* Augustini ed. Maii, c. XXIIII. *Non deerit egens a terra tua: propter hoc praecipio tibi facere hoc verbum, dicens: aperiens aperies manus tuas fratri tuo pauperi et egenti in terra tua.*

12. *in septimo* — Cod. B tacet *in,* uti Hieronymus, Ambrosius, Augustinus apud Sabatierium; conf. Holmes.

13. *patiéris* — Codd. E, U *patiaris.*

14. *sed dabis* — Codd. Cas. 3. addunt *ei,* ut hebr. et veteres. Pro *et de area,* sixtini cum cod. A *et area,* quod proxime sequenti membro melius respondet; cod. K *et de archa.* Pro *et torculari,* codd. B, C, F, G, R, V, Cas. 2., Bibl. Reg., Bruno ast. *et de torculari;* cod. A 1. m. *et torculario;* Bibl. Ord. *et e torculari.* Mox Bruno ast. tacet *tuo,* ut cod. VII. Holmesii; et post *Deus* tacet *tuus,* quod in latina versione Onkelosi mendose reticetur.

15. *Memento* — Cod. A 1. m. *Mementote.* Pro *et liberaverit,* cod. B cum graeco *et inde liberaverit.* Pro *ego nunc praecipio,* cod. B rursum cum graeco *ego praecipio;* sed conf. Holmesius; codd. C, D, K, T, U *ego nunc praecipiam;* cod. G tacet *ego.*

16. *Sin autem* — Pauci codd. *Si autem.* Post *dixerit* codd. V, Cas. 7. addunt *tibi,* quibus hebraeus et veteres, excepto arabe, consentiunt. Pro *esse sentiat,* Bruno ast. *sentiat esse;* codd. E, G, R tacent *esse.*

17. *serviet* — Codd. C, D, F, G, R, T, U, V, Cas. 7., Bruno ast. *serviat.* Pro *usque in aeternum,* Rabanus *usque in sempiternum;*

cod. B *in aeternum*, ut hebr. et veteres; cf. Exod. XXI, 6.

18. *avertas ab eis* — Sixtini, gregoriani, codd. C 2. m., D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476. 1479., all. *avertes ab eis*. Pro *mercedem*, cod. E *mercedes;* cod. G mendose legit *mensuram*. Pro *per sex annos . . . in cunctis*, Bibl. Ordin. *sex per annos . . . cunctis*.

19. *De primogenitis* — Addunt *tuis* codd. C, D, F, G, O, R, S, T, U, V, Cas. 10., Thomas. I, 53., Bibl. Ordin., Lugd. 1522., all. Pro *et in ovibus*, fere omnes codd. et veteres edd. legunt *et ovibus;* particulam *in* sixtini cum cod. A et Augustino interposuerunt; cod. E praetermittit *et in ovibus*. Ante *quidquid* codd. R, S, Cas. 3. addunt *et*, quod in cod. O expungitur. Pro *est sexus*, sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, K, S, T, U, Thomas. l. c., Rabanus, Hugo *sexus est;* cod. B et Bibl. Ord. tacent *est*. Pro *sanctificabis*, cod. A *sanctificabitur;* cod. K *sacrificabis*. Pro *operaberis*, Gregorius M. I, 1184. IV, 119., Taio LXXX, 860., Garnerius CXCIII, 95., Bernardus *serm. 64. in Cant.*, Petrus Com., all. *arabis*. Post *primogenita ovium* Beda II, 387. addit *tuarum*, quod in hebraeo legi monet cod. H; veteres autem interpretes hebraeo consentiunt.

20. *elegerit Dominus* — Cod. A tacet *Dominus*, ut arabs; e contrario codd. G, S, V, Cas. 5. cum graeco et syro addunt *Deus tuus;* quod tamen in cod. N abiicitur, et in hexaplis veru confoditur.

21. *Sin autem* — Rursum pauci codd. *Si autem*. Ante *vel claudum* veteres codices omnes quos vidimus (exceptis R, S) praemittunt *et;* ex Bibliis editis hanc particulam omittunt Lugd. 1522. 1526. in fol. et 1535., at reliquae paene omnes edd. illam legunt. Romanorum censorum documenta quae habemus silent, exceptis Angeli Rocca schedis, ex quibus colligimus ipsum dubitasse utrum sixtina editio ex typographi mendo nexum praetermiserit. Pro *aut in aliqua*, cod. E *aut aliqua*. Pro *vel debile*, cod. A *aut debile*.

23. *observabis* — Bibl. Ven. 1476. 1480. 1494. 1498. 1511. 1519. *observabitis;* his favent graecus, syrus, Ionathanus et pauci codd. hebraici. Pro *comedas*, cod. D 1. m. *comedes*. Pro *effundes*, legunt *effundas* codd. B, C, D, F, G, K, R, V, Cas. 12., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., aliaeque, etiam ex hentenianis, uti Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Beda l. c.

Cap. XVI, 1. *et verni primum temporis* — Codd. B, U *et vernum primi temporis;* cod. F *et verni temporis;* codd. G, R, S, V, Cas. 1. *et primi verni temporis;* cod. H monet haec non legi in hebraeo; his similia adiecit latinus interpres Ex. XXXIV, 18. Pro *ut facias*, Beda I, 460. *et facies;* item Ambrosius cum graeco et reliquis. Post *Phase* cod. Cas. 1. addit *coram;* it. Onkelos et Ionathanus. Mox codd. B, Cas. 3. tacent *Deo tuo;* cod. F praetermittit ea quae sequuntur usque ad *Deo tuo* in sequenti versiculo, ut cod. 52. holmesianus. Pro *de Aegypto nocte*, Dionysius Exig. LXVII, 489. *de Aegypto noctu;* Rabanus *ex Aegypto nocte*.

2. *Immolabisque Phase* — Cod. K *Immolabis Phase*, cui accedit syrus; cod. E tacet *Phase*. Pro *et de bobus*, codd. B, E, Rabanus *et bobus*. Pro *habitet*, Rabanus *inhabitet*.

3. *panem fermentatum* — Cod. E tacet *panem;* item hebr., veteres et Vulgatus ad Ex. XII, 15. 19. 20. et alibi. Verba quae sequuntur *quoniam in pavore egressus es de Aegypto*, primo intra parenthesim sixtini clauserant. Nota Hieronymum egregie reddidisse בחפזון Ex. XII, 11. *festinanter;* Isa. LII, 12. *in tumultu;* hoc autem loco *in pavore* (Aquila ἐν θαμβήσει); illud enim *festinationem* aeque ac *trepidationem* significat. Pro *ut memineris*, cod. F *et memineris*.

4. *fermentum* — Sixtus, codd. B, F, R, S, Cas. 12., Urbinas, veteres edd., Humbertus Card. CXLIII, 935. *fermentatum;* item syrus: at Toletus: « Lege *fermentum;* sic in hebr., » graeco et mss., et ita censuit utraque Con» gregatio. » Nam sixtini et gregoriani ad fidem quamplurimorum codicum, praesertim

A, C, D, H, Cas. 8., emendarunt; praeter hebraeum et alexandrinum, consentiunt Onkelos, Ionathanus, Saadias (etsi horum trium latina versio in polygl. habet *fermentatum*), graecus venetus; samaritanus autem interpres et persa chaldaicam ipsam vocem, aut si mavis arabicam, חמיר retinent; conf. ad Exod. XII, 15. 19.

Ibid. *remanebit* — Codd. A, E *manebit*. Pro *immolatum est*, codd. B, G, K, Cas. 7. *immolatur*. Pro *die primo*, Bibl. Lugd. 1535. *primo die*. Pro *usque mane*, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all. *usque ad mane;* Augustinus *usque in mane;* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 17., gothic. legion., omnes mss. Martianaei, Humbertus l. c., Hugo tacent *usque;* hebr. לבקר, graecus εἰς τὸ πρωΐ, sed conf. Holmes.

5. *quas Dominus Deus tuus daturus est tibi* — Silet Rabanus, item apud Holmesium Isidorus pelus. et Theodoretus.

6. *in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet* — Rabanus *in urbe, quam Dominus Deus tuus elegerit, ut inhabitet*. Pro *nomen eius ibi*, cod. B 1. m. *Dominus Deus tuus ibi;* quidam legebant *nomen eius, quia ibi immolabis* etc. quos refellit cod. O. Pro *immolabis*, cod. V, antiquiores editiones et cod. 30. holmesianus *immolabisque;* Rabanus *immolabis autem;* hodiernam lectionem, consentientibus codicibus et Ambrosio, lovanienses admiserunt. Pro *vespere*, codd. A, C, D, H, K, O, T *vesperi*.

7. *Et coques* — Bibl. Lugdun. 1522. tacent *Et;* item nonnulli apud Holmesium. Pro *maneque*, codd. A, B *mane quoque*. Pro *in tabernacula tua*, cod. A *in tabernaculo;* syrus, arabs et nonnulli codd. hebr. apud De-Rossi numerum sing. exprimunt.

8. *septima* — Sixtini, codd. A, C, D, F, H, K, T, U, V *septimo*. Pro *collecta*, hebraicus textus habet עצרת (ab עצר *collegit*), quod significat coetum ad dies festos agendos; atque speciatim dicitur de populi conventu ad sacrarium, qui septimo paschatis, et octavo festi tabernaculorum die cogi solebat: alexandrinus interpretatur πανήγυρις, σύνοδος, ἐξόδιον; Hieronymus vero aut *coetus*, aut *collecta*. Weitenauerus in *Lexico biblico* scribit: « *Collecta*, pro symbola plurium, seu » collatitio aere, quo sensu in paulinis epi- » stolis (I Cor. XVI, 1. 2.) legitur, latinitatis » est aureae, et ab ipso Tullio usurpatum. » In veteris autem Instrumenti libris quoties » *collecta* nominatur, quod universe fit qua- » ter, numquam collectio pecuniae, sed po- » puli congregatio seu coetus ille significa- » tur, qui in diem solemnis festi ultimum » incidebat. » Conf. Levit. XXIII, 36. II Paral. VII, 9. II Esdr. VIII, 18.; Hieronymus (I, 706. II, 58. 72.) illam vocem hoc sensu plus semel usurpat; conf. Forcellin. et Cangius; quibus adde Augustinum in *Append. tom. V, 20*.

9. *numerabis tibi* — Cod. Cas. 1. interponit *prius*.

10. *diem festum* — Frustra scholiastes in cod. H animadvertit hebraeum non legere *diem;* nam חג, ut et graecus ἑορτήν, latine sonat *festum diem*.

11. *et epulaberis* — Cod. Cas. 1. tacet *et*. Post *Deo tuo* Bibl. Lugdun. 1535. addunt *et*. Pro *tu, filius*, codices, editiones, hebraeus et veteres maximo consensu *tu, et filius;* quum autem romanorum censorum documenta sileant, suspicari licet nexum typographis imprudentibus excidisse; item infra ad vers. 14. Pro *tua, servus*, codices fere omnes et veteres edd. *tua, et servus;* item hebraeus et veteres interpretes, exceptis graeco et samaritano; mendose enim copula deest in latina versione syri et Ionathani: hodiernam lectionem debemus sixtinis, quibus suffragantur cod. A, samaritanus textus, quem sequitur samaritanus interpres et graecus, de quo tamen cf. Holmes. Post *ancilla* tacent *tua*, ut vers. 14., sixtini, codd. A, B, E, O, gothic. leg., Brev. Goth. p. 440. Ante *advena* addunt *et* codices, editiones, hebr. et veteres universi; item infra vers. 14.; romani correctores silent. Quonam igitur auctore a Bibliis sixtinis particula illa exulare coepit? Pro *ac*

pupillus, Bibl. Ordin. *et pupillus*. Brev. Goth. l. c. *nobiscum*, pro *vobiscum*.

12. *et recordaberis* — Cod. E cum georg. tacet *et*. Pro *fueris*, cod. A *fueras*. Pro *quae praecepta*, codd. L., Cas. 10., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *quae tibi praecepta;* cod. Cas. 1. praemittit *ea*.

13. *Sollemnitatem quoque* — Cod. E omittit *quoque;* ut hebr. et veteres, excepto arabe. Pro *celebrabis*, Bibl. Ven. 1533., Brev. Goth. l. c. et Ionathanus *celebrabitis*. Mox Brev. Goth. tacet *per*. Post *de area* cod. H, Rabanus, hebr. et veteres, dempto syro, addunt *tua*. Pro *et torculari*, cod. A, Brev. Goth. l. c. *et de torculari*.

14. *in festivitate tua* — Ex hentenianis editionibus tacent pronomen Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565. 1572., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1576. 1578. 1579. Pro *tu, filius*, codices, editiones, hebraeus et veteres omnes *tu, et filius;* num heic quoque vitio typographorum Sixti V. nexus exciderit? Post *et filia* addunt *tua* codd. C 1. m., G, V, Cas. 5., Bibliorum edd. hentenianae superius laudatae, Brev. Goth. l. c., hebraeus et veteres; conf. vers. 11. Rursum, ut supra, ante *servus* nexum abiecerunt sixtini, consentientibus codd. A, G, V, textu et interprete samaritano et graeco, de quo conf. Holmesius: at fere omnes latini codd. et veteres edd. atque reliqui interpretes legunt *et servus*, praeter Ionathanum et edit. Cpolitanam Onkelosi in quibus verbum desideratur; perperam autem reticetur nexus in latina versione syri. Mox cod. F omittit *tuus*, ut georg. Post *ancilla* codd. G, V, Cas. 3. addunt *tua*, ut vers. 11.; item hebr. et veteres. Ante *pupillus* addunt *et* codices, editiones ante sixtinam, hebraeus et veteres interpretes; conf. vers. 11. Utrum data opera nexus fuerit abiectus nobis non constat. Pro *ac vidua*, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et vidua*.

15. *Deo tuo* — Cod. gothic. leg. addit *offeres, et;* cod. E et Brev. Goth. l. c. tacent *tuo*, quod ex mendo deest in latina versione arabis. Mox pro *tibi*, Brev. Goth. l. c. *te;* tacent pronomen codd. B, F, T. Post *Dominus Deus* codd. Cas. 2. cum armeno tacent *tuus*. Pro *frugibus*, cod. B *fructibus*. Pro *opere*, Brev. Goth. l. c. *opera*.

16. *masculinum tuum* — Codd. B, C, D, E, T, U, Cas. 3., Brev. Goth. l. c. tacent *tuum;* it. nonnulli graeci apud Holmesium; at hanc lectionem Vulgato adscribere Vallarsius non debuisset. Mendose syrus ܕܘܟܪܢܝܟ *monumenta tua*, pro ܕܟܪܢܝܟ. Pro *in loco*, Brev. Goth. l. c. *in locum*. Post *elegerit* codd. Cas. 4. addunt *Dominus Deus tuus;* cod. U *Dominus*, ut graecus; de utraque varietate cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* et Holmes.

Ibid. *azymorum, in* — Ita legunt cod. S, Bibl. Complut. et Reg.; cod. B *azymorum, et;* reliqui codices et veteres edd. *azymorum, et in*, quibus favent hebr. et veteres. Rursum ante verba *in sollemnitate tabernaculorum* cod. S, Bibl. Complut. et Reg. tacent *et;* cod. B omittit *in*. Pro *apparebit*, codd. E, V, Cas. 11., Rabanus, Prudentius trec. l. c., graecus et syrus *apparebis*, uti Ex. XXIII, 15. XXXIV, 20. Eccli. XXXV, 6.; cf. Sabatierius; Brev. Goth. l. c. *apparebitis ante Deum vacui;* samaritanus textus et veterum plerique numerum pluralem exprimunt.

17. *offeret* — Brev. Goth. l. c., Deusdedit in *nova patrum biblioth.* VII, part. 3. p. 100. *offerat;* cod. E *offeres*. Pro *Dei sui*, cod. F *Dei tui;* it. hebr. et veteres; Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1522., all. tacent *Dei*. Mox pro *quam*, Brev. Goth. l. c. *quod*.

18. *magistros* — Cod. Thomasii I, 54. addit *meos;* codd. F, K legunt *magistratus*, quod Gesenio quoque probatur in *Thes. p. 1396*. Pro *constitues*, Ionas aurel. CVI, 219. *constitue;* Rabanus *constituas*. Pro *quas Dominus*, codd. Cas. 2. *quos Dominus*. Mox tacent *tuus* Bibl. Lugd. 1535., Concil. Paris. edit. Hard. IV, 1358. (sed col. 1336. legit), Petrus Cantor CCV, 86.; item slav. ostr., Cyrillus alex. et tres codd. holmesiani. Pro *dederit*, cod. K *daturus est*. Pro *per singulas*, cod. B *super singulas*. Pro *ut iudicent*, Bibl. Compl. et Reg.

et iudicent; accedunt hebr. et graecus. Post *populum* codd. Cas. 2. addunt *tuum.*

19. *nec in alteram* — Codd. N, O, P *nec in alterutram;* cod. N notat: « Antiqui legunt *al-* » *terutram,* quod generalius dicit, quam si » diceret *alteram,* quia per illud prohibet de » utralibet. » Cod. B *ne in alteram.* Pro *declinent,* cod. H notat hebr. legere *declines;* graecus autem cum Vulgato facit. Pro *accipies,* cod. U, Augustinus in *Spec.,* Petrus Cantor l. c. *accipias;* cf. ad Ex. XXIII, 8; Ionas aurel. l. c. ut graecus *accipient,* et pro *excaecant,* legit *obcaecant.* Pro *sapientum,* sixtinis placuit scribere *sapientium,* quod et vetustiores codd. habent. Pro *mutant,* Defensor LXXXVIII, 678. *immutant.* Pro *verba iustorum,* Brev. Goth. l. c. *corda iustorum;* conf. Exod. l. c

20. *persequéris* — Item Ambrosius; at codd. C, Cas. 10. *prosequeris;* Hieronymus *sectaberis;* ex reliquis scriptoribus quamplures legunt *exequeris,* uti habet Glossa interlinearis, Gregorius M. I, 305. IV, 120., Taio LXXX, 967., Ambrosius autp. LXXXIX, 1283., Iulianus tol. XCVI, 736., Smaragdus CII, 712. 729., Hincmarus CXXV, 741. 861. 988. et alibi (at apud Hard. Conc. V, 1342. *exequaris*), Ratherius ver. CXXXVI, 163. 221. 402. et alibi, Petrus Dam. CXLV, 535., Petrus Cantor l. c. Pro *dederit tibi,* codd. C, Cas. 1., Rabanus *daturus est tibi;* Prudentius trec. l. c. *dedit tibi;* hebr., chaldaeus et graecus *dat tibi;* Vulgatus in hac phrasi plerumque habet tempus futurum, at quandoque *dedit,* raro *dat;* priora capita huius libri singulorum temporum exempla suppeditant.

21. *et omnem* — Cod. H notat hebr. tacere *et.*

21. 22. *Dei tui. Nec facies tibi, neque constitues statuam: quae odit Dominus* — Cod. H notat hebr. legere *Dei tui, quod facturus es. Et non constitues tibi statuam* etc., cui consentiunt veteres; Bruno ast. tacet *tui;* cod. A non legit *tibi;* idque primo abiecerant sixtini; pro *neque,* quod sixtini et gregoriani posuerunt ex fide cod. A, fere omnes reliqui codices et veteres editiones legunt *atque;* cod. B 1. m. *Nec facies tibi, atque constituas,* sed 2. m. habet *Nec facies nemus, nec constituas;* Rabanus *Nec facias tibi, atque constituas;* Augustinus in *Spec.* legit *Non facies tibi, atque constitues;* pro *odit Dominus Deus tuus,* cod. S *Dominus Deus tuus odit.* Sixtus habet *Dei tui. Nec facies tibi statuam; neque constituas quae odit Dominus;* ad haec vero Toletus adnotat: « Lege *Dei tui. Nec facies tibi, neque consti-* » *tues statuam; quae odit Dominus;* sic habe- » tur in hebr., graeco et codd. mss. et im- » pressis. In sex codd. mss. habetur *quam* » *odit,* in aliis *quae,* ut referatur ad omnia » antecedentia. In Ordin. legitur *statuas.* Ad- » vertendum tamen in hebr. et graeco haec » ita dividi: *arborem iuxta altare Domini Dei* » *tui non facies tibi;* arborem appellat li- » gnum, seu idola ex ligno; postea adiicitur: » *non constitues tibi statuam* etc. Latini codi- » ces habent ut in textu (Sixti V.). » In hac Toleti notatione sunt quae aliquam declarationem requirunt. 1°. Dicit verbum *statuam* ponendum post *constitues,* non vero ante; nam hac in re hebraeum, graecum, codices mss. et impressos contra Sixtum consentire patet; in reliquis non item. 2°. Sex illi codices, quos Toletus dicit legere *quam odit,* non alii sunt praeter codices a lovaniensibus hoc loco prolatis, quibus accedunt codd. R, Cas. 5.; at in nostro cod. O adnotatur: « Lege *quae* » *odit,* sic antiqui, non *quam.* » 3°. Advertit hebraeum et graecum interpunctionem ponere post verba *facies tibi,* quae proinde cum superiori membro, non cum sequenti nectuntur. In id enim contra latinos codices conspirant hebr. et graecus: non item in aliis. Nam hebr. legit לא־תטע לך אשרה כל־עץ אצל מזבח יהוה אלהיך אשר תעשה־לך: ולא־ תקים לך מצבה אשר שנא יהוה *Ne erigito tibi simulacrum ex quocumque ligno apud altare Domini Dei tui, quod facies tibi: neque eriges tibi statuam; quod odio habet Dominus.* Graecus vero paullo aliter legit: Οὐ φυτεύσεις σεαυτῷ ἄλσος· πᾶν ξύλον παρὰ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ σου οὐ ποιήσεις

σεαυτῷ. Οὐ στήσεις σεαυτῷ στήλην, ἃ ἐμίσησε Κύριος. *Non plantabis tibi ipsi lucum: omne lignum apud altare Dei tui non facies tibi. Non eriges tibi statuam, quae odit Dominus.* 4°. Asserit Toletus latinos codices non consentire cum hebraeo et graeco, sed cum editione Vulgati sixtina. Id vero unice intelligendum est de praedicta interpungendi ratione; nam alia ibi sunt in quibus latini codices ab editione sixtina recedunt, prout quisque ex dictis colligere potest.

Cap. XVII, 1. *ovem, et bovem* — Codices nostri, veteres editiones, hebraeus et omnes interpretes legunt *bovem et ovem;* conf. ad XIV, 4. Utrum consulto in vaticanis editionibus, potius quam fortuito, immutatus sit ordo, nos latet. Bibl. Ven. 1492., Brix. 1496. *bovem aut ovem.* Pro *abominatio est Domino Deo tuo,* sixtini, codd. A, B, F, K, Cas. 3. *abominatio est Domini Dei tui;* accedunt coptus et codex sarravianus, neque obstat hebraeus. Animadverte nonnullos codices, Bibl. Ordin. aliasque non paucas ex antiquis edd. hunc versiculum superiori capitulo adnectere ut et nonnulli graeci apud Holmesium; conf. Lorinus *Comm. in h. l.*

2. *Cum reperti* — Veteres edd. ante Bibl. Lovan. 1547., codd. G, R, S, Cas. 4. *Cumque reperti;* accedunt graecus, syrus et arabs; lovanienses autem editores encliticam abiecerunt eo quod Robertus Steph. adnotaverat illam in priscis latinis codicibus deesse. Pro *intra unam portarum,* cod. B *infra unam urbium;* de hac lectione scribit Mariana: « Su» spicor eam esse veram Vulgati lectionem; » graecus enim et reliqui veteres interpretes hebraica verba באחד שעריך aptissime reddunt *in una urbium tuarum* (conf. Gesenii *Thes. p. 1459.*), quibus concinit Vulgatus ad XII, 15. XVI, 5. XVIII, 6. XXIII, 16. Post *Dominus Deus* mendose tacent *tuus* Bibl. Lugd. 1550., Antuerp. 1559. aliaeque non paucae ex hentenianis edd. Pro *faciant,* codd. C, E, G, R, S, U, V, Cas. 17. Bibl. Ordin., Hincmarus CXXV, 755., Concil. Tolet. ed. Hard. III, 1724. *faciunt.* Pro *malum,* cod. B, Hincmarus l. c. *mala.* Pro *transgrediantur,* codd. R, S, Cas. 16., Bibl. Ord., Hincmarus et Concil. Tolet. ll. cc. *transgrediuntur.*

3. *solem et lunam, et*—Cod. H notat hebr. legere *solem aut lunam, aut;* at cf. De-Rossi *Varr. Lectt.;* Lucifer calar. cum graeco *soli aut lunae, aut.* Pro *militiam,* cod. Cas. 1. *similitudinem.* Pro *non praecepi,* cod. F, Bibl. Ord., Lugd. 1522., all. *non praecepit,* ut graecus, at cf. Holmesius; Lorinus notat: « Qui» dam codices male habent in tertia persona » *praecepit.* » Cod. K tacet *non;* uti duo codices Kennic. et cod. 18. holmesianus.

4. *tibi fuerit nunciatum*—Cod. A *tibi nunciatum fuerit;* Bibl. Lugdun. 1522. *fuerit tibi nunciatum.* Pro *repereris, et,* codd. A, R *reperieris, et;* cod. Cas. 1. *repereris quod;* Hincmarus l. c. *repereris quia;* hebr., graecus et chaldaeus tacent copulam. Mox cod. Cas. 1. tacet *in Israel,* ut cod. 58. Holmesii.

5. *educes* — Codd. D, F *et duces;* favent hebr., chald. et graecus. Pro *sceleratissimam,* cod. E non male *scelestissimam.* Pro *perpetrarunt,* cod. G, Augustinus in *Spec.* legunt *perpetraverunt.* Pro *ad portas,* Bibl. Reg. *ad portam;* item Onkelos (cuius mendosa est latina versio), Ionathanus et quidam graeci apud Holmesium.

6. *occidatur*—Cod. Cas. 1. *occidetur;* cod. G *interficiatur.*

7. *prima interficiet* — Cod. E tacet *prima;* Augustinus in *Spec.* legit *prima interficiat.* Pro *reliqui,* codd. C, T, U, Cas. 4. *reliqua.* Pro *mittetur,* codd. B, F *mittet;* in *Spec.* Augustini *mittatur.*

8. *perspexeris*—Veteres editiones fere omnes *prospexeris,* quod sixtini ad fidem codicum et paucarum edd. (quas inter Ven. 1479., Rob. Steph. 1545.) emendarunt. Pro *lepram et lepram,* legunt *lepram et non lepram* Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, H, I, K, N, R, S, T, U, V, Cas. 12., omnes mss. Martianaei et Vallarsii, omnesque veteres Vulgati editiones, Rabanus, Ionas aurel. CVI, 209., Hincmarus CXXV, 756., Philippus de harv. CCIII, 693., Innocentius III. R. P. CCXVII,

657. Omnia nostra correctoria ad hunc locum silent, quia de hac lectione nullum adhuc exortum erat dubium, universique latini testes in eadem consentiebant; idque apertissime colligitur ex nostro cod. N, in quo etsi ad hunc locum nil auctor adnotaverit, tamen in praefatiuncula eidem correctorio praemissa demonstrare volens vulgatum interpretem non ita ad hebraeum textum esse exigendum, ut singula verba sacri textus latine numeranda sint atque pendenda, quasi Hieronymus propter sensus evidentiam nil de suo addiderit, nil mutaverit; nonnulla profert exempla ex locis ubi certissimam habemus lectionem tum hieronymianae interpretationis, tum sacri textus, in quibus etsi illi in re conveniunt, quoad litteram tamen aperte dissentiunt: « Sic, ait, Deut. XVII. hebraeus » habet *inter lepram et lepram,* quod tamen » interpres transtulit *inter lepram et non le-* » *pram.* Quae maior oppositio quam ea quae » est inter sic et non? et tamen in sensu *le-* » *pra et non lepra* idem est quod lepra vera, » et lepra apparens et non existens. . . . Noli » igitur propter externae (2. m. *extraneae*) » linguae idioma canonem destruere latino- » rum, qui virtutem translationis ignorans » (donec quod credis intelligas) te ipsum au- » ctoritati sacrosanctae Ecclesiae credidisti. » At tamen ad hunc locum Franciscus Toletus scribit: « Lege *lepram et lepram;* sic habetur » in hebraeo, graeco, mss., et sic citantur » haec verba ab Innocentio III. in cap. *Per* » *venerabilem, qui filii sint legitimi* (seu *De-* » *cret. Const. lib. IV. const. 29.*); et sic prior » Congregatio censuit. » Nec tantum sixtini, sed et gregoriani, teste codice columnensi, negationis particulam expunxerunt; quibus ex nostris favent codices G, Cas. 11., gothic. legion.; Robertus Steph. in marg. Bibl. 1528. mendose adnotaverat: « Hebr. *plagam et non* » *plagam.* » At in altera edit. anno 1532. ad marg. recte posuit: « *plagam et plagam.* » Hanc autem lectionem temere in textum receperunt Isidorus Clarius et editores Bibl. Ven. 1533. Hebraice נגע dicitur *plaga, percussio,* itemque *macula* quae ex morbo in cute oritur; haec postrema interpretatio Hieronymo arrisit. In Append. ad Concil. Basileense Harduinus VIII, 1555. legit *inter causam et causam, inter lepram et lepram.* Conf. Brugensis, Bukentopius p. 154.

Ibid. *et iudicum* — Codd. C, E, F 1. m., G, K, R, S, V, Cas. 19., Bibl. Ven. 1484. 1497. 1501., Brix. 1496., all. *et iudicium;* hanc autem lectionem Leander Van Ess in suis Bibliis editis Tubingae anno 1824. mendose tribuit editioni Sixti V.; Ionas aurel. l. c. habet *et iudicii.* Pro *intra portas,* Sixtus, codd. G, U, Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., Lovan., all. *inter portas;* at recte Toletus: « Lege *intra;* sic Compl., Reg., Ordin., mss. » et multi codd., et utraque Congregatio. » Nam sixtini et gregoriani cum antiquis codd. et plerisque edd. hodiernam lectionem instaurarunt. Pro *verba variari,* cod. E *verbaque variari;* codd. G, Cas. 16. *verbo variari;* Ionas aurel. l. c. *variari verba;* mox cum Lucifero calar. legit *in locum,* pro *ad locum.*

9. *ad iudicem, qui fuerit* — Cod. F *ad iudices, qui fuerint;* item coptus et georgian.; latina versio Onkelosi contra fidem sui textus numerum plur. exprimit; Iohannes saresber. CXCIX, 210. *ad iudicem, qui praefuerit;* cod. U tacet *ad.* Pro *illo tempore,* codd. B, G, H, K, U, V, Cas. 18., Ionas aurel., Prudentius trec., Hincmarus ll. cc. *in illo tempore;* Rabanus *illo in tempore;* Lucifer calar. cum graeco *in illis diebus.* Pro *indicabunt,* Bibl. Ven. 1480. 1482., all., Philippus de harv. et Innocentius III. ll. cc. *iudicabunt.*

10. *quodcumque* — Codd. Cas. 2., Iohannes saresb. et Innocentius III. ll. cc. *quaecumque.*

11. *sequerisque* — Sixtini, codd. A, B, D, E, F, H, K, O, R, S, T, U, V, Cas. 19., goth. leg., Ionas aurel. et Hincmarus ll. cc. *sequeris;* cod. C tacet; Bibl. Ord. *sequarisque.* Pro *nec declinabis,* Gregorius M. I, 516. *non declines;* cod. R, laudata Append. ad Concil. Basil. et Lucifer calar. *non declinabis;* accedit hebr., at conf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *ad dexteram,* sixtini hoc loco et infra ad v. 20.

*

scribere maluerunt, ut non pauci veteres libri habent, *ad dextram*. Pro *neque ad sinistram*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, Cas. plerique, Bibl. Ordin., Ionas aurel., Prudentius trec., Hincmarus ll. cc. et laudata Append. ad Concil. Basil. *vel ad sinistram*; conf. vers. 20.; Lucifer calar. *aut sinistra*; accedunt hebraeus, Onkelos (cuius mendosa est latina versio), Ionathanus, persa et nonnulli graeci codices cum graeco ven.; cod. V *nec ad sinistram*.

12. *sacerdotis imperio* — Cod. F 1. m. *sacerdotum imperio*; habet plur. numerum Lucifer calarit. et, contra fidem sui textus, latina versio Onkelosi. Pro *ministrat*, Ionas aurel. l. c. *ministraverit*. Pro *Deo tuo*, Iohannes arch. cantuar. apud Hard. VII, 875. *Deo suo*; cod. Cas. 1. tacet pronomen; item Lucifer calar.; at Aug. in *Spec.* ed. Maii, c. XIX. cum graeco legit. Hoc loco cod. B interserit ea quae leguntur infra a XIX, 16. ad XX, 6.

Ibid. *et decreto iudicis, morietur* — Sixtus, codd. T, Cas. 4., veteres editiones, quidam codices *Speculi* Augustini, Ionas aurel. l. c., Bernardus fontiscal. CCIV, 797. *ex decreto iudicis morietur*; accedunt Rabanus et Innocentius III. l. c. qui tacent *et*; Toletus vero notat: « Lege *et decreto iudicis; morietur*; sic » hebr., graecus, mss. et Congregatio. » Re vera sixtini et gregoriani ad fidem plurimorum codicum hodiernam lectionem invexerunt; cod. H et margo Ordin. *vel iudici, morietur*; item hebr. et veteres; cf. Brugensis, Calmetus, et Bukentopius p. 154. 398.; Augustinus in *Spec.* pro *morietur* legit *moriatur*. Pro *de Israel*, codd. A, G, K, R, S, Cas. 13., Ionas aurel. et Bernardus fontiscal. ll. cc. *de medio Israel*, quod correctoria M, N, O diserte reiiciunt; recepta Vulgati lectio cum hebraeo consentit, sed cf. De-Rossi.

13. *timebit* — Ionas aurel. l. c. *pertimescat*. Pro *ut nullus*, codd. N, O, P *et nullus*; cod. N adnotat: « Hebraeus et antiqui habent *et*. » Pro *intumescat*, cod. B *intumescit*.

14. *terram* — Cod. B et Augustinus *in terram*. Pro *dabit*, cod. K *daturus est*. Post verba *sicut habent* cod. Cas. 1. tacet *omnes*; accedit syrus.

15. *de numero* — Cod. Cas. 1. *de medio*; et ita legi in hebr. adnotat cod. H.

16. *Cumque fuerit* — Cod. Cas. 1. addit *rex*. Pro *nec reducet*, cod. D *ne reducet*. Rabanus mox tacet *Dominus*.

17. *alliciant animum* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, M, O, R, U, V, Cas. fere omnes, Bibl. Paris. 1566., Rabanus *illiciant* (mss. antiquiores *inliceant*) *animum*; fortasse magis ad rem; nam *illicere* plerumque in malam partem dicitur: *allicere* autem usitatissimum in rebus honestis; codd. S, Cas. 2., Conc. Moguntiac. ed. Hard. VI, 404. *alliciant animam*; Iohannes saresb. CXCIX, 520. *afficiant animam*; cod. O notat veteres latinos legere *animum*, hebraeum vero *cor*.

18. *Postquam autem* — Bruno ast., Concil. Moguntiac. l. c. tacent *autem*. Pro *exemplar*, codd. F 1. m., Cas. 4. *exemplaria*; Cas. 1. *exemplum*.

19. *et habebit secum* — Iohannes cantuar. l. c. omittit haec verba; item syrus; cf. Holmes. Pro *ut discat*, cod. A cum syro *et discat*; codd. R, Cas. 1. *ut sciat*. Pro *quae in lege*, codd. A, B, E, H, goth. legion., Concil. Paris. edit. Hard. IV, 1332. *quae lege*; cod. Cas. 1. addit *scripta sunt et*, quae et apud Brunonem ast. leguntur, qui tamen sensum magis quam verba profert.

20. *Nec elevetur* — Codd. Cas. 9. *Ne elevetur*; Conc. Paris., Mogunt. ll. cc. *Nec extollatur*, ut ex graeco habet Lucifer calar. Post *declinet* cod. H notat hebraeum addere *a praecepto legis*; at hebr. legit tantum מן-המצוה, seu, uti habet margo Ordin. *a praecepto*. Pro *in partem dexteram vel sinistram*, cod. F *in dexteram partem vel in sinistram*; cod. K *vel ad dexteram partem vel sinistram*; Bruno ast. ante *sinistram* addit *ad*. Pro *longo tempore*, Iohannes cantuar. l. c. *longe ipse*.

Ibid. *filii eius* — Codd. C, D, E, F 1. m., N, O, P, S, T, U, Cas. 15., Hugo, Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545. indeque edd. hentenianae aliaeque plures legunt *filius eius*; item Iohan-

nes saresber. et Iohannes cantuar. ll. cc.; cod. N adnotat: « Quod dicitur *filius* accipitur » pro omni filio vel immediato vel mediato. » Graeci tamen habent *filii* in plurali, he- » braeo adhaerentes. » Item cod. O monet latinos legere *filius*, etsi hebr. et graecus plur. numerum praeferant. At vero Toletus scribit: « In Lov. et aliquot impressis legitur *filius:* » tamen hebr., graecus, Reg., Compl., Ord. » et mss. habent *filii*. » Nimirum hanc lectionem, quam optimae notae codices et veteres editiones ante annum 1540. impressae tuentur, sixtini restaurarunt.

Cap. XVIII, 1. *et Levitae*—Cod. R tacet *et*, quod cod. H notat in hebraeo non legi; nec legitur nisi in syro, arabe, slavon. ostrog., cod. XI. Holmesii et cod. 69. Kennic.; mendose enim in latina versione Onkelosi exprimitur. Rursum mox ante *omnes* Rabanus tacet *et*, consentientibus hebr., graeco, chaldaeo, etsi in latina versione Onkelosi legatur. Pro *de eadem*, cod. E *ex eadem*.

Ibid. *cum reliquo Israel*—Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. cum hebraeo antiquisque interpretibus legunt tantum *cum Israel*, et ita hebraeum legere monet quoque cod. H. Contra vero sixtini, Sixtus, codd. A, G, K, N*, S, V, Cas. 15., Bibl. Ven. 1511. 1519., Complut., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. legunt *cum reliquo populo Israel*. Hodiernam lectionem praetulerunt gregoriani, quibus adstipulantur codd. B, C, D, E, F, H, M, N, O, R, T, U, Cas. 7., goth. leg., editiones seculi XV. fere omnes et Biblia henteniana. Hinc Toletus scribit: « Prior Congre- » gatio addidit *populo*, quod Lovan. non ha- » bent: Ord. non habent etiam illud *reliquo*, » sed legunt tantum *cum Israel;* et sic est in » hebr. et graeco: Lov. addunt *reliquo;* et sic » posterior Congregatio, quae tamen abstu- » lit vocem illam *populo*. » Animadvertat lector hoc loco nos consulto praetermisisse codices a Roberto Stephano excitatos in suis Bibliis anno 1540. editis; nam quum ibidem Stephanus mendose tribuat Bibliis editis Moguntiae anno 1462. lectionem *cum Israel*, dum in laudata editione moguntina perspicue legitur *cum reliquo Israhel;* merito suspicamur hanc eamdem lectionem prae se ferre alios quoque codices s. Dionysii et s. Germani, quos Stephanus una cum Bibliis moguntinis pro illa lectione excitavit. Cod. Cas. 1. post verba *cum reliquo Israel* addit *ut stent et ministrent nomini Domini*, quae ex vers. 5. petita videntur. Pro *oblationes*, cod. H notat hebr. legere *hereditatem*.

2. *et nihil*—Codd. K, goth. leg. tacent *et*. Pro *accipient*, codd. B, C, U, Bibl. Ord. *accipiant*. Pro *Dominus*, codd. U, Cas. 6. *Deus*.

3. *Hoc erit iudicium*—Cod. K *Hoc erit in iudicio*. Ante *immolaverint* cod. B addit *dum*. Pro *dabunt sacerdoti*, Conc. Troslei. ed. Hard. VI, 522. *sacerdoti dabunt*. Post *armum* sixtini et Isidorus Clarius addunt *maxillas;* margo Ordin. et cod. H ex hebr. *et maxillam;* Vallarsius ad hunc locum scribit: « Verissime » notatum Scholiastae, in hebraeo *maxillas* » quoque sacerdoti partem tribui, quae ibi » dicuntur והלחיים, Septuaginta καὶ (τὰ) » σιαγόνια, Onkelos ולועא vocant. Ipse et- » iam Hieronymus in suis scriptis et partem » hanc agnoscit, et allegorias ex ea captat. » S. Doctoris locum non excitat Vallarsius, sed occurrit in Epistola LXIV. n. 2. Cur autem illud nomen, quod veteres interpretes omnes legunt, in Vulgato desideretur, nobis incompertum est. Sixtini quidem vel invitis latinis codicibus illud addendum censuerant: at reliqui censores latinorum testimonium praehabendum existimarunt. Neutram nos sententiam contemnendam ducimus; immo utrique sua rationum momenta suppetere fatemur. Interim animadverte in libro Levitici, ubi Moses diserte agit de sacrificiorum partibus, quae ad sacerdotes pertinebant, maxillae nullam occurrere mentionem.

4. *frumenti, vini*—Cod. A interponit *et;* codd. N, O notant hanc particulam in graeco addi, non vero in hebr. et latino; at non pauci codices hebraici, cum graeco, syro et arabe illam legunt.

5. *Ipsum enim*—Codd. B, E tacent *enim*.

Mox Bibl. Paris. 1566. tacent *Deus*, ut graecus; sed cf. Holmes. Pro *tribubus tuis*, Bruno ast. *fratribus tuis;* Concil. Troslei. l. c. *tribubus eius;* cod. C 1. m., Bibl. Ordin. *tribus tuis*. Pro *Domini ipse*, codd. B, S, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all. *Domini Dei tui ipse;* item syrus et cod. 193. Kennicotti; samaritanus autem et graecus simile additamentum in superiori membro habent; Bibl. Ven. 1533., Lugdun. 1542. *Domini Dei tui et ipse*. Pro *filii eius*, codd. B, E, F 1. m., Bruno ast. *filius eius*.

6. *ex una urbium*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, Rabanus *de una urbium;* Cas. 1. *ex una tribuum*. Pro *habitat*, codd. C 1. m., K, Cas. 2. *habitas*. Post *venire* cod. Cas. 1. addit *tecum*. Pro *elegerit*, cod. B *elegit*.

7. *in nomine Domini* — Codd. Cas. 2. *in domo Domini;* cod. U *in monte;* codd. A, C, F, G, T, U, Cas. 17., Bibl. Lugd. 1522. 1526., all. tacent *Domini*. Pro *eius Levitae, qui stabunt*, Rabanus *eius. Levitae stabunt*. Pro *eo tempore*, cod. E *omni tempore*.

8. *quam et ceteri* — Sixtini, codd. A, V, goth. leg. *quam ceteri*. Pro *ex paterna*, Rabanus *ex patria*. Pro *ei successione*, cod. Cas. 1. *ei hereditate;* cod. A 1. m. tacet *ei*. In huius versiculi vulgata interpretatione insigne testimonium doctrinae s. Hieronymi habemus; idque eruditissimi viri nostra aetate ultro fatentur.

9. *Deus tuus dabit*—Gregorius M. I, 1003. tacet *tuus;* item georg., armenus et pauci graeci codices holmesiani; cod. B legit *Deus tuus donaverit;* Rabanus II, 424. *Deus tuus daturus est;* mox vero pergit *cave ne imiteris abominationem;* item Petrus blesens. CCVII, 193. Pro *illarum gentium*, Rabanus cum Hieronymo *gentium illarum*.

10. *aut filiam, ducens* — Rabanus in h. l. *aut filiam suam ducat;* codd. R, S, Cas. 1., Rabanus IV, 1095., Iohannes saresb. CXCIX, 475. *aut filiam suam ducens;* Petrus blesens. l. c. *aut filiam suam ducendo;* hebraeus quoque et veteres pronomen interponunt. Pro *aut qui ariolos*, Rabanus *et ariolos*. Pro *sciscitetur*, codd. D, F, G, Pirminius LXXXIX, 1042. *suscitetur*. Pro *et observet*, codd. G, S, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Iohannes saresb. l. c. *aut observet;* cod. R *ut observet*.

Ibid. *nec sit maleficus* — Codd. C, D, F, G, K, N, O, R, T, U, V, Cas. 16., Bibl. Ven. 1476., Reg., Paris. 1566., all., Rabanus in h. l., Iohannes saresb. l. c. *ne sit maleficus;* cod. Cas. 1. *neque sit maleficus;* Sixtus, Rabanus IV, 1095., Petrus blesens. l. c. *non sit maleficus*, quod gregoriani ad fidem codicum emendarunt; unde Toletus: « Lege *nec sit ma*» *leficus;* sic in Ord., Lov. et aliis: in Compl. » autem et Reg. *ne sit maleficus*. Sixtus fecit » *non sit*. » Cf. Bukentopius p. 398.

11. *nec incantator* — Codd. C, D, E, N, O, P, U, Bibl. Paris. 1566. *ne incantator;* codd. N*, V, Rabanus IV, 1095. V, 424. *neque incantator;* codd. B, K, Cas. 1., Petrus bles. l. c. *aut incantator;* Cas. 2. *atque incantator*. Nota verbum *incantator*, quod ex Tertulliano habet Forcellinius, quodque Hieronymus quoque post Italam servavit; cf. Augustini *Spec.* edit. Maii, c. LV.

Ibid. *nec qui pythones* — Etsi multas lectionum varietates veteres libri hoc loco exhibeant, tamen haec Sixti lectio, quam clementini et Martianaeus servarunt, neque in codicibus, neque in antiquis edd. aut scriptoribus obvia nobis fuit. Singulorum accipe testium lectiones: 1°. Codices paene omnes, nempe B, C, D, E, F, K, N, O, P, T, U, Cas. 16. legunt *ne pythones*. 2°. Antiquiores fere omnes edd., cod. N*, Augustinus in *Spec.*, Iohannes saresb. l. c. *neque pythones*. 3°. Bibl. Ord., Rob. Steph., Lov., Rabanus IV, 1095. *neque qui pythones*. 4°. Bibl. Paris. 1566. *ne qui pythones*. 5°. Rabanus in h. l. *nec pythones quis*. 6°. Montfauconius in Append. ad Hexapla tribuit Vulgato *nec qui pythonem*. 7°. Denique sixtini, codd. A, G, R, S, V, Bibl. Lugdun. 1535., Pirminius l. c., Rabanus V, 424., Prudentius trec. l. c., Petrus Cantor CCV, 226. *nec pythones*. Vix putamus Vulgati

litteram protulisse Petrum bles. l. c.; legit enim *nemo per pythones aut divinos quaerat a mortuis veritatem.* Itaque, ut vides, optimum praesidium prima et ultima lectio in mss. codicibus habent; altera vero et tertia, antiquarum editionum suffragio fere nituntur. Pro *consulat,* Augustinus in *Spec.* legit *consulas;* Hieronymus II, 722. *interroges.*

Ibid. *nec divinos* — Codd. B, C, D, K, N, O, P, U 1. m. *ne divinos;* sixtini, codd. A, H, Bibl. Lugdun. 1535., Pirminius et Rabanus ll. cc. *neque divinos;* Iohannes saresb. l. c. *aut divinos.* Vallarsius de more turpissime errat dum monet Vulgatum legere *nec divinus.*

Ibid. *aut quaerat*—hanc quoque lectionem Bibliis sixtinis acceptam referimus; nam codices, veteres edd., Rabanus, Iohannes saresb., Petrus Cantor ll. cc. habent *et quaerat,* quibus favent hebr. et veteres interpretes; Augustinus in *Spec.* legit *et quaeras;* Pirminius l. c. *nec exquirat;* apud Prudentium trec. l. c. *set* (sic) *quaerat.*

12. *omnia enim* — Cod. B *omnia ergo;* Rabanus l. c. *omnia autem;* Pirminius l. c. tacet *enim.* Pro *abominatur,* codd. A, R, V, Bibl. Paris. 1566., Rabanus V, 424. *abominabitur.*

13. *perfectus eris, et absque macula*—Particulam *et* sixtini cum cod. A reiecerunt; hebr. legit tantum תמים תהיה; unde Hieronymus II, 721. et margo Ordin. habent *perfectus eris;* cod. H notat hebraeum legere tantum *absque macula eris.* In hodierna Vulgati lectione aut duplex coaluisse interpretatio videtur, aut certe geminam eiusdem phrasis versionem Hieronymus posuit. Bibl. Ven. 1482. *perfectusque eris, et absque macula.* Pro *cum Domino,* cod. Cas. 1. *coram Domino;* item ex graeco Itala apud Augustinum in *Spec.* ed. Maii, c. LV.; cf. Sabatierius, et Vallarsius in notis ad Hieronymum l. c.

14. *quarum possidebis* — Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526. *quorum possidebis;* cod. D *quarum possidebunt;* codd. G, R, S, Glossa interlinearis *quarum possidebitis,* hanc autem lectionem Vallarsius ex sueto mendoso fonte adscribit Vulgato; eidem tamen lectioni favent samaritanus textus et Ionathanus. Post *augures* Bibl. Ord. ed. Lugd. 1590. mendose tacent *et.* In cod. B deerant verba *tu autem a Domino Deo tuo aliter institutus es;* cod. E tacet *a;* cod. S tacet *Deo;* pro *institutus,* cod. Cas. 1. *instructus.*

15. *de gente tua et* — Rabanus praemittit *autem;* cod. H notat hebr. legere *de medio tui;* margo Ordin. *e medio tui;* conf. Sabatier. Pro *fratribus tuis,* Beda II, 465. *fratribus suis.* Cod. H notat hebr. legere *similem mei,* pro *sicut me;* at hebr. כמני; cod. S 1. m. *sicut a me,* 2. m. *sicut et me.* Pro *tibi Dominus Deus tuus,* Gregorius M. I, 1175. (cf. III, parte 2. col. 11.), Hilarius in *nova patrum biblioth. I, 479.* ex veteri Itala habent *vobis Dominus Deus vester;* cf. Sabatierius et Act. III, 22.; codd. D 1. m., V tacent *tibi;* item graecus vatic. aliique apud Holmesium et cod. 157. Kennic.

16. *Domino Deo* — Cod. K *Domino et Deo.* Pro *concio congregata est,* Rabanus V, 424. *concionatus es;* cod. B 1. m. omittebat *concio.* Post *Domini* tacent *Dei* codd. F, T, V, Gualterus CCIX, 442.

17. *Dominus mihi* — Beda III, 1006. *Dominus Deus mihi;* Rabanus *mihi Dominus;* Rupertus II, 173. tacet *mihi.*

18. *suscitabo eis* — Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Ven. 1579. *suscitabo de eis.* Pro *fratrum suorum,* cod. V, Bruno ast., Gualterus l. c. et arabs *fratrum tuorum;* accedit arabs.

19. *loquetur in nomine meo* — Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. *loquitur in nomine meo;* Bruno ast. *in nomine meo loquetur.*

20. *arrogantia depravatus voluerit loqui* — Cod. H notat hebr. legere *superbiam* (Vallarsius *superbia*) *locutus fuerit.* Pro *praecepi,* cod. B *praecipio.* Pro *alienorum,* codd. R, V, Cas. 2., Glossa interlinearis, Rabanus IV, 1095. *aliorum;* hebr. אחרים. Pro *interficietur,* cod. H ex hebr. *locutus fuerit, morietur;* Bibl. Lugd. 1535. *interficiatur.*

21. *Dominus non est locutus* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Rupertus, Gualterus l. c. *non est locutus Dominus*.

22. *evenerit* — Codd. B, K *venerit*. Pro *non est locutus*, codd. C, D, E, F, K, S, T, U *non locutus est*. Post *animi* cod. Cas. 1. tacet *sui*. Pro *confinxit*, codd. C, D, O, S, T, U, Gualterus l. c. *confinxerit*. Pro *timebis eum*, cod. H notat hebr. legere *timebis de eo*, תגור ממנו.

Cap. XIX, 1. *Cum disperdiderit* — Codd. C, D, F, T, V, Thomas. I, 54. *Cum disperderit*. Pro *possederis eam*, cod. K *possederis terram;* at bene notarunt lovanienses hebraeum, graecum et chaldaeum legere *possederis eas;* cum Vulgato autem concinunt graecus ven., armenus et slav. ostr. Pro *in urbibus eius*, codd. H, L (seu Q), Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. *in urbibus earum;* consentiunt hebr. et veteres; Rabanus mendose praemittit *cum ea;* cod. E mox tacet *et*.

2. *separabis tibi* — Rabanus, Rupertus tacent *tibi*, ut cod. 171. Kenn.; Lorinus notat: « Aliquando redundat pronomen; hoc autem » loco usum suum potest habere, ut denotet » commodum et utilitatem populi eiusmodi » separatio. » Pro *dabit*, codd. F, G, V, Cas. 4. *daturus est*, uti alias saepe; cf. ad XVI, 20.

3. *sternens diligenter* — Codd. B, R, V, Cas. 3., goth. leg. *sternes diligenter;* cod. G *sterne diligenter;* cod. H notat hebr. legere *parans tibi*. Post *viam* Bibl. Ord. tacent *et*, ut arabs et cod. 181. Kennic. Mox Rabanus *partes aequaliter*. Post *terrae* Bibl. Lugd. 1535. omittunt *tuae;* cf. Holmes. Pro *quo possit*, cod. E *quomodo possit*.

4. *servanda est* — Cod. Cas. 1. *reservanda est*. Pro *heri et nudiustertius*, Rabanus *nudius tertius et heri*. Animadverte in Vulgati edd. plerumque scribi coniunctim *nudiustertius*, eodem pacto quo vetus Itala legebat *nudiustertianus*, quae vox nunc demum latinis lexicis adiecta fuit post maianam Frontonis editionem. Pro *odium habuisse comprobatur*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, R, T, U, V, Rabanus, Bruno ast. *habuisse odium comprobatur;* cod. S, Rupertus *habuisse comprobatur odium*. Hunc et sequentem versiculum primo sixtini parenthesi clauserant.

5. *abiisse cum eo simpliciter* — Sixtini, codd. A, C, D, G, H, K, S, T, U, Rabanus, Regino prum. CXXXII, 289. *abiisse simpliciter cum eo;* Rupertus *simpliciter abiisse cum eo;* margo Ordin. expungit *simpliciter*, quod a latino interprete declarationis gratia positum videtur. Pro *in succisione lignorum*, Gregorius M. I, 344. II, 32. IV, 121., Isidorus V, 473., Beda IV, 415. *lignum;* in hac autem lectione, veteris Italae vestigium superesse putamus; Garnerius CXCIII, 330. tacet; Bruno ast. *incisione lignorum*. Pro *fugerit*, cod. P *fugeret*. Pro *manu*, legunt *manum* sixtini, gregoriani, codd. C, G, K, N*, R, S, Cas. 18., alii memorati in cod. O, Bibl. Lugd. 1522., priores edd. Rob. Steph., all. etiam ex hentenianis, Gregorius M., Isidorus, Beda, Garnerius ll. cc., Rabanus in h. l., Rupertus, Hugo de s. Vict. CLXXVI, 917.; legunt *de manu* Rabanus IV, 472. VI, 1412., Bruno ast., Regino l. c.; hanc eamdem lectionem in suis codicibus reperisse testantur qui florentinos codices iussu Pii V. contulerunt. Mox Bibl. Ord. tacent *lapsum*. Pro *confugiet*, Gregorius M., Isidorus, Beda ll. cc. *fugiet*, alii *fugiat*, aut *confugiat*.

6. *ne forsitan* — Cod. S, Gregorius M., Isidorus, Beda, Garnerius, Hugo de s. Vict. ll. cc., Rabanus *ne forte*. Pro *dolore stimulatus*, laudati scriptores legunt *doloris stimulo*, et mox, ut cod. 136. holmesianus, tacent *si longior via fuerit*. Pro *et percutiat*, cod. Cas. 1. *ut percutiat;* codd. D, U *et percutiet;* codd. B, R, S *et percusserit*. Pro *odium prius habuisse*, cod. F *habuisse odium prius*.

7. *aequalis inter se spatii* — Codd. Cas. 12. *aequali inter se spatio;* cod. Cas. 1. *aequalibus inter se spatiis;* Bibl. Compl., Reg., Lugd. 1522., all. *aequales intra se spatii;* aliae quoque plures veteres edd. habent *intra*. Haec autem a latino interprete, collato versic. 3., addita videntur.

8. *Cum autem* — Cod. H monet hebr. le-

gere *Si autem*. Mox cod. B tacet *Deus tuus*, ut syrus.

9. *hodie praecipio*—Bibl. Ord., Ven. 1480. 1494., all. *ego praecipio;* codd. G, K, Cas. 6. *ego hodie praecipio;* item hebr. et graecus. Pro *ambules*, Rabanus *ambulaveris*. Post *addes* codd. Cas. 2. tacent *tibi;* cf. ad vers. 2.

10. *ut non effundatur* — Cod. E tacet *ut*. Post *Dominus Deus* tacent *tuus* cod. Cas. 1., Bibl. Lugd. 1522. et graecus codex alexandrinus. Pro *ne sis*, sixtini, codd. A, E, K, Rabanus *nec sis*.

11. *proximum suum* — Tacent pronomen codd. Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all.; item cum graeco Lucifer calar., at cf. Holmes. Pro *vitae eius*, cod. E *vitae illius*.

12. *in manu*—Cod. K, Bibl. Ord., Rob. St. 1532., Rabanus IV, 476. VI, 1412., Regino l. c. p. 295. *in manus;* accedit cum graeco Lucifer cal.; codd. R, U *in manum;* cod. Cas. 1. ut hebraeus et veteres praemittit *eum*. Mox pro *morietur*, cod. B et Regino l. c. *moriatur*.

13. *Non misereberis* — Sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, goth. leg., Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus l. c., Regino l. c. *Nec misereberis;* favent syrus, armenus, arabs apud Holmesium et octo codices Kennicotti. Mox cod. E tacet *eius*. Pro *innoxium*, codd. G, L, N*, S, T, V, Cas. 16., antiquiores edd. longe plures *noxium;* recte porro Lucas Brugensis: « Quidam » non intelligentes *innoxium sanguinem* posi- » tum esse pro effusore innoxii sanguinis, » loco vocis *innoxium* scripserunt contrarium » *noxium*. » Cod. M notat: « Lege *innoxium*, » id est, culpam innoxii sanguinis; sic ha- » bent hebraeus et antiqui. » Nimirum verba *auferes innoxium sanguinem de Israel*, significant: Israelitas ab innocentis hominis caede expiabis; seu piaculum patratae caedis de Israel auferes. Eadem loquendi ratio in sacro textu occurrit infra XXI, 9. ubi Vulgatus ad sensum interpretatur *alienus eris ab innocentis cruore, qui fusus est*.

14. *et transferes* — Codd. G, Cas. 15. *nec transferes;* nota latinum interpretem posuisse *Non assumes, et transferes*, pro eo quod hebr. legit tantum לא תסיג. Pro *possessione tua*, Bruno ast. *possessione sua;* graecus vaticanus et syrus tacent pronomen. Post *Dominus Deus*, cod. Cas. 1. tacet *tuus*. Pro *in terra*, cod. U, Bibl. Reg., Ven. 1511. 1519., all. *in terram*.

15. *facinoris fuerit* — Cod. B addit *deprehensus;* hebr. et vett. *quod peccaverit*.

16. *Si steterit testis mendax contra hominem* — Prudentius trec. l. c. *Si fuerit testis mendax contra aliquem*.

17. *causa est* — Cod. Cas. 1. tacet *est*.

19. *reddent* — Cod. R, Ionas aurel. CVI, 226., Concil. Duziac. ed. Hard. VI, 151. *reddant;* cod. H notat hebr. legere *facient*, at hebraeus habet ועשיתם, cui reliqui veteres consentiunt. Mox post *fratri* Bibl. Ven. 1533., Lugd. 1542. tacent *suo*. Pro *facere*, Augustinus in *Spec.* legit *reddere*.

21. *Non misereberis*—Codd. H, L 2. (seu Q), Ionas aurel., Conc. Duziac. ll. cc., Bibl. Rob. Steph. 1545. *Et non misereberis;* item hebraeus et plerique veteres, at conf. De-Rossi *Varr. Lectt.*, et supra ad vers. 13.

Cap. XX, 1. *equitatus et currus* — Sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, M, O, R, T, U, Cas. fere omnes, Thomas. I, 54., Hincmarus CXXV, 840. *equitatum et currus;* Toletus scribit: « In hebr. est *equum* » *et currum;* apud Septuaginta *equum et ascen-* » *sorem;* in mss. latinis *equitatum et currus;* » in Compl., Reg., Ordin. et impressis fere » omnibus ut in textu (seu ed. Sixti). » Bibl. vaticana 1593. mendose habent *aequitatus*, quod repetere non debuisset ed. Rom. 1671. Pro *habeas*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, Hincmarus l. c. *habes*. Pro *adversarii exercitus*, cod. E *exercitum adversarii*.

2. *Appropinquante autem* — Tacent *autem* cod. E et Bibl. Ven. 1482. Pro *ante aciem*, cod. K, Bibl. Ord., Ven. 1511. 1519., Lugd. 1535. *ante faciem*, at mendose, uti notat Lorinus.

3. *inimicos vestros* — Cod. B *inimicos nostros*. Pro *committitis*, cod. G, Bibl. Lugdun. 1535. *committetis*. Codd. Cas. 7. omittunt *nolite metuere*. Pro *cedere*, codd. Cas. 9. *recedere*. Pro *nec formidetis*, codd. R, Cas. 5. *ne formidetis*.

4. *vestri est, et pro vobis contra adversarios* — Rabanus *vestrum est, et pro vobis contra inimicos vestros;* Augustinus quoque habet *inimicos vestros*, ut hebr. et veteres.

5. *audiente exercitu* — Codd. Cas. 3. *audiente populo;* item vers. 2. et 8.; accedunt hebr. et veteres. Pro *aedificavit*, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., all. *aedificat*. Pro *dedicet eam*, sixtini, codd. A, D, E, F, G, H, K, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Hugo *dedicet illam*.

6. *fecit eam esse* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, S, T, U, V *eam fecit esse;* Bibl. Lugd. 1535. tacent *esse*. Ante verba *de qua vesci* praemittunt *et* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, Cas. 19., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., Petrus Dam. CXLV, 490. Nota latinum interpretem hoc loco exposuisse hebraicum verbum חללו per *fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat;* infra vero ad XXVIII, 30. *vindemies eam;* conf. Ier. XXXI, 5. Quum enim vineae, ut et arborum omnis generis, fructus per primos quatuor annos usui sacro essent addicti, eos *profanare* dicebatur qui, quarto exacto anno, eosdem in suos usus convertere incipiebat.

7. *Quis est* — Rabanus tacet *est;* item Hieronymus II, 208. Pro *despondit*, codd. C, D, E, F, N, O, P, R, S, T, U, V, Cas. 5., Rabanus, Bruno ast. *desponsavit;* cod. N notat: «Antiqui » *desponsavit;* Glossa ibi est *despondit*, quod, » ut dicitur in libro Derivationum, est coniu» gem tradere viro; ut II. Cor. XI. (v. 2.). » Augustinus ex graeco habet *sponsavit*.

8. *addent* — Bibl. Ord. *addentur*. Pro *corde pavido*, codd. Cas. 2. *corde pavidus*. Pro *pavere faciat corda fratrum suorum*, Rabanus *pavere corda fratrum suorum faciat*. Pro *sicut ipse*, legunt *sicut et ipse* codd. B, Cas. 2., Cassianus XLIX, 305., Fructuosus LXXXVII, 1125., Isidorus V, 468., Beda IV, 413., Rabanus; item tres codices holmesiani et graeca edit. Complut.

9. *duces exercitus* — Sixtini, codd. A, C, D, F, G, K, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *exercitus duces*. Pro *fecerint*, cod. B *dederint;* Hugo *fecerunt;* mendose Vallarsius *fecerit*. Pro *unusquisque suos ad bellandum cuneos praeparabit*, cod. H notat hebr. legere *constituent principes exercituum in capite populi;* Bruno ast. ex singulari corruptione legit *unusquisque suos cunctos ad bellandum praeparabit;* pro *bellandum*, codd. R, U, V *bellum*.

10. *Si quando* — Cod. B *Quando;* hebr. כי. Pro *expugnandam*, Beda II, 388. *oppugnandam*.

11. *receperit* — Bruno ast. *acceperit*.

12. *noluerit, et coeperit* — Codd. B, C, D, R, T, U, V, Cas. plerique, Bibl. Ordin., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *noluerint, et coeperint;* codd. F, G, H, K, Cas. 16. *noluerint, et receperint;* codd. A, E *noluerit, et receperint;* Augustinus ex graeco μὴ ὑπακούσωσί σοι, καὶ ποιῶσι, habet *non obedierint tibi, et fecerint;* cod. quoque H notat ex hebraeo esse *fecerint*, at revera haec est graecorum lectio; nam hebr. et reliqui veteres habent *fecerit*. Post *contra* codd. C, U tacent *te*.

13. *omne, quod in ea generis masculini est* — Cod. B *in ea omne generis masculini;* Rabanus et Bruno ast. *omne, quod in ea masculini generis est*.

14. *iumentis* — Codd. G, S, Cas. 1., Rabanus praemittunt *et;* quibus hebr. et veteres favent. Pro *quae in civitate*, cod. B *quae in civitatibus*, uti slav. ostrog.; Bruno ast. *quae in ea civitate;* cod. K *quae in civitate tua*.

15. *in possessionem* — Cod. C 1. m., D, O, T, V *in possessione*.

16. *De his autem* — Rabanus tacet *autem*.

17. *et Amorrhaeum* — Bibl. Ordin. id praetermittunt; codd. C, D, G, T, U tacent nexum; item pauci graeci codices; perperam autem reticetur in latina versione Ionathani. Mox codd. C, F, Cas. 1. addunt *et* ante *Pherezaeum*,

ut hebr. et veteres. Contra vero cod. B, Bibl. Lugd. 1522. praetermittunt nexum ante *Iebusaeum*. Pro *tibi Dominus Deus tuus*, cod. F *Dominus Deus;* codd. G, U tacent *tibi;* conf. Holmes.

19. *civitatem* — Rabanus addit *aliquam;* graecus legit πόλιν μίαν; at multi sunt graeci codices qui praetermittunt μίαν. Pro *succides*, cod. B *succidas*. Pro *bellantium contra te*, Rabanus *contra te bellantium*. Haec et ea quae sequuntur codex H ex hebraeo reddit *se ostendere ante faciem tuam. Ligna autem quae non sunt pomifera succide*. Obscuri huius loci sensum Vulgatus ea ratione expressit, quam fere omnes veteres sectati sunt, uti apud Rosenmullerum demonstratur: recentioribus autem aliam atque aliam praeferre placuit interpretationem; ex his Maurero probatur *eas* (arbores) *ne excidito, nam hominum sunt arbores agri, ut veniant e conspectu tuo in obsidionem*, id est, obsidioni a te adhibeantur.

20. *Si qua autem*—Cod. Cas. 1. *Si autem*. Pro *et in ceteros apta usus*, Rupertus *sed et ceteris apta usibus;* cod. K et Rabanus *et inter ceteros apta usus;* sixtini cum cod. A omittunt *et;* Bibl. Ven. 1479. pro *ceteros*, legunt *certos*. Pro *succide*, cod. S, Bibl. Ordin. *succides*. Pro *et instrue*, codd. B, F, G, K, N, V, Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., all., Rabanus, Bruno ast. *et extrue;* cod. S *et extrues;* cod. N notat: « Antiquiores habent *extrue*, quod pro» prium magis videtur: satis antiqui etiam » habent *instrue*. » At vero cod. O notat recentiores tantum codices legere *extrue*. Codd. E, Cas. 7. *et strue;* cod. A tacet *et*.

Cap. XXI, 1. *inventum fuerit* — Rabanus *fuerit inventum*. Pro *in terra*, codd. A, U *in terram*. Pro *ignorabitur*, sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, E, F, G, K, T, U, V, Cas. plerique, Beda II, 388., Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Hugo *ignoratur;* nec obstant vett.

3. *ceteris*—Non legitur in cod. B. Pro *perspexerint*, Rabanus *prospexerint;* conf. ad XVII, 8. Pro *civitatis illius*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, O, S, T, U, V, Bibl. Ord., Rabanus, Bruno ast., Rupertus, Hugo *civitatis eius;* nonnulli Cas. tacent pronomen. Pro *tollent*, cod. E *tollant*. Pro *vitulam*, cod. C mendose *vitulum*. Pro *scidit*, Rabanus *excidit*. Cod. H notat hebraeum pro *nec terram scidit vomere*, legere *nec in ea aliquando operatum fuit;* haec autem in hebraeo et graeco superiori membro, nempe *non traxit iugum*, praemittuntur.

4. *asperam atque saxosam* — Rabanus *saxosam atque aspersam;* cod. H notat hebr. non legere *atque saxosam;* nam hebr. legit tantum איתן, graecus τραχεῖαν; recentiores autem interpretes existimant sacri textus verba נחל איתן reddenda esse *fluvium perennem*, quorum sententiae accedere videtur scholiastes in cod. H, qui notat pro *caedent in ea cervices*, hebraeum legere *praecipitabunt in torrente:* verum ערף nullo pacto reddi potest per verbum *praecipitare;* est enim *caedere cervices;* cf. Gesenii *Thesaur. p. 1072*. Codd. G, U, Cas. 12. et Urbinas pro *cervices*, legunt *cervicem*.

5. *quos elegerit* — Codd. B 2. m., H, Rabanus, Bruno ast., Miss. Moz. pag. 639. *quos elegit;* favent hebr. et veteres; cod. B 1. m. omittebat verba *quos elegerit Dominus Deus tuus ut ministrent ei;* haec autem et quae sequuntur usque ad finem versiculi primo sixtini clauserant parenthesi; item Bibl. Rob. Steph. 1545. et Martianaeus; ratio ex nota ad vers. 6. apparebit. Post *Dominus Deus* cod. E tacet *tuus*, ut graecus vaticanus. Pro *et benedicant*, cod. E *ut benedicant;* cod. F addit *ei*, ut georg.

Ibid. *omne negotium* — Codd. B, F, G, R, S, U 2. m., V, veteres edd. fere omnes addunt *pendet;* cod. Cas. 1. aliique memorati in cod. O *pendeat;* at Toletus notat: « In Compl., » Reg., Ordin. et aliquot aliis legitur *omne* » *negotium pendet;* hebr., graecus et mss. non » habent verbum *pendet*, et superfluit; nam » in fine est verbum *iudicetur*. Prior Congre» gatio abstulit et Sixtus. » Re quidem vera sixtini ad fidem multorum optimae notae codd. illud verbum expunxerunt. Conf. Lucas

Brugens. Pro *et quidquid*, primo sixtini cum cod. A *et quid;* Bibl. Ven. 1533. *ut quidquid.* Pro *mundum, vel immundum est,* Rabanus *immundum est, vel mundum.* Pro *iudicetur,* cod. Cas. 1. *per eos iudicabitur.*

6. *Et venient* — Lucas Brugensis in suis *Notationibus* ad h. l. scribit: « Latina exem- » plaria pleraque omnia nobis visa legunt *Et* » *venient* (aut *veniant*) *maiores natu civitatis* » *illius ad interfectum, lavabuntque manus* etc. » Exemplar autem, quod nobis commodato » misit colendissimus Lobiensis coenobii Ab- » bas, scribit *Et maiores natu civitatis illius* » *ad interfectum, lavabuntque manus* etc., non » habet *venient* seu *veniant,* nisi altera manu » inter lineas scriptum. Hoc ipsum Rabanus » praetermittit, ita ut ex praecedentibus sen- » tentia pendeat *Accedentque sacerdotes Levi* » (*quos elegit Dominus* etc. quae parenthe- » seos notis concludantur) *et omnes maiores* » *natu civitatis illius, ad interfectum: lava-* » *buntque manus* etc. Hebraice legitur *Et om-* » *nes seniores civitatis illius, propinqui ad* » *occisum, lavabunt manus* etc.; ad eumdem » fere modum chaldaice legitur et graece. » Rabani lectio, quod τῷ הקרובים *propinqui* » respondeat, nihil habet. Id autem in vul- » gata lectione *venient* esse videtur, ut in- » tellexerit interpres *propinqui fient,* id est, » venient ad occisum; sed commodius alii » intelligunt: *Seniores civitatis, quae propin-* » *quior est, vel qui propinquiores sunt occiso,* » *lavabunt* etc. An autem etiam sacerdotibus » manus super vitulam lavandae fuerint, id » quod Rabani lectione praecipi iubetur, du- » bitari merito potest. Quod nonnulla scripta » legunt *Et veniant maiores,* sequentibus mi- » nus congruit. Quod cod. sangermanensis » addit *omnes,* legens *Et venient omnes maio-* » *res* etc., Rabani textui, hebraeo, chaldaeo » et graeco convenit. » Hactenus Brugensis. Hisce vero nonnulla ex nostris codicibus ad- denda sunt. Codd. C, D, F, O, T, U, Cas. 3. *Et veniant;* Rabanus in nupera editione Pa- ris. cum codd. L, Q *Et venient omnes;* cod. H *Et omnes,* ut hebraeus et veteres; cod. Cas. 1. *Et introibunt;* codd. Cas. 13. *Et maiores natu civitatis illius vadent ad interfectum* etc. De- nique verbum *venient* expunxerunt sixtini, neque legitur in codd. B, E, K; Toletus quo- que scribit: « Hebr., graecus et aliqui mss. » non habent verbum *venient,* sed connectunt » (*maiores natu*) cum verbo *lavabunt,* et non » legunt *que.* Sed Compl., Reg., Ord. et alia » impressa habent ut in textu (seu ed. Sixti); » utraque lectio in eumdem sensum tendit. » At vero sixtini et laudati codices (excepto cod. K), expuncto *venient,* retinuerunt *lava- buntque;* adeoque, posita parenthesis nota de qua in superiori versiculo, connectebant *ma- iores natu* cum verbo *accedentque* prout recte declaravit Lucas Brugensis.

Ibid. *lavabuntque* — Cod. K, Beda II, 389. *lavabunt,* accedunt hebr. et veteres, ut supra dictum est. Hugo et margo Ordin. *levabunt- que;* coptus et arabs 3. Holmesii *ponent;* Ru- pertus *et lavabunt.* Post *manus* Bruno ast. tacet *suas;* item graecus, sed cf. Holmes. Pro *percussa,* cod. H notat hebr. legere *praecipi- tata;* at vide supra ad vers. 4.

7. *sanguinem hunc* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, R, S, T, U, V, Rabanus, Ru- pertus, Bruno ast., Hugo *hunc sanguinem.*

8. *quem redemisti* — Codd. Cas. 7. *quem elegisti.* Pro *ne reputes,* codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 19., Bibl. Ord., Ven. 1476., Reg., Rabanus, Rupertus, Bruno ast., Hugo *non reputes;* Bibl. Ven. 1482. *non repetes.* Pro *Et auferetur,* Glossa interlinearis *Sic auferetur.*

9. *tu autem alienus* — Cod. Cas. 1. *tu au- tem innocens.* Pro *fusus est,* codd. A, K, S, T, Cas. 4., Bibl. Ordin. *effusus est.* Pro *praece- pit Dominus,* cod. B *praecepit tibi Dominus;* cod. H notat hebr. legere *rectum est in oculis Domini.*

10. *Si egressus fueris ad pugnam* — Isido- rus V, 472., Beda II, 389. IV, 415. *Si exieris ad bellum;* Rupertus *Si egressus fueris ad pu- gnandum;* Haymo CXVIII, 744. *Cum egressus fueris ad pugnam;* sed pag. 643. *Si egressus fueris ad bellum;* conf. Sabatier. et Holmes.

Nota latinum interpretem pro hebr. למלחמה alias saepe vel *ad bellum*, aut *ad pugnam*, vel *ad praelium* posuisse.

Ibid. *eos Dominus Deus tuus in manu tua, captivosque* — Beda II, 389. *Dominus in manus tuas, captivos quoque;* graecus item pronomen *eos* tacet; sed conf. Holmes.; cod. Cas. 1. cum armeno omittit *tuus;* in cod. samar. 183. deest אלהיך; habent *manus tuas* Haymo l. c., Garnerius ling. CCV, 711.; accedunt graecus, syrus, Ionathanus et duodecim codd. hebr. apud De-Rossi; cod. F legit *manum tuam*.

12. *introduces eam* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, K, O, T, U, V, Cas. 12., gothic. leg., Bruno ast., Rupertus, Garnerius ling. l. c. tacent *eam;* his consentiunt plures codices hebr. apud Kenn. Mox cod. B tacet *in*. Pro eo quod Hieronymus interpretatus est *circumcidet ungues*, perperam alii cum Onkeloso et Saadia contrarium sensum exprimunt ponentes *nutriet ungues;* nam, uti ait Gesenius in *Thes. pag. 1075.*, integro hoc loco de squalore captivitatis deponendo sermo est.

13. *dormiesque cum illa* — Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., Rupertus *dormiesque cum ea*. Hunc locum partim ad sensum, partim ex alia interpretatione proferunt Isidorus V, 472. et Beda IV, 415. *et indues eam vestimentis lugubribus, et sedebit in domo lugens patrem suum et matrem suam et domum paternam, et post triginta dies erit tibi uxor.*

14. *Si autem* — Sixtini, codd. A, C, D, F, K, R, T, U, Cas. plerique *Sin autem*. Pro *sederit*, Bibl. Lugd. 1535. *insiderit*. Ante *animo* addunt *in* codd. C, D, F, H, R, S, U, V, Cas. 13., Bibl. Ordin., Ven. 1482., Lugd. 1522., all. Pro *dimittes*, cod. B *dimitte*. Post verbum *poteris* cod. B addit *eam*, ut hebr. et veteres, excepto graeco. Pro *opprimere*, egregie sixtini cum cod. A *opprimes*.

Ibid. *quia humiliasti* — Codd. N, P *qui humiliasti;* cod. N adnotat: « Antiqui habent » *qui*, id est, *quia tu;* require Num. XXII. » (v. 6.) *qui fortior*, et XXV. (v. 11.) *qui* » *zelo meo*. » Cod. H notat hebraeum legere *quia afflixisti*, item infra XXII, 24., cui consentit Aquila qui interpretatur ἐκακούχησας.

15. *genuerintque ex eo* — Ita hunc locum emendarunt sixtini et gregoriani, consentientibus codd. A, B, E, H, L 4., O, Q, Cas. 13., gothic. leg.; at reliqui variant: codd. Cas. 3. *genuerintque ex eis;* codd. M, N*, Bibl. Rob. Steph. 1532. *genuerintque ei;* cod. P tacet pronomen; Ambrosius *et pepererint ei*, cui suffragantur hebr. et veteres; Sixtus, codd. F, V, veteres editiones fere omnes, Petrus Dam. CXLV, 693. 835., Bruno ast. *genueritque ex eis;* denique codd. C, D, N, R, S, T, U, Cas. 5., Thomas. I, 55., Rabanus, Rupertus *genueritque ex ea;* pro hac autem lectione scholiastes codicis N scribit: « Antiqui, novi » et Glossa *genueritque ex ea*. Alii nimis ad» haerentes hebraeo, litteram communem mu» tantes dixerunt *genuerintque filios*, scilicet » mulieres. Sed Glossa quae dicit quod Chri» stus de synagoga genuit filios, plus con» gruit primae et communi litterae. Sed et » supra XVII. (v. 8.) ubi habemus *inter le» pram et non lepram*, hebraeus habet *inter » lepram et lepram*, quod si poneretur, non » oporteret addi vel glossari inter lepram ve» ram et lepram aestimatam, non veram; » quae maior in superficie litterae diversitas, » quam sic et non? Nullus igitur in littera » nimis adhaereat, alioquin destruet cano» nem sacrae paginae. » At multo melius contrariam prorsus sententiam propugnare aggreditur scholiastes codicis O, qui notat: « Quidam legunt *genueritque ex ea;* at, quae» ro, ex qua? si dixeris ex proxima, tunc po» tius dixisset *et fuerit filius eius*, nempe fi» lius odiosae. Hebr. et graecus *genuerintque » ei liberos;* et cum *ei* secundum hebr. et » graecum sit masculini generis, cum sit ibi » αὐτῷ, *ex eo* esse debet, et *genuerint* plu» raliter. »

16. *substantiam* — Codd. G, V, Cas. 8. addunt *suam;* eisque favent veteres. Post *filios* codd. K, T tacent *suos*. Pro *facere primogenitum*, cod. A *primogenitum facere*.

17. *agnoscet* — Codd. A, G *cognoscet;* item Ambrosius. Mox cod. B tacet *cuncta.*

18. *audiat* — Sixtus cum plerisque antiquis edd. *audierit;* at recte Toletus: « Lege » *audiat;* sic Ordin., mss. et utraque Con» gregatio. » Nam sixtini et gregoriani cum antiquis codd. fere omnibus hodiernam lectionem induxerunt, cui accedunt hebr. et graecus legentes *obediens* vel *audiens;* cod. B *audiet.* Pro *aut matris,* codd. B, C, D, E, G, H, R, S, T, U, V, Cas. 12., veteres editiones, Rupertus *ac matris;* item hebr. et veteres; sixtini vero, quos Sixtus sequutus est, ad fidem aliorum codicum, in primis codd. A, F, Cas. 9., emendarunt. Gregorianis rursum aliquod dubium subortum fuerat, at dein correctionem dimiserunt.

19. *apprehendent* — Cod. A 1. m. *apprehendit.* Pro *ducent,* codd. B, H, L 2. (seu Q), Cas. 5. *educent;* lovanienses pro hac lectione laudant quoque Rabanum; codd. Cas. 13. *adducent;* Augustinus in *Spec.* legit *deducent,* nam graecus habet ἐξάξουσιν, sed non pauci codices ἄξουσιν. Bibl. Lugd. 1550., Paris. 1566., all. *ducent eum;* pronomen legunt omnes veteres cum hebraeo, sed conf. Holmes. Post *civitatis* Bruno ast. tacet *illius,* cui consentiunt syrus, Ionathanus et arabs 3. Holmesii. Mox tacent *et* Bibl. Ven. 1482., samaritanus textus et interpres, et nonnulli codd. hebraici apud De-Rossi. Pro *portam iudicii,* cod. H notat hebr. legere *portam loci.*

20. *noster iste* — Cod. V, Rupertus *iste noster.* Pro *contemnit,* Augustinus in *Spec.* habet *contemsit.* Pro *et luxuriae atque,* codd. B, Cas. 13. *et luxuriis atque;* Rupertus *atque luxuriae et.*

21. *lapidibus*—Rupertus *lapidibusque,* cui adstipulantur hebr. et veteres. Pro *eum obruet,* codd. G, S, T, Rabanus *obruet eum.* Pro *morietur,* codd. K, Cas. 2. *moriatur.* Pro *ut auferatis,* Bibl. Ven. 1482., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *et auferetis;* Bibl. Rob. Steph. 1540. *ut offeratis.* Pro *et universus,* cod. A, Rabanus, Rupertus *ut universus;* Bruno ast. tacet *et.* Mox Rupertus omittit *audiens.*

23. *a Deo est* — Cod. B *est a Deo omnis;* Rupertus II, 673. et Tertullianus *a Deo est omnis;* Hieronymus ex graeco *a Deo omnis:* Paullus hunc locum proferens (Gal. III, 13.) legit tantum *omnis,* item, praeter alios a Sabatierio excitatos, Gregorius M. I, 1218., Garnerius CXCIII, 290. 330., Alvarus cord. CXXI, 486., Ioh. Scotus CXXII, 392., Atto verc. CXXXIV, 183. 518. aliique non pauci, etiam ex graecis patribus, qui ex laudato potius Apostoli loco, quam ex Deuteronomio hanc lectionem hausisse videntur. Igitur alexandrinus interpres adiecit πᾶς, quod et Paullus servavit, quamvis neque in sacro textu, neque apud ullum ex reliquis interpretibus legatur; sed ille non praetermisit ὑπὸ Θεοῦ, quod apud Apostolum desideratur. De hac quaestione diserte agit Hieronymus VII, 436. et seq., ubi varias scriptorum profert sententias, quarum ad rem nostram optima ea est qua asseritur (p. 437.). « Apostolum » sensum Scripturarum posuisse, non verba. » « Seu, uti loquitur Hieronymus pag. 431., » Apostolum, ut in caeteris, sensum magis » testimonii posuisse, quam verba. »

Ibid. *qui pendet*—Cod. Cas. 1. *qui manet;* cod. F *qui pendit.*

Cap. XXII, 1. *bovem fratris tui, aut ovem* —Codd. Cas. 4., Bibl. Paris. 1566., all. *bovem et ovem fratris tui;* cod. K *fratris tui bovem aut ovem;* cod. S *bovem, aut ovem fratris tui.*

2. *etiamsi*—Codd. V, Cas. 2. *et si.* Pro *frater tuus,* codd. A, E, H, K, in *Spec.* Augustinus *tuus frater;* codd. Cas. 2. *tuus, aut frater;* Rabanus et Bruno ast. tacent *frater.* Pro *quamdiu,* Bibl. Lugdun. 1535., Hieronymus II, 220. *donec.* Post *quaerat* cod. F 1. m. omittit *ea;* idem pronomen in cod. Cas. 1. additur post verbum *recipiat;* ubi illud legunt hebr. et veteres, excepto graeco, de quo cf. Holmes.

3. *Similiter facies*—Rabanus et Bruno ast. tacent *facies;* codd. B, K addunt *et;* Bruno ast. addit *autem;* hebraeus enim, chaldaeus, graecus ven. et arabs praemittunt nexum,

quod tamen omittunt samaritanus, graecus, syrus et tres codd. Kennic. totidemque derossiani. Pro *de vestimento*, Rabanus *de omni vestimento;* particulam *de* cod. A tacet. Pro *eam, ne negligas quasi alienam*, cod. A *ea, ne negligas quasi aliena;* Bruno ast. *ea, non negligas quasi aliena;* pro *ne negligas*, Rabanus quoque et cod. S *non negligas;* cod. C *negneglegas* (sic); cod. D *neglegas* tantum; cod. Cas. 1. addit *eam.*

4. *cum eo*—Cod. C *eo;* cf. ad Ex. XXIII, 5.

5. *abominabilis*—Cod. Cas. 1. *abominatio;* item Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. LXVIII. cui favent hebr. et graecus. Pro *enim apud Deum est*, cod. Cas. 1. et Rabanus *enim apud Dominum est;* Rupertus *est enim apud Deum;* Ambrosius habet *est Domino;* hebr. et graecus utrumque nomen habent *Domino Deo.* Pro *facit haec*, cod. A *fecit hoc;* codd. Cas. 6., Bibl. Ven. 1476., Reg., aliaeque plures ex antiquis edd. *facit hoc.*

6. *Si ambulans per viam*—Cod. Cas. 1. et *Spicil. soles. II, 470.* habent *Si ambulaveris per viam, et.* Ea quae mox sequuntur Bruno ast. in *Comm. ad Deut. XXXIII.* hoc pacto recitat *nidum in arbore vel in terra inveneris, et ovem pullis, vel ovis desuper incumbentem, dimitte avem, captos tenens filios, ut bonum sit tibi;* sed in *Comm. ad h. l.* cum Vulgato consentit, nisi quod post *filiis* addit *suis*, ut syrus et arabs 3. Holmesii. Guibertus CLVI, 524. tacet *desuper*, quod fortasse minus necessarium est cum verbo *incubantem.*

7. *captos*—Cod. Cas. 1. *captorum.*

8. *labente alio*—Sixtus, fortasse vitio typographi, *labente illo*, quod gregoriani emendarunt; unde Toletus: «Lege *alio;* sic Compl., » Reg., Ordin., Lovan. et omnes fere codices » et utraque Congregatio.» Rupertus *alio labente;* Bruno ast., Gerhohus CXCIV, 1190. *labente aliquo;* Hieronymus II, 722. *cum aliquis ceciderit.* Pro *et in praeceps*, cod. E *et praeceps;* nam adverbii more apud Tacitum *praeceps* frequentatur.

9. *Non seres*—Bibl. 1492. 1497. 1501., Bruno ast. *Ne seres;* accedunt arabs, slavon. ostrog. et georg.; cod. A 1. m. *Non inseres.* Pro *sementis quam*, cod. T *sementes quas.* Pro *sevisti*, cod. A *seruisti;* cf. ad Ex. XXIII, 16. Pro *sanctificentur*, codd. I, V, Glossa interlinearis *suffocentur;* Petrus Com. scribit: «Alia » littera habet *suffocentur*, quod videtur velle » Iosephus dicens hanc communionem pro» hibitam esse quia dissimilium coniunctio» ne natura non laetatur.»

10. *in bove*—Cod. A 1. m. *bovem.*

11. *Non induéris vestimento, quod ex lana linoque contextum est*—Gregorius M. I, 285. IV, 123., Isidorus V, 464., Beda II, 390. IV, 411. *Non indues vestem ex lana linoque contextam;* etsi hoc loco Itala nobis deficiat, nemo tamen suspicabitur ex eadem hanc lectionem fluxisse, quae omnino hieronymianam interpretandi rationem redolet. Rupertus quoque legit *indues;* Bibl. Ord. ed. Lugd. 1545. 1590. mendose *lignoque.*

12. *Funiculos in fimbriis*—Cod. H notat hebr. legere *fimbrias;* margo Ordin. expungit *in fimbriis;* nimirum hebraeus unicum verbum גדלים *peniculamenta* habet. Pro *operiéris*, codd. C, D, F 2. m., N, O, T, U, editiones vett. fere omnes, Rabanus, Gualterus CCIX, 442. *operiris;* cod. N adnotat: «Antiqui *operi*» *ris*, id est, illius quod consuevisti vestire.» Cod. O notat: «Moderni in futuro *operieris.*» At hanc lectionem, quam praetulerunt sixtini, non modo recentiores multi codices, sed et veteres non pauci tuentur.

13. *odio habuerit eam*—Legunt *eam odio habuerit* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, S, T, U, V, Thomas. I, 55., Augustinus in *Spec.*, Hincmarus CXXV, 689., Rupertus; cod. E et Rabanus tacent pronomen.

14. *obiiciens*—Rupertus praemittit *et;* in quo consentiunt hebr. et veteres; at alia est periodi ratio. Post *inveni* cod. K addit *eam;* Hincmarus l. c. *illam;* accedunt hebr. et vett.

15. *pater et mater eius*—Cod. E *parentes eius.* Pro *et ferent*, Rupertus *et deferent;* cod. Cas. 1. *ferentes.* Post *seniores urbis* Rupertus addit *eius*, ut quinque codices holmesiani. Pro *in porta*, cod. H *intra portas.*

16. *quia odit* — Cod. K addit *eam*.

17. *imponit* — Codd. A, R *imponet*. Pro *filiam tuam virginem*, Rabanus *virginem familiam* (sic) *tuam*. Mox cod. E tacet *ecce;* nec legunt hebr. et veteres. Pro *filiae meae*, cod. Cas. 1. *eius*, ut arabs. Pro *expandent*, codd. F, Cas. 13. *expandens;* codd. M, Cas. 4. et nonnulli ex florentinis codd. iussu Pii V. collatis *expandentque;* Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., all., Hincmarus l. c. *et expandent;* Augustinus *et replicabunt;* item hebr. et veteres. Pro *senioribus*, sixtini, codd. A, E et Augustinus *senibus;* cf. Holmes.

18. *senes* — Hincmarus l. c. *seniores*. Pro *illum*, cod. G, Rabanus, Rupertus cum Augustino *eum*.

19. *condemnantes* — Cod. H addit *eum*, ut hebr. et veteres. Pro *siclis argenti*, cod. H notat hebr. legere *argenteis;* item ad vers. 29. Pro *patri puellae*, cod. C 1. m. *pater puellae;* cod. E *parentibus puella;* Rabanus *puellae*.

Ibid. *dimittere eam* — Expungunt pronomen sixtini, consentientibus codd. A, B, C, D, F, G, O, T, U, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posterioribus edd. Rob. Steph., all., Augustino in *Spec.*, Rabano, Ruperto; cf. ad vers. 29. Pro *omnibus diebus*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, H, K, N, O, P, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes, gothic. legion., Bibl. Ordin., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Hincmarus l. c., Rupertus *omni tempore;* item graecus.

20. *obiicit* — Codd. A, C 2. m., F, K, R, V, Cas. 18., Hincmarus l. c. *obiecit;* cod. E *dicit*. Pro *in puella inventa*, sixtini, codd. A, S, Rabanus, Hincmarus l. c. *inventa in puella;* cod. B tacet *inventa*.

21. *obruent* — Codd. Cas. 12. addunt *eam*, quod in cod. O expungi iubetur; attamen hebr. et veteres illud legunt. Pro *civitatis illius*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, O, T, U, V, Bibl. Ordin., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Hincmarus l. c. *civitatis eius;* conf. Sabatier. Post verba *in domo patris* tacent *sui* Bibl. Antuerp. 1565., Lugd. 1569., Ven. 1572. 1579.

22. *uterque morietur* — Codd. A, C, D, E, F, K, N, O, S, T, U, Cas. 18., Thomas. l. c. *uterque morientur;* cod. O notat: «Sic antiqui; » graecus *interficietis ambos* (ἀποκτενεῖτε » ἀμφοτέρους); item Lev. XX. (v. 12.) *uter- » que moriantur*, et infra (v. 13.) *uterque ope- » rati sunt nefas.* » Beda II, 390., Rupertus *utrique moriantur;* Augustinus in *Spec.* legit *uterque moriatur*. Pro *de Israel*, codd. F, S, V, Cas. 16., Bruno ast. *de medio Israel;* cod. Kennic. 189. מקרבך מישראל; codd. 102. 155. מקרבך, item Cpolitana Onkelosi editio, ut vers. 21. et 24.

23. *desponderit* — Codd. F, R, S, T, V, Cas. 7., Bruno ast. *desponsaverit;* cf. ad XX, 7. Pro *cum ea*, legunt *cum illa* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, R, S, T, V, goth. leg., Thomas. l. c., Bibl. Ordin., Augustinus in *Spec.*, Prudentius trec. l. c., Hincmarus CXXV, 1051., Bruno ast., Rupertus; conf. infra ad vers. 25. et 28.

24. *educes utrumque* — Bruno ast. *educentur uterque;* Ambrosius *educentur ambo;* Hieronymus II, 208. *educetis utrumque*, ut hebraeus et veteres. Rabanus mox tacet *civitatis*, ut duo codd. Kennicotti; Rupertus vero tacet *illius*, ut persa, slav. ostr. et cod. VII. Holmesii. Pro *obruentur*, Rabanus *obruetur*. Mox pro *puella*, Bibl. Ven. 1533. *puellam;* et pro *vir*, eadem edit. *virum;* cod. A cum Ambrosio legit *et vir*, ut hebr. et veteres. Pro *humiliavit* margo Ordin. *afflixit* prout cod. H notat legi in hebr., conf. ad XXI, 14. Cod. E praetermittit *et auferes malum de medio tui*.

25. *Sin autem* — Codd. Cas. 5., aliique pauci cum Brunone ast. et Ruperto *Si autem*. Pro *repererit vir puellam*, codd. A, E, Bruno ast., Hugo *reperit vir puellam;* cod. B *reperitur puella;* cod. K *reperierit vir puellam;* Hincmarus l. c. *vir repererit puellam*. Pro *apprehendens*, Rupertus *apprehenderit, et;* item hebr. et veteres, praeter graecum. Pro *cum ea*, sixtini legunt *cum illa*, quibus iidem testes suffragantur, quos excitavimus supra ad vers. 23.

26. *puella nihil* — Cod. Cas. 1. addit *mali*.

Pro *consurgit contra fratrem suum*, Rabanus *contra fratrem suum consurgit*. Pro *et occidit*, Hincmarus l. c. *ut occidat*. Pro *animam eius*, cod. B *animam suam;* Rabanus tacet pronomen. Mox post *ita* tacent *et* codd. C, D, T, U, Cas. 2., Rupertus; quibus favent hebr. et veteres.

27. *sola erat* — Cod. B praeponit *quia*, quod in hebr. et graeco legitur.

28. *cum illa* — Iidem codices, ad quorum fidem sixtini supra (ad v. 23. et 25.) posuerunt *cum illa*, hoc loco ipsis sixtinis suaserunt ut scriberent *cum ea;* item Glossa interlinearis, Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Bruno ast., Rupertus et vetus Itala. Pro *venerit*, Rabanus *devenerit;* cf. ad XV, 7.

29. *quinquaginta siclos*—Codd. D, E, F, U 2. m., Cas. 9., Augustinus in *Spec.*, Bruno ast. *centum siclos;* item cod. 75. holmesianus; quae lectio ex vers. 19. huc translata videtur. Pro *humiliavit illam*, codd. A, B, C, G, Augustinus in *Spec.*, Rabanus *humiliavit eam;* cod. H notat hebr. legere *afflixit eam;* cf. ad vers. 24.; cod. B 2. m. addit *uxorem*. Pro *non poterit*, cod. Cas. 1. *nec poterit*, alter cod. Cas. *et non poterit*. Post *dimittere* tacent *eam* sixtini, codd. A, K, Augustinus in *Spec.;* cf. ad vers. 19.; Rabanus legit *eam dimittere*.

30. *operimentum eius*—Cod. H notat hebr. addere *id est, patris;* nempe hebr. et veteres legunt *operimentum patris sui;* conf. Levit. XVIII, 8. Ab hoc versiculo caput XXIII. incipiunt codices nonnulli, et quaedam veteres edd. cum hebraeo textu.

Cap. XXIII, 1. *abscisso veretro* — Sixtini, plures codd. et edd. antiquiores *absciso veretro;* cod. F *scisso veretro;* margo Ord. haec expungit, quae tamen nullibi desunt: fortasse obelo notanda erant *vel amputatis*, quae revera ab interprete addita sunt. Pro *ecclesiam Domini*, codd. G, V, Cas. 1., Beda II, 391., Bruno ast., Petrus Com. *ecclesiam Dei;* item armenus; Rupertus praemittit *in;* conf. Sabatierius.

2. *mamzer*—Nonnulli codices, Bibl. Reg., all. *manzer*, quod ex Sedulio et Venantio habet Forcellinius (mendose enim edit. Prati 1844. legit *manser*, quod tamen habent Bibl. Ven. 1476., all.); codd. E, G, Rabanus, Isidorus VII, 415. *mazer*. Verum haud dubitamus scribendum esse *mamzer;* est enim ab hebr. ממזר, quod Onkelos quoque et samaritanus interpres retinuerunt, itemque Aquila et Symmachus (cf. *Append.* Montfauconii et Holmesii). Huius autem vocis interpretationem quam subdit Vulgatus *hoc est, de scorto natus*, confirmant alexandrinus, graecus ven., Saadias, syrus; cf. Gesenii *Thes. p. 781.* et Roedigeri *Addit. p. 96.;* De-Rossi in *Varr. Lectt.* hunc locum ex typographi vitio extra suam sedem habet in tom. IV, 225.

Ibid. *in ecclesiam* — Particulam *in* tacent sixtini, codd. A, B; item Vulgatus in superiori et in sequenti versiculo; cod. F legit *in ecclesia in atriis*. Pro *usque ad decimam*, cod. B, Bruno ast. *usque in decimam*.

3. *Ammonites*—Codd. C, D, E, F, N, O, P, U, Guibertus CLVI, 23. *Ammanites;* item Augustinus ex graeco Ἀμμανίτης; conf. ad II, 20.; alii codices non pauci habent *Amanites;* cod. A et Beda II, 180. *Ammanitae*, et mox *Moabitae*. Pro *etiam post*, Rabanus *etiam per*. In cod. B 1. m. deerat *generationem*. Post *intrabunt* addunt *in* cod. T, Petrus Dam. CXLV, 216., Guibertus l. c., Bruno ast., Spic. solesm. III, 298.; item Augustinus ex graeco et Vulgatus in superiori versiculo, et infra versic. 8.

Ibid. *in aeternum* — Praemittunt *usque* codd. B, K, Beda et Spicil. soles. ll. cc.; item Augustinus ex graeco, cui consentit hebr., et Vulgatus ad II Esdr. XIII, 1. Animadverte Bedam l. c. fere eamdem huius versiculi habere lectionem, quam ex Ambrosio profert Sabatierus; nam ille legit *Moabitae et Ammonitae non intrabunt in ecclesiam Domini usque in tertiam et quartam generationem, et usque in aeternum*. Ambrosius vero *Moabitae non introibunt in ecclesiam Domini usque in tertiam et quartam generationem, et usque in saeculum*. Propius a sacro textu abest Leander LXXII, 885. qui legit *Moabitae et Ammo-*

nitae non intrabunt ecclesiam meam usque in decimam generationem.

4. *noluerunt*—Rabanus *noluerant*. Pro *cum pane*, cod. E *cum panibus*, uti habet cum graeco Augustinus. Cod. H notat hebraeum pro *de Mesopotamia* legere *de Phethor, quae est in Mesopotamia;* cf. ad Num. XXII, 5.

5. *maledictionem eius* — Codd. N, P tacent pronomen, ut hebr. et veteres, praeter syrum.

6. *Non facies* — Cod. S *non facias;* Rabanus *Ne facias*. Pro *quaeras*, sixtini, codd. A, E, F, G, H, K, O, Cas. 13., Bibl. Ord., Lugd. 1550., all. *quaeres;* hebr. et veteres subintelligunt verbum quod praecessit. Pro *vitae tuae*, cod. K *vitae suae*.

7. *frater tuus*—Bruno ast. tacet pronomen.

8. *in ecclesiam Domini* — Codd. A, F, K, Rabanus, Spicil. solesm. I. c. particulam *in* omittunt; Petrus Cantor CCV, 336. legit *ecclesiam Dei;* cod. B *in tertia generatione ecclesiam Dei*.

9. *egressus* — Cod. B *ingressus*. Pro *in pugnam*, codd. Cas. 12. *ad pugnam*. Pro *custodies*, Bibl. Ven. 1511. 1519., all. *custodias*. Pro *ab omni re mala*, cod. E *ab omni malo*.

10. *pollutus sit* — Anselmus cant. CLVIII, 1031. *pollutus est;* cod. B *fuerit pollutus*. Pro *somnio*, Bibl. Ven. 1476. 1479., all. *somno*. Rupertus mox *egrediatur*, pro *egredietur*.

11. *ad vesperam* — Codd. A, F, H, Cas. 4. *ad vesperum*. Pro *lavetur*, cod. K *laverit*.

12. *castra* — In cod. B primo deerat. Pro *egrediaris*, codd. G, N*, R, S, V, Cas. 4., Spicil. solesm. III, 217. *egredieris*.

13. *operies* — Guibertus CLVI, 505. *fossa operies*.

14. *quo relevatus es* — Cod. B *quod relevatum est;* mendose Blanchinius edidit *revelatum;* attamen cod. K *quod revelatus es;* codd. D, E, R, S, T, Bibl. Ven. 1492., Ord., all. etiam ex recentioribus, ut Rom. 1768., et apud Hincmarum CXXV, 703. *quo revelatus es*. Mox cod. B tacet *enim*. Post *castrorum* addunt *tuorum* codd. H, Q, Cas. 3., nonnulli ex codd. florentinis collatis iussu Pii V. et margo Ordin.; pro hac lectione, cui hebraeus et veteres favent, Biblia henteniana proferunt septem codices; at dubitamus in priori edit. Lov. 1547., quam reliquae hentenianae sequuntur, ex typographi vitio positum fuisse 7. pro 1.; in unico enim codice sangermanensi raram illam lectionem Stephanus repererat, neque verisimile nobis videtur alios sex codd. cum illa lectione lovaniensibus succurrisse. Pro *tibi inimicos tuos*, Rupertus *inimicos tuos tibi*.

Ibid. *et sint*—Legunt *ut sint* sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, C, D, E, G, H, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482., all., Rabanus, Hincmarus, Guibertus ll. cc., Rupertus; cod. K *ut sint tibi*. Pro *ne derelinquat*, codd. C 1. m., D, E, H, K, O, R, T, Hugo *nec derelinquat*.

15. *Non trades* — Codd. C, U, V, Beda II, 392., Rabanus, Hincmarus tom. cit. p. 699., Rupertus *Non tradas*. Pro *domino suo, qui ad te confugerit*, sixtini *qui ad te confugerit, domino suo:* etsi schedae nostrae nullum exhibeant codicem ita legentem, tamen ne hanc quidem, ut ut minimam, varietatem sixtinos proprio marte invehere studuisse, facile sibi suadebit quisque sixtinarum correctionum indolem expenderit; magni enim perinde ac parvi momenti lectiones sixtinis probatas, optimorum codicum suffragio innixas perpetuo deprehendet. Notamus primam et alteram Clementis VIII. editionem legere *Domino*, prout habent quoque edd. Rom. 1671. 1765. 1768.; at vero tertia editio vaticana eiusdem Clementis, itemque reliquae edd. romanae recte habent *domino*.

16. *habitabit* — Cod. S *et habitabit;* Bruno ast. *habitabitque;* Prudentius trec. l. c. *sed habitabit*, ut Augustinus in *Spec.* edit. Maii, c. XCII.; concinunt syrus et arabs 3. Holmesii. Pro *qui ei placuerit*, codd. F, Cas. 12. *in quo ei placuerit;* Augustinus *ubi placuerit ei*. Pro *ne contristes*, codd. C, D, H, K, R, S, T, U, Cas. 4., Prudentius trec., Hincmarus ll. cc., Rupertus *nec contristes*.

17. *de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel* — Rabanus *ex Israel, et non erit forni-*

cans a filiis Israel; eadem fere Augustinus *Quaest. XXXVII. in Deut.* Pro *nec,* legunt *neque* codd. A, C, D, E, F, H, K, T, U, Thomas. I, 55., Bibl. Ordin., Prudentius trec. l. c.

18. *canis in domo* — Sixtini, codd. A, B, D, E, F, H, K, T, U, V, Cas. 17., goth. leg., Rabanus, Humbertus Card. CXLIII, 1094., Bruno ast., Petrus Com., itemque Augustinus *canis in domum;* Brev. Goth. p. 434. *carnis in domum;* cod. G, Beda II, 392., Bibl. Ven. 1484. 1497. 1498., Brix. 1496., Lugd. 1522. 1550., Paris. 1566., all. *carnis in domo;* profecto scriptorum vitio haec lectio tribuenda est, de qua recte Lorinus: « Irrepsit » in multos codices mendum ut *carnis* lega» tur, non solum Bibliorum, quae ipsemet » vidi, sed etiam Augustini, et Aquinatis... » Illi tamen doctores exponunt de *cane;* ita » ut constet legisse *canem.* Quod mirum est » haereticum Conradum Pelicanum non fe» cisse, nec exemplaria editionum aliarum » consuluisse; sed interpretatum de pretio » carnis. » Mox tacent *Domini* cod. B, Hieronymus IV, 800., Spicil. solesm. III, 75. et armenus.

Ibid. *quidquid illud est quod voveris* — Cod. P *ad omne votum;* cod. N adnotat: « Hebr. et Augustinus habent *ad omne votum* » (לכל נדר). » Pro *voveris,* cod. A *voverit;* codd. C 1. m., D, E, G, K, N, O, T, U, V, Cas. plerique, veteres Vulgati editiones, Rabanus, Bruno ast. *voverint,* idque primo restituerant gregoriani, at dein deseruerunt; cod. N addit: « *voverint,* scilicet meretrix et locator » canis. » Cod. O monet: « *voverint,* scilicet » meretrix et scortator. » Hodiernam lectionem induxerunt sixtini, quibus suffragantur codd. B, C 2. m., F, H, L 5., N*, R, S, Cas. 6., goth. leg. et nonnulli ex florentinis codd. collatis iussu Pii V. « Minus recte, ait » Lorinus, in aliis codicibus *voverint;* refer» tur namque ad *offeres.* » Pro *apud Dominum,* Bibl. Lugd. 1535. *ad Dominum.*

19. *Non foenerabis* — Cod. A, Beda l. c. *Nec foenerabis;* Bruno ast. *Non foeneraberis.* Post *nec quamlibet* codd. N, P tacent *aliam;* immo cod. N notat: « Antiqui *nec quamli*» *bet rem;* quod totum complectitur; unde » non est addendum *aliam:* multi tamen ap» ponunt. »

20. *sed alieno* — Haec non legit Prudentius trec. CXV, 1429., qui proinde post *Fratri* tacet *autem.* Audacter Hugo a s. Charo suspicatur verba *sed alieno* a iudaeis adiecta fuisse; Leopoldus Sebastianus *(Discorso sull' usura, Roma 1830.),* cum aliis paucis, id ipsum temere affirmat: at argumenta quibus suam sententiam firmare nititur, in re critica nullius momenti sunt. Castigandum est hoc loco grave mendum quod in notas Sabatierii irrepsit, quodque inde imprudens descripsit Holmesius; nam ibidem Ambrosio *(libr. de Tob. c. XV.)* tribuitur lectio *Alienigenae non foenerabis;* at re vera negationis particulam Ambrosius non interponit.

Ibid. *id, quo* — Codd. C, D, E, F, G, K, R, T, U, V, Prudentius trec. l. c., Rabanus, Bruno ast., Hugo *id, quod;* item Vallarsius; cod. quoque O notat alios legere *quod;* conf. ad XV, 8. Pro *opere tuo,* codd. E, S, Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., Rabanus *tempore tuo;* locutio hebr. משלח ידך non occurrit nisi in Deut.; Vulgatus XII, 7. 18. XV, 10. eam interpretatur de iis *ad quae miseris manum;* at XXVIII, 8. *opera manum tuarum;* XXVIII, 20. *opera tua,* graec. τοῖς ἔργοις σου. Pro *in terra, ad quam,* codd. A, K, Brev. Goth. l. c. *in terram, ad quam;* cod. H *in terra, quam.* Pro *ingredieris,* codd. B, H, L (seu Q) *ingrederis;* cf. ad VII, 1.

21. *votum voveris* — Codd. A, F, G, H, K, Brev. Goth. l. c., Concil. Aquisgr. edit. Hard. IV, 1424., Augustinus in *Spec.,* Agobardus CIV, 235., Rabanus I, 433., Placidus episc. CLXIII, 627. *voveris votum;* conf. Sabatier.; Pirminius l. c. tacet *votum.* Pro *tardabis,* cod. E et Concil. Aquisgr. l. c. *tardaveris.* Pro *illud,* cod. R, Pirminius, Agobardus, Humbertus ll. cc., all. *illum.*

Ibid. *Deus tuus* — Cod. H monet hebr. addere *a te,* et ita legunt Bibl. Lugdun. 1550. 1567., margo Ordin.; conf. Sabatier., cui ad-

*

des Augustini *Spec.* edit. Maii, c. LXV. Pro *moratus*, cod. A 1. m. *rememoratus*. Pro *reputabitur*, codd. B, D, E, F, gothic. leg., Placidus l. c. *reputabit;* cod. E, Humbertus Card. CXLIII, 1069. *imputabit*.

22. *Si nolueris*—God. E praemittit *Et;* cui hebraeus et veteres accedunt.

23. *Quod autem semel* — Brev. Goth. l. c. tacet *semel;* et mox pro *observabis*, legit *observa*. Pro *et propria*, Brev. Goth. l. c. *ex propria;* Pirminius et Rabanus ll. cc. praetermittunt nexum. Pro *et ore tuo*, cod. F *ex ore;* Rabanus et Placidus ll. cc. *ex ore tuo;* Conc. Aquisgr. l. c. *et ore;* Pirminius l. c. *et ore quod;* cod. S tacet *et*.

24. *comede* — Codd. A, R, Bibl. Complut., Reg., all., Ecbertus apud Hard. III, 1970. *comedes*. Mox pro *efferas*, Ecbertus l. c. *feras;* cod. R *efferes*.

25. *in segetem*—Particulam *in* tacent codd. C, D, T, U, Cas. 7., Thomas. l. c., veteres edd. ante Sixtum, Rabanus et Rupertus: sixtini illam ad fidem quamplurimorum codd. addiderunt. Pro *amici*, cod. Cas. 1. *proximi*, ut in versic. superiori. Pro *franges*, sixtini, codd. A, G, Cas. 5., Beda II, 392., Ecbertus l. c. *frange*. Post verba *et manu* addunt *tua* cod. F, Bruno ast., margo Ord., hebr. et veteres. Pro *conteres*, sixtini, codd. A, C 2. m., Beda l. c., Ecbertus l. c. *contere*. Pro *metes*, sixtini, gregoriani, codd. A, Cas. 1., Thomas. l. c., Beda l. c., Ecbertus l. c., Anselmus laud. CLXII, 1356. *metas;* Bruno ast. *metes id ipsum;* hebr. et veteres *metes segetem proximi tui*. Gregorius M. II, 1156. ex hoc versiculo haec habet *Per alienam messem transiens falcem mittere non debet; sed manu spicas conterere et manducare;* eadem leguntur in Capitular. Regg. Franc. CXXXVIII, 739. et in Decr. Gratiani (VI. q. 3. c. 1.) CLXXXVII, 737. et saepius apud Hincmarum, qui coniecturam inde fecisse videtur legendum *falcem autem non mittas*, pro eo quod Vulgatus habet *falce autem non metes;* cf. Hincmarus CXXV, 805. 1249. CXXVI, 198. 341. 500. 572. et Sabatier.; nec longe abest alexandrinus interpres: καὶ δρέπανον οὐ μὴ ἐπιβάλῃς ἐπ' ἀμητὸν τοῦ πλησίον σου.

Cap. XXIV, 1. *manu illius* — Rabanus, Atto verc. CXXXIV, 360. *manu eius;* item Tertullianus.

3. *oderit eam, dederitque ei* — Utrumque pronomen tacet Bruno ast.; e contrario post *dimiserit* addunt *eam* codd. Cas. 2., Ernulfus roffen. CLXIII, 1471., Bruno ast. et Rupertus; item hebr. et veteres.

4. *poterit* — Cod. B *poterat*. Mox Atto verc. l. c. et Bruno ast. tacent *in uxorem;* cod. F, Ernulfus l. c. omittunt *in*, ut graecus, sed cf. Holmes. Post verba *abominabilis facta* praetermittunt *est* Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., all. Pro *ne peccare*, codd. C 1. m., V, Cas. 2., Bibl. Ven. 1482., Lugdun. 1522., all., Beda II, 392. *nec peccare;* Glossa interlin. cum graeco *ne pollui*. Post *terram* cod. Cas. 1. tacet *tuam;* nec legunt hebr. et veteres. Post *Dominus Deus* non legunt *tuus* codd. C 1. m. H, armenus et duo codd. holmesiani. Pro *tradiderit tibi*, sixtini, codd. A, D, F, G, H, K, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Rupertus *tibi tradiderit;* codd. C, E *tibi dederit*.

5. *procedet* — Codd. A, C, Beda l. c. *procedat*. Pro *iniungetur publicae*, Rabanus *iniungatur publice:* nota scribi *publice* non modo iis in libris, qui vix ullam agnoscunt diphthongum, sed in aliis quoque non paucis, inter quos codd. A, D, priores edd. Rob. Steph., Bibl. Reg., all.

Ibid. *domi suae*—Sixtus, codd. A, B, C, D, F, G, R, S, T, U, V, omnes codd. Martianaei, Urbinas et fere omnes antiquiores edd. *domui suae;* at Toletus: « Lege *domi;* sic mss. et » Congregatio. » Hanc enim lectionem comprobarunt sixtini et gregoriani, eamdemque tenent non paucae ex hentenianis edd.; cf. Lucas Brug. et Bukentopius p. 399.; cod. E et Palatinus *domus suae;* cf. Bukentopius l. c. Pro *ut uno*, codd. Cas. 3. *et uno*.

6. *inferiorem, et superiorem*—Gregorius M. I, 1091. IV, 125., Taio LXXX, 904., Isidorus V, 465., Beda II, 392. IV, 412., Agobardus CIV, 324., Godefridus CLXXIV, 180. *su-*

periorem, aut inferiorem; codd. F, N tacent *et superiorem.* Pro *quia animam,* codd. N, P *qui animam;* cod. N adnotat : « Antiqui legunt » *qui.* De *qui* accipiendum est *eius;* unde non » video quid possit esse suppositum huius » verbi *apposuit* secundum illos, qui pro *qui,* » apponunt *quia:* sed et *qui* causalitatem ple- » rumque importat. Require supra ad XXI. » (v. 14.). » At cf. Lucas Brugensis.

Ibid. *opposuit* — Sixtus, codices et veteres edd. fere omnes, Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Bruno ast., Rupertus *apposuit;* at Toletus scribit: « Lege *opposuit;* sic mss. et » Congregatio. » Nempe sixtini, quibus suffragantur pauci codd. inter quos E, F; Lucas quoque Brugens. notat: « *opposuit,* quod est » obligavit seu oppignoravit, eleganter emen- » datum est ex *apposuit,* quod est in aliis » exemplaribus. » Cf. Bukentopius p. 24. et Lorinus in h. l.; Vallarsius errat tribuens Vulgato *posuit.*

7. *acceperit* — Sixtini, codd. A, E, F, G, K, gothic. leg., Augustinus in *Spec.*, Hincmarus CXXV, 643. *accipiens;* Bruno ast. et nonnulli codd. Augustini *accipiet;* codd. Cas. 2. *acceperint.*

8. *Observa diligenter* — Codd. Cas. 7. *Cave.* Post *incurras* addunt *in* sixtini, codd. A, B, C, D, E, G, K, R, S, T, U, V, Cas. 19., Rupertus, Bruno ast. Pro *facies,* codd. A, V, Rabanus *facias.* Pro *quaecumque docuerint,* codd. K, V, Rupertus *quodcumque docuerint;* Rabanus *quaecumque docent.* Mox idem Rabanus tacet *et* ante *imple,* cui consentiunt hebr. et veteres; sed cf. Holmes. (v. 10.)

9. *Mementote* — Codd. C 1. m., N, P, codex s. Victoris a Stephano et lovanien. laudatus, Bibl. Rob. Steph. 1532., Bruno ast.; Rupertus *Memento;* item hebr. et veteres; sed cf. Holmes. (v. 11.) et infra vers. 18.; Bruno ast. *Memento quaeso.* Pro *Deus vester,* cod. R et laudatus cod. s. Victoris, et Bibl. Rob. Steph. 1532. *Deus tuus,* ut hebr. et veteres.

Ibid. *Mariae in via cum* — Sixtus interpunxerat *Mariae in via, cum,* et ita habent postremae romanae edd. ann. 1765. 1768. 1784.; gregoriani vero fecerant *Mariae, in via cum,* et ita est in principe edit. clementina an. 1592.; at altera et tertia editio clementina, itemque reliquae edd. romanae nullam habent interpunctionem. Eadem varietas est quoque in graecis edd.

10. *Cum repetes* — Bibl. Lugdun. 1535., Rupertus *Cumque repetes;* accedunt syrus, arabs, slav. mosq., armenus et multi graeci codices; codd. E, U, Cas. 2. *Cum repetis.* Pro *domum,* cod. K, Rabanus, item Ambrosius et Augustinus *in domum.*

11. *tibi proferet* — Cod. A *tibi profert;* Rabanus cum Ambrosio et Augustino *proferet tibi.*

12. *sin autem* — Codd. et veteres edd. plures *si autem.* Cod. H notat hebr. addere *eius* post *pignus;* cf. Holmes.

13. *reddes ei* — Cod. Cas. 1. tacet pronomen; item graecus et duo codd. Kennic., sed conf. Holmes. Pro *ut dormiens in vestimento suo, benedicat,* Brev. Goth. l. c. *et dormiet in vestimento suo, ut benedicat;* Augustinus cum graeco *et dormiet in vestimento suo, et benedicet;* pro *suo,* cod. E *tuo.* Mox pro *et habeas,* cod. E *ut habeas.* Post *Domino Deo* tacent *tuo* Bibl. Antuerp. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569. et duo codd. holmesiani.

14. *negabis* — Cod. H notat hebr. legere *calumnieris;* Aquila quoque interpretatus est συκοφαντήσεις; at melius alexandrinus ἀπαδικήσεις, vel, ut alii codd. cum graeco veneto habent, ἀποστερήσεις. Pro *mercedem indigentis, et pauperis,* Defensor LXXXVIII, 674. *mercedem tuam egenis et pauperibus.* Mox Brev. Goth. l. c. pergit *fratribus tuis, sive advenis, qui tecum morantur in terra, et intra portas tuas sunt;* nec obstant veteres. Post *in terra* addunt *tua* codd. E, G, R, Cas. 1., hebr. et veteres.

15. *reddes ei* — Cod. Cas. 1. tacet *ei;* apud Rabanum legitur *reddes et.* Vallarsius mendose pro *sustentat,* protulit *sustentant.* Pro *contra te ad Dominum,* cod. B *contra Dominum.* Pro *et reputetur,* Agobardus CIV, 250. *et fiat,* ut supra XV, 9.

16. *pro peccato suo* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, K, T, V, Augustinus in *Spec.*, Prudentius trec. l. c., Brev. Goth. p. 435. *pro suo peccato;* Rabanus *in suo peccato,* ut Hieronymus IV, 778. et II Paral. XXV, 4.; Rupertus *in peccato suo,* ut Num. XXVII, 3. IV Reg. XIV, 6.; cf. Holmes. et Sabatier. cui addes Augustinum in *Spec.* ed. Maii, c. LXIX.; nec aliter hebr. בחטאו. Pro *morietur,* Brev. Goth. l. c. *moritur.*

17. *nec auferes* — Cod. C, Thomas l. c. *non auferes;* Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. XI. *non accipies;* conf. Sabatierius; cod. O notat alios cum graeco legere *et non auferes;* conf. Holmesius qui adnotare praetermisit codicem quoque vaticanum cum alexandrino legere καὶ οὐκ ἐνεχυράς, prout ad calcem maianae editionis emendavimus.

18. *servieris in Aegypto, et eruerit* — Brev. Goth. l. c. *servieras in Aegypto, et eruit;* cod. quoque D legit *eruit,* neque repugnant hebr. et graecus; Bruno ast. praemittit *et tu,* ut infra vers. 22.; cf. Holmes. Idem Bruno mox tacet *inde,* ut samaritanus textus et interpres, arabs (at conf. varr. lectt. in tom. VI. polyglott. londin.) et cod. 94. Kennicotti, cui ex nostra collatione accedit codex hebr. quem inter exteros sub n. 56. recensuit De-Rossi. Cod. Cas. 1. addit *ego* ante *praecipio;* quod hebr. quoque et graecus exprimunt.

19. *non revertéris* — Brev. Goth. l. c. *non revertaris;* Bruno ast. *ne revertaris.* Pro *tollas illum,* codd. C, D, E, F, G, K, S, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ordin., all., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *tollas eum;* cod. A *tollas illud;* « nam *manipulum,* ait Forcell., neutro gen. » habent quidam codices *Spart. Hadr. 10.,* » teste Salmasio. » Brev. Goth. l. c. *colligas eum;* mox prosequitur: *sed advenae, pupillo, et viduae relinques;* cf. vers. seq., ubi hebr. et graecus eadem verba habent; post *advenam* tacent quoque nexum cod. B, hebr., graecus ven., chald. et persa; Bruno ast. et Rupertus pro *auferre patiéris,* legunt *patiéris auferre.* Post *Dominus Deus* Rabanus cum Augustino tacet *tuus.*

20. *collegeris* — Sixtini, gregoriani, codd. A, C, D, E, F, H, K, O, T, U, Cas. 20., Thomas. l. c., Augustinus in *Spec.*, Rabanus, Rupertus *colliges;* cod. B *colligens;* conf. Holmes. Post *olivarum* cod. E addit *tuarum;* accedunt hebr. et veteres, excepto graeco. Post *advenae* codd. F, V addunt *et,* quibus favent graecus, syrus, arabs et tres codd. Kennicotti; cf. versic. superiori; utroque loco mendosa est latina versio Onkelosi in polyglottis.

21. *in usus advenae, pupilli, ac viduae* — Haec manifesto turbata sunt in cod. B qui legit *in usus ad viduam, pupilli, et advenae.*

22. *et tu servieris* — Brev. Goth. l. c. *tu servus eras;* apud Augustinum *famulus eras;* hebr. et graecus *servus fuisti.* Pro *et idcirco praecipio,* codd. C, D, E, F, N, P, T, U, in *Spec.* Augustinus *et idcirco praecipiam;* cod. N notat: « Antiqui legunt *praecipiam.* » Codd. N*, V praetermittunt *et,* uti supra ad v. 18.; consentiunt hebr. et veteres.

Cap. XXV, 1. *iustum esse perspexerint, illi iustitiae palmam* — Cod. B *iustum perspexerint, illi iustitiam palam,* quod Mariana et Lorinus adprobare videntur. Nobis semel monuisse sufficiat hoc capitulo Hieronymum sacri textus sensa ita libere eleganterque reddidisse, ut eius locutiones cum hebraico textu nonnisi aegerrime pro re critica conferri possint. Post *condemnabunt* cod. Cas. 1. addit *eum.*

2. *Sin autem eum* — Non pauci codd. et vett. edd. *Si autem eum;* cod. Cas. 1. tacet *autem;* Augustinus in *Spec.* omittit *eum.* Pro *peccavit,* codd. G, S, V, Cas. 1. *peccaverit.* Pro *viderint,* cod. K *audierint.* Post *prosternent* cod. Cas. 1. et Petrus Com. addunt *eum;* accedunt hebr. et veteres. Post *mensura peccati* tacent *erit* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. Pro *plagarum,* cod. V *flagellorum,* et in margine notat alias legi *plagarum;* Isidorus quoque V, 475. et Beda II, 393. legisse *flagellorum* videntur.

3. *ita dumtaxat* — Bruno ast. *ita tamen.* Pro *excedant,* cod. G, Bruno ast., Rupertus, Petrus Com. *excedat;* hebr. וסיף. Pro *oculos*

tuos, Bibl. Ven. 1492. 1497., Brix. 1496., all. *oculos suos*, sed mendose.

Ibid. *abeat* — Lucas Brugensis scribit: « Unum manuscriptum pro *abeat*, legit *ha-* » *beatur;* alterum monstrat signum varietatis: » verisimilis est coniectura legendum *iaceat.*» Ex nostris legunt *habeatur* codd. F 1. m., G et Rupertus; idque ex eo ortum videtur quod plures librarii mendose scribere solebant *habeat*, cum adiecta adspiratione, pro *abeat*. Lectionem, quam nonnisi ex probabili coniectura praetulit Lucas Brugen., retinent codd. A, Cas. 1., Rabanus, Atto verc. CXXXIV, 477., eamdemque sequuti sunt sixtini; Toletus autem notavit: « In Compl. et Reg. est » *obeat;* in mss. *iaceat;* in Ordin. et commu- » niter in impressis *abeat;* in hebr. et graeco » *vilescat.* » Nimirum legunt *obeat* codd. Cas. 2., fere omnes veteres edd. ante alteram Rob. Steph., quae prodiit an. 1532., et Petrus Dam. CXLIV, 415. 434.; hinc eodem sensu gregoriani primo scripserant *pereat;* cod. H notat hebr. legere *sit;* verum hodiernam lectionem confirmant latini codices quamplures, posteriores edd. Rob. Steph., hentenianae, all.; neque obstant hebr. et veteres; nam pro eo quod Vulgatus habet *foede laceratus abeat*, hebr. legit ונקלה quod est *niph.* a קלה, *ignominia affectus est;* hinc alexandrinus ἀσχημονήσει, graecus ven. ἀτιμασθῇ, Augustinus *deturpabitur*.

4. *ligabis*—Codd. G, Cas. 1., Gregorius M. I, 24., Isidorus V, 463., Beda l. c., Rupertus *alligabis*, uti legimus I Cor. IX, 9. et I Tim. V, 18.; conf. Sabatierius. Alibi Gregorius M. I, 1160. 1193. II, 19. *obturabis;* conf. Sabatierius in I Cor. l. c. Pro *bovis terentis*, cod. Cas. 1., Gregorius M. ll. cc., Isidorus l. c., Bruno ast. *bovi trituranti;* item Ambrosius, Hieronymus et Paullus ll. cc.; codd. A, F, G, S, V, Cas. 5., Bibl. Ordin., Ven. 1511., priores edd. Rob. Steph., all., Beda l. c. *bovis triturantis;* hanc autem lectionem codex O respuit; cf. Holmes. Plura ex antiquis patribus facile coacervari possent, at consulto abstinemus; suasum enim nobis est omnes huius loci latinas varietates ex paullinis epistolis, potius quam ex Deuteronomio derivatas esse, proindeque illas ad praesentem quaestionem minus pertinere.

5. *absque liberis mortuus fuerit* — Bruno ast. *mortuus fuerit absque liberis*. Pro *accipiet*, Ecbertus apud Hard. III, 1976. *accipiat*, ut Augustinus in Psal. XLIV.

6. *nomine illius*—Ecbertus l. c. *nomine eius*.

7. *Sin autem*—Ut alias saepe, codices non pauci *Si autem*. Pro *ei lege*, cod. S *ei ex lege;* Bibl. Lugd. 1535. *ei in lege*. Pro *suscitare nomen*, Sixtus, codd. B, C, D, E, F, N, R, S, T, U, V, veteres editiones ante annum 1528., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *suscitare semen;* at Toletus: « Lege *nomen;* sic hebr., » graecus, mss. et utraque Congregatio. » Sixtini enim et gregoriani hodiernam lectionem praetulerunt, cui suffragantur codd. A, G, H, L 4 (seu Q), Cas. 16., Isidorus Clarius, priores edd. Rob. Steph., all., Glossa interlinearis, Ecbertus l. c.; item ex graeco Augustinus et veteres interpretes; cf. Ruth IV, 5. 10., Lucas Brugensis et Bukentopius p. 154. Perperam supponit Lorinus editiones clementinas legere *suscitare semen;* adeoque frustra ex hoc loco demonstrare pergit *semen* idem significare ac *nomen* quod in hebraeo et antiquis interpretibus legitur. Mox cod. Cas. 1. tacet *in Israel*.

Ibid. *in coniugem* — Sixtus, codd. B, C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, goth. legion., fere omnes veteres edd. ante stephanicas, Ecbertus l. c., Rupertus *in coniugium;* Toletus vero notat: « Lege *in coniugem;* sic mss. et utra- » que Congregatio. » Ita enim legunt sixtini, gregoriani, codd. A, H, Rabanus, Bruno ast., priores edd. Rob. Steph. et ex hentenianis edd. Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugd. 1569., Ven. 1572. 1576. 1578. 1579. 1583.; hebraicum textum ad utramque lectionem trahi posse adnotavit Bukentopius p. 399.

8. *facient* — Cod. B *faciat*. Post verbum *interrogabunt* Ecbertus l. c. addit *eum*, cui favent hebr. et veteres.

9. *accedet mulier ad eum* — Codd. F, U, V *accedat ad eum mulier;* Bruno ast. tacet *mulier;* cod. H notat hebr. legere *accedet cognata eius ad eum.* Pro *senioribus,* cod. B 1. m. *mulieribus,* haud dubio ex scriptoris vitio. Pro *et tollet,* codd. B, C, Cas. 2. *et tollat;* Rupertus *tolletque.* Pro *pede,* codd. B, V *pedibus;* sed hebr. et veteres obstant. Pro *faciem illius,* codd. A, G, R, S, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all., Ecbertus l. c., Rabanus, Rupertus *faciem eius.* Pro *Sic fiet,* sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, K, Cas. 2. *Sic fit;* codd. Cas. 7., Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., all., Rupertus *Sic fiat.*

10. *nomen illius* — Codd. A, R, Ecbertus l. c. *nomen eius.* Pro *discalceati,* codd. A, C scribunt *discultiati;* codd. D, E *disculciati* (conf. ad Is. XX, 2.), cuius vocis etymon et vis nobis non liquet.

11. *viri duo*—Tacent *duo* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, L 5., O, T, U, Cas. 7., Thomas. I, 56., Bibl. Ordin., Augustinus in *Spec.,* Beda II, 394., Rabanus, Rupertus, Hugo; item hebr. et plerique veterum, sed cf. Montfauconii *Hexapla* et Holmesius; Bruno ast. legit *duo viri.* Pro *contra alterum,* Rupertus *contra alium.* Pro *coeperit,* codd. E, H, K, R, Cas. 2., in *Spec.* Augustinus *coeperint.* Post *alterius* Rupertus addit *viri.* Pro *de manu,* cod. A *de manibus;* accedunt syrus et armenus. Cod. H notat hebr. legere *percutientis,* pro *fortioris.*

Ibid. *miseritque* — Legunt *miserit* sixtini, codd. A, B, C, E, G, K, S, Cas. 19., goth. leg., Bibl. Ordin., Augustinus in *Spec.,* Rabanus, Rupertus: « Quidam antiqui libri tollunt en» cliticam coniunctionem » ait Lucas Brug.; et Lorinus scribit: « Potuisset particula *que* » omitti sine iactura contextus, immo cum » magis expedita orationis constructione. »

12. *abscides* — Sixtus, cod. S, edd. fere omnes seculi XVI., Beda l. c., Rabanus, Bruno ast., Rupertus *abscindes;* Rocca prius emendaverat, dein restituit *abscindes;* it. in scheda adnexa codici vatic. 6879. adnotatum reperimus: « Lege *abscindes* pro *abscides.* » Verum secunda manus ibidem adiecit: « At sic ha» bent veteres codices, et bene; non enim » est a *scindo,* sed a *caedo.* » Idque Lucas quoque Brugensis adnotavit; recte igitur hodiernam lectionem comprobarunt sixtini, gregoriani et Toletus, cui suffragantur veteres codices et editiones seculi XV.; conf. Matth. V, 30. Pro *super eam,* sixtini, gregoriani, codd. A, F, G, S *super ea;* Rabanus *super illam;* graecus ἐπ' αὐτῆ, item syrus et arabs; reliqui cum hebraeo silent.

13. *Non habebis*—Cod. F *Non habeas.* Pro *sacculo,* Pirminius LXXXIX, 1038. mendose *saeculo;* conf. ad Prov. XVI, 11. ubi eiusdem erroris insigne exemplum occurrit; Beda l. c. *siclo;* Lucifer calar. *sacco.*

14. *et minor* — Cod. F *aut minor;* graecus ἢ μικρόν, sed conf. Holmes.

15. *habebis* — Bibl. Ordin. *habebit.* Ante *modius* Rupertus et Pirminius l. c. tacent *et;* item hebr., chaldaeus, graecus ven. et georg. Pro *et verus,* Pirminius l. c. *et iustus;* accedunt hebr. et graecus; cf. Sabatierius; codd. A, B tacent. Pro *multo vivas tempore,* Brev. Goth. p. 435. et Rupertus *vivas multo tempore;* Bruno ast. *multo tempore vivas.* Post *Dominus Deus* Rupertus tacet *tuus;* item ms. Floriac. apud Sabatierium, et Augustini *Spec.* ed. Maii, c. LXIV., nec non pauci graeci codices et arabs.

16. *abominatur*—Codd. A, E, F, R, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Bruno ast., Hugo *abominabitur;* cod. Floriac. apud Sabatier. legit *abominatus;* at Augustini *Spec.,* edit. Maii l. c. habet *abominandus;* graecus vero βδέλυγμα, cui hebr. et reliqui consentiunt.

Ibid. *enim Dominus tuus eum* — Cod. B legit *eum Dominus;* cod. G. *enim eum Dominus;* Rupertus *enim Dominus Deus eum:* triplex praeterea a nobis distinguitur huius loci lectio. Prima ea est quam unice tamquam legitimam habemus, quamque superius posuimus, nempe *enim Dominus tuus eum;* hanc enim lectionem ex posterioribus editionibus Rob. Stephani receperunt lovanienses; hanc post innumeras edd. hentenianas servarunt

omnes editiones vaticanae, et praeterea Biblia edita Romae anno 1618. et 1671. Altera ea est quae communior hodie, magisque vulgata, licet absque idonea ulla auctoritate, evasit; quamque prius intulerant Robertus Stephanus anno 1532. et Isidorus Clarius, nempe *enim Dominus Deus tuus eum;* haec enim lectio non modo propagata fuit ad illas edd. quae ex laudatis Bibliis Rob. Stephani prodierunt (Ant. 1537. 1538., Ven. 1538. 1544., Lugdun. 1551. 1556. 1561.), sed insuper vel ab ineunte seculo XVII. (Ant. 1603. 1608.), ex privata in primis, uti credere est, plantinianorum editorum industria, vel potius temeritate, omnes prope clementinas editiones usque ad hanc nostram aetatem occupavit; quin tamen vel Lucas Brugensis, vel Bukentopius, vel alius quispiam, quod sciamus, hanc varietatem adnotaverit, aut eiusdem rationem reddere studuerit. Sicque ex. gr. hanc lectionem exhibet Vulgatus in polyglottis londinensibus, in Bibliis Paris. 1827. 1837. 1853., Londin. 1843., Taurin. 1851.; immo et in Bibl. Rom. 1765. 1768. 1784. Quae quidem legendi ratio etsi nullum apud latinos habet praesidium, cum hebraeo tamen antiquisque interpretibus consentit: hinc cod. H adnotat hebraeum addere *Deus tuus*. Verum animadverte tresdecim codices hebraicos et quatuor chaldaicos (apud De-Rossi *Varr. Lectt.*), quibus accedit arabs (at conf. variae lectt. arab. in tom. VI. polyglott. londin.), et Augustini *Spec.*, edit. Maii l. c. omittere אלהיך, proindeque suffragari alteri lectioni, de qua iam est disserendum. Tertia enim lectio, quam apud latinos critica momenta fere admittunt, habet tantum *enim Dominus eum;* ita legunt sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, O, R, S, T, U, V, veteres editiones ante annum 1532., Prudentius trec. l. c., Rabanus, Bruno ast., itemque Biblia edita Romae anno 1624. Ex his quae hactenus prolata sunt facile colliget lector quanta fuerit editorum licentia in reformanda seu potius corrumpenda legitima Vulgati lectione, quamque parum fidendum sit vulgatis Bibliorum editionibus quae privatorum hominum industria tum alibi, tum etiam Romae prodierunt. Colliget quoque sixtinos censores optimam latinorum codicum lectionem de more praetulisse, sapienterque ea quae lovaniensibus exciderant castigasse. Quamquam enim reliqui pontificii censores illorum correctionem neglexerint, nobisque, donec aliter decreverit Pontificum auctoritas, omnino ea pro vulgata retinenda sit lectio, quam vaticanae editiones ratam habuerunt, nihilominus in re critica lectionem quam sixtini admiserunt nemo contemnendam aut posthabendam censebit.

Ibid. *aversatur* — Codd. N, O, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., all., Rabanus, Bruno ast. *adversatur*. Pro *omnem iniustitiam*, cod. Cas. 1. *omni iniustitia;* cod. U *omne iniustum*.

17. *quae fecerit* — Thomas. l. c. *quod fecerit*. Pro *ex Aegypto*, Rabanus *de Aegypto*.

18. *occurrerit* — Codd. E, S *occurrit;* favet hebraeus. Pro *et extremos*, cod. A *ut extremos*. Pro *residebant*, cod. B *residerant;* Rabanus *resederant*. Pro *ceciderit*, codd. A, R, V *ceciderint;* cod. Cas. 1. *exciderint*. Pro *Deum*, codd. B, F *Dominum;* uti graecus cod. alexandrinus et Targum.

19. *subiecerit* — Codd. F, R addunt *tibi*. Mox cod. B omittebat *cunctas;* at ibidem post *nationes* additur *multas*. Cod. H monet hebr. legere *delebis memoriam*, pro *delebis nomen;* at graecus quoque interpretatur ἐξαλείψεις τὸ ὄνομα. Pro *sub caelo*, Bibl. Lugd. 1535., Petrus Com. *de sub caelo;* accedunt hebr. et graecus; cf. supra ad IX, 14.

Cap. XXVI, 1. *Cumque* — Rabanus, Gerhohus CXCIV, 1375. *Cum;* particula enim coniunctiva non semper fungitur coniungendi officio, sed redundat interdum, quod de hoc loco concedi posse autumat Lorinus. Pro *tibi daturus est*, codd. E, K, V, Miss. rom. (edit. vatic. 1609.) in Sabb. quatuor temp. Pentec. *daturus est tibi;* Rupertus *daturus tibi est;* codd. C 1. m., R tacent *tibi*, ut cod. 18. Kenn. Pro *in ea*, legunt *in illa* sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, R, S, T, U, V, Cas. fere omnes,

goth. legion., Bibl. Ven. 1476. 1480., Ord., Reg., all., Rabanus, Rupertus.

2. *frugibus tuis* — Tacent pronomen sixtini, codd. A, B, E, K, Cas. 1., goth. legion.; item hebr. et graecus, sed isti addunt *terrae tuae*. Pro *cartallo*, Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *cartalo;* nam apud Hesychium scribitur *κάρταλον*. Forcellinius inter voces expulsas posuerat *cartallus κάρταλλος, cophinus, corbis;* at vero eiusdem lexici editores lipsienses ex Vulgati testimonio hanc vocem admiserunt; adde veterem Italam eamdem vocem exhibere ad Ierem. VI, 9.; Beda I, 129. scribit: « Κάρταλλος graece, latine » *fiscella*. » Cod. N adnotat antiquos scribere *cartallum* per *c* litteram capitalem, non per *q;* nonnulli enim scribebant *quartallus*, uti est in Glossario edito a Maio, *Class. AA. VIII, 491.;* conf. Cangius. Pro *pergesque*, cod. A *pergensque*.

3. *Profiteor*—Codd. F, Cas. 1. addunt *tibi*. Pro *sum in terram*, sixtini, codd. A, C, E, F, H, K, R, T, U, Cas. plerique *sim terram;* cod. D, Hugo *sim in terra*. Post *iuravit* cod. sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lugdun. 1550., all. addunt *Dominus;* item hebr. et veteres.

4. *de manu tua* — Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, N, O, T, U, V, Cas. 20., goth. leg., posteriores edd. Rob. Steph., Bibl. Lov., all., Rupertus, Hugo, Abulensis *de manu eius;* at Toletus: « Lege *tua;* sic hebr., grae» cus, Compl., Reg., Ord., mss. sex et utra» que Congregatio. » Ita revera legunt sixtini, gregoriani, codd. H, L 6., M, N*, R, S, et antiquiores editiones omnes; codd. N, O adnotant: « Alii habent *tua*, ut hebr. et grae» cus; sed antiqui apponunt *eius;* require ad » Ex. XXIX. (v. 26.). » Pro *Dei tui*, Glossa interlinearis, codd. G, S, Cas. 4. *Dei sui*.

5. *Dei tui* — Rupertus addit *ante altare;* ex superiori versiculo. Pro *ac robustam*, sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, goth. leg., Rabanus, all. *et robustam*.

7. *respexit*—Rabanus *respexit nos, et*. Pro *angustiam*, sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, K, R, S, U, V, Cas. plerique, Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all., Rupertus *angustias;* pro hac lectione quadraginta quatuor hebraicos codices De-Rossi profert.

8. *eduxit* — Cod. C 1. m. *deduxit*. Post *pavore* cod. K addit *et*, ut hebr. et veteres.

9. *terram* — Cod. H addit *hanc;* consentiunt hebr. et veteres. Mox Rupertus *manantem lacte et melle*.

10. *nunc offero* — Codd. G, R, S, Cas. 1. addunt *tibi*, quod recte in cod. O expungitur; Bibl. Paris. 1566. tacent *nunc*. Pro *frugum terrae*, cod. B *terrae frugum*. Pro *Dominus dedit mihi*, codd. A, E *dedit Dominus mihi;* codd. B, F 2. m., G, S, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1482., all. *Dominus Deus dedit mihi;* codd. F 1. m., V, Gerhohus CXCIV, 1377. *Dominus Deus tuus dedit mihi*.

10. 11. *tui, et adorato Domino Deo tuo. Et epulaberis* — Non una est hoc loco lectionis varietas. Sixtus habet *tui: et adorato Domino Deo tuo: epulaberis;* hanc lectionem cod. O modernis codicibus tribuit; hanc sequuntur veteres Vulgati editiones, quae tamen quoad interpungendi rationem mire dissentiunt; nam post *tuo* aliae maiorem, minorem aliae, aliae nullam interpunctionem habent. Hisce suffragantur codd. G, H, R, S, V, Bibl. Rom. 1768., Miss. rom. l. c., Amalarius CV, 1080., Gerhohus CXCIV, 1377.; item plures ex his qui vulgari lingua Bibliorum interpretationes ex latino derivatas ediderunt; sic Martini italica interpretatio habet: *e dopo di aver adorato il Signore Dio tuo, farai banchetto;* et gallica De Vence: *et après avoir adoré le Seigneur votre Dieu, vous vous nourrirez avec joie*. De hac autem interpretandi ratione, quam alii quoque plures sequuntur, infra sermo redibit. At Toletus post *tuo* adiecit *et* cum hac adnotatione: « Sic hebraeus, graecus, mss. et » utraque Congregatio. » Nam sixtini, gregoriani, codd. B, C, D, E, F, K, N, O, T, U, aliique codices a Sirleto memorati et Rabanus habent *tui, adorato Domino Deo tuo. Et epulaberis;* cod. N diserte adnotat: « Non est

» interponendum *et* post *tui;* et principium » versus est *adorato.* » Angelus Rocca primo nexum restituerat in priori membro (de quo silet Toletus), atque in altero expunxerat; dein coniunctionis particulam utroque loco adscripsit. De posteriori rursum dubitat nihilque definit auctor laudatae schedae vaticanae; at secunda manus ibidem subdit: « Divisi sunt codices et hebraeus utroque » trahi potest. » Controversiam exponit Bukentopius p. 154. ubi scribit: « Notat quidem » heic Franciscus Lucas: *Non est omittenda* » *ea quae praemittitur voci* epulaberis *coniun-* » *ctio* et. Sed, salvo meliori iudicio, mihi om- » nino videtur ea superfluere, si retineatur » lectio versus decimi *et adorato Domino Deo* » *tuo.* Patet enim ad oculum expendenti ver- » ba, congruentius tunc omitti, prout omit- » tunt Biblia lovaniensium, et pleraque alia, » signanter exemplar vaticanum Sixti V. et » editio nova operum s. Hieronymi. Aut certe » si retinere velis illam coniunctionem *et,* eo » quod reperiatur in graeco et hebraeo, tunc » praestaret pro *et adorato Domino Deo tuo,* » legere *et adorato Dominum Deum tuum;* ita » ut istud *adorato* sumatur tamquam verbum » imperativum, non autem tamquam partici- » pium passivum in ablativo absoluto, quali- » ter necesse est ut accipiatur in lectione mo- » derna Vulgatae nostrae. Si autem ita, sicut » suggessi, poneretur in accusativo *adorato* » *Dominum* etc., tunc omnis difficultas et in- » congruitas cessaret; essetque lectio confor- » mis hebraeo et graeco, in quibus est *et ado-* » *rabis Dominum Deum tuum, et epulaberis.* » Ad haec Bukentopii verba in primis adnotamus Lucae Brugensis sententiam ab illo excitatam legi in libello *romanarum correctionum;* at vero ex altero libello quo *lectionum varietates* proposuit, patet Brugensem loci difficultatem persensisse, eamque non inani coniectura, sed ope latinorum testium recte solvendam censuisse; scribit enim: « *et ado-* » *rato.* Boni libri omittunt copulativam *et* hoc » loco; et initio proximi versus addunt *et* » *epulaberis.* » Re quidem vera haec est, ut vidimus, plurimorum codicum lectio, quae orationem reddit satis planam. Hanc lectionem expressit duacensis Bibliorum interpretatio, quae sic se habet *adoring the Lord thy God. And thou shalt feast.* Praeterea Bukentopius, itemque Lorinus, aliique supponunt verba *adorato Domino Deo tuo,* necessario accipienda esse in hodierna lectione pro ablativo absoluto; ex hac autem hypothesi asserunt saniorem esse veterum Vulgati editionum lectionem. At vero apte nos docet Card. Maius (in *novo Glossario* edito in *Spicil. rom. tom. IX. pag. 2.*) illud *adorato* imperativum esse, atque cum tertio casu constructum: huius autem singularis positionis exempla nonnulla ex veteri Itala ibidem Maius protulit. Nos hodiernam Vulgati lectionem, quam aliunde vetustissimus codex A confirmat, alia ratione propugnari posse negamus.

11. *dederit* — Codd. Cas. 2. *dedit,* nec obstant hebr. et graecus. Pro *advena qui tecum est,* codd. Cas. 13. *advenae qui tecum sunt.*

12. *decimam* — Sixtini, codd. A, K, Cas. 12. *decimas.* Pro *Levitae,* cod. B *Levitis;* ut targum Ionathani et hierosolymitanum. Pro *et saturentur,* cod. T *ut saturentur.*

13. *Abstuli* — Veteres codices et editiones paene omnes, Agobardus CIV, 246. *Attuli;* quod emendarunt sixtini; recte Lucas Brugensis: « Adulterinum est, inquit, quod alii » libri legunt *Attuli,* quasi dicat se huc e » domo sua adferre; cum e contrario, negans » se domi suae retinuisse, profiteatur se dis- » tribuisse egenis. Genuina igitur lectio est » *Abstuli,* quae et hebraeo, chaldaeo graeco- » que consentanea est. » Conf. Bukentopius p. 155. et Lorinus in h. l. qui etsi profiteatur in nostris editionibus recte vel restitutum, vel positum fuisse *Abstuli,* tamen alteram lectionem defendi posse contendit; at nos vehementer dubitamus atque veremur ne eius sententia eruditis probetur. Post *Levitae* Rupertus tacet *et,* cui consentiunt samaritanus, Ionathanus, arabs Erpenii, graecus ven. et quamplurimi codices hebr. et chaldaici apud De-Rossi.

*

Ibid. *et pupillo ac viduae* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, R, S, T, U, V, Rupertus *pupillo et viduae;* codd. B, H *pupillo ac viduae;* item hebr., sed conf. De-Rossi. Post *imperii* tacent *tui* sixtini, codd. A, C, D, E, H, K, N, O, T, U, Cas. 15., goth. legion., Bibl. Paris. 1566., all., Agobardus l. c. et Rupertus. In hebr. et graeco vacat. Cod. Cas. 1. legit *operis tui.*

14. *Non comedi* — Rabanus *Nec comedi,* ut graecus, syrus, arabs, persa et tres codices Kenn. Pro *separavi ea,* cod. F *separavi eam;* Agobardus l. c. tacet *ea;* et post *immunditia* addit *mea.* Pro *ex his quidquam,* Bibl. Ant. 1559. 1563. 1565., Lugd. 1569., Franc. ad M. 1566. *de his quidquam;* codd. A, T, V, gothic. legion., Bibl. Lugd. 1535., Rabanus *ex eis quidquam.*

15. *Respice*—Addunt *Domine* cod. Cas. 1., Miss. rom. in sabbato post Dom. I. Quadr., Thomas. V, 300., Alcuinus I, 156.; cf. locus parallelus Baruch II, 16. Post *sanctuario tuo* tacent *et* sixtini, codd. A, C, D, E, K, R, Cas. 12., goth. leg.; consentiunt hebr. et veteres. Pro *terrae lacte et melle mananti,* codd. K, R, Rupertus *terram lacte et melle manantem.* Mox cod. Cas. 1. et Miss. rom. l. c. addunt *Audi Israel.*

16. *mandata haec* — Cod. Cas. 1. et Miss. rom. l. c. *mandata eius.* Pro *et custodias,* Sixtus, codd. C 1. m., D, O, R, S, T, U, V et fere omnes veteres edd. *ut custodias;* hodiernam lectionem induxerunt sixtini, gregoriani et Toletus, quibus favent codd. A, B, C 2. m., E, F, H, aliique, priores edd. Rob. Steph., all., hebr. et graecus.

17. *et custodias* — Sixtus et plures ex antiquis edd. *ut custodias;* neque obstant hebr. et graecus; at sixtini, gregoriani et Toletus ad fidem priscorum codicum emendarunt; hisce accedunt Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all. Post *mandata* codd. S, Cas. 2. addunt *eius;* item hebr. et veteres, excepto graeco.

18. *et Dominus* — Sixtus, codd. B, C, D, E, R, S, T, U, Cas. plerique, et plures veteres edd. *En Dominus;* at Toletus: « Lege *et;* » sic hebr., graecus, mss. et utraque Con» gregatio. » Nam ita legunt sixtini, gregoriani, codd. A, F, G, H, K, L 4. (seu Q), V, Cas. 6., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph., all.; unde Lucas Brugensis adnotat: « Con» iunctionem *et* quidam vertunt in adverbium » demonstrandi *En;* sed pessime. » Pro *et custodias,* cod. C *et custodies;* codd. S, Cas. 1. *ut custodias.* Pro *praecepta illius,* sixtini, codd. A, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ordin. *praecepta eius.*

19. *et faciat*—Sixtus, cod. R, et fere omnes veteres editiones *et faciet;* cf. Holmesius; Toletus notat: « Lege *faciat;* sic hebr., graecus, » mss. et utraque Congregatio. » Nam emendarunt ad fidem codicum sixtini et gregoriani, quibus accedunt priores edd. Rob. Stephani. Pro *et nomen,* cod. B *et in nomen;* hebr. ולשם. Cod. H notat hebr. non legere *suam* post *gloriam,* quod et Nobilius animadvertit. Pro *ut sis,* codd. G, plerique Cas. *et sis;* cod. H *et ut sis;* item hebr. et veteres, praeter graecum (de quo cf. Holmes.) et Ionathanum. Post *locutus est* addunt *tibi* cod. R 2. m., Miss. rom. l. c., Thomas. V, 300.; item syrus, arabs, cod. 265. derossianus et duo codd. holmesiani.

Cap. XXVII, 1. *Praecepit autem* — Rupertus *Praecepit ergo.* Pro *Israel, populo,* codd. R, S, Bibl. Ven. 1476. 1480., Ordin., Reg., all. plura *populo Israel;* graecus tacet *populo;* at quidam graeci codd. legunt τοῦ λαοῦ Ἰσραήλ, alii Ἰσραήλ τῷ λαῷ. Pro *dicentes,* codd. E, Cas. 9. *dicens,* nec obstant hebr. et graecus. Pro *praecipio,* Rabanus *praecepi.*

2. *Cumque transieritis* — Codd. A, F, G, S, V, Cas. 15., Bibl. Ven. 1476. 1480., Ordin., Reg., all. *Cumque transieris;* singularem num. exprimunt armenus et georg. Animadverte hoc in capitulo tum in sacro textu, tum in antiquis interpretibus maximam esse numeri inconstantiam. Codd. E, M, Rupertus *Cum transieritis.* Pro *in terram,* cod. D *in terra.* Pro *dabit,* cod. K *dedit.* Pro *levigabis,* cod. B *legabis.*

3. *ut possis in eis scribere* — Cod. H notat hebr. legere *et scribes super eos*. Pro *ut introeas*, cod. B *et introeas in;* Rabanus quoque et cod. S addunt *in*. Post *dabit tibi*, cod. K tacet *terram*.

4. *transieritis* — Codd. A, F, G, K, S, V, Cas. 17., Bibl. Ord., Ven. 1480. 1482., all., Rabanus *transieris;* cf. vers. 2. Pro *erigite*, cod. A *elige;* codd. Cas. 3. *eriges;* codd. F, K, S, V, Cas. 13., Bibl. Ven. 1480. 1482., Lugd. 1522., all., Rabanus, Hugo *erige;* concinunt syrus, georg. et cod. 71. Holmesii. Pro *vobis*, codd. S, Cas. 16., Bibl. Ven. 1480. 1482., Lugd. 1522., all. Rabanus, Hugo *tibi;* item syrus et graecus, sed cf. Holmesius; cod. M notat: « Non mireris si numerus frequenter » mutatur apud hebraeos; quia Moyses sic » loquebatur omnibus quasi uni, et uni qua- » si omnibus. » Bruno ast. pro *Hebal* mendose habet *Nabal*. Post *levigabis* tacent *eos* sixtini, codd. A, B, K, Cas. 12., gothic. leg., Rabanus.

5. *aedificabis ibi*—Cod. K tacet *ibi*, uti duo codd. holmesiani. Pro *de lapidibus*, cod. A *ex lapidibus*. Pro *tetigit*, cod. B *tetigerit*.

6. *holocausta*—Rabanus *holocaustum;* item slav. ostrog. et nonnulli graeci codices.

8. *plane* — Cod. A 1. m. *et plane*.

9. *Moyses et sacerdotes*—Miss. Moz. p. 639. *Moyses ad sacerdotes;* accedit slav. ostrog. et arabs. 3. Holmesii. Pro *factus es*, Bibl. Ven. 1482. 1511. 1519. *factus est*.

10. *audies vocem eius, et facies* — Cod. B, Miss. Moz. l. c. *audiens vocem eius, et faciens;* pro *vocem*, cod. S *nomen*. Pro *mandata atque iustitias, quas*, Miss. Moz. l. c. *mandata eius, atque iustitiam, quam;* pronomen *eius* legunt quoque hebr. et veteres; cod. Cas. 1. *mandata atque iudicia, quae*. Post *praecipio tibi* cod. H et sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, priores edd. Rob. Steph., margo Ord. addunt *hodie;* concinunt hebr. et veteres.

12. *ad benedicendum populo*—Egregia haec est sixtinorum correctio, quam reliqui censores comprobarunt, eique suffragantur codd. E, H, sangermanensis a Stephano et lovaniensibus laudatus, nonnulli ex florentinis codicibus iussu Pii V. collatis, priores edd. Roberti Stephani aliaeque paucae ex eisdem descriptae, margo Ordin., hebraeus, veteres interpretes omnes; cf. Bukentopius p. 155., Lorinus in h. l.; hinc Toletus: « Complut., » Reg., Ordin. legunt *Domino;* at hebr., grae- » cus, mss., utraque Congregatio et Sixtus » *populo*. » Lucas quoque Brugensis scribit: « Cavendus est vetus error eorum qui legunt » *Domino*, id est τῷ κυρίῳ, pro *populo*, » quod est τῷ λαῷ, sive plebi. » Nimirum latinorum codicum maior pars mendose legit *ad benedicendum Dominum*, uti habent codd. C, D, F, N, N*, O, R, S, T, U, V, Cas. 4., alii apud Sirletum, Rupertus; immo cod. N hanc prae se fert notam: « Antiqui legunt *ad be-* » *nedicendum Dominum*, licet hebr. et grae- » cus habeant *populum*, super quem oratio- » nem fundentes, Dominum collaudabant; » similiter II Paral. XXX. (v. 27.). » Alii vero codices, nempe A, B, G, K, plures Cas., goth. legion., Thomas. I, 57. et veteres fere omnes Vulgati editiones legunt *ad benedicendum Domino;* hanc lectionem habet quoque Rabani textus, sed in ipso Comm. Rabanus legisse videtur *populum*. Mox post *Ioseph* codd. E, R tacent *et;* contra vero Bibl. Lugd. 1569. addunt *et* ante illud nomen, item hebraeus; at cum Vulgato faciunt samaritanus textus, graecus et quatuor codices hebr. apud De-Rossi.

13. *isti stabunt* — Cod. A omittit pronomen. Ante *Aser* tacent *et* codd. B, F, K, item georgian. et pauci codd. apud Holmesium; mendose omittitur nexus in latina versione Ionathani.

Ibid. *et Zabulon* — Tacent nexum sixtini, codd. A, B, C, D, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. omnes, Bibl. Ven. 1476. 1479., Ordin., Reg., all., Rabanus, Rupertus; his vero suffragantur samaritanus, graecus et duo codd. Kennic. Pro *Dan*, Rabanus *et Dan*, ut syrus, arabs et duo codd. holmesiani.

14. *dicentque*—Cod. V *dicentesque;* Ruper-

tus *dicentes;* accedit graecus. Pro *excelsa*, cod. A 1. m. *excelsaque.*

15. *Maledictus homo*—Codd. Cas. 6. interponunt *omnis;* item Hieronymus VI, 628. Pro *facit,* codd. F, G, L 6., M, Q, Cas. 10., correctorium sorbonicum, priores edd. Rob. St., all., Concil. Turon. ed. Hard. III, 364. *faciet;* accedunt hebr. et graecus: Tertullianus, Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. XLIV. et Hieronymus l. c. *fecerit.* Post *conflatile* codd. F, V, Cas. 7. addunt *et.* Pro *Domini*, Concil. Turon. l. c. *Domino;* item Tertullianus, nam graecus habet Κυρίῳ.

Ibid. *ponetque* — Codd. C. 2. m., L, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476. 1482., Reg., all., Augustinus in *Spec.*, Rabanus *ponitque;* codd. F, G *ponentque.* Pro *illud in abscondito*, Rabanus *in abscondito illud;* cod. T omittit pronomen. Pro *respondebit*, codd. C 1. m., D *respondit,* ut coptus; Bibl. Compl., Reg., all. *respondet.* Mox tacent *et dicet* codd. F, Cas. 14., Rabanus; item georg., arabs 3. Holmesii et duo codd. Kennic.

16. *honorat* — Codd. H, K, Cas. 13., Libri Carolini XCVIII, 1200. *honorificat;* item Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. XXI.; hoc verbum saepius occurrit in veteri Itala, adeoque in iis quoque Vulgati partibus quae ex eadem fluxerunt; item apud Lactantium et Augustinum: idem dicendum de aliis verbis eadem ratione compositis, uti *mortifico, vivifico, glorifico, clarifico, sanctifico, salvifico, iustifico, magnifico,* quae tum in Itala, tum apud Tertullianum aliosque afros scriptores frequentantur. Post *matrem* addunt *suam* codd. B, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Lugd. 1550., priores edd. Rob. Steph., all., Libri Carolini, Concil. Turon. ll. cc.; item hebr. et veteres.

17. *Maledictus qui* — Fabianus PP. apud Hard. I, 126. *Maledictus omnis est qui;* Eusebius PP. ibid. pag. 240. *Maledictus omnis qui;* cf. Holmes. Pro *transfert,* codd. G, Cas. 13. *transferet;* accedunt syrus et armenus. Concil. Paris. edit. Hard. V, 21. *transgressus fuerit;* accedit arabs.

18. *errare facit caecum in itinere* — Rabanus *facit errare caecum in via.* Pro *dicet*, Concil. Turon. l. c. *dicat.* Hunc versiculum ex Itala habet Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. XIV. *Maledictus qui seduxerit caecum in via. Et dicit omnis populus, fiat fiat.*

19. *pervertit* — Codd. B, K *pervertet;* item armenus. Post *advenae* addunt *et* codd. F, Cas. 2., graecus, syrus et arabs; conf. ad XXIV, 19. 20.

20. *qui dormit*—Codd. A, Cas. 1. *qui dormierit;* item iidem codices legunt in sequentibus vers. 21. 22. 23.; et ita legit ad vers. 22. Concil. Aquisgr. edit. Hard. V, 543.; nec obstant veterum plerique. Pro *patris sui, et revelat,* cod. Cas. 1. *proximi sui, et revelaverit;* conf. ad vers. 24. Mox Rabanus tacet *lectuli,* nec legitur in hebr. et antiquis interpretibus, nec in loco parallelo XXII, 30.

22. *patris sui, vel matris* — Codd. A, E, F, G, K, O, Cas. omnes, goth. leg., Concil. Turon. l. c., Rabanus *patris sui, sive matris;* Concil. Aquisgr. l. c. tacet *sui,* ut graecus, sed cf. Holmes.

23. *socru* — Scholiastes in cod. H notat *socru, hoc est cognata;* at hebr. חתנתו est vere *socrus;* cf. Gesenii *Thes. p. 539.* Graeca versio duplicem habet huius commatis interpretationem, quarum prior ponit *νύμφης* (alii legunt *πενθερᾶς*) *αὐτοῦ*; altera vero *τῆς ἀδελφῆς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ*; de hac postrema cf. Lev. XVIII, 18.

24. *Maledictus qui clam percusserit proximum suum. et dicet omnis populus: Amen* — Post hunc versiculum codd. G, L, R, S, Cas. 5., Bibl. Ven. 1476. 1479., Ordin., Lugdun. 1522., Rob. Steph., Paris. 1566., all. addunt *Maledictus qui dormit cum uxore proximi sui, et dicet omnis populus: Amen;* eadem habet cod. V, at ipsemet librarius qui codicem scripsit, in margine adnotavit: « Nec hebraeus, » nec antiqui, nec graecus habet. » Enimvero antiquiores omnes nostri codices huiusmodi additamentum non habent; item de suis codicibus testatur Robertus Stephanus; correctoria quoque M, N, O notant haec neque in

hebraeo, neque in graeco legi; Rogerius Bacon *(Opus maius, pag. 50. ed. Lond. 1735.)* aperte asserit illa verba reiicienda esse: « quoniam, ait, nec antiqui codices, nec » hebr., nec graecus habent hunc versicu- » lum. » Denique Lucas Brugensis animadvertit illa adscititia esse atque superflua; nec enim ab antiquis enarratoribus exponuntur. Ceterum eadem lex saepius quidem in Pentateucho exhibetur (cf. Lev. XVIII, 20. XX, 10. Deut. V, 21. XXII, 24.), at perperam arbitratur Eugubinus ab Hieronymo heic additam fuisse; antiquiores enim codices omnes aperte demonstrant illud additamentum nonnisi sequiori aetate invectum fuisse, sapienterque a lovaniensibus expulsum.

25. *sanguinis* — Cod. D *sanguis*.

26. *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius* — In hisce verbis ita plene consentiunt latini testes, ut hanc germanam esse Hieronymi interpretationem nemo dubitet. At quum Hieronymus (VII, 431.) explanans verba Paulli Gal. III, 10. scripserit: « Incertum habemus utrum LXX. addi- » derint *omnis homo*, et *in omnibus;* an in » veteri hebraico ita fuerit, et postea a iu- » daeis deletum sit; » quumque dein ad hanc suspicionem augendam nonnulla ibidem protulerit, quibus asserere videtur verba illa in sacro textu esse restituenda; sunt adhuc qui censeant eadem ex s. Doctoris sententia addenda esse. Igitur non abs re erit adnotasse hieronymianam Pentateuchi interpretationem longe post commentarios in epistolam ad Galatas prodiisse; adeoque dubia quae obversabantur evanuisse dicenda sunt. Ceterum verissime scripsit Hieronymus l. c. praeter alexandrinum interpretem, samaritanum quoque textum addere לא; quod et Origenes (apud Gallandium in *Append. t. XIV. p. 14.*) adnotaverat. Huius autem additamenti testes adhuc supersunt tres hebraici codd. kennicottiani, totidemque derossiani; nec non targum in sex codd. Kennic. *(Dissert. general. §. 84.* cf. Bruns. *Repert. Or. XV, 170.)* et in duobus derossianis; itemque Rabboth. Animadverte in Bibliis hebr. editis a Doederleinio et Meisnero Lips. 1793. et Berol. 1818. perperam pro hac lect. proferri tum cod. 581. Kennic., tum cod. 699. De-Rossi, perinde ac si duo distincti codd. essent; unus enim idemque codex est.

Ibid. *perficit* — Cod. A *perfecerit*.

Cap. XXVIII, 1. *Si autem* — Sixtini, codd. A, B, C, D, F, O, P, R, T, U, Cas. 16., Thomas. I, 57., Rabanus, Hugo *Sin autem*. Animadverte marginem Biblior. Lugd. 1513. ex typographi mendo pro *sin* (quod habent Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1526. in 8.), prae se ferre *sua;* ex hoc enim mendo aliam lectionis varietatem perperam comminiscuntur editores Biblior. Lugdun. 1522. 1526. in fol. 1533., qui adnotant pro *mandata eius*, alios legere *mandata sua*, quod nullibi exstat. Bibl. Paris. 1566. tacent *Dei*. Pro *praecipio tibi hodie*, Rabanus *hodie praecipio tibi;* Smaragdus CII, 938. *tibi praecipio hodie;* cod. G *praecipio hodie tibi*. Pro *faciet*, cod. F, Thomas. V, 412. *faciat;* Brev. Goth. p. 416. *faciatque;* copulam habent hebr. et graecus. Mox Rabanus et Smaragdus CII, 601. omittunt *Deus tuus*. Pro *excelsiorem*, cod. E *excelsum*.

2. *universae benedictiones* — Codd. E, Cas. 1. tacent *universae;* ut syrus, arabs et duo codd. holmesiani; Rupertus habet *omnes benedictiones*. Post *apprehendent* Bibl. Ordin., Ven. 1511. 1519. omittunt *te*. Pro *si tamen*, Petrus Abael. CLXXVIII, 1622. *si tantum;* Rupertus non legit *tamen;* hebr. legit tantum כי, graecus ἐάν. Pro *praecepta eius*, Rupertus *praecepta Domini Dei tui;* Augustinus *vocem Domini Dei tui;* item hebr. et veteres.

4. *greges armentorum tuorum* — Cod. Cas. 1. *grex armentorum;* tacent *tuorum* codd. A, B, E, V, Cas. 2., goth. legion. Mox cod. B tacet quoque *tuarum*.

5. *Benedicta horrea tua* — Brev. Goth. l. c. *Benedictae areae tuae;* Vulgatus ad XXVI, 2. 4. pro hebr. מנא posuit *cartallum;* Hieronymus V, 334. ex graeco *apothecae*.

6. *tu ingrediens* — Haec est sixtinorum correctio cui favent codd. A, Cas. 1., hebr. et

veteres; alii enim latini testes vel legunt *et ingrediens*, uti codd. B, C, D, E, H, N, O, P, T, U, V, Cas. 3., Bibl. Ordin., Hugo; vel habent tantum *ingrediens*, uti codd. F, G, K, N*, R, S, Cas. plures, Rabanus, Thomas. V, 413., Petrus Abael. l. c. et veteres edd. fere omnes; Rupertus et Brev. Goth. l. c. habent *egrediens;* nam pro eo quod sequitur in Vulgato *et egrediens*, Rupertus ponit *et ingrediens*, Brev. Goth. l. c. et codd. Cas. 12. *et regrediens.*

7. *consurgunt* — Codd. A, R, S, Cas. 1., Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Rupertus *consurgent;* Brev. Goth. l. c. *surgunt*. Pro *per unam viam*, Bibl. Paris. 1566. *per viam unam*. Pro *contra te*, Rabanus et Brev. Goth. l. c. *ad te;* hebr. אליך, graecus πρός σε. Particulam *et* quae sequitur tacet Brev. Goth. l. c., ut georg. Pro *a facie tua*, Rabanus *a te*, cod. 53. Holmesii ἀπό σου.

8. *Emittet*—Codd. C 1. m., Cas. 14., Brev. Goth. l. c. *Et mittet;* nexum praemittunt arabs et georg.; Smaragdus l. c. *Mittet*. Pro *benedictionem*, Rupertus *benedictiones*. Cod. H notat hebr. pro *opera manuum tuarum*, legere *ad quae manum miseris;* cf. ad XXIII, 20. Pro *in terra*, codd. G, U, Brev. Goth. l. c. *in terram*.

9. *Suscitabit* — Codd. B, U, Cas. 11. *Suscitabitque;* item syrus et arabs. Pro *te Dominus*, cod. K *Dominus te*. Post *in populum* codd. F, V addunt *suum*. Mox cod. E tacet *sicut iuravit tibi;* cod. R legit *sicut iuravi tibi*. Pro *viis eius*, cod. K *viis suis*.

10. *Videbuntque* — Rabanus *Videbunt*, ut georg., tres codd. graeci et arabs 3. Holmesii. Pro *invocatum sit*, codd. K, S *invocatum est*.

11. *Abundare* — Rabanus *Et abundare;* item hebr. et veteres. Pro *omnibus bonis*, *fructu uteri*, cod. A *in omnibus bonis, fructu ventris*. Pro *fructu terrae*, Brev. Goth. p. 417. *fructibus terrae;* it. graecus, syrus et arabs; cod. Cas. 1. praemittit *et;* ut hebr. et veteres. Post *daret* Brev. Goth. l. c. addit *eam*, ut slavon. ostrog. et latina versio Onkelosi, sed mendose.

12. *optimum, caelum, ut tribuat pluviam* — Brev. Goth. l. c. *caelum, et pluviam tribuat;* cod. A tacet *caelum*. Pro *terrae tuae*, codd. C, D, F, K, P, U, Cas. 17., Brev. Goth. l. c., Hugo *terrae suae;* codd. M, N, O adnotant hebraeum, graecum et aliquos antiquos latinos legere *tuae*, sed plures latinos antiquos praeferre *suae;* cod. B tacet pronomen. Pro *benedicetque*, cod. B *benedicetque te in;* codd. E, H *et benedicat;* codd. A, C, D, F, K, O, S, T, U, V, Cas. 18., goth. leg., Rupertus, Petrus Abael. l. c. *benedicet;* accedunt samaritanus, graecus et cod. 9. Kennic. Ante *foenerabis* codd. H, V, Rabanus tacent *Et;* item syrus, arabs et Lucifer calar.

13. *Constituet te Dominus* — Addunt *Deus tuus* codd. G, L, R, S, V, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476. 1479., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all.; item ex graeco vetus Itala, et cod. 150. Kennic.; at reliqui pro vulgata lectione stant, quam aperte propugnant correctoria O et sorbonicum. Pro *in caput, et non in caudam*, cod. F *caput, et non in cauda;* cf. Sabatierius. Hunc locum excitantes Isidorus VI, 70. 77. et Hildefonsus XCVI, 68. legunt *eritis gentes ad caput, incredulus autem populus ad caudam;* cf. vers. 44. Mox Brev. Goth. l. c. et Lucifer calar. tacent *semper;* nec obstant hebr. et veteres. Pro *si tamen*, codd. Cas. 2. *si attamen;* omittunt *tamen* sixtini, codd. A, B, C, D, E, H, K, O, T, U, V, Cas. 17., goth. legion., Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., Rabanus, Brev. Goth. l. c.; hebr. et veteres ut supra ad vers. 2.

14. *ac non declinaveris ab eis nec ad dexteram, nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neque colueris eos* — Cod. H notat hebr. legere *et non declines a praeceptis, quae ego praecipio tibi hodie, nec ad dexteram, nec ad sinistram ieris, sequutus deos alienos, neque colas eos;* quivis doctus intelliget haec melius ex hebraeo reddi potuisse. Cod. A legit *alienos deos;* codd. E, K tacent *eos*. Post hunc versiculum Rabani textus interserit verba *Non praeteribis ab omnibus verbis, quae ego mando tibi hodie, dextra, aut*

sinistra, ire post deos alienos, servire illis; quae profecto nil aliud sunt nisi eiusdem versiculi vetus interpretatio quam profert Augustinus.

15. *audire nolueris* — Codd. E, G *nolueris audire;* mox cum samaritano et graeco codex E tacet *et facias;* at cf. Holmes. Post *cerémonias* Rupertus addit *eius,* cui favent hebr. chaldaeus, graecus ven.; cf. Holmes.

16. *maledictus in agro* — Codd. B, K, Cas. 1., Rabanus praemittunt *et,* uti supra ad vers. 3.; item hebr. et veteres, exceptis syro paucisque codd. hebr. (quibus addes cod. 384.) apud Kennic.; cf. et Holmes.

18. *ventris tui* — Cod. E *uteri tui;* conf. ad v. 11. Ante *greges* Bibl. Ven. 1476. tacent *et.*

20. *opera tua* — Cod. Cas. 1. tacet *tua.* Pro *quae tu facies,* sixtini, gregoriani, codd. A, B, C, D, G, H, K, T, U, V, Cas. fere omnes, gothic. legion., Rabanus *quae facies;* Lucifer calar. *quaecumque facies;* cod. F *quae facis.* Post *velociter* codd. L 5. addunt *de sub caelo,* quod merito Lucas Brugensis reiecit. Pro *in quibus,* cod. A *quibus,* non male.

21. *tibi Dominus* — Codd. C, D, E, H, K, U *Dominus tibi.* Post *de terra* codd. G, V, Cas. 2. addunt *tua,* ut cod. 77. holmesianus, quod in cod. O expungitur. Pro *ingredieris,* codd. H, Q, Bibl. Rob. Steph. 1528. 1532., Lov., all. *ingrederis;* favent hebr. et graecus; hodierna lectio a sixtinis invecta fuit ad fidem quamplurimorum codd. antiquiorumque editionum; cf. ad VII, 1.

22. *Percutiat* — Codd. B, F, R, Rabanus *Percutiet;* item hebr. et veteres, excepto graeco. Lucas Brugensis in *Notationibus* scribit: « Multa eorum, quae latini codices fere ut » imprecantis verba hoc capite scribunt *per-* » *cutiat te Dominus egestate,* et *persequatur* » *donec pereas* etc., Rabanus futuro tempore, » ut praedicentis verba legit *percutiet te . . .* » *persequetur donec pereas.* (v. 23.) *Caelum,* » *quod supra te est, aeneum, et terra quam* » *calcas erit ferrea . . .* (v. 25.) *Tradet te . . .* » *egredieris, et per septem fugies, et dispergé-* » *ris . . .* (v. 27.) *Percutiet . . .* (v. 32.) *tra-* » *dentur.* Quibusdam partibus quaedam scri- » pta consentiunt. Hebraice nedum haec ve- » rum etiam universa huiusmodi, quae hoc » capite recensentur, tempore futuro, aut » praeterito in futurum convertendo legun- » tur: sed et ut praedicentis, et ut optantis » verba reddi possunt. Hinc LXX. quaedam » hoc, quaedam illo modo transtulerunt. » Pro *febri,* quidam codices *febre;* utraque positio bonis auctoribus probatur; Bibl. Paris. 1566., all. *et febri,* ut hebr. et veteres.

Ibid. *ardore et* — Haec desunt in cod. B; Rabanus vero cum cod. G legit *et ardore et;* item hebr. et veteres. Miramur tria verba hebraica quae Vulgatus interpretatur *febri et frigore, ardore,* in Gesenii *Thesauro* aeque reddi *febris ardens,* quasi essent tria synonyma; nam loquendi ratio id ferre nullo modo posse videtur. Quidquid autem sit de illarum vocum etymo, de quo non disputamus, nonne credibilius est Mosem tres diversas febris species expressisse? febres enim, ut ait Celsus, aliae ab horrore incipiunt, aliae a frigore, aliae a calore; item vel quotidianae, vel tertianae, vel quartanae sunt. Hinc facile intelliges cur pro hebr. דלקת, quod lexicographi nostri de *ardenti febre* interpretantur, Hieronymus, graecos secutus qui habent ῥίγει, posuerit *frigore.* Nos igitur varias morbi species, easque fortasse nobis ignotas, verisimilius intelligendas esse censemus. Pro *rubigine,* antiquiores nostri codd. *robigine.* Pro *persequatur,* Rabanus *persequetur;* item arabs; Bibl. Compl. et Reg. *persequentur,* ut hebr. et reliqui veteres.

23. *supra te* — Bibl. Compl., Reg., Rabanus *super te;* Rabano, qui, ut superius adnotavit Lucas Brugensis, legit *erit,* consentiunt Isidorus VI, 87. et ex graeco Hieronymus IV, 72.

24. *descendat* — Cod. C *descendet;* item Isidorus l. c., Hieronymus l. c., hebr. et veteres. Pro *cinis,* cod. K mendose *ignis.* Cod. H notat hebr. legere *pulverem et cinerem de caelo: descendant super te, donec conteraris.*

25. *Tradat* — Legunt *Tradet* codd. A, E,

K, S, Bibl. Reg., Rabanus, Paschasius CXX, 1072.; item edit. Vallarsii; Hieronymus IV, 409. *Dabit*, ut hebraeus; conf. supra Lucae Brugensis nota. Pro *per unam viam egrediaris*, Rabanus *per unam egredieris viam;* Hieronymus l. c. *via una egredieris;* cod. B *per unam viam ingrediaris;* Bibl. Ven. 1476., Reg., Complut., Rob. Steph., all. praemittunt *et*, item armenus, at cod. O monet expungendum nexum. Pro *fugias, et dispergaris*, cod. F *fugies, et dispergaris;* Rabanus *fugies, et dispergeris;* item hebr. et veteres.

26. *in escam cunctis* — Cod. A *esca cunctis;* Rabanus *in escas;* tacent quoque *cunctis* codd. E, Cas. 1., samaritanus textus, graecus (de quo tamen conf. Holmes.), syrus, arabs et nonnulli codices hebr. et chald. apud De-Rossi.

27. *ulcere* — Ita, sine adspiratione, hoc loco sixtini, ut et infra ad vers. 35.; cf. dicta ad Levit. XIII, 18. Pro *et partem*, codd. A, C, D, E, G, T, U, Cas. 3., Hugo *et parte;* hanc autem lect. merito probavit Lucas Brugensis, qui eamdem in suis quibusdam insignibus mss. reperisse testatur; patet enim latinam periodum heic cum sexto casu planiorem fluere. Pro *egeruntur*, codd. A, B, C, D, E, F, K, N, O, T, U, V, Cas. plerique, antiquiores edd. fere omnes, Rabanus *digeruntur;* cod. N notat: « Antiqui legunt *digeruntur :* sicut dicitur in libro Derivationum » *egeri, disgeri* (sic) est. Unde I Reg. I. » (v. 14.) *digere paulisper vinum, quo mades;* » hebr. habet *aufer vinum tuum desuper te.* »

28. *ac furore mentis*—Apud Rabanum ista desiderantur.

29. *et palpes*—Rabanus *ut palpes*. Pro *palpare*, codd. B, C, D, F, U *palpari;* hinc cod. B tacet *caecus*. Pro *Omnique*, codd. S, Cas. 3., Bibl. Ven. 1482. 1483. 1494., all. *Omni*. Pro *calumniam*, codd. S, T *calumnias*. Post verbum *liberet* tacent *te* sixtini, codd. A, Cas. 1., quibus adstipulantur hebraeus, samaritanus, alexandrinus, graecus ven., chaldaeus, persa: cum Vulgato faciunt syrus, arabs, slav., georg., armenus et multi graeci codices. Mendosa est in polyglottis latina interpretatio samaritani textus et Onkelosi.

30. *Uxorem accipias, et alius dormiat* — Humbertus Card. CXLIII, 1157. *Uxorem accipies, et alius coram te dormiet;* legunt quoque *accipies* codd. C, D, Cas. 1.; et *dormiet* codd. B, C, F, Cas. 1.; accedunt hebr., graecus et Aquila. Pro *habites* cod. T *habitabis*, favent hebr. et veteres.

31. *comedas* — Codd. F, S *comedes;* item hebr. et graecus. Mox cod. F tacet *te*, ut syrus; mendose pronomen reticetur in latina versione samaritani et arabis.

32. *tradantur* — Cod. F, Rabanus, Paschasius l. c. *tradentur;* cod. A 1. m. *dantur*. Pro *ad conspectum*, codd. Cas. 14., Rabanus *a conspectu;* codd. A 1. m., C *a conspectum* (sic). Pro *et non*, Paschasius l. c. *nec*.

33. *et sis* — Cod. E *ut sis*.

34. *terrorem* — Cod. F *errorem;* cod. goth. legion. *paborem*. Pro *videbunt*, codd. E, V, Cas. 2. *viderunt*.

35. *Percutiat* — Cod. B *Percutiet;* it. hebr. et veterum plerique. Pro *et in suris*, cod. E, Rabanus *et suris*. Post *verticem*, cod. Cas. 1. tacet *tuum*.

36. *Ducet* — Codd. G, R, S, V, Bibl. Ord., Reg., et fere omnes antiquiores edd. *Ducetque;* item georg., slav. ostr. et arabs 3. Holmesii; codd. Cas. 2. *Deducet;* graecus Ἀπαγάγοι. Pro *te Dominus*, sixtini, codd. A, K *Dominus te;* conf. Holmes. Post *regem* tacent *tuum* Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545. indeque edd. hentenianae; item Rabanus et armenus; at sixtini ad fidem veterum codicum et edd. pronomen recte addiderunt. Pro *constitueris*, cod. S, veteres edd. fere omnes *constitues*, quod rursum ad codicum fidem emendarunt sixtini. Ante *servies* Rabanus tacet *et*. Mox cod. A 1. m. omittit *ibi;* cf. Holmes.

37. *Et eris* — Cod. F id cum superiori periodo coniungens legit *et aeris*. Pro *proverbium ac fabulam*, cod. Cas. 1. *proverbiis ac fabulis*.

38. *iacies*—Cod. F, Bibl. Rob. Steph. 1545. *facies;* cod. E *iaciens*. Pro *modicum*, cod. E

modicam, forte *modica*, ex graeco ὀλίγα. Pro *devorabunt omnia*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, K, T, U, V, Rabanus *omnia devorabunt*.

39. *et fodies: et vinum non bibes* — Rabanus *et fodies eam: et non bibes vinum;* pronomen addunt quoque arabs et armenus; cod. Cas. 1. tacet *et fodies*.

40. *defluent, et peribunt* — Cod. G *deficient, et deperibunt;* Sixtus et veteres Vulgati edd. *defluent, et deperibunt;* at Toletus notat: « Lege *peribunt;* sic mss. et utraque Congre» gatio. » Nam ita emendarunt sixtini et gregoriani, quibus prisci codices consentiunt, quod et Lucas Brugensis admonuit; cod. B *defluunt, et peribunt;* hebraeus habet tantum ישׁל, cuius vocis vim duobus illis verbis in hieronymiana interpretatione egregie redditam Rosenmullerus adnotavit.

44. *et tu eris* — Tacent *eris* sixtini, codd. A, G, et cod. VII. holmesianus.

45. *maledictiones istae* — Perperam notat Vallarsius Vulgatum non legere *istae*, quod in mendosa tantum Calmeti ed. desideratur. Post *mandata* codd. E, G tacent *eius*. Post *praecepit tibi* Rabanus addit *Dominus;* accedit georg.

46. *Et erunt* — Cod. E tacet *Et*.

47. *Domino* — Cod. B id praetermittit.

48. *immittet*—Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *emittet;* at lovanienses ex codicibus habent *immittet*, idque Lucas Brug. probavit; cf. Holmes. Mendose Bibl. Paris. 1566. *emittetur*. Pro *tibi Dominus*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, T, U, V *Dominus tibi;* cod. S tacet pronomen. Pro *omni penuria*, sixtini, gregoriani, codd. B, G, H, R, S, V, Cas. plerique, Hugo, Sirletus *omnium penuria*, uti habet graecus, neque obstant reliqui veteres; Lucas Brugensis scribit: « Verisimi» liter coniiciunt quidam pro ablativo singu» lari *omni*, legendum esse genitivum plura» lem *omnium:* quo facit quod in insigni ms. » Clarimarisci sit *omnium rerum penuria*, in » alio quodam *omnium penuriarum*. » Hanc postremam lectionem praeferunt codd. C, D, T, U; codd. E, F *omnium penuriam*. Pro *et ponet*, codd. G, H, R, V, Cas. 17. *et imponet;* graecus καὶ ἐπιθήσῃ.

49. *Gentem*—Codd. Cas. 12. *Gentes*. Cod. H notat hebraeum non legere *et* post verba *de longinquo;* nec ullus veterum, praeter Vulgatum, legit. Pro *terrae finibus*, sixtini codd. A, C, D, E, F, G, K, S, T, U, V *finibus terrae*.

50. *non deferat seni* — Codd. B, goth. leg. addunt *honorem;* praeterea cod. goth. legion. habet *nec deferat seni*. Animadverte verbum *deferre* absolute usurpatum fuisse pro *honorem deferre*, prout apparet ex *Fragm. cod. Theodos. 2, 8, 19.* edito a Peyronio. Pro *misereatur parvuli*, codd. A, E, F, V *misereatur parvulo;* nec enim desunt exempla verbi *misereor* cum tertio casu.

51. *devoret fructum* — Cod. Cas. 1. *devoret foetus;* graecus κατέδεται τὰ ἔκγονα. Pro *relinquat*, Bibl. Paris. 1566. *relinquet*, ut hebr. Post *triticum* cod. F addit *et;* it. samaritanus textus, syrus (cui consentit Ephraemus I, 284.), arabs et duodecim codd. hebr. apud De-Rossi; cf. Holmes.

52. *conterat in cunctis urbibus tuis, et* — Cod. H notat hebr. legere *obsideberis in omnibus portis tuis, donec*. Pro *firmi*, cod. K *firmissimi;* et pro *Obsideberis*, legit *Obsideberisque*, ut hebr. et veteres. Pro *terra tua, quam*, sixtini codd. A, C, D, E, F, G, H, K, O, R, T, U, V, Cas. fere omnes, goth. leg., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *terra, quam;* it. syrus. Pro *dabit*, Bibl. Ven. 1533. *dedit;* favent hebr. et veteres.

53. *et comedes* — Cod. Cas 1. *ut comedas*. Pro *uteri tui*, codd. A, H *ventris tui;* mox cod. H notat hebr. non legere *et*, nec legunt reliqui interpretes, etsi in latina versione Onkelosi exprimatur. Post *filiorum* tacent *tuorum* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, K, O, T, U, V, Cas. 5., goth. legion., Bibl. Ordin., Hugo; item georg. et duo codd. holmesiani. Cod. K mox omittit *tuarum*. Pro *dederit*, sixtini codd. A, E, K, goth. leg., Cas. 16. *dedit;* nec obstant hebr. et graecus. Pro *qua opprimet*, cod. B *quia opprimet;* cod. S *qua oppri-*

*

ment te hostes tui; cui accedunt samaritanus, graecus ven., Ionathanus, georg. et slavon. ostrog.

54. *et luxuriosus valde, invidebit* — Ita recte interpunxerunt sixtini; nam veteres editiones pleraeque nullam exhibent interpunctionem, paucae vero ponunt comma ante *valde,* quod aut incertum, aut minus aptum sensum reddit. Cod. H notat hebr. pro *luxuriosus,* legere *tener;* at hebr. הענג denotat *molliter et delicate habitans,* idque non male Vulgatus expressit. Pro *cubat,* cod. Cas. 1. *dormit;* cod. R *accubat.* Post verba *in sinu suo* sixtini aliquid addendum censuerant; Augustinus enim subdit *et qui reliqui sunt filii, quicumque relicti fuerint illi;* quod hebr. et veteres interpretes habent: at latini codices tacent: ex hebraeo namque, ut putamus, margo Ordin. habet *et filiis suis, quos reliquerit.*

55. *ne det eis de* — Cod. B *nec det de;* cod. K *ne det ei de.* Mox perperam notat Vallarsius Vulgatum tacere *suorum.* Pro *aliud habeat,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V *habeat aliud.* Pro *vastaverint,* Bibl. Lugd. 1522. 1526. 1535. *vastaverunt.* Post *inimici* tacent *tui* cod. C 1. m., Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugdun. 1522., all. Mox codd. Cas. 12. omittunt *omnes.*

56. *viro suo* — Cod. E tacet *suo,* ut hebr.

57. *illuvie* — Codd. N, P *alluvie;* cod. A *inlubie.* Pro *secundarum,* Sixtus codd. R, S, V, et veteres edd. *secundinarum;* at recte Toletus: « Lege *secundarum;* sic mss. et utra» que Congregatio. » Re quidem vera sixtini et gregoriani, suffragantibus codicibus antiquisque correctoriis, recte emendarunt; nam *secundina* latinum non est; neque istud usurpare debuissent Rosenmullerus, Gesenius, aliique recentiores. Cod. M notat: « *Secundae* » dicitur folliculus qui cum infante nasci» tur; et inde dicitur quia eum nascendo se» quitur. » Cod. O addit: « Omnes auctores » dicunt *secundas,* non *secundinas.* » Conf. Lucas Brug. et Bukentopius p. 399. Masius in *peculio syro* edito in Apparatu ad Biblia polygl. Ant. ex suo codice syro-hexaplari lect. Aquilae profert, qui habet ܬܪܝܢܝܬܐ, nempe δευτέριον, quod hieronymianae interpretationi respondet. Pro *feminum,* cod. Cas. 1. et Nicolaus de Lira *femorum,* quod idem est; utraque enim positio a recto *femur* habetur. Pro *in obsidione et vastitate,* codd. C, D, Cas. 2. *et obsidione et vastitate;* codd. T, U *et obsidionem et vastitatem;* coniunctionis particulam praemittit cod. 69. Kennic.

58. *nomen eius gloriosum et terribile, hoc est, Dominum* — Mariana, collato hebraico textu et graeco, coniectatur legendum *nomen gloriosum et terribile hoc, Dominum;* at nostri codices non suffragantur. Mox tacent *Deum* codd. B, C 1. m.

59. *et plagas* — Cod. F tacet. Mox Bibl. Paris. 1566., all. minus recte interpungunt hac ratione *plagas magnas, et perseverantes infirmitates, pessimas et perpetuas;* cod. F addit *in* ante *infirmitates;* cod. H notat hebr. pro *perseverantes* et pro *perpetuas,* bis legere *fideles;* de quo cf. Mazochii *Spic. bibl. II, 111.*

61. *te conterat* — Codd. B, C 1. m., U tacent *te;* cod. C 2. m. et Hugo legunt *conterat te.*

62. *pauci* — Primo id deerat in cod. B, qui mox pro *qui prius,* legit *quia prius.* Pro *audisti,* codd. F, G, T, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all. *audistis;* concinunt samaritanus textus, Ionathanus, slavon. ostrog. et plures graeci codices. Pro *Dei tui,* laudati testes, exceptis codd., legunt *Dei vestri.*

63. *ante* — Cod. C *antea;* cod. B tacet, ut hebr. et veteres. Pro *ingredieris,* cod. H *ingrederis,* accedunt hebr. et graecus. Cod. A, Bibl. Ven. 1533., Lugdun. 1542. *ingredimini;* Bibl. Ordin., Lugd. 1522. 1535., all. *ingrediemini;* item Ionathanus; cod. O notat legendum *ingredieris,* etsi graecus habeat *ingrediemini;* multi enim graeci codd. legunt plur. num. εἰσπορεύεσθε, cf. Holmes; cod. T *ingredieritis* (sic); Tertullianus *introibitis.*

64. *servies ibi* — Cod. A *servies illic.*

65. *non quiesces, neque erit requies* — Cod. K *non requiesces.* Cod. B tacet *tibi,* ut quidam graeci codices. Cod. U, Rabanus, Petrus Dam. CXLV, 46. omittunt *ibi,* ut armenus et georg.;

conf. Sabatier. et Holmes.; in latina versione Onkelosi in polyglott. Reg. mendose reticetur. Pro *deficientes oculos*, cod. E *deficientibus oculis*. Pro *consumptam moerore*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, S, T, U, V, Bibl. Ordin., Rabanus, Petrus Dam. l. c. *moerore consumptam*.

66. *Et erit vita tua quasi pendens ante te* — Primo sixtini haec litteris maiusculis conscribi iusserant, haud dubio propter insignes allegoricas huius sententiae expositiones, quae apud veteres patres leguntur: at dein animo reputantes huius loci sensum esse *quasi filo pendens vita tua in praesentissimo periculo semper versabitur;* priorem illam sententiam retractarunt. Pro *ante te*, codd. H, I, Isidorus VI, 45. 80. *ante oculos tuos;* hanc lectionem, ait Martianaeus, quae in paucis antiquioribus latinis codd. reperitur, e LXX. interpretibus mutuati sunt latini; conf. Sabatier.; at cod. H notat hebr. legere *ante te;* solus cod. 103. Kennic. addit עיניך. Pro *credes*, cod. T *credens*.

67. *Quis mihi det mane?* — Cod. F *Quis det mihi mane?* cod. Cas. 1. praemittit *dices*, cui hebr. et veteres omnes consentiunt.

68. *per viam* — Tacent Bibl. Ordin. et Hugo. Pro *dixit*, codd. F, Cas. 7., Isidorus Clarius *dixi;* item hebr. et veteres, praeter syrum. Pro *et ancillas*, cod. E *et in ancillas*. Pro *emat*, cod. K *redimat;* codd. Cas. 2. *eruat*.

Cap. XXIX, 1. *quod praecepit* — Codd. V, Cas. 1., Bibl. Lugdun. 1522. *quae praecepit;* favet graecus, at conf. Holmesius. Pro *illud foedus, quod cum eis pepigit*, Rabanus *testamentum, quod testatus est;* at haec ex Augustino deprompta sunt; pro *eis*, cod. F *illis;* pro *pepigit*, codd. Cas. 11. *pepigerit*. Iis qui ex hebraico textu animadvertunt hunc versiculum ad superius caput pertinere, non pauci latini codices suffragantur, qui novam sectionem a sequenti versiculo inchoant.

2. *Vocavitque*—Cod. E *Vocavit*. Pro *Israel*, codd. A, B, F, V *Israelem;* cf. ad Ex. VI, 14.

3. *oculi tui* — Cod. Cas. 1. *oculi nostri;* legunt *oculi vestri* syrus, Ionathanus, georg., armenus et quidam graeci codd.

4. *vobis Dominus*—Sixtini, codd. A, D, E, F, G, T, V, Bibl. Ord., Hugo *Dominus vobis;* Rabanus hunc versiculum ex Augustino proferens habet *Dominus Deus vobis;* codd. B, R tacent *Dominus*. Pro *possunt*, sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, veteres edd. ante hentenianas *possint;* immo hanc lectionem servat Hentenii princeps editio Lov. 1547. (aliaeque plures ex eadem descriptae), quam deseruerunt Bibl. henteniana Antuerp. 1559. 1563. 1565. 1574. 1583., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1578. 1588.; in his enim editionibus ab ignota manu hodierna lectio invecta fuit.

5. *Adduxit* — Codd. E, G, Rabanus *Adduxi;* accedunt hebr., chaldaeus, graecus ven., arabs, persa. Pro *pedum vestrorum*, sixtini, codd. E, G, H, L 2. (seu Q) *pedum tuorum*, quod Martianaeo probatur; hebr. enim praefert ורגלך; at vero samaritanus, cui fere omnes veteres consentiunt, legit ופדזחשעש.

6. *quia ego sum* — Sixtus, codd. C, D, F, G, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476. 1480., Reg., Lov., all. *quia ipse est;* idque ex alexandrino codice, cui favet Augustinus, recte propugnari posse censuit Houbigantius, cui alii plures testes apud Holmesium adstipulantur; at Toletus scribit: « Lege *quia ego sum;* sic » hebr., graecus, mss., Ord. et utraque Con» gregatio. » Nam sixtini et gregoriani, quibus reliqui codices, multaeque edd. suffragantur, emendarunt: conf. Lucas Brugens. et Bukentopius l. c.

7. *ad hunc locum*—Sixtini, codd. A, C, D, E, G, H, K, T, U, V *ad locum hunc;* cod. F *ad locum istum*. Pro *egressusque est Sehon rex*, cod. A *egressusque Sehon rex;* cod. E *egressus est rex*. Pro *occurrentes*, codd. B, C, D, E, F, G, O, T, U, V, Cas. 16., goth. leg., Bibl. Ordin., Hugo *occurrens;* praecessit enim verbum *egressus est;* sed quum de duobus regibus sermo sit, commode pluralis numerus usurpatur.

8. *et tulimus* — Cod. Cas. 1. *et abstulimus;* Hugo *et retulimus.*

9. *pacti huius* — Cod. F *huius pacti.* Pro *facitis,* codd. G, N*, R, S, Cas. 4. *facietis,* et ita legi in hebr. et graeco adnotatur in cod. O; alii codd. Cas. 4. et margo Ordin. *facturi estis;* cod. K *fecistis;* bene autem testatur scholiastes in cod. N antiquos latinos legere *facitis.*

10. *et tribus, ac maiores* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, gothic. leg. *ac tribus, et maiores.* Pro *omnis populus,* sixtini, codd. A, B, S, Cas. 14. *omnisque populus;* item arabs.

11. *advena qui tecum moratur* — Sixtus, codd. G, R, S, veteres editiones fere omnes *advenae qui tecum morantur;* codd. B, V *advena qui tecum morantur,* ut georg.; Toletus vero scribit: « Lege *advena qui tecum mo-* » *ratur;* sic hebr., graecus, mss. 6. et utra- » que Congregatio. » Sixtini enim et gregoriani et fere omnes codices singularem numerum praeferunt, item priores edd. Rob. Stephani aliaeque paucae. Pro *exceptis lignorum caesoribus, et his,* cod. H notat hebraeum legere *lignorumque caesores et hi;* margo Ordin. *a lignorum caesoribus usque ad eos;* hanc vero lectionem, quae, ut vides, contrarium fundit sensum, veteres omnes interpretes tuentur: sunt tamen qui ad eamdem sententiam Vulgati verba revocari posse censeant, de quibus cf. Calmetus; hinc De Vence interpretatur *sans en excepter ceux qui coupent le bois* etc., et Martini in notis ad h. l. *oltre quelli, che tagliano le legna* etc.; qui vero coniecturis delectantur suspicati sunt Hieronymum scripsisse *ex ipsis lignorum caesoribus* etc. Planiorem magisque probatam rationem, qua Vulgati lectio cum sacro textu concilietur, desideramus. Pro *comportant* cod. T *portant.*

12. *et in iureiurando* — Cod. D tacet *in.* Pro *percutit,* codd. A, U 2. m., V *percutiet.*

13. *in populum* — Codd. B, Cas. 8. tacent *in.* Ante *Deus tuus* codd. C 2. m., G, R, T, V, Cas. 17., Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. plura praemittunt *Dominus,* quod in cod. O expungitur. Cod. B addit *Dominus Deus tuus* post *locutus est.*

14. *vobis solis* — Cod. E tacet *solis.* Pro *iuramenta,* cod. C, Bibl. Paris. 1566. *iuramento.*

16. *nostis quo modo* — Cod. A *nostis quod;* codd. B, E, K, Cas. 9., gothic. leg., Rabanus *nostis ut;* utrumque posuit amanuensis in cod. F, nempe *nostis quomodo ut.*

17. *abominationes* — Cod. B praemittit *et.* Pro *id est, idola eorum,* Rabanus *idolorum;* pro *eorum,* codd. N*, R, S, Bibl. Ven. 1480. 1482., all. *earum;* at cod. N adnotat: « Iuxta » antiquos legitur *eorum,* et refertur ad id » quod dicitur nationum, id est, gentium; » similiter supra XII. (v. 3.) »

18. *Deo nostro* — Codd. A, C, D, E, F, G, K, R, T, U, V, Cas. plerique, Bibl. Ven. 1476. 1479. 1480., all. plura, Rabanus *Deo vestro;* item cum graeco Augustinus. Pro *ut vadat,* codd. E, V *et vadat.* Et contra pro *et serviat,* Bibl. Ordin. *ut serviat.*

19. *Cumque audierit* — Petrus Dam. CXLV, 408. addit *quisquam.* Pro *ambulabo,* cod. K *habitabo;* apud Hugonem a s. Victore mendose legitur *ambulatio in gravitate cordis mei.*

Ibid. *absumat ebria sitientem* — De hac vexatissima locutione pauca sunt nobis proferenda. In primis ad rem criticam quod pertinet, pro *absumat* Sixtus legit *assumat,* cui consonant veteres codices, fere omnes edd., Rabanus, Petrus Dam. l. c., Hugo a s. Victore; ex codicibus pauci, uti A, E, V, habent *adsumat,* quod idem est. Hinc Lucas Brugensis scribit: « Pro *absumat,* sive consumat, » multi libri legunt *assumat,* quod est addat, » seu adiungat sibi. Utrumque ex hebraeo » verti potest; prius praetulerunt romani pa- » tres. » Toletus enim perspicue adnotavit: « Lege *absumat;* sic Compl., Reg. et Congre- » gatio. » nempe gregoriani correctores. Nec male; nam ספות est a rad. ספה *abstulit, sustulit, perdidit* (cf. Gesenii *Thes. p. 964.*). Ex his porro expendenda sunt quae in suis Comm. habet Calmetus *(ed. Lucae, 1730.)*: » ספות derivari potest a rad. יסף *addidit,*

» vel ex alia אסף *consumpsit:* priorem sen-
» sum sequutus videtur s. Hieronymus (ed.
» Martianaei, p. 234.); reddit enim *assumat*
» *sitientem* (at Martianaeus, ut et ceteri, in-
» terponit *ebria*), uti ferunt mss., leguntque
» interpretes ante correctionem Sixti V. (im-
» mo non Sixti V, sed Clementis VIII.), qui
» in textu latinorum Bibliorum reponendum
» censuit *absumat ebria sitientem.* » Conf. Bu-
kentopius pag. 155. Pro *ebria*, codd. E, F, Cas. 1., Urbinas, Petrus Dam. l. c. *ebrius;* cod. Cas. alter *ebrium*. Sed huiusmodi varietates librariis tribuendae videntur, qui in obscura locutione declaranda aliam atque aliam viam pertentarunt. Ad sensum quod spectat, missis innumeris aliorum sententiis, Maureri interpretationem proferre placet: « *Ut perdat*
» *satiata* (scilicet *anima*) *sitientem;* id est ut
» *impius* alios quoque *pronos* ad peccatum
» suo exemplo corrumpat, eisque perniciem
» afferat. » Huic enim sententiae accedit alexandrinus interpres, qui etsi negationis particulam praemittit, tamen ex contextu eamdem allegoricae locutionis vim aperte exserit: ἵνα μὴ συναπολέσῃ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν ἀναμάρτητον; unde Augustinus habet *ut non simul perdat peccator eum qui sine peccato est.*

20. *fumet* — Codd. C, D, P, T, U, V *fumat;* codd. R, S, Cas. 1., Abulensis *saeviet;* at correctoria M, N, O diserte notant antiquiores codices legere *fumet*. Cod. H notat hebraeum pro *sedeant*, legere *recumbant*. Pro *super eum*, codd. A, E, F, G, K *super eo*. Post verba *et deleat* tacent *Dominus* sixtini, codd. A, B, C, D, E, F, G, K, R, T, U, V, Cas. plerique, goth. legion. et Petrus Dam. l. c. Pro *sub caelo*, codd. G, Cas. 13., Bibl. Lugdun. 1535. *de sub caelo;* item alii memorati in cod. O; conf. ad IX, 14.

21. *in perditionem* — Codd. G, K, Bibl. Ven. 1476. 1482., Reg., Paris. 1566., all. *in perditione*. Pro *tribubus Israel*, cod. Cas. 1. *tribubus filiorum Israel*. Pro *quae in Libro*, codd. C, D, E, F, goth. legion. *quae Libro*.

22. *et filii* — Addunt *vestri* nonnulli codd. florentini et margo Ordin.; item hebr. et veteres. Pro *venerint*, codd. A, E, R, S, V *venerunt*. Pro *plagas*, cod. B *plagam*. Post *infirmitates*, codd. F, K addunt *illius*, ut hebr. et graecus.

23. *et salis ardore* — Veteres codices plerique omnes atque editiones ante sixtinam paene universae legunt *et solis ardore*, quod mendum in suis Bibliis polyglottis Waltonus instaurare non debuisset. Praeclare namque Toletus adnotavit: « Compl., Reg. et Lov. le-
» gunt *solis;* sed tamen mendose. Nam hebr.,
» graecus, Ord., et mss. habent *salis;* et sic
» utraque Congregatio et Sixtus. » Egregiam igitur hanc correctionem, quae in clementinis Bibliis admissa fuit, ad codicum fidem sixtini induxerunt. Quamobrem perperam animadvertit Hodius (*De textib. orig. p. 507.*) vocem *salis* a Sixto V. ex hebraico textu, sine ulla exemplarium latinorum auctoritate substitutam fuisse: idque rursum post Hodium alii plures nimis confidenter adfirmarunt, quibus Ungarellium quoque nostrum (*Prolegom. §. V.*) accessisse dolemus. Nam pontificios censores insignem hanc correctionem ex latinis codicibus hausisse, praeter Toleti testimonium, alia certissima documenta evincunt. Praetermittimus editionem Martianaei, Biblia Ordin. et Rob. Steph. 1532., quae latinorum codicum suffragium supponunt atque oblique demonstrant; at procul dubio sixtinis ante oculos obversabantur lectiones e florentinis codicibus excerptae, quas saepe commemoravimus, ubi legebatur *salis;* et ita perspicue adhuc legitur in vetustissimo nostro codice E, quem romanis correctoribus ad manus fuisse alibi demonstravimus. Ergo non sine ulla latinorum codicum auctoritate, neque ex solo hebraico textu germanam huius loci lectionem sixtini invexerunt. Haec vero potius ad facti veritatem asserendam dicta sint, quam ad exactam correctionem vindicandam. Nam in re adeo perspicua, etsi latini codices defuissent, licebat, nostra quidem sententia, romanis correctoribus sacrum textum adire, eiusque auctoritate apertum mendum

castigare. Immo id eos, prout bonos criticos decebat, sapienter cauteque (rarissime enim id expedire compertum) praestitisse alias animadvertimus. Conf. Eugubinus, Lorinus, Lucas Brugens., Bukentopius l. c. et Czuppon *Vindiciae vulg. ed. biblior. pag. 1165.*

Ibid. *in exemplum* — Bibl. Ordin. praemittunt *et.* Pro *et furore suo,* cod. A *furoris sui;* codd. F, R, veteres edd. *et in furore suo;* sixtini ad fidem codicum particulam *in* expunxerunt.

24. *sic fecit* — Cod. A 1. m. *sic fecerit.*

26. *adoraverunt eos* — Hugo tacet pronomen; cod. V legit *adoraverunt deos;* hanc lectionem ex mendo habet Vulgatus in polyglottis londinensibus; graviora waltonianae editionis menda saepius castigare cogimur, ne cui deinceps errandi occasio illa sit; plures enim hactenus famosissima editio fefellit, qui nil de eius fide suspicantes, romanis correctoribus lectiones ab horum mente penitus abhorrentes imprudenter tribuerunt. Hebr. et veteres, excepto graeco (de quo cf. Holmes.), habent utrumque, nempe *adoraverunt eos, deos.*

28. *et in furore* — Codd. A, B, E, G, K, T, goth. legion. *et furore,* ut supra vers. 23. Pro *et in indignatione,* codd. C 1. m., E, G, K, R, V, gothic. legion. *et indignatione.*

29. *Abscondita, Domino* — Codd. D, F, G, N, O, R, S, T, U, V, Cas. 21., antiquiores edd. quamplures, Hugo, Liranus, Abulensis *Abscondita a Domino;* cod. M addit hoc scholion: « Abscondita, id est recondita a Deo in » thesaurum eius, ut dicitur supra; vel ibi » abscondita sunt a Deo aliis nationibus, » quae nobis manifesta sunt, scilicet benefi- » cia Dei. » In tradendo huius hemistichii sensu mire variant interpretes; nobis ea fere probatur sententia, quae sensum ita declarat: rerum futurarum notitia soli Deo reservatur; hominibus ex apertis eius legibus vita est instituenda. « Divina, inquit Ephraemus » (I, 285.), latent, nec ea cogitando asse- » qui possumus. Nostra in propatulo sunt. » Hoc dicendum fuit, ne hebraei investi- » gare divina insisterent, quum nobis ea ab- » dita sint, et a nostris sensibus remotissi- » ma: quin potius disquirerent an manifesta » Dei praecepta complerent, et cetera ipsis » clare diserteque iniuncta exequerentur; pro- » inde subdit: *Ut faciamus omnia verba le- » gis huius.* »

Ibid. *Deo nostro* — Codd. C, G, R, S, U 1. m., Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *Deo vestro;* item non pauci apud Holmes. Pro *usque in sempiternum,* sixtini, codd. A, C, D, G, H, K, R, S, T, U, V, Cas. 18., gothic. leg. *usque in aeternum;* cod. E tacet *usque.* Post *universa* tacent *verba* codd. A, C, D, E, F, G, K, M, N, O, T, U, veteres edd. fere omnes, Hugo de s. Victore; at recte Toletus: « Compl., Reg., » Ordin. et Lovan. non legunt *verba:* habent » tamen hebr., graecus, mss. et aliqua im- » pressa, et utraque Congregatio et Sixtus. » Nam sixtini, quos reliqui censores sequuti sunt, addiderunt *verba,* quod legunt codd. B, H, L 6., N*, Q, R, S, V, nonnulli ex codicibus florentinis, Bibl. Rob. Steph. 1532, 1545., all., margo Ordin.

Cap. XXX, 1. *omnes sermones* — Cod. B tacet *sermones.* Pro *proposui,* cod. A mendose *proposuit.* Pro *in quas,* cod. K *ad quas.* Pro *disperserit te,* cod. A *disperdiderit te;* codd. C, D, E, T, Cas. 2. *dispersit te;* cod. K addit *ante.*

2. *et reversus* — Tacent *et* sixtini, codd. A, B, E, K, Cas. 15. Pro *imperiis,* codd. B, U *imperio.* Pro *ego hodie,* cod. A *hodie ego;* cod. G tacet *hodie,* ut cod. 193. Kennic. Post *praecipio tibi* Bibl. Lugd. 1535. addunt *et.*

3. *reducet Dominus Deus tuus captivitatem tuam* — Sixtus, codd. C, D, E, F 2. m., G, N, O, R, S, T, U, V, Cas. plures et veteres editiones *reducet te Dominus Deus tuus de captivitate tua.* « Utraque Congregatio, inquit To- » letus, emendavit ad fidem mss., hebr. et » graeci. » Nam sixtinis et gregorianis, qui hodiernam lectionem induxerunt, suffragantur codd. A, B, F 1. m., H, K, L 3. (seu Q), Cas. 11., gothic. legion., Rabanus: cod. N adnotat: « Alii nimis adhaerentes hebraeo » ponunt *captivitatem tuam.* » Pro *dispersit,*

codd. F 1. m., K *disperserit;* cod. Cas. 1. *disperserat.*

4. *Si ad cardines* — Cod. B tacet *ad.* Pro *te retrahet,* cod. A *detrahet te;* codd. S, V *retrahet te.* Pro *Dominus Deus tuus* cod. Cas. 1. addit *de captivitate tua.*

5. *introducet* — Cod. B *reducet.* Pro *te esse faciet,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, K, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo *esse te faciet;* Rabanus *esse faciet te;* cod. B addit *Dominus.* Pro *fuerunt,* Sixtus, codd. F, R, veteres edd. pleraeque *fuerint;* at vero Toletus scribit: « Legunt » *fuerunt* hebr., graecus, Compl., Reg., mss. » et utraque Congregatio. » Re quidem vera dudum adnotaverat Sirletus priscos codices eam praeferre lectionem, quam dein sixtini et reliqui censores comprobarunt.

6. *Dominus Deus tuus* — Tacent *Deus tuus* cod. A, Isidorus VI, 98., alexandrinus, indeque Itala, graecus venetus et cod. 109. Kenn. Pro *in toto corde,* cod. L, Bibl. Ven. 1476., Reg., Rob. Steph., all. *ex toto corde;* item Augustinus. Pro *ut possis,* codd. A, B, C 2. m., F, H, R *et possis.*

7. *convertet* — Codd. B, N*, R, S, Cas. 1. addunt *Dominus,* ut hebr. et veteres. Ante *persequuntur* tacent nexum codd. S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1476. 1479. aliaque plura, ex quibus non paucae editiones praeterea legunt *persequentur;* in hoc autem verbo consentiunt codd. A, B, C, D, N, R, T, U, Cas. 6.; utramque varietatem exponit scholiastes in cod. N scribens: « Antiqui iuxta hebraeum *super ini-* » *micos tuos, et eos, qui oderunt te et perse-* » *quentur.* Resume *super,* iuxta hebraeum sic » *et super eos, qui oderunt te.* Unde oportet » interponi quod dicitur *et* ante hoc verbum » *persequentur,* quod quidam male abstule- » runt, quasi illud verbum regeret quod di- » citur *eos.* Hebraeus autem, etiam hispanus, » habet *qui persequentur te;* unde, qui abs- » tulerunt coniunctionem, totam sententiam » mutaverunt. Sed et *persequuntur* pro *perse-* » *quentur* posuerunt. »

9. *in sobole* — Cod. A *et in subole;* antiquiores enim libri, ut et lapides, praeferunt *suboles* pro *soboles.* Cod. H notat hebr. legere *fructu ventris tui,* pro *sobole uteri tui.* Pro *et in fructu,* cod. B *et fructu;* cod. V *et in fructibus;* conf. Holmes. Plures veteres edd. habent *hubertate,* at recte sixtini adspirationem expulerunt; conf. ad Gen. XLI, 26. et Deut. I, 25. Post *Revertetur* cod. B tacet *enim.*

10. *audieris vocem* — Cod. A *audieris nomen.* Pro *in hac lege,* cod. K *in lege.* Pro *conscripta,* codd. C, E, G, H, O, Cas. 2., gothic. leg. *conscriptae;* codd. Cas. 13. et Glossa interlinearis *scriptae;* codd. R, Cas. 1., Bibl. Ordin., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. *scripta.*

11. *Mandatum hoc* — Cod. R *Mandatum autem hoc;* Rabanus tacet *hoc.* Post *praecipio* codd. B, E tacent *tibi.*

12. *nec in caelo situm* — Haec primo deerant in cod. B; cod. E tacet *situm.* Pro *possis,* mendose Bibl. Ven. 1476. *possit.* Pro *valet ad caelum ascendere,* sixtini cum cod. A *valeat ad caelum conscendere;* codd. C, D, E, F, G, H, K, R, T, U, V, Rabanus, Hugo *ad caelum valet conscendere;* Cas. quoque fere omnes et Bibl. Lugd. 1522. 1526. in fol. habent *conscendere.* Pro *et audiamus,* vetustiores editiones *ut audiamus,* quod ad codicum fidem sixtini emendarunt. Mox codd. B 1. m., V tacent *opere.*

13. *Quis ex nobis* — Ita sixtini cum codd. A, S, V, aliisque paucis; nam veteres edd. et plerique codd. habent *Quis e nobis;* Bibl. Ord. *Quis e vobis.* Pro *poterit transfretare mare,* sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, S, T, U, V, Rabanus *transfretare poterit mare,* quod nemo non sentit meliorem sonum fundere; Bibl. Ven. 1476., Reg., aliaque plura *poterit mare transfretare;* Bibl. Ord. *transfretare mare poterit.* Pro *deferre,* cod. T *transferre.*

14. *Sed iuxta* — Bibl. Lugd. 1522. *Si iuxta.* Mox cod. Cas. 1. tacet *valde;* cf. Holmes.

15. *proposuerim* — Codd. A, B, C, D, F, K, T, U, V, Cas. 7., Hugo *proposuerit;* codd. N, P mendose *proposueris;* praeclare scholiastes in cod. N animadvertit: « *proposuerit,* vide- » licet Dominus; verum quoniam Moyses lo-

» quitur in hoc libro, iuxta hebraeum novi » (codices) ponunt ibi *proposuerim*. Verum- » tamen sciendum est quod ubi verba Do- » mini recitat, in tertia loquitur persona; » unde cum de conservatione vel transgres- » sione non solius Deuteronomii loquatur, » sed totius legis Dei; et cuius est legislatio, » eius est premiorum et poenarum taxatio; » cum id quod dicit dicat auctoritate Domi- » ni, ponitur hic *proposuerit* in tertia per- » sona. Et nisi antiquos probatos habentes » in prima persona viderem, non mutarem. » Ergo quum antiquos probatos codices legentes in prima persona nullos reperisset, alteram lectionem mordicus retinendam censuit. Contra vero, praeter alios testes, codex E sixtinis ne quid mutarent suasit.

16. *ut diligas*—Bibl. Antuerp. 1559. 1563. 1565., Lugdun. 1569. *et diligas*. Pro *et ambules*, cod. V *atque obedias et ambules;* Bibl. Paris. 1566. *ut ambules;* accedunt hebr. et graecus, at cf. De-Rossi *Varr. Lectt.* Pro *et custodias*, cod. C *et custodies;* cod. V *ut custodias;* cod. E tacet nexum. Pro *mandata illius*, codd. F, G *mandata eius*.

Ibid. *ac ceremonias* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, S, T, U, V, Bibl. Ven. 1476., Reg., all. *et ceremonias*. Pro *atque multiplicet te*, sixtini cum cod. A *et multiplicet te;* codd. C, D, E, F, G, H, N, R, S, T, U, V, Bibl. Ord. *ac multiplicet te;* cod. K *ac multipliceris*. Pro *in terra, ad quam*, cod. A *in terra quam;* codd. F, V addunt *Iordane transmisso*, ut vers. 18. Pro *ingredieris*, codd. B, H, Q, editiones hentenianae *ingrederis;* cf. ad VII, 1. Plures codices et vetustiores editiones fere sequuntur hodiernam lectionem quam vaticanas editiones instaurasse arbitramur; nil enim a romanis censoribus adnotatum vidimus.

17. *Si autem* — Sixtini, codd. A, C, D, E, F, H, R, T, U, Cas. fere omnes, Bibl. Ven. 1501., Lugd. 1522. 1535., all. *Sin autem*.

18. *moéris* — Codd. R, S, Cas. 3., Bibl. Lugd. 1522. *morieris;* cod. U *morereris* (sic); Cas. 1. *moraberis*. Pro *ingredieris*, codd. B, H, Bibl. Ven. 1533. *ingrederis;* cf. ad vers. 16.

19. *Testes invoco* — Cod. B *Testes voco;* mox idem cod. tacet *vobis*. Pro *vitam et mortem*, codd. B, C, D, E, F, G, K, O, R, T, U, veteres edd. longe plures *vitam et bonum;* codd. A, V legunt *vitam et mortem, bonum et malum;* et ita legunt Cyprianus et Ambrosius cum graeco ad vers. 15.; receptam autem lectionem invexit Sixtus, cui suffragantur codd. H, L 6., Q, S, Cas. 2., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all., hebraeus et veteres; cf. Lucas Brugensis. Pro *ut et tu vivas*, cod. A *ut vivas;* codd. Cas. 2., Hugo, hebr. et veteres *ut tu vivas;* cod. D 1. m., Bibl. Ordin. *et tu vivas*.

20. *et diligas* — Cod. F tacet *et;* margo Ordin. habet *ut diligas*. Pro *ipse est enim*, codd. G, V, Bibl. Ordin. *ipse enim est*. Post *iuravit*, codd. E, R tacent *Dominus*.

Cap. XXXI, 1. *Abiit itaque* — Cod. B *Abiit ergo;* Bibl. Ven. 1533., Lugdun. 1542. *Abiit quoque*.

2. *viginti* — Cod. D mendose *XL*. Pro *egredi, et ingredi*, cod. A cum graeco *ingredi, et egredi*. Mox ante *Dominus* codd. B, E, G, S, V tacent *et*.

3. *Dominus ergo* — Cod. B *Dominus enim;* codd. A, E, Cas. 1. tacent *ergo;* his consentiunt hebr. et veteres. Pro *Iosue iste*, cod. H *Iosue ipse;* hebraeus יהושע הוא.

4. *Facietque Dominus* — Cod. B *Faciatque Deus;* graecus Καὶ ποιήσει Κύριος ὁ Θεός σου. Pro *regibus*, cod. K *regi*. Pro *delebitque*, sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, L 3., Q *delevitque*, quod hebraeo conforme est; cf. Lucas Brugensis et Mariana, qui hanc lectionem merito praeferunt; nam ad reges Amorrhaeorum, quos Dominus iam deleverat, id veteres referendum censuerunt; cod. gothic. legion. *delebit*.

5. *tradiderit vobis*—Cod. E *tradiderit tibi*. Quaedam editiones minus apte interpungunt non ante, sed post verbum *similiter*. Pro *praecepi*, cod. A *praecepit*, uti codices nonnulli holmesiani.

6. *nec paveatis* — Codd. N, P, V, Bibl. Paris. 1566. *ne paveatis*. Pro *ad conspectum*,

sixtini, primo gregoriani, codd. A, B, E, H, Cas. 13., goth. leg. *a conspectu;* Sixtus praetermisit particulam *ad,* unde Toletus scribit: « Adde *ad;* sic Compl., Reg., Ordin., Lovan. » et communiter codices impressi. Quidam » mss. legunt *conspectu;* hebr. et graecus *a* » *conspectu,* seu *prae conspectu.* » Angelus Rocca primo scripserat *in conspectu;* cod. Cas. 1. *a facie;* graecus ἀπὸ προσώπου. Pro *quia Dominus,* Hugo *quare Dominus.* Pro *ductor,* cod. Cas. 1. *adiutor.* Post *dimittet* cod. B addit *te,* ut hebr. et veteres.

7. *Vocavitque* — Codd. C 1. m., D, N, P, T, U *Vocavit,* ut georg. Pro *omni Israel,* codd. R, S, Cas. 3. *omni multitudine filiorum Israel;* Cas. 1. *omni populo Israel;* it. georg.; at codd. M, O diserte monent nil interponendum esse. Pro *patribus eorum iuravit,* cod. H *iuravit patribus eorum.* Pro *sorte divides,* cod. R, Bibl. Ven. 1476., Reg. aliaque plura *divides sorte.*

8. *est vester* — Codd. A, D, E, F, G, H, K, N, T, U, V, Bibl. Ordin., Hugo, Rabanus *vester est;* cod. O tacet *est.* Pro *non dimittet,* Rabanus *et non dimittet te;* addunt quoque *te* cod. A, Bibl. Lugd. 1522., hebr. et veteres; cod. V *et non dimittet;* cod. S *nec dimittet.*

9. *itaque Moyses* — Cod. C *Moyses itaque.* Post *senioribus* cod. E addit *filiis;* accedunt graecus, syrus et tres codd. Kennic.

10. *anno remissionis* — Tacent *anno* codd. K, Cas. 14., Bibl. Paris. 1566.

11. *cunctis ex Israel* — Codd. C, D, N, P, R, S, T, U, V, Cas. 1., Bibl. Lugdun. 1522., Hugo *cunctis ex filiis Israel,* ut georg.; cod. N adnotat: « Antiqui *cunctis ex filiis Israel;* alii » satis antiqui *cunctis filiis;* alii noviores iux- » ta hebraeum *ex cunctis Israel.* » Cod. O tacet *cunctis,* ut cod. VII. holmesianus. Pro *Dei tui,* codd. R, S, Cas. 2., Bibl. Lugd. 1522., all., Rabanus *Dei sui.* Pro *leges verba legis,* egregie cod. E *recitabis verba legis:* etsi vero erudituli cuiuspiam ingenium correctio ista redolere videtur, nos tamen librario qui codicem E descripsit, quique stupidam fere ignorantiam prodit, illam tribuendam esse negamus; adeoque antiquissimam illam esse censemus. Nam laudatus librarius vetustissimis antigraphis utebatur.

12. *Deum vestrum* — Cod. Cas. 1. tacet pronomen; cod. R *Deum nostrum,* ut pauci codices Holmesii; codd. S, V *Deum tuum.* Pro *et custodiant,* cod. A *ut custodiant.* Pro *impleantque,* cod. gothic. leg. *impleant.* Pro *sermones legis huius,* cod. B *sermones eius;* cod. F tacet *huius,* ut georg.

13. *ut audire* — Cod. F *et audire;* particulam *ut* tacent sixtini, codd. A, E, K, S, Cas. 16., goth. leg.; gregoriani dubitarunt; cod. H notat hebraeum pro *audire possint,* legere *audiant et discant.* Pro *et timeant,* codd. Cas. 12. *ut timeant;* et ita legi in hebraico monet codex H. Pro *Deum suum,* codd. H, L 7., Q, Cas. 1. *Deum vestrum;* it. hebr., chaldaeus, arabs, graecus ven. et multi codices holmesiani; at vero pro Vulgato stant samaritanus textus, syrus paucique hebraici codd. apud De-Rossi; cod. E cum graeco *Deum tuum.* Pro *Iordane transmisso,* codd. A, F, G, K, V, Cas. 4. *Iordane transito;* conf. Deut. IV, 26. Pro *pergitis obtinendam,* cod. A *pergitis possidendam;* codd. C, D, R, S, T, U, V, Cas. 6., glossa interlinearis *pergetis obtinendam;* Holmesius notat coptum et armenum legere *transibitis.*

14. *in tabernaculo testimonii* — Bis in hoc versiculo id legitur; alterutrum autem, et quae his interiacent praetermittit cod. B; priori loco cod. Cas. 1. legit *in tabernaculo Domini.*

15. *Dominus ibi* — Codd. F, G, T *ibi Dominus;* cod. E, quaedam ex hentenianis edd., uti Antuerp. 1559. 1563. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., Ven. 1579. tacent *ibi;* mendose Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498. *Dominus sibi.*

16. *Dixitque* — Bibl. Ord. *Dixit,* et ita ex mendo habet Vallarsius. Pro *dormies,* cod. K *dormis;* notat Lorinus hebraeum et graecum non obesse. Pro *ingreditur ut habitet,* quod lovanienses invexerunt, antiquiores edd. legunt *ingredietur ut habitet;* sixtini, codd. A,

B, G, K, S, T, V, Cas. plerique, goth. leg. et primo Rocca *ingredietur et habitabit;* his accedunt codd. C, D, E, F, H, U, Cas. 1., Hugo, primo gregoriani, qui habent *ingreditur et habitabit;* Toletus vero, commemorata lectione tum Bibliorum lovaniensium, tum aliarum editionum, subdit: « Prior Congregatio *ingre-* » *ditur* (lege *ingredietur*), *et habitabit;* et sic » in mss. aliquot; posterior Congregatio *in-* » *greditur ut inhabitet*, et sic quadrat cum » hebr. et graeco. » Cod. Cas. 1. habet *ingreditur ad habitandum;* cod. R *egredietur et habitabit.* Cod. H notat hebr. non legere *et habitabit in ea: ibi.*

17. *in devorationem*—Codd. C, D, F, G, U, Bibl. Lugdun. 1522. *in devoratione.* Pro *invenient*, codd. B, S *invenientque;* codd. Cas. 13. *et invenient;* hebr. et veteres nexum exprimunt. Cod. H notat hebr. legere *mala multa*, pro *omnia mala.* Pro *dicat*, codd. A, B, Cas. 3. *dicant*, ut Ionathanus, arabs et armenus. Post *Deus* cod. K addit *meus*, ut hebr. (quod et cod. H monet) et veteres, excepto syro.

18. *abscondam* — Codd. G, K, S, V 2. m., Cas. 14. addunt *me.* Post *faciem meam* codd. V 2. m., Cas. 16. addunt *ab eo;* samaritanus textus, chaldaeus, graecus, syrus, arabs et tres codd. Kennicotti addunt *ab eis*, quod Houbigantio probatur.

19. *ut memoriter* — Cod. A *et memoriter.*

20. *patribus eius*—Codd. G, K, V *patribus eorum;* it. graecus, syrus, chaldaeus, arabs paucique codices hebraici apud De-Rossi, qui tamen fallitur dum codici alexandrino tribuit ἀυτοῦ. Pro *crassique*, codd. A, K, Cas. 15. *crassatique;* unicum huius vocis exemplum Forcellinius ex Ammiano Marcellino profert. Pro *avertentur ad deos*, codd. F, R, S, U 2. m., V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., 1479., Reg., all. plura *convertentur ad deos;* cod. G *vertentur ad deos;* cod. U 1. m. *advertentur ad eos;* ceterum magis proprium videtur converti ad aliquem; nam vix alibi legitur averti ad aliquem. Pro *detrahentque*, sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, T, U, V, goth. leg., Bibl. Ordin., Hugo *et detrahent.*

21. *mala multa*—Codd. S, T, V *multa mala;* cod. A tacet *multa.* Post *respondebit* Bibl. Ordin. tacent *ei;* cod. V legit *eis;* cf. Holmes. Pro *seminis sui*, codd. A, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. plerique et vetustiores edd. *seminis tui;* emendarunt sixtini, quibus alii codices suffragantur, Bibl. Ord., Reg., all., hebr. et veteres. Pro *quae facturus sit*, codd. K, Cas. 1. *quae facturus est;* codex alter Cas. praemittit *et;* item syrus, arabs holmesianus et cod. 13. Kennic.

22. *Scripsit ergo*—Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., all. *Scripsit quoque;* cod. E et Thomas. V, 342. tacent *ergo.* Post *canticum* margo Ord. addit *in ipsa die;* cod. H notat bebraeum addere *hoc in die illo.*

23. *Praecepitque Dominus Iosue* — Toletus in hunc locum scribit: « In graeco legitur » *Praecepitque Moyses Iosue;* in hebraeo au- » tem nec *Moyses*, nec *Dominus;* et verbum » *Praecepit* referri videtur ad Moysem. At » Compl., Reg., Ordin. et multa impressa le- » gunt *Dominus.* Quidam mss. neutrum le- » gunt, sicut hebraeus. Prior Congregatio ex- » punxit; posterior cum Sixto retinuit. » Ad graecum quod spectat, legunt quidem Μωϋσῆς non pauci graeci codices cum ed. Compl. aliisque apud Holmesium; at vero alii graeci codices cum antiquissimo vaticano, et graeca Sixti V. editione, quam Toletus imprudenter neglexit, illud nomen ignorant. Ceterum revera expunxerunt *Dominus* (quod ex priscis interpretibus slav. ostrog. tantum habet) sixtini et primo gregoriani, quibus suffragantur codd. A, B, E, F, H, K, L 9., M, N*, O, Q, Cas. 4., Thomas. l. c., Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494. 1498., hebraeus et reliqui veteres. Verumtamen cod. N hoc habet scholion: « Anti- » qui legunt *Praecepitque Dominus Iosue:* vel » de antiquo exemplari, vel ne videretur lo- » qui de Moyse, de quo immediate prius lo- » quebatur, interpres apposuit *Dominus.* » Nam hoc loco divini praecepti verba ab ipso Deo prolata exhiberi, ea quae sequuntur aperte demonstrant: *tu enim*, inquit, *introduces filios Israel in terram, quam pollicitus*

sum, et ego ero tecum. Quae quum ad Deum, non autem Mosem loquentem referre necesse sit, graecus interpres, qui in superioribus de Mose cogitabat compulsus est interpretari σὺ γὰρ εἰσάξεις τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσεν αὐτοῖς Κύριος, καὶ αὐτὸς ἔσται μετὰ σοῦ. Cf. Bukentop. p. 156.

Ibid. *pollicitus sum*—Addunt *eis* cod. Cas. 1., Thomas. l. c., Miss. rom. in Sabbato sancto (ed. vat. 1609.); quibus favent hebr. et veteres; perperam enim in latina versione Onkelosi reticetur.

24. *scripsit* — Rabanus VI, 1132. *conscripsit.*

25. *Domini*—Cod. K addit *Dei*, cf. Holmes.

26. *librum istum* — Cod. H notat hebr. legere *librum legis hunc.* Pro *ponite eum*, codd. F, K, gothic. legion. *ponite illum;* Bibl. Ven. 1492. 1497. 1501., Brix. 1496., all. tacent pronomen, ut armenus. Pro *ut sit ibi*, codd. D 1. m., F, G, T *ut sit tibi;* item mendose bis habet Lorinus in h. l. pag. 469. Pro *in testimonium*, codd. A, E, K *in testimonio.*

27. *cervicem tuam* — Sixtini cum cod. A omittunt *tuam.* Post *Adhuc* codd. A, Cas. 14. cum graeco et syro addunt *enim.* Cod. H notat hebraeum non legere *et ingrediente.* In cod. E desiderantur verba *semper contentiose egistis contra Dominum.*

29. *agetis* — Codd. A, E *agatis.* Pro *quam praecepi*, cod. Cas. 1. *quam ostendi.* Pro *feceritis malum*, cod. Cas. 1. *feceritis mala;* item graecus, sed cf. Holmes. Pro *per opera*, cod. B *in opera*, hebr. במעשׂה.

30. *Locutus est*—Cod. B tacet *est.* Pro *coetu Israel*, codd. S, V, Cas. 1., Thomas. V, 342. *coetu filiorum Israel*, sed codd. M, O notant veteres non legere *filiorum;* perperam autem id in latina versione Onkelosi additur.

Cap. XXXII, 1. *loquor* — Codd. F, U, Bibl. Ordin., Lugd. 1535.; all., Rabanus, Haymo CXVI, 710., Bruno herbip. CXLII, 545., Rupertus, all. *loquar;* item vetus Itala, cuius frequentiores hoc capite reliquiae in nostris codicibus servantur. Quum enim huius cantici usus in liturgia priscis temporibus obtinuisset, ad Psalterii calcem cum reliquis idem describere in more positum. Hinc vetus latina interpretatio in multis libris servata, eademque passim a scriptoribus post octavum quoque seculum usurpata: hinc quandoque scriptorum vitio ea quae ad Italam pertinent cum hieronymiana interpretatione permixta fuerunt, et vicissim quae ex Hieronymo sunt, saepius in Italam illata. Recolantur quae ad Ex. XV, 2. praenotavimus. Nos itaque utpotequi pro virili nostra parte vulgatam Hieronymi interpretationem sartam tectamque tueri atque servare conamur, si quid aliena manu in illam irrepsisse comperiemur, id suo auctori sollicite restituere studebimus. Veteris autem Italae testes in hoc cantico praeter eos quos laudabili sedulitate Sabatierius excitavit, alios plures coacervare possumus, qui novas quoque, easque haud sane spernendas lectionum varietates nobis suppeditant. Ne tamen instituti nostri ratio turbetur, hanc spartam in singulari *Appendice* ad huius libri calcem reiecta adornandam censuimus.

2. *ut pluvia* — Sic habent codd. H, N*, O, P, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., Rob. Steph. 1532.; aliaeque paucae editiones: « Sic, ait Toletus, hebraeus et » graecus (ex quo Itala *sicut pluvia*); at » Compl., Reg., Ordin., Lov. et aliquot mss. » *in pluviam.* » Nam postremam hanc lectionem praeferunt codd. B, E, N, R, editiones veteres longe plures, Rabanus, Haymo l. c., Rupertus; hinc cod. N adnotat: « Antiqui et » Strabus legunt *in pluviam.* » Codd. A, C, D, F, G, S, T, U, V, Thomas. I, 57., Bruno herbip. l. c. *in pluvia;* gregoriani particulam *ut* tamquam dubiam subnotaverant; re quidem vera Hieronymus legisse videtur במטר.

Sixtina inter et clementina Biblia, quoad interpungendi rationem, non modica occurrit in hoc cantico varietas prout sequens tabella demonstrabit. Has enim omnes minusculas varietates a gregorianis et clementinis invectas, hoc loco digerere atque ob oculos sistere iuvat.

Clemens	Sixtus
2. 3. *gramina. Quia*	*gramina, quia*
3. *invocabo: date*	*invocabo. Date*
3. 4. *nostro. Dei*	*nostro: Dei*
4. *iudicia: Deus*	*iudicia. Deus*
5. *ei, et non*	*ei et non*
5. *sordibus: generatio*	*sordibus. Generatio*
5. 6. *perversa. Haeccine*	*perversa: Haeccine*
6. *numquid*	*Numquid*
11. *alas suas, et*	*alas suas: et*
17. *diis, quos*	*diis quos*
19. 20. *filiae. Et ait*	*filiae: et ait*
21. *eo, qui non erat*	*eo qui non erat*
21. *suis: et ego*	*suis. Et ego*
21. *eo, qui non est*	*eo qui non est*
22. *novissima: devorabitq.*	*novissima. Devorabitq.*
24. *amarissimo: dentes*	*amarissimo. Dentes*
28. 29. *prudentia. Utinam*	*prudentia: utinam*

3. *magnificentiam Deo* — Cod. B *magnitudinem Domino Deo;* cod. E et margo Ordin. *magnitudinem Deo;* utraque varietas ex Itala.

4. *Dei perfecta*—Rabanus interponit *enim.* Mox post *fidelis* cod. K tacet *et.*

5. *Peccaverunt ei, et non filii*—Particulam *et* sixtini expunxerunt, quibus suffragantur codd. A, B, C 2. m., D, E, G, H, L 6. (seu Q), N, P, T, U, Cas. 14., Bibl. Mogunt., Rob. Steph. 1532., Paris. 1566., all., Rabanus, Bruno ast.; cod. N monet hebraeum, antiquos et Strabum nullam heic coniunctionis particulam interponere; Bukentopius animadvertit nexum in syro tantum legi, cui addes armenum, aliosque paucos apud Sabatierium et Holmesium. Sensus est: Peccaverunt adversus eum, adeoque non iam filii.

6. *Haeccine reddis* — Sixtini, gregoriani, codd. A, B *Haeccine reddes;* hebraeus quoque verbum futuri temporis habet. Cod. N grammaticam notationem profert: « Quia in» ter *haec,* et *ne* difficilis est transitus, inter» ponitur lettera *i,* ut dicatur *haecine,* non » *haeccine.* » At nostri docent illud pronomen compositum ex *hic* et duabus adiectis encliticis *ce* (vel *ci*) et *ne.* Pro *possedit te,* cod. E *possidebit te;* sixtini, codd. A, B, C 1. m., V, Cas. 6., Bibl. Ven. 1480. 1494. 1498., Rabanus, Bruno herbip. l. c. tacent *te.* Contra addunt *te* post *fecit* codd. E, K, Cas. 12.; item Itala.

7. *Memento* — Codd. B, D, F 1. m. *Mementote;* Itala quoque cum samaritano textu et graeco pluralem numerum adhibet. Moses in hoc cantico mirifice delectatur numeri et personarum mutatione: hinc vero interpretes librariique ad coniecturales correctiones faciendas ansam habuerunt.

8. *constituit terminos populorum* — Cod. Cas. 1. *statuit terminos nationum;* verbum *statuit* ex Itala est, illudque habet et glossa interlinearis; Bruno ast. semel *constituit numerum populorum.* Pro *iuxta numerum filiorum Israel,* cod. B *secundum numerum angelorum Dei, filiorum Israel;* cod. M hoc praefert scholium: « Septuaginta legunt *statuit* » *terminos nationum iuxta numerum angelo*» *rum Dei.* Super hoc dicit Gregorius in ho» milia de X. dragmis quas mulier habuit » (I, 1606.), quod tanta creditur ascensura » in caelum multitudo hominum, quanta illic » remansit multitudo angelorum. » Animadverte laudatum codicem B duplicem interpretationem copulasse, seu veterem ex graeco, et hieronymianam ex hebraeo; utramque autem recte distinguit Hieronymus V, 328. scribens: « Moyses in Deuteronomii cantico: *con*» *stituit terminos nationum, iuxta numerum* » *angelorum Dei;* sive, ut melius habetur in » hebraico *iuxta numerum filiorum Israel.* » Alios patres, qui graecam lectionem memorant, longo ordine excitat Lorinus in h. l.

9. *populus eius: Iacob* — Cod. B *Iacob populus eius;* nam vetus Itala, ut samaritanus et graecus (quem sequitur Iacobus edessenus apud Ephraemum 1, 185.), connectit *Iacob* cum iis quae praecedunt; cod. G *populus eius: et Iacob;* accedunt syrus et arabs. Pro *funiculus,* codd. E, F *funiculum,* ut alii apud Sabatierium.

10. *et custodivit* — Codd. Cas. 2. cum hebraeo tacent *et;* codd. E, Cas. 14. addunt *eum;* item hebr. et veteres; utraque varietas suos habet testes in libris, qui hoc canticum ex Itala servant.

11. *assumpsit eum* — Codd. B, C, D, F, S, U, Cas. 8., Palatinus, Rabanus, Rupertus *as-*

sumpsit eos; ex Itala; hinc recte correctoria M, N, O monent hebraeum et veteres latinos codices legere *eum*, graecum autem *eos;* cod. P tacet pronomen. Pro *atque portavit*, cod. E cum hebraeo *atque portabit;* Beda III, 428., Bruno ast. *et portavit;* cf. Sabatier.

12. *et non erat* — Codd. N, O monent non esse legendum *et non fuit;* de hac lectione cf. nostra *Appendix*. Editiones vaticanae mox praeferunt *Deus alienus;* recentiores vero plures *deus alienus*.

13. *Constituit eum* — Cod. B et Brev. Goth. p. 4. tacent *eum*. Pro *comederet*, Rabanus *comedat*. Pro *fructus*, cod. A *fructum*, ut graecus ven. et armenus. Pro *ut sugeret*, codd. E, H, S, sangermanensis a Stephano et lovaniensibus excitatus, goth. leg., Bibl. Ordin., priores edd. Rob. Steph., all. *et sugeret;* animadverte in prioribus edd. hentenianis ex typographi vitio in marginis nota expunctum fuisse *ut*, pro eo quod adnotandum erat codicem unum sufficere *et*. Pro *de saxo durissimo*, cod. U, Glossa interlinearis *de firma petra;* ex Itala.

14. *et sanguinem* — Cod. F tacet nexum; cod. D, Rabanus VI, 1140. *et sanguine;* conf. Sabatier. Pro *biberet*, primo sixtini, codd. B, C, F, N *, R, S, V, Cas. 3., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Rabanus, Haymo l. c., Bruno ast., Rupertus *biberent;* graeci fere omnes ἔπιον, aut ἔπιον, quibus accedunt targum Ionathani et hierosolymitanum; hanc vero lectionem modernis codicibus tribuunt codd. N, O; codd. A, G, K legunt *bibere*.

15. *dilectus, et recalcitravit* — Rabanus cum Itala *et recalcitravit dilectus;* cod. Cas. 1. addit *et;* gregoriani mutarunt *dilectus* in *directus*, quod habetur in marg. Ordin.; sed utrum in latinis codicibus id invenerint ignoramus; cod. H notat hebraeum legere *rectus;* Mariana in h. l. scribit: « Suspicor Hieronymum posuisse *directus;* nam hebraice est » ישרון, id est *rectus;* quasi dicat: Qui erat » rectus, copia rerum pinguis factus recalcitravit. » At vero quum alexandrini posuissent ἠγαπημένος, potuit certe Hieronymus interpretari *dilectus*. Eadem vox occurrit infra XXXIII, 5. 26. et Is. XLIV, 2. quibus locis Hieronymus posuit *rectissimum*. Docet autem Gesenius in *Thes. p. 642.* illam esse populi Israelitici appellationem poeticam, eamque blandam et caritativam; alii addunt illud vocabulum esse diminutivum quod blanditiae caussa usurpatur, veluti si diceres *rectulus* (sit verbo venia), *iustinus*. Mox post *incrassatus* cod. E cum Itala addit *est*. Ante *dilatatus* addunt *et* Bibl. Ordin. et Rabanus VI, 1141.; item rursum Itala. Pro *dereliquit Deum*, cod. B *derelinquit Dominum Deum;* armenus quoque legit *Dominum Deum;* pro *Deum* habent *Dominum* codd. E, G, S, Cas. 12., Rabanus; conf. Sabatierius et Holmes. Pro *salutari*, codd. A, B *salvatore;* item Lucifer calar., at reliqui fere omnes veteris Italae testes cum Vulgato consentiunt: graecus σωτῆρος utroque modo reddi potest.

16. *abominationibus* — Rabanus et Rupertus cum Itala addunt *suis*, quod in quibusdam codd. reperisse Vallarsius videtur.

17. *daemoniis* — Codd. A, C, E, K, R, U, Hugo, all. *daemonibus;* cf. Lev. XVII, 7.; Italam cum hodierna Vulgati lectione consentire certum est. Pro *diis, quos ignorabant*, cod. A *diis quos ignoraverunt;* cod. B *dii, quos ignorabant;* cf. Sabatier. Post *venerunt* Rabanus VI, 1141. addit *ad eos*, quod Vallarsius quoque in aliis libris legi adnotavit; cf. *Appendix*.

18. *dereliquisti* — Cod. K *reliquisti*. Pro *Domini*, Bibl. Complut., Reg., Lugd. 1535., all. *Dei;* concinunt hebr. et veteres, at conf. Sabatierius; Bibl. Ordin. *Domini Dei*.

19. *filii sui et filiae* — Bibl. Compl., Reg., all., Haymo CXVI, 712. tacent *sui;* it. chaldaeus, arabs, armenus, georg. et nonnulli graeci codices; cod. Cas. 1., Bibl. Lugdun. 1535. et hebraeus addunt *suae*.

20. *perversa est* — Rupertus tacet *est*.

21. *in eo, qui non erat Deus* — Toletus notat: « Hebr. et graecus *in non Deo*, id est, in » re, quae non erat Deus. » Pro *qui*, cod. A *quod;* pro *erat*, Haymo l. c. *est;* pro *Deus*,

Rabanus VI, 1142. *Dominus;* conf. Sabatier. Pro *irritabo illos*, codd. A, E 1. m., F, Bruno ast. cum Itala *irritabo eos*.

22. *ardebit* — Cod. E *exardebit;* conf. Sabatier.

23. *sagittas meas* — Cod. D tacet pronomen; conf. Sabatier.

24. *in eos* — Cod. Cas. 1. *super eos.*

25. *simul ac virginem* — Cod. F *ac virginem simul;* cod. R tacet *simul.* Pro *lactentem*, codd. A, C, D 1. m., E, F, G, S, U, V, Bruno ast. *lactantem;* conf. Sabatier. Nemo ignorat *lactens* dici a *lacteo*, lac sugo; *lactans* vero a *lacto*, lac praebeo; at observant eruditi, passim haec duo confundi. Cod. E et Rupertus addunt *simul.*

26. *Dixi* — Codd. F, G, N*, O, S, V, veteres edd., Rabanus VI, 1144., Haymo l. c., Bruno ast., Bruno herbip. l. c., Rupertus *Et dixi;* item syrus (quamquam Usserii codex non consentit) et georg.; cod. N aperte repugnat adnotans: « Hebr. et antiqui non praemittunt coniunctionem *et.* » Cod. R, Bibl. Lugdun. 1569. et Rabanus in h. l. *Et dixit;* cf. Sabatierius; hodiernam lectionem ad codicum fidem invexerunt sixtini. Cod. H notat hebraeum pro *Ubinam sunt*, legere *Exterminabo eos in furore meo, et;* quibus verbis scholiastes, eadem fere ratione ac Onkelosus, geminas sacri textus lectiones expressisse videtur; nam hebraeus legit tantum אמאיהם, quod est *dispellam eos*, unde alexandrinus διασπερῶ αὐτούς, et graecus ven. ὑπεροριῶ σφᾶς; at samaritanus textus (quem samaritanus interpres sequitur) אתה אעש, seu *ira mea ipsi;* conf. De-Rossi *Suppl. ad Varr. Lectt.* et Gesenii *Thes. pag. 1086.;* Hieronymus autem legisse videtur אמרא הם, cui syrus et (teste Masio) Aquila consentiunt.

27. *et non Dominus* — Codd. B, F, Rabanus VI, 1144. *et non Deus;* cf. Sabatier.

28. *Gens* — Rabanus addit *Iudaeorum;* alii cum georg. addebant *ista*, quod in cod. O reiicitur. Post *consilio* codd. E, O, R, Cas. 15. tacent *est.*

30. *Quo modo persequatur unus mille, et duo fugent decem millia?* — Sixtus et cod. G habent *Quo modo persequebatur unus mille, et duo fugabant decem millia?* Ad haec Toletus: « In hebraeo et graeco utrumque verbum » est futurum, *persequetur . . . fugabunt.* In » nullo codice habetur ut posuit Sixtus. Nam » communiter impressi habent *persequeba-* » *tur . . . fugarent;* quae temporum diversitas » non consonat cum hebraeo et graeco. At » mss. habent *persequatur . . . fugent;* et sic » utraque Congregatio censuit. Recentiores le- » gunt *Quo modo unus persecutus fuisset mil-* » *le, et duo fugassent* etc. » Haec postrema est Pagnini interpretatio. Lucas Brugensis in *Notationibus*, prolata veteri lectione *Quomodo persequebatur unus mille, et duo fugarent decem millia?* subdit: « Huic lectioni id incom- » modi est, quod partes non apte sibi res- » pondeant. Antiqui codices Correctoris (est » noster cod. N) legunt *Quomodo persequatur* » *unus mille, et duo fugent decem millia?* His » nostrorum codicum unus dumtaxat, utra- » que parte conformis est: plures priori parte » conveniunt; posteriori, voce discrepant, » sensu consonant, nam *fugarent* legunt. He- » braice et chaldaice futura leguntur, sed » quae variis modis reddi possint. Quidam » transferunt *persequebatur . . . fugabant;* alii, » inter quos Septuaginta, *persequetur . . . fu-* » *gabunt;* nonnulli *persequatur* (id est, per- » sequi possit) . . . *fugent* (id est, fugare pos- » sint). Prima autem interpretatio, accidisse » significat: secunda futurum praenunciat: » tertia anceps est, ut et factum intelligi pos- » sit et futurum. » In priori verbo Sixto consentiunt, nempe legunt *persequebatur*, codd. B, C 1. m., F, N*, R, S, U 2. m., V, veteres editiones, Rabanus in h. l., Haymo l. c., Bruno herb. l. c., Bruno ast., Rupertus, et apud Sabatierium Psalt. remense; cod. Palatinus *persequetur;* codd. A, K, Rabanus VI, 1145. cum Itala *persequitur;* cod. Cas. 1. *prosequatur;* at vero sixtinis, qui hodiernam lectionem admiserunt, adstipulantur codd. C 2. m., D, E, H, L 5., N, Q, U 1. m., Cas. 11., priores edd. Rob. Steph., all. Ad alterum verbum

quod pertinet, etsi multorum testium varietates tenemus, tamen in unico cod. G legimus *fugabant,* quod dedit Sixtus; sixtinis vero et gregorianis legentibus *fugent* accedunt codd. A, K, L 3., N, in quo scholiastes adnotat: « Antiqui et Strabus iuxta hebraeum » *fugent.* » Ex reliquis plures habent *fugarent,* uti codd. B, F, H, N*, O, R, S, T, V, veteres edd., Rabanus in h. l., Bruno herbip. l. c., Bruno ast.; cod. Cas. 1. *fugabunt;* cod. Palatinus et Rabanus VI, 1145. *fugant;* Rupertus *fugarunt;* codd. C, D, U, Cas. 1. *(duos) fugient;* cod. P *fugeret;* cod. E *facerent.* Denique animadvertimus veteres multos omittere interrogationis notam post verba *decem millia.*

31. *ut dii eorum* — Legunt *ut deus eorum* sixtini, primo gregoriani, codd. A, C, D, E, F, G 1. m., H, N, O, P, T, U, Cas. 13., goth. leg. et Rabanus; immo cod. O notat recentes tantum codices legere *uti dii eorum,* quod ex Itala fluxisse videtur; cod. N adnotat: « Lege » *ut deus eorum* secundum antiquos, et Stra- » bum et hebraeum. » Toletus quoque animadvertit: « In hebraeo est in singulari *deus,* » item in quibusdam mss. In graeco autem » et fere omnibus impressis in plurali *dii.* » Nimirum in sacro textu legitur צורם, quod est *praesidium eorum,* idque de quovis deo tutelari intelligitur.

32. *De vinea* — Cod. G, Rabanus cum Itala addunt *enim;* item hebr. et veteres. Pro *vinea eorum,* Bibl. Ven. 1480. 1483. 1494., all., Bruno herb. l. c., Rupertus *vinum eorum;* cf. Sabatierius. Nota hanc esse proverbialem locutionem, qua significatur Israelitas imitari perditos Sodomitarum mores. Pro *botri amarissimi,* cod. B cum Itala *botrus amaritudinis;* cod. E *botrus amarissimi;* codd. G, K, L 9., N*, R, S, V, Cas. 13., Bibl. Ven. 1476. 1479., Compl., Reg., all., Gregorius M. III, 195., Rabanus in h. l., Bruno herbip. l. c., Rupertus *botrus amarissimus;* cod. Cas. 1., Rabanus VI, 1146. *botrus amarissima;* Haymo enim l. c. adfirmat *botrus* ex iis nominibus esse, quae apud graecos in *os* desinunt, et apud nos feminini sunt generis: at vere graece dicitur *βότρυς* masculino genere, et ita apud latinos a bonis auctoribus usurpatur; quamvis enim hoc nomen inter voces expulsas amandaverit Forcellinius, tamen merito ex Vulgati testimonio illud admiserunt eiusdem Lexici editores lipsienses, qui addere potuissent veteris Italae auctoritatem, uti constat ex Ambrosio, Rufino, Augustino, Hieronymo, all. In glossario edito a Maio *Class. AA. VIII, 80.* habetur: « Botryo, » botrus, uva, racemus. » Noster cod. A legit *botrui amarissimi;* Maius quoque nuper adnotavit vetustissimos Augustini codices modo *botrus,* modo *botruus* efferre *(Nova patrum biblioth. I, 248.).* Ceterum vehementer falluntur qui in hodierna Vulgati lectione (quam tuentur plures codd., correctoria omnia, Bibl. Ordin., Rob. Steph., Lovan.) patrium casum expressum opinantur; est enim pluralis numeri rectus, uti ex hebr. et graeco patet.

33. *et venenum* — Rabanus VI, 1146. *ut venenum;* accedunt targumim.

34. *apud me* — Bruno ast. *apud te,* mendose.

35. *retribuam* — Addunt *eis* Sixtus, codd. G, N*, O, T, V, veteres edd. longe plures, Rabanus, Gotteschalcus CXVI, 352., Hincmarus CXXVI, 508., Bruno herbip. l. c., Rupertus; item Itala et syrus: pronomen expunxerunt sixtini et gregoriani, quibus suffragantur codices plerique omnes antiquiores, Bibl. Ordin., Rob. Steph. 1532., all. Pro *labatur pes,* Hugo *labantur pedes;* arabs et georg. pluralem numerum exprimunt. Post *perditionis* addunt *eorum* sixtini et scholiastes in cod. H; item Itala, hebr. et veteres.

36. *in servis suis miserebitur* — Cod. K *in servis suis consolabitur,* ut Itala; cod. E tacet *in.* Ante *clausi* codd. B, Cas. 1. omittunt *et.* Pro *defecerunt... sunt,* sixtini, codd. A, E, K *defecerint... sint.*

37. *Et dicet* — Codd. B, C, D, E, F, G, H, L 10., R, S, U, V, Cas. 19., Bibl. Ven. 1476. 1479., Lugd. 1513., Paris. 1566., all., Rupertus, Hugo, Liranus, Abulensis *Et dicent;* item samaritanus textus ⱬⱭⱮⱯⱬ, eiusque in-

terpres 𐤁𐤂𐤃𐤅𐤄𐤆𐤇. Pro *Ubi*, codd. S, Cas. 2. *Ubinam;* cod. O notat particulam *nam* addi superius ad vers. 26., non autem hoc loco.

38. *De quorum* — Cod. A *Et quorum;* Rabanus *Ex quorum*. Pro *libaminum*, codd. A, V cum Itala *libationum*. Pro *necessitate*, cod. F, Rabanus *necessitatibus*.

39. *Videte* — Cod. B cum graeco ex Itala hoc verbum geminat. Pro *ego sim*, codd. B, R, margo Ord., Hugo, Rabanus VI, 1149., Bruno ast., Petrus cap. in *Spicil. soles. II, 136.* cum Itala *ego sum;* cod. H notat hebr. legere *ego ego*. Pro *non sit*, cod. B, Petrus cap. l. c., Bruno ast., Rupertus cum Itala *non est*. Mox cod. K tacet *Deus;* cf. Sabatier.

Ibid. *occidam, et ego vivere faciam* — Cum Itala tacent *ego* codd. B, Cas. 1., Rabanus l. c., Rupertus; Sixti editio habet *occido, et ego vivere facio;* utrum autem id ex codicibus hauserit Sixtus dubitamus: certe vulgatam lectionem nostri codices servant: gregoriani, emendato posteriori verbo, prius intactum dimiserant; hinc in principe editione Clementis VIII. an. 1592. impressum fuerat *occido;* at vero in ipsa vaticana officina, antequam exemplaria evulgarentur, emendatum fuit; Toletus scribit: « Lege *occidam . . , faciam;* » sic hebr., graecus, Compl., Reg., Ordin., » Lovan. et codices fere omnes et Congre- » gatio. » Ad graecum quod pertinet animadverte Sixtum edidisse ἀποκτέννω (quod, teste Schleusnero, idem est ac ἀποκτείνω), *occido;* Hieronymus VII, 625. ex graeco habet *occido, et ego vivifico*.

40. *ad caelum* — Cod. K cum Itala *in caelum*. Post *manum meam*, codd. A, B 2. m. cum graeco et Itala addunt *et iurabo per dexteram meam*. Ante *dicam* Rabanus tacet *et*.

41. *Si acuero* — Rabanus VI, 1149. *Si exacuero*. Pro *arripuerit iudicium manus mea*, codd. V, Cas. 3., Gotteschalcus l. c., Bruno ast. *arripuerint iudicium manus meae;* cod. N praemittit *si;* codd. C 1. m., Cas. 1., Bibl. Ven. 1511. 1519., Lugd. 1513. 1526., all. *arripuerit iudicium manus meas*. Pro *et his qui*, Rabanus l. c. *et qui*.

42. *sanguine* — Codd. E, U *in sanguine;* cf. Sabatierius. Pro *devorabit*, cod. A, Rabanus VI, 1150. *manducabit*, ut Itala. Post *occisorum* cod. A tacet *et*. Ad verba *et de captivitate, nudati inimicorum capitis*, Toletus hanc habet notationem: « In hebr. sic legitur » *et captivitatem a capite nudationum inimici.* » Septuaginta aliter legisse videntur, sicuti » etiam Vulgatus aliter legit; cuius sensus is » esse potest *gladius meus devorabit carnes,* » id est homines; idque dupliciter, uno modo » *de cruore occisorum;* id est de occisis ho- » minibus; altero modo *de captivitate inimi-* » *corum* spoliatorum et humiliatorum: sicuti » in bello aliqui occiduntur, aliqui captivan- » tur spoliati et humiliati: propter spoliatio- » nem dicuntur *nudati*, ac propter humilia- » tionem *capitis;* signum enim est subiectio- » nis nudare caput. » Animadvertit Lowthus *(de poesi hebr., prael. XIX.)* huius versiculi peculiare artificium in eo positum, ut prius membrum cum tertio nectatur, alterum cum quarto: *Inebriabo sagittas meas sanguine — et gladius meus vorabit carnem — sanguine confossorum captorumque — de capite principum hostium.*

De additamento quod heic ex graeco habet vetus Itala sermo erit in *Appendice*.

43. *erit terrae* — Cod. B *erit Deus terrae;* Rabanus VI, 1151. cum Itala *erit Dominus terrae*.

44. *et locutus est* — Cod. E *locutusque est*. Pro *ipse et Iosue*, mendose Bibl. Lugd. 1550. 1567. *ipse est Iosue*.

46. *omnia verba* — Cod. A tacet *verba;* contra vero codd. S, Cas. 2., Bibl. Ven. 1476. 1479., posteriores edd. Rob. Steph., all. addunt *mea*, quod reliqui codices non legunt, et in cod. O expungi iubetur. Pro *testificor vobis*, cod. B *testificor tibi*. Pro *implere*, cod. B 1. m. *imple;* cod. H monet hebr. non legere *et implere*. Post verba *quae scripta sunt* addunt *in volumine* codd. C 2. m., F, G, L, U 2. m., V, Cas. 2. et veteres editiones ante hentenianas, quas sequi Lorinus non debuisset; cf. XXXI, 24.; cod. Cas. 1. addit *in libro*.

47. *perseveretis tempore* — Bibl. Parisien. 1566., all. *tempore perseveretis*. Pro *in terra*, cod. E *in terram*. Pro *ingredimini*, codd. C, D, L, R, S, T, U, Cas. 2., Bibl. Ord., priores edd. Rob. Steph. *ingrediemini*.

48. *in eadem die* — Cod. B et Petrus Com. tacent particulam *in*.

49. *Abarim, id est, transituum* — Legunt *Abarim, id est, transitum* sixtini, Sixtus, codd. A, B, C, D, E, F, G, N, O, R, S, T, U, V, Cas. omnes, goth. leg., Bibl. Ven. 1476. 1484. 1492. 1497., Brix. 1496., Ord., Reg., priores edd. Rob. Steph., all. plures, Rabanus, Rupertus: ex his patet quam vehementer erraverit Bukentopius dum (pag. 468.) hanc lectionem inter manifesta typographi vaticani menda posuit. At vero Toletus notat: « Lege *transituum;* sic Lovan. et Congregatio » (sic enim habent gregoriani); nam *Abarim* » est genitivus pluralis. » Codd. M, P, Bibl. Ven. 1480. 1482. 1483. 1494. 1498., 1533., Lugdun. 1535., all., margo Ordin. tacent *id est, transituum;* praeterea cod. M hanc habet notationem: « Hoc quod fere omnes ha- » bent *id est, transituum*, non est de textu, » ut dicit hebraeus; sed est expositio eius » quod dictum est *Abarim*, a vitio scriptorum » de interlinearibus insertum in textu, sicut » in toto veteri Testamento huiusmodi glos- » sae vitio scriptorum in textu sunt positae. » Eadem fere ad litteram apud Hugonem de s. Charo leguntur. At contra scholiastes in nostro cod. N scribit: « Super istud est falsa » notula talis: *Hoc* id est, transituum, *non* » *est de textu, ut dicit hebraeus, sed vitio* » *scriptorum insertum est*. Require Gen. XXV. » (v. 8.) et XXXV. (v. 18.) Sed nec ad di- » ctum iudaeorum canonem nostrum violare » debemus. In Lev. enim XXIII. (v. 39.) lo- » quitur de festo scenophegiae dicens *die VIII.* » *erit sabbatum, id est, requies*, quod inter- » pres posuit ad declarandum dictum *sab-* » *bati;* et sic talia infinita. Tale est illud su- » pra XXIX. (v. 17.) *sordes, id est, idola.* » Veteres interpretes vel nomen proprium absque interpretatione posuerunt, vel, illo praetermisso, eiusdem interpretationem habent ut Symmachus qui cum graeco veneto prae se fert τῶν διαβάσεων. Singularis est lectio Bibl. Ven. 1479. *Abarim, id est transito;* Petrus Com. hunc locum exponens scribit: « Ascende in montem Abarim, in montem » Nebo, id est per illum transi in istum, et » vide etc. »

Ibid. *Nebo* — Codd. E, K *Nabo;* conf. ad Num. XXXII, 3. Pro *obtinendam*, codd. E, Cas. 1. *possidendam*. Pro *in monte*, codd. A, E *in montem*.

50. *et appositus* — Codd. E, F, G, R, S, V, Cas. 16. addunt *est*, quod in cod. O expungi iubetur.

51. *ad Aquas contradictionis* — Rabanus praemittit *et;* quoad litteram maiusculam cf. ad Num. XX, 13. Pro *Cades deserti*, cod. B *Cades deserto;* graecus Κάδης ἐν τῇ ἐρήμῳ; cf. ad Num. XXVII, 14.

52. *Econtra* — Glossa interlinearis *Contra*, quod purioris latinitatis sectatoribus magis probatur; cod. H notat hebr. legere *Propterea e contra*. Pro *videbis terram*, codd. C, D, N, O, P, S, T, U, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo *videbis eam;* cod. N adnotat: « Pro *eam*, qui- » dam ponunt *terram*, quia hebr. habet; sed » hebr. non solum semel, sed bis vel ter ha- » bet ibi *terram*. » Cod. O it. notat: « Hebr., » graecus et quidam antiqui *terram*. » Codd. F, V utramque lectionem consociant legentes *videbis eam terram;* cod. R *videbis et non ingredieris eam;* post *ingredieris* codices quoque Cas. 2. tacent *in*.

Cap. XXXIII, 1. *qua benedixit* — Codd. A, F, K cum Augustino *quam benedixit*. Pro *homo Dei*, margo cod. H *vir Dei;* psalmi octuagesimi noni titulum explanans Hieronymus (I, 1043.) scribit: « Psalmi istius » iuxta hebraicum titulus est *Oratio Moysi* » *viri Dei;* iuxta Septuaginta *Oratio Moysi* » *hominis Dei*. Inter hominem autem et vi- » rum quid intersit sacra Scriptura nos do- » cet etc. » Pro *filiis Israel*, codd. E, R, Bibl. Paris. 1566., aliique testes memorati in cod. O *filios Israel;* item Augustinus.

*

2. *de Sinai* — Legunt *de Sina* codd. B, C, D, E, F, G, R, S, T, U, V, Cas. 22., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., Rob. Steph. 1528., all., Brev. Goth. pag. LXV. et CLXVI., Rupertus, Bruno ast., Petrus Com.; Rabanus autem tum in h. l., tum V, 438. legit *in Sina;* Augustinus *ex Sina;* graecus ἐκ Σινά, unde Vulgatus pro סִינַי non habet *Sina* nisi in libris qui ex graeco fonte fluxerunt. Pro *venit*, codd. Cas. 12., Brev. Goth. pag. LXV, Rabanus l. c. *veniet*. Post *apparuit* Brev. Goth. l. c. addit *Dominus*.

3. *Dilexit populos* — Codd. A 1. m., U *Dilexit populus*. Post *omnes sancti*, quidam florentini codd. cum hebraeo addunt *eius;* cod. M adnotat nonnullos minus recte connectere *omnes* cum *populos*. Pro *manu illius*, cod. V, Brev. Goth. p. CLXVI. *manu eius*. Pro *accipient de doctrina*, cod. D 1. m., Hugo *accipiant de doctrina;* cod. U, Rabanus *accipient doctrinam*. Mox pro *illius*, Brev. Goth. l. c. *ipsius*.

4. *hereditatem* — Bibl. Ordin. praemittunt *et;* item syrus, arabs, slav. ostrog. et graeca Aldi editio: perperam nexus exprimitur in latina versione Onkelosi.

5. *Erit* — Codd. M, R, S, Cas. 4., Bibl. Ven. 1480. 1482., all. praemittunt *Et*, quod in cod. O expungitur; at legunt hebr. et veteres. Mox Rabanus tacet *rex;* cf. Holmes.

6. *Vivat* — Rupertus *Ait: Vivat*.

7. *pugnabunt* — Cod. Cas. 1. *pugnabit;* accedit hebraeus; Cas. alter *pugnent;* Brev. Goth. l. c. *pugnaverunt*. Animadverte Hieronymum in hoc verbo Symmachi interpretationem imitatum fuisse, quae legit ὑπερμαχήσουσιν. Pro *adiutor*, mendose Bruno ast. *auditor*. Pro *erit*, Bibl. Ord. *eris*, ut hebraeus et veteres; ex hac autem egregia lectione ambiguus Vulgati sensus declaratur; cf. Bukentopius p. 26.

8. *Levi quoque* — Cod. A *Levique*. Pro *viro sancto tuo*, cod. N legit *a viro sancto suo*, et notat: « Hic (quidam) ponit quod hebraeus » habet in dativo. Sed sciendum quod hic » ponitur articulus sicut est *le*, vel *al* in gallico, quod non solum dativo, sed etiam genitivo servit, sicut diceremus *la chape, le* » *mestre*, sive *al mestre*. Require Exod. II. » (v. 16.) *sacerdoti*, id est *sacerdotis*. Iste » etiam articulus est supra XXIX. (v. 29.) » *Abscondita a Domino*, et Num. XIII. (v. 5.) » *de tribu Ruben, de tribu Simeon*, et sic usque ad duodecimam semper est ibi *le* articulus ubi ponimus *de* praepositionem. Verumtamen et supra XXIX. (v. 29.) alii » habent non *a Domino*, sed *Domino*, et heic » *viro* dativo casu. » Laudatus scholiastes manifeste impetit notulam quae in nostro cod. M legitur: « *viro* est dativi casus, ut dicit hebraeus, et sic habent antiqui. » Codd. E, F 2. m., R, S, Bibl. Ven. 1476. 1479., Ordin., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Bruno ast. *a viro sancto tuo;* et ita alios quoque legere monet cod. O; cod. B habet *Levi viro sancto tuo;* cod. F tacet pronomen, ut alexandrinus, syrus et Symmachus. Ex sacro textu deprehendimus hoc loco sermonem esse de *Tummim* et *Urim*, quae Summus Pontifex in pectorali deferebat, de quibus cf. Ex. XXVIII, 30. Pro *in tentatione*, cod. C, Bruno ast. *in tentationem;* animadverte hoc esse loci nomen proprium, quod proinde recte scribi potest cum priori littera maiuscula; conf. ad Exod. XVII, 7.

9. *Qui dixit* — Isidorus V, 511. cum Cypriano *Qui dicunt;* Rabanus cum Philastrio brix. *Qui dixerunt;* Leo IX. apud Hard. VI, 942. *Qui dixerit*. Pro *et matri suae*, cod. F *vel matri suae;* cf. Holmesius; tacent pronomen cod. B, Brev. Goth. p. CLXVI, Isidorus l. c., Leo IX. l. c.; item graecus, sed conf. Holmes. Pro *Ignoro vos*, quod sixtini ad fidem antiquiorum codicum intulerunt, legunt *Ignoro illos* codd. C, D, E, F, G, K, R, S, T, U, V, codices Vallarsii, veteres edd., Brev. Goth. l. c., Gregorius M. I, 231. IV, 129., Isidorus l. c., Rabanus, Rupertus, Bruno ast.; Martianaeus scribit: « Undecim mss. nostri » codices legunt *Ignoro illos:* editorum nihilominus lectio praeferenda est, quia textui » hebraico consonat. » Mox cod. H notat he-

braeum legere *nescivit*, pro *nescierunt*. Post *filios* Leo IX. l. c. tacet *suos*.

Ibid. *Hi custodierunt eloquium tuum, et pactum tuum servaverunt* — Isidorus l. c. *Hi testamentum Dei, et praecepta eius servaverunt;* Leo IX. l. c. *Hi custodierunt testamentum tuum, iudicia tua;* pro *pactum tuum*, codd. E, Cas. 13. *praeceptum tuum;* Brev. Goth. l. c. *praeceptum;* Gregorius M. I, 231. ante *servaverunt* addit *et;* illud enim verbum cum iis quae sequuntur connectit.

10. *iudicia tua o Iacob, et legem tuam o Israel* — Cod. A 2. m. *iudicia tua o Israel, et legem tuam o Iacob;* cod. H notat hebraeum legere *Illuminent iudicia tua in Iacob, et legem tuam in Israel;* at melius ex hebraeo scholiastes in cod. O interpretatur *Docuerunt iudicia tua Iacob, et legem tuam Israel;* nempe *Iacobo* et *Israeli* in hebraico textu dativo casu; eadem ex sacro textu profert cod. M, et subdit: « Secundum hoc esset *Iacob* et *Is-* » *rael* accusativi casus (praecessit enim *Do-* » *cuerunt*); et forte ita prius translatum fuit; » sed mutatum est, et suffectum *o* vitio scri- » ptorum, quos multum reprehendit Hiero- » nymus. » Isidorus quoque l. c. particulam *o* praetermittit; at cod. N notat: « *Iudicia tua,* » *Iacob;* dicit *tua,* quia tibi data; apostro- » phat enim ad Iacob. » Pro *holocaustum*, Bibl. Ven. 1476., Reg., posteriores edd. Rob. Steph., all., Concil. Toletanum edit. Hard. III, 981. *holocausta.*

11. *fortitudini* — Codd. R, Cas. 2. *fortitudinem:* iam adnotavimus ad vers. 1. veteres ex graeco verbum *benedico* cum quarto casu construxisse. Ante *qui oderunt* cod. A tacet *et.* Mox cod. B omittit *eum.*

12. *habitabit* — Codd. F, Cas. 1. *habitat;* codd. C, E, U, Cas. 3. *habitavit.* Cod. B tacet *in eo,* ut samaritanus textus, syrus et cod. 16. derossianus; graecus pro עליו fortasse legit עלין; nam habet ὁ Θεός, quod nonnulli ex recentioribus praeferunt. Illud autem *in eo* Bibl. Ordin., all. non cum superioribus, sed cum sequentibus connectunt; unde in cod. M adnotatur: « *in eo:* hic facit versum quaedam » glossa et hebraeus; sed alia glossa ibi in- » cipit versum *In eo quasi in thalamo.* » Brev. Goth. p. CLXVI. legit *in eo: et quasi in thalamo;* cod. G *in eo tempore, quasi in thalamo.* Animadverte Hieronymum hoc loco fere Aquilam imitatum fuisse, qui habet ϖαστώσει. Pro *morabitur*, Rupertus et in *Spicil. solesm. III, 121.* Melito *commorabitur.* Mox Brev. Goth. l. c. tacet *et.* Pro *requiescet*, cod. B *requiescit.*

13. *De benedictione* — Cod. Cas. 1. *De benedictionibus;* cod. U *Benedictio;* cod. E tacet *De.* Pro *de pomis caeli,* cod. A *de pomis fructum caeli.* Mox cod. E omittit *et,* uti hebraeus, sed cf. De-Rossi *Varr. Lectt.*

14. *De pomis fructuum solis ac lunae* — Cod. A *De pomis fructum solis atque lunae.*

15. *de vertice . . . collium aeternorum* — Brev. Goth. p. CLXVII. *vertice . . . populorum aeternorum;* cod. Cas. 1. tacet *aeternorum.*

16. *et de frugibus*—Codd. R, Cas. 2., Brev. Goth. l. c. *et de fructibus;* codd. Cas. 11. tacent *et;* cod. B omittit *de.* Pro *et de plenitudine,* sixtini, codd. A, B, E, H, Bruno ast. *et plenitudine.* Pro *Benedictio,* cod. K *Benedictionum;* cod. H notat hebr. legere *voluntas;* at hoc loco רצון est *benevolentia, gratia, favor.* Pro *veniat,* cod. A *venit;* cod. C *veniet.* Pro *verticem nazaraei,* cod. Cas. 1. *caput nazaraei;* Rupertus addit *eius.*

17. *Quasi primogeniti*—Cod. S, Brev. Goth. l. c. et p. LXV., Verecundus in *Spicil. soles. IV, 76.*, Rupertus *Quasi primogenita;* pluralem numerum exprimit syrus. In cod. M adnotatum reperimus: « *Quasi primogeniti;* hic » debet fieri punctum, ut dicit hebraeus et » Augustinus; unde Cantor parisiensis: Quod » hic debeat fieri punctum patet ex littera » quam ponit Augustinus dicens *Quasi pri-* » *mogenitus;* a nullo tamen fit ibi versus. » Augustini locus, ad quem laudatus scholiastes respicit, est in *Quaest. LVII. in Deut.*, ubi s. Doctor haec habet: « Cum Ioseph be- » nediceret, ait inter caetera: *Primogenitus* » *tauri pulchritudo eius.* Quod non ita legen- » dum est, tamquam dixerit *primogenitus tau-*

» *ri;* sed, cum sit *primogenitus, pulchritudo* » *eius tauri* est. » Huius autem tauri (nempe familiae Ephraimitarum) primogenitus est Iosue, quo illustri duce terra Chanaan expugnanda erat. Pro *cornua illius,* Brev. Goth. l. c. *cornua ipsius;* Rupertus *cornua eius.* Pro *millia Manasse,* codd. D 2. m., U *familia Manasse.*

18. *in exitu tuo, et Issachar in tabernaculis tuis* — Cod. B *in tabernaculo tuo, et Issachar in exitis tuis;* Brev. Goth. l. c. legit quoque *in tabernaculo tuo;* item multi hebraici codices, sed contra fidem samaritani textus et veterum omnium interpretum, inquit De-Rossi; pro *exitu,* cod. Cas. 1. *exercitu;* cod. G tacet *tuis.*

19. *vocabunt ad montem*—Sixtini, codd. A, C, D, E, F, G, H, K, R, T, U, V, Bibl. Ordin., Ven. 1511., all., Brev. Goth. l. c., Bruno ast., Rupertus *ad montem vocabunt.*

20. *Et Gad*—Bruno ast. *Et ad Gad;* hebr. ולגד. Pro *Benedictus,* Bruno ast. *Benedicens;* cod. E, Brev. Goth. p. CLXVII. addunt *ille.* Pro *cepitque,* Brev. Goth. l. c. *cepit,* ut samaritanus et graecus.

21. *principatum suum* — Bruno ast. *principatum tuum.* Pro *in parte sua doctor,* Brev. Goth. l. c. *in parte doctorum.* Post *populi* cod. Cas. 1. addit *sui.* Pro *iudicium suum,* cod. H notat hebr. legere *iudicia eius;* cod. B tacet *suum;* cf. Holmes. Mox Rabanus V, 45. omittit *cum.* Obscurioris huius commatis sensus esse videtur, Gaditas a legislatore primitias terrae iam accepisse: at tamen Iordanem traiecturos *ut iustum Dei imperium et iudicia eius cum Israelitis exequerentur.*

22. *fluet* — Rabanus l. c. *fluit.*

23. *Et Nephthali* — Nonnullae ex hentenianis edd., uti Bibl. Ant. 1565., Franc. ad M. 1566., Lugdun. 1569., all. *De Nephthali.* Mendose Vallarsius habet *dicit,* pro *dixit.* Pro *benedictionibus Domini,* sixtini, gregoriani, codd. A, E, F 2. m., G, Cas. 15., Brev. Goth. ll. cc. *benedictione Domini;* codd. C, D, F 1. m., N, P, T, U, V, Cas. 2., Bibl. Ordin., Hugo, Rupertus *benedictionis Domini;* glossa interlinearis *benedictionis Dei;* singularem numerum habent hebr. et graecus. Pro *mare et meridiem,* mendose codd. C, D, F, T, U, V, Cas. 17., Bruno ast. *mane et meridiem;* codd. E, G, Brev. Goth. p. LXV., Rupertus *mane et meridie.*

24. *in filiis Aser* — Cod. D 1. m. *in filiis Israel.* Pro *fratribus,* cod. K, Bibl. Ven. 1511. 1519., Compl., Reg., all. *in fratribus.* Ante *tingat* (codices antiquiores *tinguat*) tacent *et* sixtini, codd. A, E, F, K, N*, P, R, S, Cas. 18., Brev. Goth. p. CLXVII.; item graecus, de quo tamen conf. Holmes.; at cod. N monet: « Hebr. et antiqui praeponunt *et.* » Bruno ast. scribit *tinget;* Rabanus V, 46. *tinguit;* codd. T, U, Cas. 1., Bibl. Paris. 1566. *intingat;* cod. P *contingat.* Mox cod. B 1. m. tacet *in oleo.*

25. *iuventutis tuae, ita et senectus tua* — Gregorius M. I, 1124. *iuventutis eius, ita erit et senectus illius;* cod. E et Rabanus in *Spic. soles. III, 114.* tacent *et;* nec repugnant veteres; hebraeus ad litteram *sicut dies tui* erit *quies tua;* hoc est, quietam semper ages vitam. Animadverte Abulwalidem hanc sententiam plane cum Hieronymo interpretatum fuisse: كايام شبابك تكون ايام هرمك *sicut dies iuventutis tuae sint dies senectutis tuae.*

26. *Non est Deus alius* — Tacent *Deus* sixtini, codd. A, B, E, K, L 4., N*, P, Q, Cas. 5., gothic. leg., Bibl. Ven. 1476. 1479., Compl., Reg., all., Brev. Goth. l. c.; gregoriani vero vocem tamquam dubiam subnotarunt; at cod. N monet: « Antiqui secundum hebraeum le» gunt *Non est Deus alius.* » Pro *rectissimi,* codd. G, K, R, S, V, Cas. 15., Bibl. Paris. 1566. aliique apud Abulensem *rectissimus;* Brev. Goth. l. c. *fortissimus;* cod. M notat: « *Rectissimum* dicit Israel, alludens interpre» tationi. » Cod. O monet graecum legere *dilecti;* conf. ad XXXII, 15. Pro *Magnificentia,* Brev. Goth. l. c. *Magnificentiae;* cod. H notat hebr. legere *Et in magnificentia,* et mox praetermittere *discurrunt.*

27. *habitaculum* — Brev. Goth. l. c. *habitacula;* Rupertus praemittit *et.* Post *brachia*

Bibl. Paris. 1566. addunt *eius*, ut samaritanus textus et arabs 3. Holmesii. Pro *eiiciet*, cod. A *eiecit;* item Ambrosius, nec obstat hebr. Post *inimicum* cod. Cas. 1. cum Ambrosio addit *tuum*. Pro *Conterere*, codd. C 2. m., Cas. 1. *Contere te;* codd. L 3., Rabanus V, 46., Hugo *Contere;* codd. C 1. m., D, T, U 1. m. *Conterere te;* cf. Bukentopius p. 156.

28. *confidenter, et solus*—Sixtini, codd. A, Cas. 11. *confidenter, solus;* favent hebr. et veteres. Cod. M adnotat periodum claudi post verbum *solus*, non vero ante. Pro *Oculus*, Brev. Goth. l. c. *Oculi;* cod. H ex hebraeo habet *Fons*, et ex eodem textu post *caelique* addit *eius*. At hebr. עין significat *fons* perinde ac *oculus;* priorem interpretationem heic Rosenmullerus praefert; alteram vero Maurerus aliique plures.

29. *Beatus es tu Israel*—Tacent verbum *es* sixtini, codd. A, B, E, H, K, M, N*, Cas. 13., goth. legion., Bibl. Ven. 1476. 1479., Reg., aliaque plura, Brev. Goth. l. c., *Spicil. soles. III, 302.;* cod. O notat quosdam illud verbum praetermittere. Pro *similis tui*, cod. Cas. 1., *Spicil. solesm.* et Brev. Goth. ll. cc. *similis tibi*. Pro *qui salvaris*, codd. F, Cas. 2. *qui salvaberis;* singularis est lectio in *Spicil. soles.* l. c. ubi habetur *salvate*, forte ex graeco σωζόμενος. Pro *in Domino*, Brev. Goth. l. c. *a Domino;* graecus ὑπὸ Κυρίου. Sunt qui cum Ruperto interrogationis notam non post *Domino*, quod cum iis quae sequuntur connectunt, sed post *salvaris* ponant; hos autem scholiastes in cod. M refutat scribens: « *Quis* » *similis tui popule, qui salvaris in Domino?* » Hic fit versus. *Scutum auxilii tui, et gladius* » *gloriae tuae;* supple de glossa: est Deus » tuus. Strabus et glossa et hebr. sic pun- » ctant: *qui salvaris? in Domino scutum* etc. » Post *gloriae tuae*, codd. R, S, V, Cas. 1. addunt *Deus tuus*, quod in cod. O expungitur.

Cap. XXXIV, 1. *in verticem*—Codd. A, S, V *in vertice*. Cod. H ante *Galaad* praemittit *de*.

2. *terram Iuda usque*—Sixtus habet tantum *terram usque;* hinc Toletus: « Adde *Iuda;* » sic hebr., graecus, Ordin., Reg., Compl. et » omnes codices. » At minus vere id de codicibus adfirmavit Toletus; nam tacent *Iuda* codd. A, B, C, D, E, F, K, O, U, Cas. 16., gothic. legion.; quibus accedunt Brev. Goth. p. 220., Bibl. Rob. Steph. 1540. 1545., hentenianae edd., all. Attamen illud nomen addiderunt sixtini et gregoriani, consentiuntque codd. G, H, L 8., Q, R, S, T, V, pleraeque veteres edd., hebr. et veteres interpretes.

3. *australem partem*—Codd. G, R, V, Cas. 4., Petrus cellens. CCII, 982. *australem plagam;* at cod. O notat antiquos legere *partem*, non vero *plagam*. Pro *civitatis palmarum*, codd. A, E, *civitates palmarum*, ut armenus. Pro *Segor*, Bibl. Ordin. mendose *Hegor*.

4. *Dominus ad eum*—Cod. V *ei Dominus;* cod. K cum graeco *Dominus ad Mosen;* Petrus cellens. l. c. tacet *ad eum*. Ante *Isaac* cod. V et Hugo addunt *et;* item graecus, syrus et arabs. Pro *non transibis*, codd. A, K *non intrabis;* graecus οὐκ εἰσελεύσῃ.

5. *Mortuusque est ibi*—Codd. Cas. 2. *Mortuus est ergo;* tacent quoque *ibi* cod. E, Brev. Goth. p. 220., Rupertus, Petrus cellens. l. c. et graecus, sed conf. Holmesius; codd. R, S *Mortuusque est ergo ibi*. Pro *servus Domini*, Bruno ast. et armenus *servus Dei*. Pro *iubente*, cod. D *lubente*.

6. *et sepelivit eum* — Bruno ast., Petrus Com., margo codicis G, Hieronymus II, 272. addunt *Dominus;* cod. E et Brev. Goth. l. c. tacent *et;* Petrus cellens. l. c. cum graeco et duobus codd. samaritanis *et sepelierunt eum;* mox vero tacet *terrae*. Pro *Phogor*, plures codd. et nonnullae edd. *Phegor;* cf. ad Num. XXIII, 28.; cod. F *Segor*.

Subtexere placet hoc loco Italae fragmentum, quod Sabatierio deficere videmus, ex anonymo auctore qui, seculo V. exeunte, *de genealogiis patriarcharum* scripsit (LIX, 538.): (1) *Moyses ascendit in Roboth-Moab super verticem Nabat* (Nabay) *super verticem Fasga, quae est contra faciem Hiericho, et ostendit ei omnem terram* (2) *Neptalim, Ephraem et Manasse, et omnem terram Iudam usque ad mare novissimum,* (3) *et desertum et adiacentia re-*

gionis Hiericho civitatem Foenicum usque Fogor (Segor). (4) *Et dixit Dominus ad Moysen: Haec est terra, quam iuravi Abrahae, Isaac et Iacob, dicens: Semini vestro dabo illam; quam ostendi oculis tuis; sed illo non introibis.* (5) *Et mortuus est Moyses famulus Domini in terra Moab, secundum verbum Domini.* (6) *Et sepelierunt eum in Geth* (ita et Hieronymus apud Sabatierium; graecus vero Γαΐ) *iuxta domum Fogor; et nemo scit sepulturam eius usque in hodiernam diem.*

7. *et viginti* — Codd. B, E, F, G, U, V, Cas. 17., Petrus Com. tacent *et*, ut alii quidam apud Holmes. Pro *caligavit*, cod. A *caliginavit;* de hoc verbo cf. ad Gen. XLVIII, 10.; cod. Cas. 1. praemittit *et;* item graecus venetus, slav. ostrog., georg., armenus aliique apud Holmesium, et cod. 136. Kennicotti. Pro *dentes illius moti sunt*, cod. H notat hebraeum legere *genae illius rugatae sunt;* eamdem plane prae se fert interpretationem syrus qui habet ; hebraica verba לחה נם recte interpretari possumus *fugit vigor eius;* Isidorus Clarius *vigorem amiserat.* « Alexandrini, ait Rosenmullerus, » לח crediderunt adfine esse τῷ לחי *maxil-* » *lae*, habent enim χελύνια (immo Reliqui » in hexaplis habent σιαγών) *labia, genae.* » Sequitur illos Vulgatus, habens *nec dentes* » *illius moti sunt.* » Pro *moti*, cod. R *moliti;* Brev. Goth. l. c. *commoti.*

8. *Fleveruntque* — Bibl. Lugd. 1522. *Fleverunt;* Amalarius CV, 1161. addit *super.* Pro *triginta diebus*, Brev. Goth. l. c. *viginti diebus.*

9. *sicut praecepit*—Codd. F, S, Brev. Goth. l. c. *sicut praeceperat;* at codd. M, N diserte testantur veteres legere *sicut praecepit;* graecus καθότι ἐνετείλατο, etsi Nobilius interpretetur *sicut mandaverat.*

10. *ultra propheta* — Codd. C, D, F, G, H, R, S, T, U, V, Thomas. I, 58., Bibl. Ven. 1476., Ordin., Reg., all., Brev. Goth. et Petrus cellens. ll. cc. *propheta ultra;* eadem lectionis varietas occurrit hebraicum inter et samaritanum textum; cod. E tacet *ultra;* cf. Holmes.

11. *misit per eum*—Codd. R, S, Bibl. Paris. 1566., Petrus cellens. l. c. *per eum misit.* Pro *in terra Aegypti Pharaoni, et omnibus servis eius*, Brev. Goth. l. c. *in Aegypto Pharaoni, et omnibus servis;* non pauci ex graecis codicibus holmesianis tacent ἐν γῇ.

12. *coram universo Israel* — Cod. A addit *Amen.*

MONITUM

IN SEQUENTEM APPENDICEM.

In hieronymiana Pentateuchi interpretatione illustranda industriam nostram ac laborem hoc volumine expromimus; at pro nexu quo haec cum veteri, quam appellant, Itala cohaeret, fieri nequit, ut dum unam excolere atque perpolire nitimur in alteram saepe non offendamus. Nam etsi Hieronymi opus, utpote quod ex hebraica veritate haud invenuste profluxit, ut plurimum toto caelo disterminetur ab Itala ex graeco ad litteram derivata; quum tamen iustissimis de caussis Doctor maximus interdum ita stilo temperaverit, ut eius interpretandi ratio vix ab illa quae Italae propria est secernatur, librariis utramque interpretationem commiscere pronum erat. Sed et alia potior permixtionis caussa. Nam quum antiquiorem illam iamdiu per Ecclesiam longe lateque propagatam Hieronymi interpretatio sensim paullatimque exceperit, quid mirum si tum patres, tum amanuenses alia atque alia ratione utramque interpolarunt? Hinc nobis identidem adnotandum fuit nonnulla vel in vulgatis Bibliorum exemplaribus, vel in priscis eiusdem latinae versionis testibus occurrere, quae ad veterem Italam pertinent: adeoque non pauca ad hanc restaurandam recuperandamque tum ex codicibus, tum ex patribus protulimus, quae laboriosum eruditumque Sabatierii opus explere atque cumulare videntur. At vero praeterea nonnulla ad Italam referuntur, quae revera hieronymiana sunt. Equidem plus semel vidimus amanuenses immo et typographos dum veterum documenta Italae fragmentis referta describerent, expulsis Bibliorum verbis, quae sibi obsoleta viderentur, ea temere suffecisse, quae ex vulgatis hieronymianis Bibliis memoria tenebant aut usu frequentabant. Ehu quot praeclara veterum monumenta hoc pacto labefactata! Haec quidem criticorum ingenium diutissime variaque fortuna exercuerunt, immo vexarunt. Nam quandoque, collatis testibus, eisdemque ad trutinam diligentissime revocatis, germana lectio deprehendi potuit, feliciterque restitui: sed in locis bene multis adhuc haeremus, novaque documenta, quae, dispulsis tenebris, lucem adferant praestolamur. Ex una igitur parte habes hieronymianam interpretationem ab Itala identidem interpolatam; ex alia autem hanc cum illa permixtam: utraque vero criticam manum requirit, utraque accurate pro viribus expolienda. Quapropter quisquis alterutram excolere aggreditur, ab altera omnino abstinere nequit. Non ignoramus laudabile plurimorum in hoc genere studium, quin immo grato animi sensu illorum labores et amplectimur, et viam nobis explanasse profitemur. Verum quis non videt in criticis quaestionibus, quae testium suffragio fere nituntur, eo magis nos proficere, quo copiosiora in vulgus emittuntur veterum scripta vel tandem vitiis expurgata, vel primum e latebris eruta? Sane quemadmodum pro nostra industria antecessorum studia augere satagimus, ita posteri, novis prodeuntibus documentis, nostra cumulare atque perficere poterunt. Igitur prout monuimus ad Deuteronomii XXXII, 1. singularem hanc Appendicem adiicimus, in qua ex Verecundi iuncensis episcopi (qui circa annum DL. floruit) commentariis nuperrime a cl. Pitra editis in tomo IV. *Spicilegii solesmensis*, integrum Mosis canticum damus; aliamque insuper eiusdem cantici lectionem, a Blanchinio ex veronensi codice haustam, e regione ponimus, notisque perpetuis indigitamus excerpta ex aliis fontibus praeter eos, quos adiit Sabatierius. Imprimis vero quum Rabanus in *Commentariis in Cantica quae ad Matutinas Laudes dicuntur* hoc canticum ex Itala quoque recitaverit, illius nos lectionem, quoties a Verecundo recedit excitamus: dein codicis vaticani 82. (qui tamen vix differt ab eo, quem Sabatierius vocat *Sorbon. 2.*) varias lectiones ex Vezzosii editione *(Opp. B. Thomasii II, 317.)* proferimus. Alios demum Italae testes qui nobis ultro obviam fuerunt coacervamus. Interim animadvertere iuvat vaticanum codicem, olim reginae svecae XI., cuius varias lectiones post Sabatierium magis accurate dedit Vezzosius l. c., mire cum Verecundo congruere, eamdemque *recensionem* sequi; veronensem autem Blanchinii codicem alterius *recensionis* praebere exemplum, cuius hactenus nullum aliis in codicibus vestigium reperimus.

CANTICUM MOSIS DEUT. XXXII.

ex Verecundo

1. Attende caelum, et loquar: et audiat terra verba ex ore meo.

2. Expectetur sicut pluvia eloquium meum, et descendant sicut ros verba mea: sicut imber super gramen, et sicut nix super fenum.

3. Quia nomen Domini invocabo. Date magnitudinem Domino Deo nostro.

4. Deus, vera opera eius, et omnes viae eius, iudicia. Deus fidelis, et non est iniquitas in eo. *Iustus et sanctus Dominus.*

5. Peccaverunt: nonne hi filii immaculati? Progenies prava et perversa

6. Haec Domino retribuisti? Sic populus stultus et non sapiens. Nonne hic ipse est tuus pater, qui possedit te, et fecit te, et creavit te?

ex cod. veronensi

1. *Adtende caelum, et loquar: et audiat terra verba ex ore meo.*

2. *Spectetur sicut pluvia pronuntiatio mea, et descendant sicut ros verba mea: sicut pluvia super gramen, et sicut nix super foenum.*

3. *Quoniam nomen Domini invocavi. Date magnitudinem Domino Deo nostro.*

4. *Deus, vera opera eius; et omnes viae eius iudicia: Deus fidelis, et non est iniustitia in eo: iustus et sanctus Dominus Deus.*

5. *Deliquerunt non Domino, sed sibi filii vituperabiles: progenies tortuosa et perversa.*

6. *Haec Deo retribuistis; sicut populus fatuus et non prudens? Nonne hic tuus pater, possidet te, et fecit te, et constuit* (ita codex; vide notation.) *te?*

NOTATIONES

1. *et audiat*—Nexum cum Hieronymo tacent Brev. Goth. p. LXXXVI., Rabanus VI, 1133., Gregorius M. III, 400.; at conf. idem Gregorius I, 58. IV, 127. et Thomas II, 311.

2. Verecundo consentiunt Augustinus in *Spec.*, ed. Maii, c. CXIII., Gregorius M. I, 295. 547. 609. 874. 942., Garnerius CXCIII, 241. 389., Isidorus V, 512.; eademque habet margo cod. gothic. legion. Pro *eloquium meum*, Isidorus VI, 105. *sermo meus;* cod. vat. 82. *pronunciatio mea*, graecus τὸ ἀπόφθεγμά μου; cf. Thomas. l. c. Pro *sicut imber*, Brev. Goth. l. c. *sicut nimbus.* Pro *gramen*, Rabanus *germen.*

3. *invocabo*—Brev. Goth. l. c., Rabanus *invocavi;* graec. ἐκάλεσα. Mox Rabanus tacet *Domino*, nec legitur in graeco. Pro *Deo nostro*, Brev. Goth. l. c. *Deo vestro;* de utraque varietate cf. Holmes.

4. *Deus, vera*—Cod. vatic. 82. addit *sunt.* Fulgentius LXV, 167. 201. pro *et non est iniquitas in eo*, legit *in quo non est iniquitas.* Apud Verecundum desiderantur verba *Iustus et sanctus Dominus.*

5. *nonne hi filii immaculati*—Brev. Goth. l. c. *nonne hii filii inmaculati;* cod. vatic. 82. *nonne ei filii immaculati;* Rabanus *non ei filii commaculati;* at vero etsi Verecundus, ut et alii non pauci, in suo codice procul dubio legerit *immaculati*, corrigendum tamen omnino videtur *commaculati;* Augustinus enim *(Quaest. LV. in Deut.)* scribit: « Quod in graeco est τέκνα μωμητά, quidam interpretati sunt hic *filii vituperabiles*, quidam *filii commaculati*, quidam *filii vitiosi.* » Rabanus, qui haec Augustini verba recitat, mendose legit *otiosi*, pro *vitiosi;* conf. Thomas. II, 312. 317. Quum Sabatierius ex Lucifero calar. huius cantici lectiones protulerit ad fidem vitiosae editionis, quae multa perperam ex Vulgato suffecerat, nos praeclaram eiusdem Luciferi edit. a fratribus Coletis datam Ven. 1778. usurpantes germanam lectionem innuimus. Lucifer igitur pag. 216. habet *non ei filii maculati.*

Ibid. *Progenies prava*—Augustinus in *nova patrum biblioth. I, 8.* legit *Gens prava;* cod. vatic. 82. et Lucifer calar. l. c. *Natio prava;* Rabanus *Quia generatio prava;* conf. Holmes.

6. *Haec Domino retribuisti*—Augustinus l. c. *Haec Domino reddidistis;* at in *Spec.* edit. Maii, c. XC. et Lucifer calar. l. c. *Haec Domino retribuistis;* graec. Ταῦτα Κυρίῳ ἀνταποδίδοτε.

Ibid. *Sic populus stultus*—Brev. Goth. l. c. *Sic populus fatuus;* Isidorus VI, 48., Rabanus et Lucifer calar. l. c. (mendose apud Gallandi VI, 237. *Tu plebs*) *Sic plebs fatua;* Augustinus in *Spec.* l. c. *Sicut plebis* (ita cod.) *fatua.* Mox ibid. Augustinus et Brev. Goth. tacent *est.*

Ibid. *tuus pater, qui possedit te*—Augustinus l. c. *pater tuus possidet te;* Rabanus quoque cum graeco tacet *qui;* Brev. Goth. l. c. omittit *te.*

Ibid. *et fecit te, et creavit te*—Rabanus tacet *et* primo loco; Brev. Goth. l. c. *fecit et creavit te;* Au-

7. Memoramini dies antiquos saeculi; intelligite annos nationis nationum. Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi, seniores tuos, et dicent tibi.

8. Quum divideret Excelsus gentes; quomodo dispersit filios Adae, statuit fines gentium secundum numerum angelorum Dei.

9. Facta est portio Domini populus eius Iacob; funiculus hereditatis eius Israel.

10. Sufficientem eum sibi fecit in terra deserta, in siti caloris, ubi non erat aqua: circuivit eum, et erudivit eum, et custodivit eum sicut pupillam oculi.

11. Quemadmodum aquila tegit nidum suum, et super pullos suos, quos diligit, expandit alas suas; et recepit eos, et suscepit eos super humeros suos.

7. *Commemoramini dies seculi, intelligite annos* (supplendum videtur *seculi*) *seculorum: interroga patrem tuum, et adnuntiabit tibi; seniores tuos, et dicent tibi.*

8. *Cum partiretur Altissimus nationes gentium, sicut dispersit filios Adam: statuit terminos gentium per numerum Angelorum Dei.*

9. *Et factus est portio Domini populus eius Iacob: series hereditatis eius Israhel.*

10. *Sufficientiam dedit eis in terra deserta, in siti et aestu, in inaquosis. Circumduxit eum, et docuit eum, et custodivit eum sicut pupillam oculi.*

11. *Velut aquila tegit nidum suum, et super pullos suos concupivit, spandens alas suas, recepit eos, et superposuit eos scapulis suis.*

---

gustinus l. c. *et creavit te, et fecit te;* idem vero Augustinus in libro *Locution.* prius cum Verecundo conspirat, et mox subdit: « Ordo notandus est; prius » enim videtur dicere debuisse *creavit te, et fecit te,* » et deinde *possedit te;* quomodo enim intelligitur » posse possideri qui non est? » Cod. veronensis habet *constuit;* Blanchinius legendum censuit *construit;* at forte cum Vigilio taps. legere praestat *constituit;* graecus ἔπλασε, vel, ut alii malunt, ἔκτισεν.

7. *Memoramini dies antiquos saeculi*—Cod. vat. 82. *Et rememoramini dies saeculi;* Brev. Goth. l. c. *Commemoramini dies anticos* (sic); Rabanus *In mente habete dies saeculi;* graecus Μνήσθητε ἡμέρας αἰῶνος. Pro *nationis nationum,* Rabanus *nationes nationum;* cod. vatic. 82. et Brev. Goth. l. c. cum Hieronymo *generationis generationum;* graecus vatic. γενεῶν γενεαῖς, sed fere omnes codices holmesiani γενεᾶς γενεῶν.

Ibid. *patrem tuum, et annuntiabit*—Cod. vat. 82., Faustus rheg. LVIII, 853. *patrem tuum, et indicabit;* legunt *patres tuos, et annuntiabunt* Vincentius lirin. (Gallandi X, 103.), Beda IV, 91., Concil. Paris. edit. Hard. IV, 1347., Concil. Carisiac. ibid. V, 468.; item alii apud Holmes. Mox pro *seniores,* Conc. Paris. l. c. cum Ferrando Diac. *presbyteros;* s. Patricius (Gallandi X, 178.) et s. Columbanus (Gallandi XII, 323. 345.), Bonif. mogunt. LXXXIX, 751. cum Vulgato consentiunt.

8. *Quum divideret*—Cod. vatic. 82. *Cum dispertiretur;* Brev. Goth. l. c. *Quum partiretur.* Pro *Excelsus gentes,* Brev. Goth. l. c. *Altissimus nationes gentium.*

Ibid. *quomodo dispersit*—Cod. vatic. 82. *ut disseminaret;* Brev. Goth. l. c. et Rabanus *quemadmodum dispersit;* s. Hilarius (Gallandi V, 86.) *cum dispersit Deus.* Pro *Adae,* cod. vatic. 82. *Adam.*

Ibid. *statuit fines*—S. Hilarius l. c. praemittit *et,* de quo conf. Holmesius; Gregorius M. I, 1606., Taio LXXX, 746., Eucherius L, 739., Primasius LXVIII, 926., Beda II, 319., Rabanus, Brev. Goth. l. c. *statuit terminos;* cod. vatic. 82. *constituit fines:* Verecundo concinit Augustinus in *Spec.* ed. Maii, c. CXXIII.

9. *Facta est portio*—Rabanus cum graeco *Et facta est pars;* Hilarius quoque l. c. nexum praemittit; s. Orsiesius (Gallandi V, 48.) *Quia facta est Domino pars eius.* Pro *funiculus hereditatis eius,* Brev. Goth. l. c. *funiculum hereditatis suae;* cod. vatic. 82. *funiculus hereditatis ipsius;* cod. vatic. 84. *funiculum hereditatis eius.*

10. *Sufficientem eum sibi fecit* — Cod. vatic. 82. *Sufficientem fecit eum;* Brev. Goth. l. c. *Sufficientiam dedit ei;* graecus Αὐτάρκησεν αὐτόν, de quo cf. Schleusneri Lexicon V. T. Pro *in terra deserta,* Rabanus *in eremo.* Pro *circuivit,* cod. vatic. 82., Rabanus, Brev. Goth. l. c. *circumduxit;* mox Brev. Goth. pergit *et docuit, et custodivit eum.*

11. *Quemadmodum aquila* — Cod. vatic. 82., Beda III, 510., Rabanus, Brev. Goth. l. c. *Sicut aquila.* Pro *tegit,* cod. vatic. 82. *regit;* Brev. Goth. l. c. *proteget;* Beda l. c. *protegere;* graec. σκεπάσαι, sed alii legunt σκεπάσει.

Ibid. *quos diligit*—Cod. vatic. 82. *circumblanditur;* Beda l. c. *desiderabit;* graecus ἐπεπόθησε; cod. vatic. 84. et Rabanus *consedit;* Brev. Goth. *conscendit;* conf. Schleusneri Lexicon tom. 2. pag. 474. 475. Pro *expandit alas suas,* cod. vatic. 82. *expandit pennas suas;* Beda l. c. *expandens alas suas.*

Ibid. *recepit eos, et suscepit eos super humeros suos*—Cod. vatic. 82. *accepit eos, et elevavit eos super scapulas suas;* Brev. Goth. l. c. et Spicil. soles. II, 8. *suscepit eos, et superposuit scapulis suis;* Rabanus *accepit eos, et suscepit eos super scapulas suas;* cf. Gregorius M. I, 1050. et Beda l. c.

12. Dominus solus ducebat eos, et non erat cum eis deus alienus.

13. Secum perduxit eos, in virtute terrae; cibavit eos ex nascentia agrorum: suxerunt mel de petra, et oleum de firma petra.

14. Butyrum boum, et lac ovium cum adipe agnorum et arietum; filiorum taurorum et hircorum; cum adipe renum, tritici et sanguinem uvae. Bibit vinum

15. Et manducavit Iacob; satiatus est, et recalcitravit dilectus: impinguavit, et incrassavit, et dilatatus est: et dereliquit Deum qui fecit eum, et recessit a Deo salutari suo.

16. Exacerbaverunt me in alienis: in abominationibus suis exasperaverunt me.

17. Sacrificaverunt daemoniis, et non Deo: dii quos non noverant, novi, recentes venerunt, quos nesciebant patres eorum.

18. Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Deum alentem te.

19. Et vidit Dominus, et zelatus est, et exacerbatus est super iram filiorum suorum et filiarum.

12. *Dominus solus eduxit eos: et non fuit cum eis deus alius.*

13. *Inposuit eos in virtute terrae, et aluit eos fructibus terrae: lactavit eos mel de petra, et oleum de solida petra.*

14. *Butyrum boum, et lac ovium cum adipe agnorum et arietum, filiorum taurorum et hircorum, cum adipe renum et frumento, sanguine uvae. Bibit vinum*

15. *Et manducavit Iacob, et satiatus est, et recalcitravit dilectus. Pinguis factus est, et dilatatus est; recessit a Deo salutari suo; et dereliquit Deum qui fecit eum.*

16. *Exacerbaverunt me in alienis: in execrabilibus suis inamaricaverunt me.*

17. *Sacrificaverunt daemoniis, et non Deo: dii quos non noverunt: novi legentes venerunt eis, quos ignorabant patres eorum.*

18. *Deum qui genuit te, dereliquisti; et oblitus es Dei alentis te.*

19. *Et vidit Dominus, et zelatus est; et exacerbatus est per iram filiorum suorum et filiarum.*

---

12. *ducebat eos* — Augustinus in *Spec.*, edit. Maii, c. 1. et Rabanus *docebat eos;* Vigilius taps. LXII, 357. et Brev. Goth. l. c. *deducebat eos;* item Hard. Concil. I, 89. Codici veron. qui habet *non fuit,* consonat Vigilius taps. l. c.

13. *Secum perduxit* — Legendum censemus *Superduxit;* Rabanus habet *Adduxit;* graecus Ἀνεβίβασεν. Pro *in virtute,* Rabanus *in fortitudinem,* graecus ἐπὶ τὴν ἰσχύν.

Ibid. *cibavit eos ex nascentia* — Cod. vatic. 82. *satiavit eos fructibus;* Rabanus *cibavit eos nascentias;* graec. ἐψώμισεν αὐτοὺς γεννήματα. Pro *suxerunt* in Spicil. solesm. II, 326. *sugent;* sed ibidem p. 513. et Gregorius M. I, 1554. IV, 127. aliique cum Verecundo consentiunt. Pro *firma petra,* cod. vatic. 82. *solida petra.*

14. *renum, tritici et sanguinem* — Codd. vatic. 82. 84. et Rabanus *renium, tritici et sanguine.* Pro *Bibit,* cod. vat. 82. *Bibent;* vide quae ad h. l. adnotavimus.

15. *Et manducavit* — Cod. vatic. 82. tacet *Et;* cf. Holmesius; mox ante *satiatus* addit *et* cum Rabano.

Ibid. *impinguavit, et incrassavit, et dilatatus est, et* — Cod. vat. 82. *impinguatus est, et incrassatus est, et dilatatus est, et;* Rabanus *pinguis factus est, et incrassavit, dilatatus est;* conf. Holmes.

16. *Exacerbaverunt* — Cod. vatic. 82. *Et incitaverunt.* Pro *exasperaverunt,* cod. vat. 82. *in iram compulerunt;* Rabanus *concitaverunt.*

17. *Sacrificaverunt* — Cod. vatic. 82. *Et immolaverunt;* Verecundo concinunt Iulius Firmicus et Zeno veron. (Gallandi V, 37. 129.) Pro *dii quos non noverant,* Rabanus *diis quos non noverunt;* Lucifer calar. l. c. *deos* (apud Gallandi *diis*) *quos non noverant;* Augustinus in *Spec.*, edit. Maii, c. XLIV. *deos quos non noverunt;* cod. vatic. 82. prima manu habet *diis;* Blanchinius censuit *τὸ dii* in cod. veron. mendum esse librarii, adeoque edidit *diis;* cf. Vezzosius in notis ad Thomas. II, 313. 318.; ad Verecundum quod spectat, hunc locum eisdem verbis excitat pag. 3.

Ibid. *novi, recentes venerunt* — Graecus habet καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἦκασιν, sed nonnulli codices holmesiani tacent καί; cod. vatic. 84. et Rabanus addunt *ad eos;* Augustinus l. c. legit *novi venerant;* cod. vat. 82. et Lucifer calar. l. c. (qui in sequentibus cum Verecundo consentit) *novi ad praesens venerunt.* Blanchinius autumavit in cod. veron. pro *novi legentes,* scribendum *novi, recentes,* vel potius *novellae gentes;* at postrema haec coniectura nullo suffragio fulcitur.

18. Hunc versiculum paullo aliter legit Augustinus in *Spec.*, ed. Maii, c. XC. nempe habet *Dominum, qui te genuit, dereliquisti, et oblitus es Deum qui te nutrivit;* cod. vatic. 82. . . . *Deum qui nutrivit te.*

19. *Et vidit* — Cod. vatic. 82. et Rabanus tacent *Et;* cf. Holmesius; cod. vatic. reg. 11., qui alias Verecundi lectionem fere sequitur, habet *Haec vidit,* non

20. Et dixit: Avertam faciem meam ab eis, et ostendam quid erit illis in novissimis diebus: quia natio prava et perversa est: filii in quibus non est fides in eis.

21. Aemulaverunt me in idolis suis, et non in Deo: in ira concitaverunt me in idolis suis; et ego zelabo eos in non gente, in gente insensata irritabo eos.

22. Quia ignis accensus est ab ira mea, et ardebit usque ad infernum deorsum: manducabit terram et nascentia eius; *consummabit* fundamenta montium.

23. Conteram in eis mala, et sagittas meas consummabo in eis.

24. Tabescunt fame, et esca avium erunt, extensio nervorum insanabilis. Dentes bestiarum immittam in eis, cum furore trahentium super terram.

25. A foris sine filiis privabit eos gladius, et in promptuariis eorum erit timor: iuvenes cum virgine, lactans cum stabilito sene.

20. *Et dixit: Avertam faciem meam ab eis; et ostendam quid erit eis in novissimo; quoniam natio perversa est, filii, in quibus non est fides in eis.*

21. *Ipsi me in zelum incitaverunt in non Deo; exacerbaverunt me in idolis eorum: et ego in zelum incitabo eos, in non gentem, in gentem inprudentem incitabor iram in eos.*

22. *Quoniam ignis incensus est ab ira animi mei, et ardebit usque ad inferos deorsum. Comedet terram et generationes eius: exuret fundamenta montium.*

23. *Colligam in eos mala; et sagittas meas consummabo in eos.*

24. *Tabescent a facie mea, et erunt esca avium, et languebunt insanabiles. Dentes bestiarum inmittam in eos, cum ira trahentium super terra.*

25. *A foris sine liberis faciet eos gladius; de cubiculis timor: iuvenis cum virgine, lactans cum ordinato seniore.*

---

vero *Hoc*, uti legunt Sabatierius et Holmes. Pro *super iram*, cod. vatic. 82. *prae ira;* Rabanus *propter iram;* graec. δι' ὀργήν.

20. *illis in novissimis diebus* — Rabanus *eis in novissimo;* etsi graecus vatic. legat αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν, tamen plerique omnes graeci codices omittunt ἡμερῶν; graecis patribus ab Holmesio laudatis adde Gregorium nyssenum (Gallandi VI, 591.) et Caesarium (ibid. p. 74.). Pro *natio prava et*, Rabanus *generatio prava et;* cod. vat. 82. *generatio*, graecus γενεά. Pro *fides in eis*, Rabanus *fides in ipsis.*

21. Cod. vatic. 82. legit *Ipsi in zelo compulerunt me, et non Deo; in ira concitaverunt me in idolis suis: et ego in zelum compellam eos et non gentem, in gentem insipientem in ira concitabo eos.* Rabanus vero *Ipsi in zelo compulerunt me, et non in Deo; in ira concitaverunt me in idolis suis: et ego in zelo expellam eos et non in gentem, in gente insipiente irritabo eos.* Iunilius afric. (Gallandi XII, 89. 90.) *Quia ipsi aemulati sunt me in diis, et exacerbaverunt me in idolis suis: et ego aemulabor eos in non gentem, in gentem insipientem tradam eos;* et paullo post *ego aemulabo eos in non gentem, in gentem insipientem irritabo eos.*

22. Augustinus in *Spec.*, ed. Maii, c. XXVI. hunc locum habet, et legit *Quia ignis exarsit ab ira mea, et ardebit usque ad inferos deorsum. Comedit terram et nascentia eius, et concremat fundamenta montium.* In priori membro concinunt Gregorius M. I, 571. 688. IV, 127. et (excepto *in ira*) Isidorus VI, 262.; item Rabanus, qui tamen in altero membro duplicem habet lectionem; nam primum Vulgato tribuit *Comedit terram, et nascentia eius, et montium fundamenta comburet;* mox vero ex veteri Itala habet *Comedit terra nascentias agrorum, et concremabit fundamenta montium;* cod. vat. 84. *Comedit terra nascentias agrorum, et comburet fundamenta terrae.* Cod. vat. 82. a Verecundi lectione recedit in sequentibus *ad inferos deorsum. Comedet terram, et nascentiam eius, concremabit fundamenta montium;* at in verbo *inferos* Verecundi comment. consentit; Gregorius M. I, 688. IV, 127. *Comedet terram, et nascentia eius.*

23. *Conteram in eis* — Haud dubitamus legendum esse *Congeram in eis*, prout legunt alii testes; graecus Συνάξω εἰς αὐτούς; idque ex ipso Verecundi commentario confirmari videtur, ubi ait: « Haec ergo est » omnium malorum congestio, ut consummatis etc. » Rabanus *Congeram in ipsos;* cod. vat. 82. *Congregam in ipsis*, et pergit legens *mala, et sagittae meae consument eos.*

24. *Tabescunt* — Cod. vat. 82. *Tabescent;* Rabanus *Tabescentes.* Pro *avium erunt*, cod. vatic. 82. et Rabanus *erunt avium.* Pro *extensio nervorum*, cod. vatic. 82. *retro tensium nervorum;* Rabanus *et extensio dorsi;* graecus καὶ ὀπισθότονος, quod est morbi genus, quo cervix ad scapulas contrahitur et reflectitur, ita ut non ultra erigi possit, vel cervicis musculi versus posteriora tenduntur. Pro *immittam in eis*, cod. vatic. 82. et Rabanus *immittam in eos.* Pro *trahentium super*, cod. vatic. 82. *trahentes in.*

26. Dixi: Disperdam illos; privabo autem ex hominibus memoriam eorum.

27. Nisi propter iram inimicorum, ne longo tempore sint super terram, ne extollant se adversarii eorum et dicant: Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit haec omnia.

28. Quia gens perdita consilio est, et non est in eis disciplina.

29. Non sapuerunt intelligere haec: percipient haec in futuro tempore.

30. Quomodo persequetur unus mille, et duo commovebunt multa millia? Nisi quod Dominus subdidit eos et Deus tradidit illos.

31. Quoniam non Deus noster sicut dii illorum: inimici autem nostri insensati.

32. Ex vinea enim Sodomorum vitis eorum, et propago eorum ex Gomorrha: uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis in idipsum.

33. Ira draconum vinum eorum, et furor *aspidum* insanabilis.

34. Nonne haec omnia congregata sunt apud me, et signata sunt in thesauris meis?

35. In die iudicii retribuam illis, in tempore quum lapsus fuerit pes eorum: quo-

26. *Dixi: Dispargam eos; obliterabo ex hominibus memoriam eorum.*

27. *Nisi propter iram inimicorum, ne longiore tempore sint; ne inponant se adversarii eorum, et dicant: Manus nostra excelsa et non Deus fecit haec omnia.*

28. *Quoniam natio perdita mente est; et non est in eis intellectus.*

29. *Non sapuerunt intelligere: haec percipiant in futurum est.*

30. *Quomodo persequetur unus mille: et duo conmovebunt multa millia? Nisi Dominus reddiderit illis, et Dominus tradiderit eos?*

31. *Quia non est Deus noster sicut dii eorum: inimici autem nostri insensati sunt.*

32. *De vite enim Sodomorum vitis eorum est; et palmites eorum de Gomorra. Uva eorum, uva fellis: botrus amaritudinis in illis.*

33. *Ira drachonum vinum eorum, et ira aspidum insanabilis.*

34. *Nonne ecce haec collecta sunt apud me; et signata sunt in thesauris meis?*

35. *In die vindictae retribuam illis, in tempore cum lapsus fuerit pes eorum: quia prope*

---

25. Cod. vat. 82. legit *A foris interficiet natos eorum gladius, et in domiciliis timor: iuvenes cum virgine, lactantes mammillam cum stabilito seniore.* Rabanus Verecundo consentit, dempto verbo *erit.*

26. *Dixi*— Cod. vatic. 82. *Et dixi;* Rabanus *Et dixit,* mox pro *illos* legit *eos.* Pro *privabo autem,* cod. vatic. 82. *et tollam.*

27. *super terram, ne extollant se* — Cod. vatic. 82. *sint, et ne convertantur;* cod. vatic. 84. cum Rabano *sint super terram, ne consentiant;* mox tacent *eorum;* graecum ἵνα μὴ συνεπιδῶνται, recte interpretari possumus *ne insidientur.* Post *excelsa,* cod. vat. 82. addit *est.* Pro *Dominus,* Rabanus legit *Deus.*

28. *perdita consilio est* — Codd. vatic. 82. 84. *perdito consilio est;* Rabanus tacet *est,* et mox pro *disciplina,* legit *disciplinam,* quod cum iis quae sequuntur connectit. Gildas LXIX, 354. ex hoc loco habet *populus absque consilio et prudentia.*

29. *intelligere haec: percipient haec* — Rabanus *intelligere: percipient;* cod. vatic. 82. *intelligere haec: persequentur vos;* graecus συνιέναι· ταῦτα καταδεξάσθωσαν, quod qui interpretati sunt *persequentur* derivarunt a καταδιώκω.

30. *persequetur* — Rabanus *persequitur.* Pro *commovebunt,* cod. vatic. 82. cum Rabano *transmovebunt;* graecus μετακινήσουσι. Pro *multa millia,* Rabanus *dena millia;* graecus μυριάδας. Cod. vatic. 82. pergit *Nisi quia Deus subdidit eos, et Dominus tradidit illos.*

31. *Quoniam non Deus* — Cod. vat. 82. et Rabanus *Quia non est Deus.*

32. Augustinus in *Spec.,* ed. Maii, c. CXII. habet *Ex vinea enim Sodomorum vitis eorum, et propago illorum ex Gomorrha: uva eorum, uva fellis, botrus amaritudinis in ipsis;* legunt quoque *in ipsis* cod. vat. 82., Gregorius M. I, 800., Beda III, 250.; at particulam *in* tacent Beda III, 575., Prudentius trec. CXV, 1093., Isidorus VI, 48., Rabanus, Ambr. autp. (in biblioth. max. pp. XIII, 525.), Concil. Duziac. edit. Hard. V, 1326.; graecus habet αὐτοῖς, sed multi codices legunt αὐτῶν. Praeterea cod. vat. 82. legit *De vite enim Sodomorum vinum eorum; vitis eorum, vitis Gomorrhae.*

33. *Ira draconum* — Cod. vatic. 82., Gregorius M., Prudentius trec., Beda, Ambrosius autp., Concil. Duziac. II, cc., Rabanus *Furor draconum.* Contra cod. vatic. 82. pro *furor aspidum,* legit *ira aspidum.*

34. Augustinus in *Spec.,* ed. Maii, c. XXVI. ex hoc loco habet *Ecce haec collecta sunt in thensauris meis,* Caesarius arel. LXVII, 1063. *Nonne haec collecta sunt* etc.; omittunt quoque *omnia* Gregorius M. I, 400. IV, 128., Prudentius trec. l. c., Ambrosius autp. l. c.; iidemque testes cum Rabano post *signata* tacent *sunt.*

35. Augustinus l. c. legit *In die iudicii reddam in*

niam prope est dies perditionis eorum; et adveniet parata illis.

36. Quoniam iudicabit Dominus populum suum, et in servis suis consolabitur: vidit enim eos fatigatos et defectos in abductione, et desolatos.

37. Et dixit: Ubi sunt nunc dii vestri, in quibus confidebatis in ipsis.

38. Quorum adipes hostiarum edebatis, et bibebatis vinum libationis eorum. Surgant nunc, et adiuvent vos, et fiant vobis protectores.

39. Videte, videte, quoniam ego sum Deus, et non est alius praeter me: ego occidam, et vivere faciam, percutiam et ego sanabo; *et non est qui eripiat de manibus meis.*

40. Quia extollam manum meam in caelum, et iurabo per dexteram meam; *et dicam:* Vivo ego in aeternum;

41. Quia exacuam ut fulgur gladium meum, et continebit iudicium manus mea, et retribuam iudicium inimicis, et his qui oderunt me reddam.

est dies perditionis eorum; et adest parata vobis.

36. *Quia iudicat Deus populum suum, et in servis suis corrogabitur. Vidit enim solutos (2. m. resolutos) eos et defectos in abductionem.*

37. *Et dixit Dominus: Ubi sunt dii eorum, quibus confidebant in ipsos?*

38. *Quorum adipem sacrificiorum edebatis, et potabatis vinum libationis eorum: exurgant, et adiuvent vos, et faciant* (lege *fiant*) *protectores.*

39. *Videte, videte, quoniam ego sum: et non est Deus praeter me. Ego occidam, et vivere faciam: percutiam, et ego sanabo; et non est qui eripiat de manibus meis.*

40. *Quia tollam in caelum manum meam, et iurabo per dexteram meam, et dicam: Vivo ego in aeternum.*

41. *Quia exacuam ut fulgur gladium meum; et continebit iudicium manum meam; et reddam vindictam inimicis meis, et odientibus me, retribuam.*

---

tempore, cum lapsus fuerit pes eorum: quia prope est dies perditionis eorum, et adveniet parata vobis.

Ibid. *In die iudicii retribuam illis* — Gregorius M. I, 800., Prudentius trec. l. c., Ambrosius autp. l. c., Rabanus, Concil. Duziac. l. c. *In die ultionis reddam eis;* cod. vatic. 82. *in die ultionum retribuam illis.*

Ibid. *quum lapsus* — Cod. vat. 82., Gregorius, Prudentius trec. ll. cc., Rabanus *quo lapsus.* Pro *Quoniam,* Rabanus *Quia.* Pro *et adveniet parata illis,* Rabanus *et haec sunt parata vobis;* cod. vat. 82. *et erunt parata vobis;* graecus καὶ παρέστιν. ἕτοιμα ὑμῖν.

36. Augustinus l. c. *Quia iudicavit Dominus plebem suam, et in servis suis consolabitur;* cod. quoque vat. 82. *plebem suam.* Pro *Quoniam,* cod. vatic. 82. et Rabanus *Quia.* Pro *vidit,* Brev. Goth. p. CXLVI. *vidi.* Pro *fatigatos et defectos,* cod. vatic. 82. *dissolutos et fatigatos.* Pro *desolatos,* cod. vatic. 82. et Rabanus *dissolutos.*

37. *Et dixit* — Brev. Goth. l. c. *Et dixi;* cod. vat. 82. addit *Dominus* ut graecus. Pro *Ubi sunt nunc dii vestri,* cod. vatic. 82. *Ubi sunt dii eorum;* Rabanus *Ubi sunt nunc dii illorum;* conf. Holmes.

38. *adipes hostiarum* — Cod. vat. 82. cum Rabano et graeco *adipem sacrificiorum.* Pro *libationis,* cod. vatic. 82. *libationum.* Pro *surgant nunc, et adiuvent,* Rabanus *Exurgant nunc, et iuvent.*

39. Augustinus in *Spec.,* ed. Maii, c. XLIV. *Videte quoniam ego sum, et non est Deus praeter me. Ego occidam, et vivere faciam; percutiam, et ego sanabo; et non est qui eripiat de manibus meis.* Postrema verba apud Verecundum desiderantur.

Ibid. *ego sum Deus, et non est alius* — Cod. vat. 82. *ego sum, et non est alius Deus;* Rabanus tacet *alius;* graec. ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι Θεός; Isidorus V, 78. *ego sum Deus, et non est alius Deus;* Petrus capuen. in in Spicil. solesm. II, 136. *ego solus sum, et non est alius Deus;* cf. Holmes. Notat Vezzosius II, 321. codicem vatic. reg. 11. perperam a Sabatierio prolatum; sequitur enim, ut solet, Verecundi lectionem; item Agnellus raven. (Gallandi XII, 117.).

Ibid. *ego occidam, et vivere faciam* — Rabanus tacet *et;* s. Maximus taur. p. 468. *ego occidam, et vivificabo;* ibidem in Append. p. 111. *ego Dominus nocebo, et vivere faciam.* Cum Verecundo faciunt Gregorius M. I, 200. IV, 128., Fulgentius LXV, 639., Hard. Concil. V, 729.; cum Vulgato Gildas (Gallandi XII, 200.), Salonius LIII, 999., Vigilius taps. LXII, 185.

40. *extollam manum meam in caelum* — Cod. vatic. 82., Gregorius M. I, 1051. 1280., Garnerius CXCIII, 192., Rabanus *tollam in caelum manum meam.* Post *dexteram meam* reliqui addunt *et dicam,* quod Verecundus non expressit.

41. *ut fulgur gladium meum, et continebit* — Cod. vatic. 82. *sicut fulgur* (item Prudentius trec. CXV, 1151.) *gladium meum, et suscipiet;* Rabanus *velut fulgur gladium et agit;* graecus ἀνθέξεται, *tenax erit* iu-

42. Inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius meus manducabit carnes, a sanguine vulneratorum et captivitate; a capite principum inimicorum.

43. Laetamini caeli, simul cum eo, et adorent eum omnes angeli eius. Laetamini gentes cum plebe eius; et confirment eum omnes filii Dei. Quoniam sanguis filiorum eius defendetur; et defendet et retribuet iudicium inimicis, et his qui oderunt eum reddet; et emundabit Dominus terram populi sui.

42. *Inebriabo sagittas meas sanguinem, et gladius meus edet carnes, a sanguine vulneratorum et captivitatis, capite principum inimicorum.*

43. *Laetamini caeli simul cum eo: et adorent eum omnes filii Dei. Laetamini gentes cum populo eius; et confortentur omnes Angeli: quia sanguis filiorum eius defenditur; et defendet, et retribuet iudicium inimicis, et eis qui oderunt reddet: et mundavit Dominus terram plebis suae.*

---

dicii. Pro *iudicium inimicis, et his qui oderunt me reddam*, cod. vatic. 82. *ultionem inimicis, et odientibus reddam;* Augustinus in *Spec.*, ed. Mai, c. XXVI. *iudicium inimicis, et odientibus me restituam.*

42. *manducabit*—Ita quidem legisse videtur Gregorius M., at saepius ex Vulgato librarii suffecerunt *devorabit;* conf. I, 565. II, 75. IV, 129., Garnerius CXCIII, 323., Martinus legion. CCIX, 180. Pro *a sanguine*, Prudentius trec. l. c. *de sanguine.* Pro *et captivitate; a capite*, cod. vatic. 82. *et a captivitate capitis;* Rabanus *a captivitate, a capite;* cod. vatic. 84. *et captivitate capita.*

43. *angeli eius*—Cod. vat. 82. cum graeco codice vatic. aliisque apud Holmesium *filii Dei;* Phoebadius (Gallandi V, 259.) et Rabanus *angeli Dei*, ut graecus. Pro *cum plebe eius*, cod. vatic. 82. *cum populo eius;* Rabanus *simul cum populo eius.*

Ibid. *confirment eum omnes filii Dei*—Cod. vat. 82. *adorent eum omnes angeli Dei;* cf. Holmes. Pro *Quoniam*, Rabanus *Quia*, et pro *defendetur* legit *defenditur.* Mox pro *defendet*, cod. vatic. 82. *vindicabit;* Rabanus *defendit*, et pro *retribuet*, legit *retribuam;* cf. Holmesius; cod. vat. 82. pro *iudicium inimicis, et his qui oderunt eum*, habet *ultionem inimicis et odientibus.* Denique Rabanus, aliique apud Holmes. tacent *Dominus.* « Notandum vero, ait Rabanus VI, 1150., » quod hoc loco in editione LXX. interpretum quae- » dam sententiae interponuntur, quae in hebraica ve- » ritate non inveniuntur hoc modo: *Laetamini caeli* » *simul cum eo* etc. Hae tamen ex canonica auctori- » tate prolatae esse probantur, quando ex his » Paulus apostolus testimonia sumere reperitur. Nam » in epistola quae ad Hebraeos ab ipso scripta est, » nec non et in illa quae ad Romanos similiter ab eo » directa est, inde testimonia assumpsisse inveni- » tur.... Unde verum constat, quod apostoli et illam » editionem, quae ex hebraica veritate est, nec non » et illam quae ex LXX. interpretibus, aequaliter pro- » baverunt, cum ex utraque testimonia sumpserunt. » Hanc Rabani sententiam alii quoque non pauci veteres scriptores sectati sunt. At vero graecam interpretationem hoc loco interpolatam fuisse vix dubitare possumus. Neque Paulli testimonia id evincunt quod Rabanus contendit. Apostolus enim ad Rom. XV, 10. profert quidem verba quae heic leguntur εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, at haec cum hebraico textu conspirant (conf. Beelen, *Comm. in epist. ad Rom., pag. 440.*): in epistola vero ad Hebr. I, 6. alludit Paullus ad Psal. XCVI, 7.; ex quo loco verba illa in graecam mosaici cantici interpretationem inlata fuere. Nam pro eo quod hebraeus et veteres habent *Laudate* (Aquila αἰνοποιήσατε) *gentes cum plebe eius*, quod Rosenmullero probatur; vel, ut alii interpretantur cum Maurero *Iubilate, gentes, populus eius*, alexandrinus interpres praeter quam quod geminam expressisse videtur, uti notat De-Rossi (*Suppl. ad Varr. Lectt.*), lectionem sacri textus, duplicem quoque subtexuit interpretationem laudati hemistichii ex Psalm. XCVI.; adeoque pro unico membro, quatuor habet.

NIHIL OBSTAT
D. Bernardus Smith Ord. S. Benedicti Cens. Deput.
IMPRIMATUR
Fr. Dominicus Buttaoni Ord. Praed. S. P. Apost. Magister.
IMPRIMATUR
Fr. Ant. Ligi Bussi Archiepiscopus Iconiens. Vicesgerens.

154 7 / 29


13202 220.47
Vercellone, Carlo. +V.58 Vol 1
Variae Lect. Vulg. Lat. Bibliorum
Ed Vercellone)
13202 220.47 +V58 V1